SANTI PADRI E DOTTORI
163
E
17.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
163
E
17
NAPOLI

Opera complura Sancti Hylarii Epiſcopi hac ſerie coimpreſſa.

D trinitate contra Arrianos.	Lib.	XII.
Contra Conſtantium hereticum.	Lib.	.I.
Ad Conſtantium Imperatorem.	Lib.	.II.
Contra Auxentium Arrianum.	Lib.	.I.
Auxentii Blaſphemię plena	Ep'la.	.I.
De ſynodis contra Arrianos habitis.	Lib.	.I.
Ad Apram filiam diui Hylarii.	Ep'la.	.I.
In pſalmos Dauid. Cōmentarii ſeu	Lib.	.II.
In euangelium Matthęi.	Lib.	.I.



Venundantur vbi impreſſa ſunt in ędibꝰ aſcenſianis Parrhiſiis in via regia ad diuū Iacobum ſub tribus luciis.

¶Reuerendo in CHRISTO patri dño Iuoni Rhedoneñ. antiſtiti digniſſimo et confeſſionis illuſtriſſimę ac prudentiſſimę frãcorum reginę auditori circumſpectiſſimo/Robertus Fortunatus Macloulenſis proſperam ac fortunatam valetudinem cum Beatitate fęliciſſima.

SAnctiſſimi Pictauorum antiſtitis/gallięq; totius (quod citra inuidiã dixerim) et antiquiſſimi et litteratiſſimi: Beatiſſimi pręſulis Hilarii/opera compluria ſymbolicos a variis/quos mox nominabimus/collecta/plenis punctis/totiſq; eorũdem ſuffragiis/in ſinum atq; pręſidium tuũ pater reuerẽde/iuſtis rationibus conferimus: ꝙ & morum antiquorum/q̃ ca caſti & ſancti ſunt/praecipuꝰ es imitator;& doctrinę veteris q̃ ſolida & irrefragabilis eſt:ſtrenuus amator. Neq; id quidem ab re. Magnum enim veritatis & ſanctitatis eſt indicium tot annos contra cariẽ temporũq; iniuriam victorioſe decertaſſe:ſiquidẽ vt Gamaliel ille in actis apoſtolorum teſtis eſt:non poteſt cõſilium aut opus a deo cœptũ ab homine diſſolui. Atq; cũ oĩes veteres & ſanctitate & doctrina illuſtres ſint ſumma veneratiõe digni: diuus tamen Hilarius vtroq; nomine ingentiſſimos meruit honores. Quid eñ eiꝰ ſcriptis aut ad excitandam religionẽ deuotionẽq; deo faciendã pręſentius: aut ad perſuadendũ efficaciꝰ: aut ad afficiendũ accõmodatius: aut ad legendum ſine faſtidio plauſibilius? Profecto ſi rem iuſta lance penſitauerimus/nihil. Hilarius eñ totus eſt hilaris religio, totus ſanctitas, totus amor, totꝰ ſapientia. Et cũ oĩes ſancti doctores in factis dictiſq; dominicis aliquid ſupramundanum & vltra hominem deprę̈henderint: Hilarius perpetuo & infrangibili obtutu in deũ fixus oĩa & facta & dicta Saluatoris noſtri ac dñi IESV CHRISTI myſtice interpretatus eſt/oĩs pſalmos, quos quidem tractauit/ad ſalutis noſtrę myſterium conuertit: vſque adeo vt perpetuas noctes totoſq; dies in eo legendo cũ hilaritate verſeris: & cum rerum ſęculariũ faſtidio obrutus acceſſeris/tanq̃ famelicus & lectionis diuinę adhuc ſitiens ab eo diſcẽdas. Atq; vtinam ea mihi ſemp eſſet mens/eaq; facultas vt in diui Hilarii eiuſq; ſimilium lectione q̇d reliquũ dñs dabit ętatis reponam. Non eñ aut in comeſſationibus turgeſcam, aut in ambitionibꝰ efferar/aut in carnis illecebris putreſcã, ſed admirabilia & magnalia dei etiam in iis quę oſcitanti ſtolidoq; lectori aut lectionis neglectori vulgaria & minutula videnť/cõtempler: ſitq; mihi (vt apoſtolo quõdam) cõuerſatio in cœlis: & mũdꝰ crucifixus, & ego mũdo: viuat autẽ in me CHRISTVS. Sed ad ſingula propius contẽplanda accedamus. Atq; vt dñs noſter facere cœpit & docere: primũ ſancti huius facta deinde doctrinã admiremur. Cęterum cũ oĩa probe ſancteq; fecerit: peculiaris illi laus eſt, ꝙ cõtra hęreticas prauitates quae illius tẽpeſtate in gregem catholicũ ſęuiſſime debachatę ſunt: ita dimicauerit vt fidei catholicę clypeus & hęreſeos framea ac malleus merito cõpellari potuerit. Vt eñ ſinceram defenderet veritatem non longinqua & diuturna obhorruit exilia, nõ famem/nõ ſitim/nõ ęſtus/non frigora/non principum faſtũ/nõ hęreticorum ſęuitiam/non mũdi illuſionẽ/non ſapientium huius mundi irriſionem. Et q̃q̃ Flacco authore. Non vixit male qui viuens morienſq; fefellit. i. qui ſic a ſtrepitu populari ſeſe ſubmouit: vt vixiſſe ignoretur: atq; ita potuerit aut cum liberis/aut cũ libris & muſis in tenebris atq; in occulto quietus viuere: Zelo tamen domꝰ dei & fidei catholicę accenſus/noluit lucernam ſuam ſub modiũ ponere: nec talenta ſibi diuinitꝰ ad lucrifactionem data in terram

defodere; ſed vigilando/ſtudendo/ſcribendo/docendo/diſputando/diſceptãdo/& manibus pedi
buſq;(vt aiunt)obnitẽdo hęreticum venenũ ab animis fidelium depulit. Atq; vt vitę ſanctitatẽ
euidentiaq; miracula(Nam in quadriennali illo exilio precibus ſuis mortuum quendã reuocauit
in vitam)vt omnibus nota prætereã: quid in eius ſcriptis doctriniſq; potiſſimum aut primum de-
mirabimur? ſtiline diligentiam/an verborum elegantiam/an demum ſententiarum grauiſſimarũ
ſoliditatem? Profecto ſingula hæc ſingulari ſunt laude digna. Nam ſtilus vbiq; preſſus/vbiq; ſoli-
dus/non turgens nec inflatus/non deniq; calamiſtratus ſed ſui ſimilis conſtans & perſeuerãs: nuſ-
q̃ exorbitans/nullo elatus/nullo deflexus: ſic tñ natiuo lepore fluens/vt cum in eo plurimum ſit ar-
tis/artem nullam affectaſſe aut oſtentare voluiſſe authorẽ iudices. Viſa eſt tamen Sancto Hiero-
nymo ſublimior interdum ſtili maieſtas: q̃ vt ſimpliciũ lectioni cõgruat. vnde ad Paulinũ ſic ait.
Hilarius gallicano cothurno attollitur: & cum gręciæ floribus adornetur/longis interdũ periodis in-
uoluitur: & a lectione ſimpliciorum fratrũ procul eſt. Verba autem ita ppria: ita latina: ita excul-
ta: vt cum tota antiquitate(paucis tñ nouis admixtis)certare poſſit. Neq; id magnopere miran-
dum. Nam cum in illa tempeſtate cũ imperio Romano Romana vacillaret eloquentia/recenteſq;
authores gothice potius q̃ latine loquerentur: nulla erat inuidia ſi ad antiquos authores reſpexe-
rit/ad quorum imitationem in archetypis eius pręſertim in Matthęũ Iodocus Badius Aſcenſius,
qui tranſcripſit atq; opus ipſum impreſſit/depręhenderit plurima antiq̃tatis veſtigia/vt integras
vbiq; ſeruatas cõpoſitarum vocularum partes/quales ſunt inbecillitas/inmortalitas/inpono/
intellego/adfectio/exſul. & id genus alia mille. Item ipſud pro ipſum: domu p domo: paſcham diſ-
ficullimum & non pauca alia/quæ ne lectorem antiquitatis ignarum offenderent/ad pręſentem
monetam tornauit/ſententia tñ nulla mutata. Neq; verba quidem mutanda putaſſet/ſi eandem
in reliquis exemplaribus phraſim cõperiſſet. Sententiarum porro tanta in hæc authore eſt fœcun
ditas/vt(quod Salluſtio laudi datum eſt)cum verborum numero vbiq; certent & nonnuſq̃ ipſũ
ſuperent: tantaq; grauitas vt a ſpiritu ſancto qui tanti viri pectora indeſolabile habuit domiciliũ
dictatas no dubites. Nullus eñ in eis eſt phucus/at ſolidus color plurimus: nullum lenocinii ſed
magnifici leporis pelagus maximum. Et cum ſumma inſit breuitas/nulla tñ(niſi penitus illitera-
tus ſit lector)eſt in eis obſcuritas. Neq; ſui oſtentator eſt vſq̃/nec verborum licet eorum ditiſſim⁹
ſit/affectator. Nam quęcunq; abſoluta aut manifeſtaria putauit/pręteriit. Quæ vero nodoſa/indi
cato paucis nodo ſic abſoluit/vt minus prouidus lector vix tetigiſſe putarit: fœlicior mediuſfidi⁹
Alexãdro illo Magno Macedonum rege qui fatalem Gordii nodũ quem arte ſoluere non valuit
ferro diſrupit. Sed vt ea quę de ſanctiſſimo Hilario ſentimus & dicimus non futuli cõprobẽtur au-
thoritate/ita de eo atq; eius doctrina glorioſus admodũ & inter primos ſanctus preſbyter Hiero-
nymus in libro de viris illuſtribus ſcriptũ reliquit. Hilari⁹ vrbis pictauorum aquitanicę epiſcopus
factione Saturnini Arelatẽſi. epiſcopi de ſynodo Bitterenſi in phrygiam relegatus: duodecim ad-
uerſus Arrianos confecit libros: & alium librum de ſynodis quem ad galliarum epiſcopos ſcripſit
Et in pſalmos cõmentarios duos: primum videlicet a primo pſalmo vſq; ad ſeptuageſimũ: & ſecũ
dum a centeſimodecimooctauo vſq; ad extremum. In quo opere imitatus Origenẽ/non nulla etiã
de ſuo addidit. Eſt & eius ad Conſtantiũ libellus/quem viuenti Conſtantinopoli porrexerat: & ali
us in Conſtantium quem poſt mortem eius ſcripſit. Et liber aduerſus Valentem & Vrſatium/hi
ſtoriam Ariminenſis & Seleucẽ. ſynodi continens. Et ad pręfectum ſaluſtinum: ſiue contra Dio
ſcorum. Et liber hymnorum & myſteriorum alius. Et commẽtarii in Matthęũ. Et tractatus in Iob
quos de gręco Origenis ad ſenſum tranſtulit. Et alius elegans libellus contra Auxentium. Et nõ-
nullę ad diuerſos epiſtolę. Aiunt quidam eũ ſcripſiſſe in cantica canticorum: ſed a nobis hoc opus
ignoratur. Mortuus eſt Pictauis Valentiniano & Valente regnantibus. Hęc ille/Idem ad Magnũ
oratorem Vrbis Romę. Hilarius meorum temporum confeſſor & epiſcopus duodecim Quintili
ani libros & ſtilo imitatus eſt & numero. Et ad Athletam de inſtitutione filię. Hilarii libros ſoffeo

ſo percurrat pede. Et in ſecundo defenſionis ſuę contra Rufinum libro. Hilarium virũ eloquentiſſimum contra Arrianos latini ſermonis tubam vt Origenem defenda s excõmunicatum a ſynodo criminaris. Item in epiſtola de Origene legendo. Nec diſertiores ſumus Hilario/ nec fideliores victorino. Hęc rurſus ille. Quibus liquet quantũ eloquentię & grauitati doctrinę beatiſſimi Hilarii tribuerit. Inter ea autem opera quę ſumma vigilantia congeſta venerandę paternitati tuę dñe cõfeſſarie/ nũcupamus: duodecĩ libros de trinitate quos cõtra Arrianos diuus Hieronymus iſcripſit: & Conſtãtium & Auxentium hęreticos: & de ſynodis contra eos celebratis librum Georgius Cribellus preſbyter pridem in lucem protulit. Cõmentarios autem duos in pſalmorum explanationẽ Ioannes Solidus Cracouius vir litteris & moribus probatis adhortante pręſertim Iacobo fabro ſtapulẽ. pſo multis noĩbus laudato/ acri vigilãtia & nõ pauco labore e ſitu ac ſqualore redemit. Porro tractatus in Matthęum & epiſtolam ad Apram filiã diui Hilarii Guilielmus Paruus regię confeſſionis auditor: tibiq; pater colende habitu: profeſſione: totoq; ordine quodãmodo collega: & propagandorum librorum bonorum auctor maximus e diui Benigni diuionẽ. coenobio ad Badii nõmali chalcographi officinam vt latinis characteribus vir tam̃ anxie latinus imprimeretur trãſmiſit. Omneſq; qui ſymbolum cõtulere: vno ore plenoq; conſenſu cõmonuerunt vt venerãtiõi tuę totum opus dicaremus: rogaremuſq; patiaris ſub tuę dexteritatis pręſidio opus tantum emitti: qd vt facias pater Reuerende obnixe precamur. Vale. Ex gymnaſio tuo Pleſſeiaco Parrhiſiis ſeptimo Idus Ianuarias Anni ad calculum noſtrum. M.D.X.

Ad regię confeſſionis auditorem celeberrimum:
Et theologum doctiſſimum Guilielmum Paruum:
Aſcenſianum epigramma.

Parue diſertorum non parua lucerna virorum:
(Nam redimis tetro ſcripta probata ſitu)
Ecce inter gallos lux prima & maxima ſanctos
Hilarius duce te pręſulti ora ſubit.
Perge age phoebea doctores lampade dignos
Eruere: et ſummos ęquiparare viros.
Non etenim minor eſt virtus tradentis in vſum
Abdita: q̃ clarum parturientis opus.

Incipit liber primꝰ Sancti Hilarii de trinitate cōtra Arianos.

Circunſpicienti mihi proprium humanę vitę ac religioſum officium quod vel a natura manās vel a prudētium ſtudiis pfectum dignū aliquid hoc cōceſſo ſibi ad intelligentiam diuino munere obtineret: multa quidē aderant quę opinione cōi efficere vtilem atq; optandam vitā videbantur: maximeq; ea quę & nūc & ſemper antea potiſſima inter mortales habentur: ocium ſimul atq; opulētia: quod alteꝝ ſine altero mali potius materies q̄ boni eſſet occaſio: quia & quies in ops prope quoddā vitę ipſius intelligitur eſſe exilium: & opulens inquietudo tanto plus calamitatis afferat quāto maiore idignitate iis careat quę maxime & optata & quęſita ſūt ad vtendū. Atq; hęc quidem q̄q̄ in ſe ſūma atq; optima vitę blādimenta cōtineāt: tn̄ non multum vidētur a cōſuetudine eſſe belluinę oblectationis aliena: quibus i ſaltuoſa loca ac maxime pabulis lęta euagātibus adſit & ſecuritas & ociositas a labore: & ſatietas ex paſcuis & abundantia. Nam ſi hic optimus & abſolutiſſimus vitę humanę vſꝰ exiſtimabitꝰ: quieſcere & abundare: neceſſe eſt hūc eundem ſecundum ſui cuiuſq; generis ſēſum: nobis atq; vniuerſis rationis expertibus beluis eſſe cōem. Quibꝰ oībus natura ipſa in ſūma rerū copia & ſecuritate famulante: ſine cura habendi copia redundat vtendi. Ac mihi plęriq; mortalium nō ob aliam quidē cauſam: hanc inepte ac beluinę vitę cōſuetudinē & reſpuiſſe a ſe ac coarguiſſe in aliis videntur: q̄ q; natura ipſa auctore impulſi indignum homine eē exſtimauerūt in officium tantum ſe ventris & inertię natos arbitrari: & in hāc vitam nō ob aliqua pclari facinoris aut bonę artis ſtudia eſſe deductos: aut hanc vitam non ad aliquē pfectū eſſe ęternitatis indultam: quā pfecto non ambigerēt munus dei non eſſe reputandū vel refutandum: cum tantis afflicta angoribus & tot moleſtiis impedita ſeſe ipſā atq; ipſa inter ſe ętatem a pueritia ignoratione vſq; ad ſenectutis deliramenta cōſumeret: & idcirco ad aliquas ſe patientię & cōtinētię ac placabilitatis virtutes & doctrina & opere tranſtuliſſe: q; bene agere atq; intelligere: id demū bene viuere eſſe opinabantur: vitā autem ipſam non ad mortē tantū ab immortali deo tribui extiſtimandum: cum boni largitoris non eſſe intelligeretur viuēdi iocūdiſſimum ſenſum ad triſtiſſimum metū tribuiſſe moriendi. Et q̄q̄ non ineptā hanc eorū eſſe ſententiam atq; inutilem exiſtimarem: conſcientiam ab omni culpa liberam conſeruare & omnes humanę vitę moleſtias vel pruidere prudenter: vel vitare conſulte vel ferre patienter: tamē hi ipſi non ſatis mihi idonei ad bene beateq; viuēdum auctores videbātur: communia tantum & conuenientia humano ſenſui doctrinarū pręcepta ſtatuentes: quę cū nō itelligere: beluinū eſſet: intellecta tamen non agere: vltra beluinę inmanitatis eſſe rabiē videretur. Feſtinabat aūt animus non hęc tantūmodo agere quæ non egiſſe & criminū eſſet plenum & dolorum: ſed hunc tanti muneris deū parentēq; cognoſcere: cui ſe totū ipſe deberet: cui famulans nobilitandum ſe exiſtimabat: quē ad omnē ſpei ſuę opinionem referret: i cuius bonitate inter tantas pſentium negociorum calamitates tanq̄ tutiſſimo ſibi portu familiariq; requieſceret. Ad hunc igitur vel intelligendū vel cognoſcendum: ſtudio flagrantiſſimo accendebātꝛ. Nāq; plures eoꝝ numeroſas icertorū deorum familias introducebant: & virilē ac muliebrem ſexū in diuinis naturis agere exiſtimātes: ortus ac ſucceſſiones ex diis eorū afferebant. Alii minores ac maiores & differentes pro poteſtate deos prędicabant. Nōnulli nullū omnino deum eſſe affirmantes: eam tantum quę fortuitis motibus atq; concurſibus in aliquid exiſteret: naturā venerabantꝛ. Plęriq; vero deum quidem eſſe opinione publica loquebantur: ſed hunc eundem incurioſum rerū humanarum ac negligētē pronunciabant. Aliq autē ipſas illas creaturarum corporeas cōſpicabileſq; formas in elemētis terrenis & cęleſtibus adorabant. Poſtremo quidā ſimulachris hominū pecudū volucrum ferarum ſerpētum deos ſuos collocabant: & vniuerſitatis dominū: atq; infinitatis parentē inter anguſtias metallorum & lapidum & ſtipitum coarctabāt. Dignūq; iam non erat: auctores eos veritatis exiſtimare: q ridicula & fœda & irreligioſa ſectātes: ipſis illis inaniſſimarum ſententiarum ſuarū opinionibus diſſiderent. Sed iter hęc animus ſolicitus vtili ac neceſſaria ad cogni-

nem dei ſui via nitens: cum neq; incuriã deo rerũ
a ſe conditarum dignã arbitraretur: neq; naturæ
potenti atq; incorruptę competere ſexus eorum
& ſucceſſiones ſatorum a · q; ortorum intelligeret
Porro autem diuinũ & æternũ nihil niſi vnum eẽ
& indifferens pro certo habebat: quia id quod ſibi
ad id q̃d eſt auctor eſſet nihil neceſſe eſt extra ſe q̃d
ſui eſſet pſtantius reliquiſſet. Atq; ita omnipotẽ-
tiam ęternitatemq; non niſi penes vnum eſſe: q̃a
neq; in omnipotentia validius infirmiuſq;: neq; ĩ
ęternitate poſteri⁹ anteriuſue congrueret. In deo
aũt nihil niſi ęternũ poteſq; eẽ venerãdũ. Hęc igit̃
multaq; alia eiuſmodi mecum animo reputans ĩ
cidi in eos libros: quos a Moyſe atq; a prophetis
ſcriptos eſſe hebræorũ religio tradebat: in quibus
ipſo creatore deo teſtante de ſe hęc ita cõtinebãt.
Ego ſum qui ſum Et rurſum. Hęc dices filiis iſrael
miſit me ad vos qui eſt. Admiratus ſum plane tã
abſolutam de deo ſignificationem: quę naturę di
uinę incomprehẽſibilem cognitionem aptiſſimo
ad intelligẽtiam humanã ſermone loqueret̃. Nõ
.n. aliud proprium magis deo q̃ eſſe ĩtelligit̃: quia
id ipſum quod eſt: neq; deſinẽtis eſt aliq̃n neq; cœ
pti: & id quod incorruptę beatitudinis poteſtate p
petuũ eſt non potuit aut poterit aliquando nõ eẽ
Quia diuinum omne neq; abolitiõe neq; exordio
obnoxium: & cum in nullo a ſe dei deſit ęternitas
digne hoc ſolũ q̃d: eẽt ad proteſtationem incorup-
tę ſuę ęternitatis oſtendit. Et ad hanc quidem in-
finitatis ſignificationẽ ſatiſfeciſſe ſermo dicentis
videbatur. Ego ſum qui ſum. Sed magnificentiæ
& virtutis ſuæ erat a nobis opus intelligendum:
nam cũ eſſe ei proprium eſſet: qui manens ſemper
nõ etiam aliquando cœpiſſet: ęterni & incorrupti
dei dignus de ſe hic rurſũ auditus eſt ſermo. Qui
tenet cœlũ palmo & terrã pugillo. Et rurſum. Cœ
lum mihi thronus eſt terra autẽ ſcabellum pedũ
meorum. Quã domũ mihi ędificabitis: aut quis
locus erit requietionis meę: nõne man⁹ mea fecit
hęc? Vniuerſitas cęli palmo dei tenet̃: & vniuerſi-
tas terrę pugillo concluditur. Sermo autem dei eti
am ſi ad opinionem religioſe intelligentię pro-
ficit: tamen plus ſignificationis introſpectus ſen-
ſu continet q̃ exceptus auditu. Nam concluſum
palmo cælum rurſum deo thron⁹ eſt & terra quę
pugillo continetur: eadem & ſcabellum pedũ ei⁹
eſt: ne in throno & ſcabello ſecundum habitũ con
ſidẽtis protenſio ſpeciei corporę poſſit ĩtelligi: cũ
id q̃d ſibi thronus & ſcabellum eſt rurſum ipſa il-
la infinitas potens palmo ac pugillo appræhẽden
te concluderet. Sed vt in his cũctis originib⁹ crea
turarum deus intra & extra & ſupereminens & ĩn
tern⁹ ideſt circũfuſ⁹ & ĩfuſus in omnia noſceret̃
cum & palmo pugilloq; cõtinens poteſtatẽ natu
ræ exterioris oſtenderet ac thronus & ſcabellum
ſubſtracta eſſe vt interno exteriora ſua interior in
ſidens: ipſe rurſum exterior interna concluderet.
Atq; ita totus ipſe intra extraq; ſe continens: neq;
infinitus abeſſet a cunctis: neq; cuncta ei qui infini
tus eſt nõ ineſſent. His igitur religioſſimis de deo
opinionibus veri ſtudio detentius animus delecta
batur. Neq; enim aliud quid dignum eſſe deo ar-
bitrabatur: q̃ ita eum vltra intelligentias rerũ eẽ:
vt in quantum ſe ad aliquem pſũptę licet opinio-
nis modum mens infinita protenderet: in tantũ
oẽm proſequentis ſe naturę infinitatem infinitas
immoderatę ęternitatis excederet. Quod cũ a no-
bis pie intelligeretur: tamen a propheta hęc ita
dicente manifeſte confirmabatur. Quo abi-
bo a ſpũ tuo: aut a facie tua quo fugiam? Si aſcen
dero in cęlum: tu illic es: ſi deſcẽdero in infernum
& ibi ades. Si ſumpſero pẽnas meas ante lucem:
& habitauero in extremis maris & enim illuc ma-
nus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
Nullus ſine deo: neq; vllus non in deo locus eſt. In
cœlis eſt: in inferno ẽ: vltra maria ẽ. Ineſt interior:
excedit exterior. Ita cum habet atq; habetur: neq;
in aliquo ipſe: neq; non in omnibus eſt. Q̃q̃ igi-
tur optimę huius atq; inexplicabilis intelligentię
ſenſu animus gauderet: q; hanc in parente ſuo &
creatore immẽſe ęternitatis infinitatem venerare
tur: tamen ſtudio adhuc interiore ipſam illam in-
finiti & ęterni domini ſui ſpeciẽ quęrebat: vt vnã
incircumſcriptam imenſitatem in aliquo pulchrę
intelligentię eſſe opinaretur ornatu. In quibus cũ
religioſa mens intra imbecillitatis ſuę conclude-
retur errorem: hunc de deo pulcherrimę ſẽtẽtiæ mo
dum propheticis vocibus appręhẽdit. De magni-
tudine enim operum & pulchritudine creaturarũ
conſequenter generationum conditor inſpicitur.
Magnorum creator in maximis eſt & pulcherri-
morum conditor in pulcherrimis eſt. Et cum ſer

ſenſum ipſum ſupergradiatur operatio: omnem
tamen ſenſum longe neceſſe eſt excedat operator.
Pulchrum itaq; coelum aer vel aether terra maria
& vniuerſitas om̃is quae exornatu ſuo vt etiã gr-
cis placet: digne κοσμοσ id eſt mundus nun-
cupari videtur. Sed ſi hanc ipſam rerum pulchri
tudinẽ ita ſenſus naturali metiẽ inſtinctu: vt eti-
am in quarundam volucrum ac pecudum acci-
dit ſpecie: vt dum infra ſententiam ſermo eſt: ſen-
ſus tamen id ipſum intelligens non eloquatur.
Quod tamen rurſum dum ſermo omnis ex ſen-
ſu eſt: ſenſus ſibi ipſe loquaẽ intelligẽs. Nõne hu-
ius ipſius pulchritudinis dominum neceſſe eſt to
tius pulchritudinis eſſe pulcherrimum intelligi:
vt cum aeterni ornatus ſui ſpecies ſenſum intelli-
gentiae omnis effugiat: opinionem tamen intelli
gentiae ſenſus non relinquat ornatus? Atq; ita
pulcherrimus deus eſt confitendus: vt neq; in-
tra ſentẽtiã ſit intelligendi neq; extra intelligenti
am ſentiendi. His itaq; piae opinionis atq; doctri-
nae ſtudiis animus imbutus in ſeceſſu quodam ac
ſpelunca pulcherrimę huius ſententiae requieſce-
bat non ſibi relictum quicq̃ aliud a natura ſua in-
telligens: in quo maius officium praeſtare condi-
tori ſuo muneris ſui poſſet q̃ vt tantum eum eſſe
intelligeret: quantus & intelligi non poteſt & po
teſt credi. Dum intelligentiam & fides ſibi neceſ-
ſariae religionis aſſumit: & infinitas aeternae pote
ſtatis excedit. Suberat omnibus his naturalis ad
huc ſenſus vt pietatis profeſſionẽ ſpes aliqua in-
corruptae beatitudinis aleret: quam ſancta de deo
opinio & boni mores quodam victricis militię ſti-
pendio emererentur. Neq; enim fructus aliquis
eſſet bene de deo opinari: cum omnem ſenſum
mors perimeret: & occaſus quidam naturae de-
ficientis aboleret. Porro autem non eſſe hoc di
gnum deo ratio ipſa ſuadebat: deduxiſſe eum in
hanc participem conſilii prudentiaeq; vitam ho-
minem ſub defectione viuendi & aeternitate mo
riendi: vt in id tantum non exiſtens ſubſtituere
tur: ne ſubſtitutus exiſteret: cum conſtitutionis
noſtrae ea ſola ratio intelligeretur: vt q; non eſſet:
eſſe coepiſſet: non vt q; coepiſſet eſſe nõ eſſet. Fati
gabatur autem animus partim ſuo partim cor-
poris metu; qui cum & conſtantem ſententiam
ſuam pia de deo profeſſione retineret: & ſolici-
tam de ſe atq; hoc occaſuro ſecum: vt putabat:
habitaculo ſuo curam recepiſſet: poſt cognitionẽ
legis ac prophetarum: iſtiuſmodi quoq; doctri-
nae euangelicae atq; apoſtolicae inſtituta cogno-
ſcit. In principio erat verbum: & verbum erat
apud deum: & deus erat verbũ: hoc erat in princi
pio apud deũ. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine
ipſo factum eſt nihil: quod factum eſt: in ipſo vi-
ta erat: & vita erat lux hominũ: & lux in tene-
bris lucet: & tenebrę eam non comprahenderũt:
Erat autem homo miſſus a deo cui nomen erat Io
annes: hic venit in teſtimonium vt teſtimonium
perhiberet de lumine. Non erat ille lux: ſed vt
teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux ve
ra quae illuminaẽ omnem hominem venientem
in hunc mundum. In mundo erat: & mundus
per eum factus eſt: & mundus eum non cogno
uit. In ſua venit: & ſui eum nõ receperũt. Quot
quot autem receperunt eum: dedit eis poteſta-
tem filios dei fieri: iis qui credunt in nomine eiꝰ:
qui non ex ſanguinibus neq; ex voluntate carnis
neq; ex voluntate viri ſed ex deo nati ſunt. Et
verbum caro factum eſt & habitauit in nobis: &
vidimus gloriam eiꝰ gloriam quaſi vnigeniti a pa
tre plenum gratiae & veritatis & caetera.

PRoficit mens vltra naturalis ſenſus in-
telligentiam: & plus de deo q̃ opinaba
tur docetur. Creatorem enim ſuum de-
um ex deo diſcit: verbum deum & apud deum
principio eſſe audit: mundi lumẽ in mundo ma-
nẽs: & a mundo nõ recognitum intelligit: veniẽ-
tem quoq; in ſua a ſuis non receptum: recipien-
tes autem ſub fidei ſuae merito in dei filios profe
ciſſe cognoſcit: non ex complexu carnis neq; ex
cõceptu ſanguinis neq; ex corporum voluptate
ſed ex deo natos: deinde verbum carnem factum
& habitaſſe in nobis & gloriam conſpectam eius
quae tanq̃ vnici a patre ſit profecta cum gratia
& veritate. Hic iam mẽs trepida & anxia plus
ſpei inuenit q̃ expectabat. Ac primũ ad cognitio
nem dei patris imbuitur: & q; añima de creato-
ris ſui aeternitate & iñfinitate & ſpecie naturali ſen
ſu opinabaẽ: hic niſi proprium eſſe: ea aũt vnigẽi-
to deo accipit. Nõ in deo fidem laxãs; quia ex deo

deum audit. Non ad naturæ diuerſitatem in deo
ex deo decidẽs: quia plenum gratia & veritate de-
um ex deo diſcit. Neq; prępoſterum ex deo deum
ſentiens: quia in principio apud deum eſſe deum
comperit. Et rariſſimam deinde hui⁹ ſalutaris co
gnitiõis fidem eſſe: ſed maximũ præmium noſcit:
quia & ſui ſon receperunt: & recipientes in filios
dei aucti ſunt nõ ortu carnis ſed fidei. Eſſe autem
filios dei non neceſſitatem eſſe ſed poteſtatem: qa
propoſito vniuerſis dei munere: nõ natura gignẽ-
tium afferatur: ſed voluntas pręmium conſequa
tur. Ac ne id ipſum ꝙ vnicuiq; eſſe dei filium: a
deo filio ſit poteſtas: in aliquo infirmitatem fidei
trepide impediret: quia per ſui difficultatem ęger
rime ſperetur: ꝙ & magis optatur & minus credi-
tur: verbum deus caro factum eſt: vt per deũ ver-
bum carnem factum: caro proficeret in deum ver
bum. Ac ne verbum caro factum aut aliquid ali
ud eſſet q̃ deus verbum: aut nõ noſtri corporis ca-
ro eſſet: habitauit in nobis: vt dum habitat: nõ
aliud q̃ deus maneret: dum autem habitat in no
bis: nõ aliud q̃ noſtrę carnis deus caro factus eſſet
per dignationem aſſumptæ carnis non inops ſuo
rum: quia tanq̃ vnigenitus a patre plenus gra-
tiæ & veritatis: & in ſuis perfectus ſit & verus in
noſtris.

• 3

SAncitaq; diuini ſacramenti doctrinam
mens læta ſuſcepit in deum proficiens
per carnem: & in nouam natiuitatem
per fidem vocata: & ad cęleſtem regenerationem
obtinendam poteſtati ſuæ permiſſa ſententię cu-
ram in ſe parentis ſui creatoriſq; cognoſcens: non
in nihilum redigẽdam ſe per eum exiſtimans: per
quem in hoc ipſum quod eſt: ex nihilo ſubtitiſſet:
& hæc omnia vltra intelligẽtiæ humanæ metiẽs
ſenſum: quia ratio communium opinionum cõ-
ſilii cæleſtis incapax hoc ſolum putet in natura
rerum eſſe: quod aut intra ſe intelligat: aut præ-
ſtare poſſit ex ſeſe. Dei autem virtutes ſecundum
magnificẽtiam æternæ poteſtatis nõ ſenſu ſed fi-
dei infinitate pẽdebat: vt deũ in principio apd de-
um eſſe: & verbum carnem factum habitaſſe in no-
bis: non idcirco non crederet: quia non intellige-
ret: ſed idcirco ſe meminiſſet intelligere poſſe: ſi
crederet. Ac ne in aliquo ſæcularis prudentiæ tar

daretur errore: ad piæ confeſſionis huius abſolu-
tiſſimam fidem ita inſuper per apoſtolum diui-
nis dictis edocetur. Videte nequis vos deſpo-
liet per philoſophiam & inanem fallaciam & de-
ceptionem: ſecundum traditionem hominum ſe
cundum elementa mundi & non ſecundum chri
ſtum: quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo di-
uinitatis corporaliter: & eſtis in illo repleti: qui eſt
caput omnis principatus & poteſtatis. In quo &
circuncisi eſtis circunciſione non manufacta in ex
poliatione carnis corporis: ſed circunciſione Chri
ſti: conſepulti ei in baptiſmate: in quo & reſurre-
xiſtis per fidem operationis dei: qui excitauit eũ
a mortuis. Et vos cum eſſetis mortui in delictis
& præputio carnis veſtræ: viuificauit vos cum
illo donatis vobis omnibus delictis delens quod
aduerſum nos erat chirographum in ſentẽtiis qd
erat cõtrariũ nobis: & ipſum tulit e medio affigẽs
illud cruci: exutus carne & poteſtates oſtẽtui ſe-
cit: triumphatis is cum fiducia in ſemetipſo. Re-
ſpuit captioſas & inutiles philoſophiæ quæſtiões
fides conſtans. Neq; humanarum ineptiarum
fallaciis ſuccumbens ſpolium ſe præbet veritas
falſitati: non ſecundum ſenſum communis in-
telligentiæ deum retinens: neq; de chriſto ſecun-
dum mundi elementa decernens: in quo diuini-
tatis plenitudo corporaliter inhabitet: vt dũ infi-
nitas ęternæ in eo eſt poteſtatis: omnem terrenę
mẽtis amplexum poteſtas ęternę infinitatis exce-
dat: qui nos ad diuinitatis ſuę naturam trahẽs nõ
etiam nos corporali præceptorum obſeruatione
diſtinxerit: neq; per legis vmbram ad ſolennia de
ſecandę carnis imbuerit. Sed vt omnem natura-
lem corporis neceſſitatem circunciſus a vitiis ſpi-
ritus criminum emũdatiõe purgaret: cuius mor
ti conſepeliremur in baptiſmo: vt in æternitatis
vitam rediremus: dum regeneratio ad vitam:
mors eſſet ex vita: & moriẽtes vitiis immortalita-
ti renaſceremur: ipſo pro nobis ex immortalitate
moriẽte: vt ad immortalitatẽ vna cum eo excita-
remur ex morte. Carnem enim peccati recepit:
vt in aſſumptione carnis noſtræ: delicta donaret
dum eius ſit particeps aſſumptione non crimine:
delens per mortem ſentẽtiam mortis: vt noua in
ſe generis noſtri creatione cõſtitutionem decreti
anterioris aboleret: crucifigi ſe permittẽs: vt male

dicto crucis oblitterata terrenæ damnationis maledicta configeret omnia: & ad vltimum in homine paſſus: vt poteſtates dehoneſtaret: dū deus ſecundum ſcripturas moriturus: & in iis vincentis in ſe fiducia triumpharet: dum immortalis ipſe neq; morte vincēdus pro morientiū æternitate moreretur. Hæc itaq; vltra naturæ humanæ intelligentiam a deo geſta non ſuccumbunt rurſum naturalibus mentium ſenſibus: quia infinitę æternitatis operatio infinitam metiendi exigat opinionem. vt cum deus homo: cum immortalis mortuus: cum æternus ſepultus eſt: non ſit intelligentiæ ratio ſed poteſtatis exceptio. Ita rurſum econtrario non ſenſus ſed virtutis modus ſit: vt deus ex homine: vt immortalis ex mortuo: vt æternus ſit ex ſepulto. Coexcitamur ergo a deo in Chriſto per mortem eius: ſed dum in chriſto plenitudo eſt diuinitatis: habemus & ſignificationem dei patris nos coexcitantis in mortuo per Chriſtum Ieſum non aliud q̃ deum in diuinitatis plenitudine confitendum. In hoc ergo conſcia ſecuritatis ſuæ ocio mens ſpebus ſuis læta requieuerat: interceſſionem mortis huius vſq; eo non metuēs vt etiam reputaret in vitam æternitatis: vitam autem huius corporis ſui non modo non moleſtam ſibi aut ægram arbitrabatur: vt eam q; puericiæ litteras: q; ęgris medicinam: q; naufragis natatum: q; adoleſcētib⁹ diſciplinā militiā eſſe crederet imperatoris: rerū ſcilicet præſentium tolerātiam ad pręmium beatæ immortalitatis proficientem. Quinetiā id quod ſibi credebat: tamen per miniſterium impoſiti ſacerdotii etiam cæteris prædicabat: mun⁹ ſuum ad officium publicæ ſalutis extendens. Sed inter hæc emerſerunt deſperata in ſe & ſęqua in omnes impiæ temeritatis ingenia potentem dei naturam ex naturæ ſuæ infirmitate moderantium: neq; & ipſi vſq; ad infinitatem opinandi de infinitis rebus emergerent: ſed infra finem ſenſus ſui indefinita concluderent: eſſentq; ſibi arbitri religionis cum religionis opus in ſolo obedientiæ eſſet officio: ſui immemores: diuinorum negligentes præceptorum emendatores. Nam vt de cæteris hæreticorum ſtultiſſimis ſtudiis ſileam: de quibus tamen ſicubi occaſionem ſermonis ratio præbebit: non tacebimus: Quidam ita euangelicæ fidei corrumpunt ſacramentum vt ſub vnius dei pia tātum profeſſione natiuitatem vnigeniti dei abnegent: vt protenſio ſit potius in homine q̃ deſcenſio: ne ꝑ vt qui filius hominis ſecundum tempora aſſumptæ carnis fuit: idem ſemper fuerit atq; ſit filius dei: ne in eo natiuitas dei ſit: ſed ex eodem idem ſit: vt vnius dei vt putant inuiolabilem fidem ſeries deducta ex ſolido in carnem conſeruet: dum vſq; ad virginem pater protēſus ipſe ſibi natus ſit in filium. Alii vero quia ſalus nulla ſit ſine Chriſto qui in principio apud deum erat deus verbum: natiuitatem negātes creationem ſolam profeſſi ſunt: ne natiuitas veritatem dei admitteret: ſed creatio veluti compoſiti & ſimulati dei falſitatem doceret: quæ dum ementiuntur in genere creationis: dei vnius fidem non excluderent in ſacramento: ſed natiuitatem veram nomini ac fidei creationis ſubiicientes: a veritate vnius dei ſeperabilem eum facerent: vt creatio ſubſtitutionis perfectionem ſibi diuinitatis non vſurparet: quam veritatis natiuitas non dediſſet. Horum igitur furori reſpondere animus exarſit recolens hoc vel pręcipuę ſibi ſalutare eſſe non ſolum in deum credidiſſe: ſed etiam in deum patrem: neq; in Chriſto tantum ſperaſſe: ſed in Chriſto dei filio neq; in creatura: ſed in deo creatore ex deo nato. Maxime ergo properam⁹ ex propheticis atq; euangelicis præconiis veſaniam eorum ignorantiamq; confundere: qui ſub vnius dei ſola ſane vtili ac religioſi prędicatione aut deum natum chriſtum negant: aut verum deum non eſſe contendunt: vt creatio potentis creaturæ intra vnum deum fidei ſacramentum relinquat: quia natiuitas dei extra vnius dei fidem religionem protrahat confitentium. Sed nos edocti diuinitus neq; duos deos prædicare neq; ſolum: hanc euangelici ac prophetici præconii rationem in confeſſione dei patris & dei filii afferemus: vt vnum in fide noſtra ſint vterq; non vnus: neq; eundem vtrumq; neq; inter verum ac falſum aliud confitentes: q̃a deo ex deo nato neq; eundē natiuitas permittit eſſe neq; aliud.

4

SEd vos quidem quos fidei calor & ignorante mundo ac ſapientibus mundi veritatis ſtudium ad legendum vocauit &

meminiſſe oportet terrenarum mentium infir-
mas ac imbecillas opiniones eſſe abijciendas om
nes imperfectæ ſententiæ anguſtias religioſa di-
ſcendi expectatione laxandas. Nouis enim rege-
nerati ingenii ſenſibus opus eſt: vt vnumquenq;
conſcientia ſua ſecundum cęleſtis originis mun9
illuminet. Standum itaq; per fidem ante eſt: vt
ſanctus Hieremias admonet: in ſubſtantia dei: vt
de ſubſtātia dei auditurus: ſenſū ad ea q̄ dei ſubſtā
tiæ ſint digna: moderetur. Modereť aūt nō aliquo
modo intelligēdi ſed infinitate. Quinetiam cōſci
us ſibi diuinę ſe naturę participem: vt beatus apo
ſtolus Petrus in epiſtola altera ait: effectum fuiſſe
dei naturam non naturæ ſuæ legibus metiať: ſed
diuinas profeſſiones ſecundum magnificētiam di
uinæ de proteſtationis expendat. Optimus enim
lector eſt qui dictorum intelligentiam expectet ex
dictis potiuſq; imponat & rettulerit magis q̄ attu
lerit: neq; cogat id videri dictis contineri quod an
te lectionem pręſumpſerit intelligendum. Cum
itaq; de ſe reb9 dei erit ſermo: cōcedamus cogni-
tionem ſui deo: dictiſq; eius pia veneratione famu
lemur: idoneus enim ſibi teſtis eſt: qui niſi per ſe co
gnitus non eſt. Siqua vero nos de natura dei &
natiuitate tractantes: comparationum exempla
afferemus: nemo ea exiſtimet abſolute in ſe ratio
nis perfectionem continere. Comparatio enim
terrenorum ad deum nulla eſt: ſed infirmitas no-
ſtræ intelligentiæ coegit ſpecies quaſdam ex infe
riorum tāq̄ ſuperiorum indices quęrere: vt rerum
familiarium conſuetudine admonente: ex ſenſus
noſtri conſciētia ad inſoliti ſenſus opinionem edo
ceremur. Omnis igitur comparatio homini vti-
lis potius habeatur q̄ deo apta: quia intelligen-
tiam magis ſignificet q̄ expleat: neq; naturis car-
nis & ſpiritus aut inuiſibilium ac tractabilium co
æquandis præſumpta reputetur proteſtans & in-
firmitati ſe humanæ intelligentiæ neceſſariam &
ab inuidia eſſe liberam non ſatiſfacientis exempli.
Pergimus itaq; de deo locuturi dei verbis: ſenſum
tamen noſtrum rerum noſtrarum ſpecie imbuen-
tes. Ac primum ita totius operis modum tempe-
rauimus: vt aptiſſimus legentium profectibus cō
nexorum ſibi libellorum ordo ſuccederet. Nihil
enim incompoſitum indigeſtumq; placuit aſſere
re: ne operis inordinata congeries ruſticum quen

dam tumultum perturbata vociferatione præbe
ret. Sed quia nullus ad prærupta conſcenſus eſt:
niſi ſubſtractis paulatim gradibus feratur greſſus
ad ſumma: nos quoq; quædam gradiēdi initia or-
dinantes: arduum hoc intelligētiæ iter cliuo qua
ſi molliore leniuimus non iam gradib9 inſciſſum
ſed planitie ſubrepente deuexū: vt prope ſine ſcā
dentiū ſenſu: euntium poſſit proficere cōſcenſus.

5

Poſt hunc enim primi huius ſermonis li-
bellum: ſequens ita ſacramētum edocet
diuinæ generationis: vt baptizādi in pa
tre & filio & ſpiritu ſancto nō ignorēt nominum
veritatem: neq; vocabulis intelligentiam confun
dant: ſed vnumquodq; ita ſenſu cōcipiāt: vt eſt ac
nuncupatur: agnituri abſolutiſſime in iis quæ di-
cta ſunt: q; neq; non ipſa veritas ſit nominis: neq;
non nomen ſit veritatis. 6

Poſt hunc itaq; lenem ac breuem demon
ſtratę trinitatis ſermonem: tertius liber
etſi ſenſim tamen iam proficienter ince-
dit. Nam id quod vltra humani ſenſus intelligē
tiam dominus de ſe profeſſus eſt: quantis poteſt
potentiæ exemplis: ad intelligentiæ fidē coaptat
dicens. Ego in patre & pater in me: vt quod ab ho
mine per naturam hebete non capitur: id fides ta
men rationabili ſcientia cōſequatur: quia neq; nō
credēdum de ſe deo eſt: neq; opinādum eſt extra
rationem fidei eſſe intelligentię poteſtatem.

7

Quartus deinde liber initium ſui ex hæ-
reticorū doctrinis auſpicatur: ſe ipſum
vitiis quibus fides eccleſiæ infirmatur:
expugnans: ipſam illam perfidiæ expoſitionem a
multis non olim editam proferens: & ſubdole eos
ac per id impiiſſime vnum deum ex lege defendiſ
ſe conuincēs: omnibus legis ac prophetarum teſti
moniis ita demonſtratis vt ſine deo chriſto vnum
deum cōfiteri irreligioſitas ſit: & cōfeſſo deo vni-
genito chriſto nō vnum deū prędicare pfidia ſit. 8

Quintus vero tenet eū reſpōſiōis ordinē
quē hęretici inſtituerant profeſſionis: nā
q; cū vnū deū prędicare ſe ſm legē emen
titi eſſent: vnū quoq; deū verum ex eadem pferre
ſe feſellerūt: vt per exceptionē dei & vnius & veri
natiuitatē deo chriſto adimerēt: q̄ vbi natiuitas ē

ſbi & intelligẽtia ſit veritatis. Nos autem iiſdẽ gra
dibus quibus id ipſum negabãt: docẽtes: nec duos
deos nec ſolitarium verũ deum: ſed patrẽ verũ de
um ita ex lege ac ꝓphetis prędicauimꝰ: ne aut
vnius dei fidẽ corrumperemus aut nati veritatem
denegaremus: ſed quia ſecũdũ illos creato potiꝰ q̃
nato nomẽ dei dño Ieſu chriſto deputaret̃ potius
q̃ ineſſet: diuinitatis veritas ita ex auctoritatibꝰ ꝓ
pheticis demonſtrata eſt: vt nos dño Ieſu Chri=
ſto deo vero prędicato: intra intelligentiam vniꝰ
dei veri natiuę in eo diuinitatis veritas cõtineret.

Sextus vero iam liber omnẽ hęreticę aſſer
tionis fraudulẽtiam pandit: namq; vt di
ctis ſuis fidem facerẽt: damnantes dicta
& vicia hęreticorũ valẽtini ſilicet & ſabellii & ma=
nichei & hierachę: pias eccleſiæ prædicationes ve
lamento profeſſionis impiæ furati ſunt: vt corru=
ptis in melius verbis irreligioſorum & ambigua ſi
gnificatione moderatis: ſub impietatis damnatio
ne doctrinam pietatis extinguerẽt. Sed nos ſingu
lorum dictis & profeſſionibus demonſtratis ſan=
ctas eccleſiæ prędicatiões abſoluimus: neq; quicq̃
cum dãnatis hęreticis cõmune eis eſſe permiſimꝰ
vt damnanda damnãtes: ſola venerabiliter ſectan
da ſequeremur: filium dei dominum noſtrum Ie=
ſum chriſtũ: quod maxime ab iis negabat̃: per hæc
docentes: dum de eo teſtatur pater: dum de ſe ipſe
profitet̃: dũ apoſtoli prædicãt: dũ religioſi credũt:
dum dęmones clamant: dum Iudęi negãtes fatẽ=
tur: dum ignorantes intelligunt gẽtes: ne iam am
bigẽdum permitteret̃: quod ignorãdum nõ relin
quebatur.

Septimus deinceps liber ſcd̃m perfectę fi=
dei gradũ: ſuſceptę diſputationis ſermo
nẽ tẽperauit: namq; primũ ꝓ inuiolabilis
fidei ſanam & incorruptam demõſtrationẽ inter
ſabelliũ & hebionem & hos non veri dei ꝑdicato=
res lite certauit: cur ſabellius ſubſiſtẽtem añ ſęcu=
la negaret: quem creatum alii confiterẽtur. Igno=
rabat enim Sabellius ſubſiſtentem filium: dũ deũ
verum operatũ in corpore eſſe nõ ambigit. Hi aũt
negabãt natiuitatem & affirmabãt creaturam dũ
opera eius dei veri eſſe opera nõ intelligũt. Lis eo=
rum noſtra fides eſt: nã dũ filium negat: in eo vin=
cit ſabellius: q; deus verus operatus eſt: & eccleſia
eos qui verum in chriſto deum negauerint vincit.
At vero cũ ſub ſubſiſtentẽ chriſtũ añ ſæcula ii ad=
uerſus eũ demonſtrant eſſe ſemper operatũ: de cõ
dẽnato ſecũ Sabellio nobis triũphãt: deũ quidẽ ve
rũ ſcientes: ſed dei filium neſciẽtes. Hebion aũt ab
vtroq; ita vincit̃: vt hic añ ſęcula ſubſiſtẽtem: hic
verum deum cõuincat operatũ. omneſq; ſe inui=
cem vincẽdo vincunt̃: q̃a eccleſia & cõtra ſabelliũ
& cõtra creaturæ prædicatores & cõtra hebionẽ:
deũ veri ex deo vero dñm noſtrũ Ieſum chriſtũ &
añ ſęcula natũ: & poſtea hominẽ genitũ eſſe teſta
tur. Nemini ſit dubiũ eſt cõgruũ id maxie pię do
ctrinę fuiſſe. vt quia ex lege & ꝓphetis primũ dei fi
liũ: poſt etiã deũ verũ cum ſacramento vnitatis ꝓ
dicaſſemus: ruſum legem ac prophetas p euãge=
lia firmantes: primũ ex iis dei filium: poſt etiã deũ
verum doceremꝰ. Conpetentiſſimũ itaq; fuit pꝰ
nomen filii: veritatem eius oſtendere: q̃q̃ ſcd̃m cõ
munem ſenſum veritatis abſolutionẽ nũcupatio
filii obtineret. Sed nequid aduerſantibus vnigeni
ti dei veritati occaſionis ad fallendum & illuden=
dum relinquẽretur: ipſam illam proprietatem per
diuinitatis veritatem aſtruximus: deum eſſe eum
qui dei filius non negaretur: his modis docentes:
nomine natiuitate natura poteſtate ꝓfeſſione: ne
aliud eſſet q̃ nũcuparetur neq; nũcupatio nõ nati
uitatis eſſet: neq; natiuitas naturã amiſiſſet: neq;
natura nõ retinuiſſet poteſtatẽ: neq; poteſtas nõ
etiam conſcia ſibi veritatis profeſſiõe noteſceret.
Cauſas ergo omnes ſingulorũ generũ ita ex euãge
liis exceptas ſubiecimus: vt nec profeſſio tacuerit
poteſtatem: nec poteſtas exhorruerit naturã: nec
natura nõ ſuæ natiuitatis ſit: nec natiuitas nõ ſui
nominis: vt per id nõ relinqueret̃ impietatis calũ=
nia: cum dei veri ex deo vero diuinitatem ſecũdũ
& nomen & natiuitatem & naturam & poteſtatẽ
ipſe quoq; dominus noſter ieſus chriſtꝰ natiuę ve
ritatis ſuę proteſtatione docuiſſet.

Octauus vero iam liber duobus ſuperio
ribꝰ libris de dei filio & de deo vero mul
tum ad credentium fidem proficienti=
bꝰ totus in vnius dei demõſtratione detẽtꝰ ẽ: nõ
auferens filio dei natiuitatem ſed neq; per eã duo=
rũ deorũ diuinitatem introducens. Ac primũ qui
bus modis hęretici veritatem dei patris & dei filii
quia negare non poſſent: tñ eludere niterent̃: edo

cuit diſſoluens ineptas eorum & ridiculas occaſio
nes: quibus per id quod dictum eſt. Multitudinis
autem credẽtium erat cor vnum & anima vna. Et
rurſum. Qui plantat autẽ & qui rigat: vnũ ſũt. Et
rurſum. Nõ pro iis autem tm̃ rogo: ſed & pro iis q
credituri ſunt per verbum eorum in me: vt omnes
vnũ ſint: ſicut tu pater in me & ego in te: vt & ipſi
ſint in nobis: voluntatis potius & vnanimitatis
q̃ diuinitatis aſſerunt veritatem. Sed nos hæc ip-
ſa ſuis virtutibus pertractantes: fidem in ſe diuinę
natiuitatis continere oſtendimus. & oẽs dicto-
rum dñicorum profeſſiones reuoluẽtes: totũ ac
perfectum ex apoſtolicis prçconiis ac ſanctiſpirit⁹
proprietatibus: & paternę & vnigenitę maieſtatis
ſacramentum docuimus: cum & in patre filius in
tellectus: & pater in filio cognitus: vnigeniti dei
natiuitatem & perfectũ in eo dei oſtenderent veri-
tatem. Parum eſt autem in reb⁹ ad ſalutem maxi
me neceſſariis ſola ea ad ſatiſfactionem fidei affer
teque propria ſunt: quia plęrũq; blandiẽtes ſenſũ
fallãt dictorũ noſtroꝝ inexploratę aſſertiones: niſi
etiã propoſitionum aduerſarum demonſtratę ina
nitates fidem noſtram in eo ipſo q̄ ipſæ ridiculæ
eſſe arguantur affirment.

12

NOnus itaq; liber totus in repellendis iis
quæ ad infirmandam vnigeniti dei na-
tiuitatem ab impiis vſurpantur: inten-
tus eſt: qui diſpenſationis occulti a ſæculis myſte
rii immemores euangelica fide deum atq; homi-
nem prędicari non recordentur. Namq; cum deũ
eſſe dñm noſtrum ieſum chriſtũ: & ſimilẽ deo eſſe
& ęqualem vt deum filium deo patri: natũ ex deo
& ſecũdũ natiuitatis proprietatẽ in veritate ſpũs
ſubſiſtere negãt: his niti dictorum dñicorum pro-
feſſionibus ſolent. Quid me dicis bonum? nemo
bonus niſi vnus deus. Vt cum dici ſe coarguat
bonum: & nõ niſi vnum deũ bonũ eſſe teſtetᷣ: & ex
tra bonitatem dei ſit: qui bonus eſt: & in dei nõ ſit
veritate: qui vnus eſt. Quibus dictis etiam hęc ad
impietatis ſuę argumenta connectũt. Hæc ẽ aũt
vita ęterna vt cognoſcant te ſolum verum deũ &
quem miſiſti ieſum chriſtũ. vt ſolũ verũ deũ cõfeſ
ſus patrem: nec verus ipſe nec deus ſit: quia ſolius
dei veri exceptio ſignificatę proprietatis nõ exce-
dat auctorem. Non ambigue autem hoc ab eo di
ctum eſſe intelligendum: quia idem dixit. Nõ põt
filius facere a ſe quicq̃ niſi quod viderit patrem fa
cientem. Vt cũ nihil niſi de exemplo operis poſſit
operari: naturæ in eo intelligatur infirmitas: quia
nequaq̃ ſit omnipotẽtię comparãdum quod alie-
nę operatiõis ſubiectũ eſt neceſſitati: & ratio intel
ligentiæ hoc ſuadeat: in omnibus a ſe poſſe & non
poſſe differre: differre autẽ euſq;: vt de patre deo
hæc ita profeſſus ſit. Pater maior me eſt. Et ceſſet
in profeſſiõe abſoluta aduerſandi calumnia: quia
impię veſanię ſit honorem ac naturam dei tribue
re abnuẽti. Omni autem modo in tm̃ eum a ꝓprie
tate veri dei abeſſe: vt etiam teſtat⁹ hęc fuerit. De
die autẽ illa & hora nemo ſcit neq; angeli in cœlis
neq; fili⁹ hominis: niſi ſolus pater: vt cum fili⁹ ne-
ſciat quod pater ſolus ſciat: lõge alien⁹ ſit neſciẽs
ab ſciente: quia natura ignorationi obnoxia: nõ ſit
eius virtutis & poteſtatis: quę dominatu ignora-
tiõis excepta ſit. Hæc itaq; corrupto deprauatoq;
ſenſu impiiſſime ita intellecta eſſe monſtrantes:
omnes dictorum cauſas ex iis ipſis vel interroga-
tionũ vel temporum vel diſpẽſationũ generibus
attulimus: cauſis potius verba ſubdentes: nõ cãs
verbis deputantes: vt cum a ſe diſſideat. Pater
maior me eſt. Et ego & pater vnum ſumus. Neq;
idem ſit. Nemo bonus niſi vnus deus. Et qui me
videt: videt & patrẽ. Vel certe tanta a ſe diuerſita
te cõtraria ſint pater oĩa tua mea ſunt & mea tua.
Et iterum. Vt cognoſcãt te ſolum verũ deũ. Vel
illud. Ego in patre: & pater in me. Et iterũ. De die
autem illa & hora nemo ſcit neq; angeli in cęlis ne
q; filius hominis niſi pater ſolus. Intelligantᷣ in ſin
gulis & diſpenſationum prędicatiões & cõſcię po
teſtatis naturales profeſſiones: & cum idem ſit di
cti auctor vtriuſq;: demonſtratis tamẽ virtutibus
generum ſingulorũ nõ pertineat ad cõtumeliam
verę diuinitatis: quod ad ſacramẽtum fidei euan-
gelicę ſub diſpenſatione & cauſę & tẽporis & na-
tiuitatis & nominis prędicatur.

13

DEcimi vero libri eadem eſt ratio quæ fi-
dei. Nam quia ex paſſionis genere & ꝓ-
feſſione quendam perſtultæ intelligentię ſenſum
ad contumeliã diuinę in domino noſtro ieſu xp̃o
naturę virtutiſq; rapuerũt: ea ip̃a demõſtranda fu
erant: & ab iis impiiſſime intellecta eſſe & ab eo ad
proteſtationem veræ & perfectę i ſe maieſtatis eẽ

memorata. Nāq̧ his ſibi dictis vt religioſe impii
ſint blādiūtur. Triſtis eſt anima mea vſq̧ ad mor
tem. Vt longe a beatitudine atq̧ incorruptione
dei ſit: in cuius animam dominans metus triſtitię
imminētis inciderit. Qui etiam vſq̧ ad hanc pre
cem conſternatus fuerit paſſionis neceſſitate Pa
ter ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte. Et ſine du
bio timere videtur perpeti: quod ne pateretur ora
uit: quia patiendi trepidatio cauſam attulit dep̄
candi. In tantum vero infirmitatem eius obtinue
rit vis doloris: vt in ipſo crucis tēpore diceret. De
us deus meus quare me dereliquiſti? Qui etiam
vſq̧ ad querelam deſolationis: ſuę paſſionis acer
bitate cōmot⁹ auxilii in ops p̄ni ſpm̄ in hac vo
ce emiſerit cum dixit. Pater in manus tuas cōmē
do ſpiritum meum. Et exhalandi ſpiritus trepida
tione turbatus tuendū hunc cōmendauerit: quia
cōmendationis neceſſitatē deſperatio ſecuritatis
exegerit. Sed ſtultiſſimi atq̧ impiiſſimi homines
non itelligentes nihil contrarium in reb⁹ iiſdē ab
eodē dictū fuiſſe: verbis dn̄i īhęrētes cauſas ipſas
dictorum reliquerunt. Nā cum longe multūq̧ di
uerſum ſit. Triſtis eſt anima mea vſq̧ ad mortem
Et amodo videbitis filiū hoīs ſedentē a dextris vir
tutis. Neq̧ id ipſum ſit. Pater ſi poſſibile ē trāſeat
a me calix iſte. Et illud. Calicē quem dedit mihi pa
ter meus non bibā illum? Lōgeq̧ diuerſum ſit De
us deus meus quare me dereliquiſti: ab eo. Amen
dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Multum
quoq̧ diſſentiat. Pater in manus tuas cōmēdo ſpi
ritum meū. Et illud. Pater remitte illis: quia quid
faciunt neſciunt. Ad impietatem reciderunt diui
norū dictorū incapaces: & cū nō conueniat trepi
dationi & libertati: feſtinationi & excuſatiōi: que
relę & adhortatiōi: diffidētię & interceſſioni: diui
nę p̄feſſionis naturęq̧ īmemores ad argumētū i
pietatis ſuę: diſpēſationis geſta & dicta tenuerūt.
Itaq̧ nos demonſtratis omnib⁹ quę in ſacramēto
& animę & corporis dn̄i noſtri ieſu chriſti ſūt ad ſa
cramenti religionem: nihil inexploratū: nihil taci
tum dereliquimus: ſed dictorū oīum pacificā in
telligētiā ſingulis quibuſq̧ cauſarū generibus co
aptantes: nec trepidare fiduciā neq̧ euitare volū
tatē: nec cōqueri ſecuritatē: nec cōmēdationē ſui
orantē aliis veniam dediſſe mōſtrauim⁹: fidem di
ctorū vniuerſorum abſoluta euāgelii myſterii p̄di
cationе firmātes. Igiť quia deſperatiſſimos homi
nes ne ipſa quidē reſurrectionis gloria intra religi
onis intelligētiā edoctos cohibuit: ſed aut per di
gnationis profeſſionem: impietatis ſuę arma ſūp
ſerūt aut ſacramentū reuelationis ad dei cōtume
liā tranſtulerūt: vt per id qđ dictū eſt Aſcendo ad
patrē meū & ad patrem veſtrū: deū meū & deū ve
ſtrū: dū cōmunis nobis atq̧ ipſi & pater pater ē: &
de⁹ deus eſt: extra exceptionem veri dei ſit in pro
feſſiōe cōi: cūq̧ ſicuti nos & creationis neceſſitas
creatori deo ſubdat: & adoptio aſſumat in filiū. Iā
vero nulla in eo diuinę naturę proprietas exiſti
māda ſit ſecundum apl'i dcm̄. Cū aut dixerit oīa
ei ſubiecta ſūt preter eū qui ſubiecit oīa tūc & ipſe
ſubiect⁹ erit ei qui ſibi ſubiecit omnia vt ſit deus
oīa in omnib⁹: quia ſubiectio & infirmitatem ſub
iecti preſtať: & dominātis ſignificat poteſtatem.

IN his quoq̧ cum ſūma religionis demō
ſtratione tractandis liber vndecimus oc
cupatur: etiam ex his ipſis dictis apoſto
licis demōſtrāś: non modo non ad diuinitatis in
firmitatem ſubiectionē p̄ficere: ſed per eā: ipſā ve
ritatem dei quia ex deo ſit natus: oſtēdi: & p id qđ
ſibi ac nobis & pater pater eſt: & deus deus eſt: no
bis multū acquiri & ei nihil detrahi. Cū. ſ. homo
natus & vniuerſis carnis noſtrę paſſionibus fun
ctus ad deū & patrē noſtrū vt homo noſter in deū
glorificandus aſcenderet. Quod āt in omni gene
re doctrinarum obſeruari ſemper meminimus: vt
ſi qui diu tenui primū exercitatione longoq̧ vſu
humilioris ſtudii fuerunt eruditi: tū iā ad terū ip
ſarum quib⁹ imbuti ſunt: experimenta mittanť:
vt cum iam bene luſerint bella militaturi: in mili
tiam p̄trahātur: aut cum forenſes lites ſcholares
lites tēperauerit: tūc mittantur ad tribunaliū pu
gnas Aut cum in ſtagnis domeſticis naui nauta i
trepidus inſtruxerit: tunc magni & peregrini ma
ris committatur p̄cellis. Id ipſum nos ī hac maxīa
ac grauiſſima totius fidei intelligentia facere cura
uimus. Nāq̧ cum antea leuibus initiis de natiui
tate de noīe: de diuinitate: de veritate fidem tene
ram imbuiſſemus: ac leui p̄fectu etiā vſq̧ ad euel
lendas omnes hęreticorum occaſiones: legētium
ſtudia extuliſſemus: tamen eos iam ad ipſam pa
leſtrā glorioſi certaminis magniq̧ produxim⁹: vt
in quantum ad ęternę natiuitatis complectēdam

intelligentiam humana mens cõmunis ſenſus o-
pinione defigitur in tantum ſtudiis diuinis ad
ſentienda ea quę vltra naturæ noſtræ opinionem
ſunt niteretur: õnem hanc maxime diſſoluentes
quę ſecularis ſapiẽtię hebetudĩe inualeſcẽs de dño
noſtro Ieſu xp̃o ratione ſe putet dicere. Erat: q̃n nõ
erat: & non fuit anteq̃ naſceretur: & de nõ extan-
tibus factꝰ eſt: vt quia natiuitas eã videatur affer
re cauſam vt eſſet qui non erat: & cum nõ exiſte-
ret naſceretur: per id quoq; vnigenitũ deum tem
porum ſenſui ſubdant. Quaſi vero nõ fuiſſe eum
aliquãdo fides & ratio ipſa natiuitatis oſtẽdat. At
q; ideo ex eo q nõ fuit: natũ eſſe dicant: quia nati
uitas pręſtet eſſe qͩ non fuit. Sed nos apoſtolicis
atq; euãgelicis teſtimoniis ſemper patrem ſẽper
filiũ prædicãtes: non poſt aliqua deum omnium
ſed añ omnia eſſe docebimus: neq; incidere in eũ ir
religioſę huius ĩtelligẽtiæ temeritatem: vt de nõ
extãtibus naſceretur: & non fuerit añq̃ natus ſit:
ſed ita ſemper fuiſſe: vt & natum pdicemꝰ: ita ve
ro natũ eſſe vt ſemper fuiſſe manifeſtemus: ſitq; in
eo nõ inaſcibilitatis exceptio ſed natiuitatis ęterni
tas quia & natiuitas auctorẽ habeat: neq; careat æ
ternitate diuinitas. Et quia dicti prophetici inſcii
& celeſtis doctrinę imperiti ſunt: corrupto ſenſu
ac proprietatę ſẽtẽtię creatum eſſe per id dñm po
tiuſq̃ natũ affirmare nituntur: quia dictũ eſt. Do-
minus creauit me initiũ viarum ſuarum in opera
ſua: vt ſit ex cõmuni creationum natura licet ſit
pręſtantior in generatione creationis: neq; ĩ eo ſit
gloria diuinę natiuitatis: ſed virtus potentis crea
turę. Verũ nos nihil nouum nihil extrinſecus prę
ſũptũ afferentes: in ipſo illo ſapientię teſtimonio
veritatem dicti rationemq; pſtabimus: neq; ad di
uinitatis diuinę & ęternę intelligentiam trahi poſ
ſe qͩ initium viarũ dei & in opera ſit creatus: quia
non idem ſit in hęc creatum eſſe & añ omnia na-
tũ eſſe cũ vbi natiuitatis ſignificatio eſt ſola nati-
uitatis pfeſſio ẽ: vbi vero creatiõis eſt nomẽ: ibi
cauſa eiuſdẽ creationis anterior eſt: & cum añ om
nia ſit nata ſapiẽtia: tñq; ẽt ĩ res aliquas ſit creata:
nõ id ipm ſit: id qͩ añ oĩa ẽ et cœpit eẽ pꝰ aliqua. 15
DE hic cõſequẽs viſũ ẽ creationis noĩe a fi
de quę nobis de vnigenito deo ẽ repudi
ato quę ea quoq; ĩ cõfeſſione ſãcti ſpiritꝰ
cõgrua ac religioſa eſſent docere: vt iã cõfirmatis
longo anteriorum libellorum diligentiq; tractatũ
nihil de tota fidei abſolutione deeſſet: cũ amoris
vicioſarum pręedicationũ etiã de opinione ſancti
ſpiritus irreligioſitatibꝰ: illi eſum atq; incontamia
tum regenerantis trinitatis ſacramentum itra diſ
finitionem ſalutarẽ apoſtolica atq; euangelica au
ctoritas cõtineret: Neq; iam per ſenſus humani ſẽ
tentiam ſpiritum dei inter creaturas quiſq̃ au-
deret referre quem ad ĩmortalitatis pignus & ad
diuinę incorruptęq; naturę conſortium ſumere-
mus. Ego quidem hoc vel pręcipuum vitæ meæ
officium debere me tibi pater omnipotens deus
conſcius ſum: vt te omnis ſermo meus & ſenſus
loquatur. neq; enim vllum aliud maius pręmium
hic ipſe vſus mihi a te conceſſus loquendi poteſt
referre: q̃ vt pręedicando te: tibi ſeruiat: teq; quod
es: patrem ſcilicet vnigeniti dei aut ignoranti ſe-
culo aut neganti heretico demonſtret. Et in hoc
quidem tantum voluntatis meę pfeſſio eſt. Cę
terum auxilii & miſericordię tuę munus orãdum
eſt: vt extenta tibi fidei noſtrę confeſſioniſq; vela
flatu ſpiritꝰ tui impleas: noſq; ĩ curſum pręedicati
onis initę propellas. Nõ enim nobis infidelis ſpon
ſionis illius auctor eſt dicens. Petite & dabitur vo-
bis: quęrite & inuenietis: pulſate & aperietur vo-
bis. Nos quidem inopes ea quibus egemus preca
bimur: & ĩ ſcrutandis prophetarum tuorum apo
ſtolorumq; dictis ſtudium peruicax afferemus: &
omnes obſeruatę intelligentię aditus pulſabimꝰ.
Sed tuum eſt et oratum tribuere, & quęſitum adeſſe
& patere pulſatum: torpemus .n. quodam naturę
noſtrę pigro ſtupore: ad res tuas intelligendas in-
tra ignorãtię neceſſitatem ingenii noſtri imbecilli
tate cohibemur: ſed doctrinę tuę ſtudia ad ſenſũ
nos diuinę cognitionis inſtituant: & vltra natu-
ralem opinionẽ fidei obediẽtia prouehat. Expecta
mus ergo vt trepidi huius cœpti exordia incites:
& profectu accreſcente confirmes: & ad conſorti-
um vel prophetalis vel apoſtolici ſpiritꝰ voces: vt
dicta eorũ nõ alio q̃ ipſi locuti ſunt ſenſu: appræ-
hendamus: verborũq; proprietates iiſdem rerũ ſi-
gnificationibus exequamur. Locuturi .n. ſumus
quę ab iis in ſacramẽto pdicata ſunt: te ęternum
deum ęterni dei vnigeniti patrem: & vnum te ſi-
ne natiuitate: & vnum dominũ ieſum chriſtũ ex
te natiuitas ęternę: nõ ĩ deorũ numerum veritatis

diuerſitate referēdum:neq; non ex te genitū: qui
deus vnus es:p̄dicandū:neq; aliud q̄ deū verum:
qui ex te deo vero patre natꝰ ē:cōfitēdū. Tribue
ergo nobis verbōrum ſignificationem: intelligē-
tię lumen,dictorum honorem: veritatis fidem:&
p̄ſta vt qd credimꝰ: & loquamur.ſ. vt cōtigat no
bis vnum te deum patrem & vnū dn̄m noſtrum
Ieſum xp̄m de prophetis atq; apoſtolis cognoſcē-
tibus nūc aduerſum negātes hęreticos:ita deū &
te celebrare,ne ſolum:& eum prędicare,ne falſum.

Explicitus eſt liber primus.

Incipit ſecundus.

SVfficiebat quidem credētibꝰ
dei ſermo qui in aures noſtras
euangeliſtę teſtimonio cum i-
pſa veritatis ſuę virtute trāſfu-
ſꝰ eſt cū dicit dominus Euntes
nunc docete omnes gentes ba
ptizātes eos:in nomine patris & filii & ſpiritus ſā
cti:docentes eos ſeruare oīa quęcunq; mādo vo-
bis:& ecce ego vobiſcum ſum omnibꝰ diebꝰ vſq;
ad couſūmationem ſeculi. Quid enim in eodem
ſacramēto ſalutis humanę nō cōtinet? Aut quid
eſt qd reliquū ſit aut obſcurum? Plena ſunt omnia
& perfecta vt a pleno & perfecto. Nā & verborum
ſignificationē & efficientiam rerū & negociorum
ordinē & naturę intelligentiā cōprehendūt. Bapti
zare iuſſit in nomine patris & filii & ſpiritus ſan-
cti:id ē ī cōfeſſione & auctoris & vnigēiti & doni.
Auctor vnus eſt oīum:vnꝰ eſt.n.īgenitꝰ deus pa
ter:ex quo oīa:& vnus vnigenitꝰ dominꝰ noſter
Ieſus xp̄s p quē oīa:& vnus ſpiritus: donū in oībꝰ
Omnia ergo ſunt ſuis virtutibus ac meritis ordia
ta vna poteſtas innaſcibilis:ex qua oīa:vna proge
nies:p quā oīa:pfecte ſpei munus vnum Nec de
eſſe quicq̄ cōſūmationi tātę reperietur:intra quā
ſit in patre & filio & ſpiritu ſancto:infinitas ī ęter-
no:ſpēs in imagine: vſus in munere. Sed cōpelli-
mur hęreticorū & blaſphemātiū viciis:illicita age
re:ardua ſcādere: ieffabilia eloqui: incōceſſa p̄ſu-
mere. Et cū ſola fide expleri quę p̄cepta ſunt opor-
teret:pſonis ac rebus adorare .ſ. patrē:& venerari
cū eo filiū:ſpiritum ſanctū abūdare. Cogimur ſer-
monis noſtri humilitatē ad ea quę ienarrabilia ſūt
extēdere:& ī viciū vicio coarctamur alieno:vt quę
cōtineri religione mentiū oportuiſſet:nūc in peri-
culū humani eloquii pferantur. Extiterūt.n. plu-
res qui cęleſtiū verborū ſimplicitatē p volūtatis
ſuę ſenſu non pro veritatis ipſius abſolutione ſuſ
ciperēt aliter interpretāda q̄ dictorū virtus poſtu
laret. De intelligētia.n. hereſis nō de ſcriptura eſt
& ſēſꝰ nō ſermo ſit crimē. Nūquid corrūpi veritas
pōt cū patris nomē audit? Nūquid natura filii:cū
cōtinet in noīe? Nunquid ſpiritus ſanctus nō erit:
qui nūcupatur? Neq;.n. in patre poteſt nō eſſe qd
pater ē:neq; in filio deeſſe qd filius eſt:neq; in ſpiri-
tu ſācto nō extare qd ſumitur. Sed homines mēte
puerſi oīa cōfundunt & implicant:& vſq; ad na-
turę demutationē:ſenſus puerſitate contendūt:
vt q pater eſt:patri adimāt:dum volunt ſilio au-
ferre q filius eſt. Adimūt autē qn̄ cū his nō de na-
tura ſit filiꝰ. Nō ex natura autē eſt filiꝰ:qn̄ non ea
dem in ſe habent ortus & generans. Neq;.n. filius
eſt cui alia ac diſſimilis erit a patre ſubſtantia. Pa-
ter autem quo modo erit:ſi nō quod in ſe ſubſtan
tię atq; naturę eſt genuerit in filio?

HAec igit̄ licet mutare de eo q ſint nullo
modo poſſūt:afferūt tn̄ doctrias nouas
& humana cōmēta:vt ſabellius patrem
extendat in filium:id q; ī hominibꝰ potiꝰ cōfitēdū
putet eſſe q̄ rebus:cū ipſū ſibi filiū: ipſum pponat
& patrē. Vt hebion omne initiū filio dei ex maria
concedens:ñ ex deo hominē:ſed ex homine deum
proferat:neq; ſubſiſtens aīa quod in principio a-
pud dn̄m erat deus verbū:virgo ī carne ſuſcepit ſed
carnē genuerit p verbū q; a ī verbo antea nō exiſtē-
tis vnigeniti dei naturā dicat,ſed ſonū vocis elatū.

ET aliqui huiꝰ nūc tēporis p̄dicatores:ex
nihilo atq; a tēpore formam & ſapiētiā
& virtutē dei prouehūt ne ſi ex patre ſit
filius:deꝰ ſit imminutus in filiū: ſoliciti nimiū ne
patrē filius ab eo natus euacuet,atq; idcirco deo
in filii procreatione ſubueniāt:cū nō ex extrātibus
cōparādo:vt intra naturę ſuę perfectionem,pater
quia nihil ex eo ſit genitū:perſeueret.

IAm vero quid mirū ſi de ſpiritu ſctō di-
uerſa nūc ſentiant:qui in largitore eius
& auctore,creando & demutādo & abo
lēdo tā temerarii ſint auctores? atq; ita diſſoluāt
pfecti huius ſacramenti veritatē: dū ſubſtātias
diuerſitatū in rebus tam cōmunibꝰ moliūtur:pa
trem negādo,dum filio quod eſt filius adimunt:

ſpiritũ ſanctum neſciendo,dũ & vſum & auctorẽ
eiꝰ ignorãt:ita & imperitos ꝑdũt,dũ rationẽ prędi
cationis huius affirmãt:& audientes fallũt:dũ na
turas nominibus adimũt:quia nomina nõ poſſũt
auferre naturis.Prętermitto reliqua humani peri
culi nomina:valentinos,Marcioniſtas,Manicheos
peſteſq; ceteras,quę interdum ĩperitorum mẽtes
occupant:& ipſo contagio conuerſationis infici-
unt:ſitq; omniũ lues vna:dum in audientium ſẽ
ſus ꝑdicantiũ morbus infunditur. Horum igitur
infidelitas,in anceps nos periculum protrahit: vt
neceſſe ſit de tantis ac tam reconditis rebus aliqd
vltra praeſcriptum cęleſte proferre. Dixerat domi
nus baptizandas gẽtes in nomine patris & filii &
ſpiritus ſancti: Forma fidei certa eſt:ſed quantum
ad hereticos omnis ſenſus incertus eſt. Ergo non
praeceptis aliquid addendum eſt:ſed modus con
ſtituendus eſt audacię. Vt quia malignitas inſtin
ctu diabolicę fraudulentię excitata veritatem re-
rum per naturę nomina eludit:nos naturas nomi
num proferamus:& editis prout in verbis habebi
mus: dignitate atq; officio patris & filii & ſpiritus
ſancti: non fruſtrentur naturae proprietatibus no
minũ: ſed intra naturę ſignificationem nominibꝰ
coarctentur .Et neſcio quid his de rebꝰ aliter ſenti
entibus animi ſit: veritatem corrũpentibus: tene
bras lumini inferentibus,indeſecabilia deſecanti-
bus,incorrupta ſcindentibus : indiuiſa partienti
bus. Quibus ſi factu facile eſſet: cuperent perfe-
cta concerpere:ius ponere poteſtati:modũ ſcribe-
re infinito. Mihi certe his reſpõdẽti in curis ęſtus
eſt:in ſenſu labes eſt: in intelligentia ſtupor eſt:
in ſermone autem non iam infirmitatem ſed ſilen
tiũ confitebor.Et certe mihi extorquetur hoc vel
le: dum & audacię reſiſtitur: & errori conſulitur:
& ignorantię prouidetur.Immenſum eſt autẽ qd
exigit:incompręhẽſibile eſt qd audetur:vt vltra ꝓ
finitionem dei ſermo de deo ſit.Poſuit naturae no
mina :patrem filium ſpiritum ſanctum. Extra ſi-
gnificantiam ſermonis eſt:extra ſenſus intentio-
nem :extra intelligentię cõceptionem,quicquid
vltra quęritur:nõ enunciatur:non attingitur, nõ
tenetur. Verborum ſignificantiam rei ipſiꝰ natu-
ra conſumit:ſenſus contemplationem:imperſpi-
cabile lumen obcęcat intelligentiae capacitatem
qcqd fine nullo cõtinet excedit. Sed nos neceſſita

tis huius ab eo qui hęc omnia eſt : veniam depre-
cantes audebimus,quę remus,loquemur:& q ſo-
lum in tanta rerum quęſtione ꝑmittimus : ea quę
runt ſignificata credemus.Pater eſt,ex quo omne
quod eſt conſiſtit.Ipſe in chriſto,& per chriſtũ,ori
go omnium .Cęterũ eſſe in ſeſe eſt: non aliunde:
quod eſt: ſumens:ſed id qd eſt:ex ſe atq; in ſe conti
nens. Infinitus quia non ipſe in aliquo:ſed itra eũ
omnia:ſemper extra locum:quia non cõtinetur ĩ
loco.Semper ante ęuum:quia tẽpus ab eo eſt.Cur
re ſenſu:ſi quid ei putas vltimum eſſe :eũ ſemper
inuenies:quia cum ſemper intendas:ſẽper eſt quo
intendas.Semper autem locum eius intendere:i-
ta tibi eſt;vt ei eſſe ſẽper ſine fine ẽ.Sermo in eo de
ficiet:non natura claudetur.Iterum reuolue tem-
pora:eſſe ſemper inuenies: & cum calculi nume-
rus in ſermone defecerit:deo tamen ſẽper eſſe nõ
deficit.Intelligentiam cõmoue & totum mẽte cõ-
plectere nihil tenes:totum hoc habet reliquũ: reli
quũ autem hoc:ſemper in toto eſt:ergo neq; totũ
ei ẽ cui reliquũ,neq; reliquũ ẽ cui ẽ oẽ q eſt totum
eſt.Reliquũ.n.portione,oẽ vero qd totũ eſt . Deus
aũt & vbiq; ẽ,& totꝰ vbiq; ẽ. Ita regionẽ itelligẽtię
excedit: & extra quẽ nihil ẽ: & cui ẽ ſemp:vt ſẽper
ſit Hęc veritas eſt ſacramenti dei:hoc impſpicabi
lis naturę nomẽ in patre. Deus inuiſibilis ineffa-
bilis. infinitꝰ ad quem & eloquẽdum ſermo ſileat :
& inueſtigan dum ſenſus hebetetur: & comple-
ctendum intelligẽtia coarctetur . Habet tamẽ vt
diximꝰ naturae ſuae nomẽ in patre: ſed pr tm eſt.
Nõ.n.huãno modo habet aliunde q pater ẽ: Sed
potẽs in ſemetipſo habere,qd pr ẽ,ipſe igenitꝰ,ęter
nus,habens in ſe ſẽp vt pater ſemper ſit .Soli filio
notꝰ quia patrẽ nemo nouit niſi filius & cui volu
erit filius reuelare:neq; filium niſi pater.Illis ſcien
tia mutua eſt:illis viciſſim cognitio pfecta.Et qa
patrem nemo nouit niſi filꝰ, de patre vna cũ filio,
reuelante filio:qui ſolus teſtis fidelis eſt ſentiamꝰ.
Atq; hec ſẽſeri potius de patre q̃ dixerim: nã me
non fugit q ad ea q̃ eius ſunt,eloquẽda,ſermo oĩs
infirmꝰ ſit.Sentiẽdus eſt inuiſibilis incompręhẽ
ſibilis ęternus. Cęterum ipſum q in ſemetipſo &
ſemetipſo ſit,& ipſe ſit, q iuiſibilis & icõpraehẽſibi-
lis & immortalis.In his quidem honoris confeſſio
eſt,& ſenſus ſignificatio,& quędam circumſcriptio
opinandi.Sed naturae ſermo ſuccumbit:& rem:vt

eſt, verba nõ explicant. Namq; ꝙ in ſemetipſo ſit
cum audias ratio humanę abſolutionis occurrit:
habere.n.hẽti ꝙ diſcernitur: & erit alterum q̃d ẽ al
rum in quo eſt. Si rurſum ꝙ a ſemetipſo ſit accipi-
as: nemo ſibi ipſe & munerator & munus eſt. Si ꝙ
ĩmortalis eſt: ergo eſt aliquis nõ ab eo cui alter nõ
fiat obnoxi⁹. Nec ſolũ id ẽ ꝙ ꝑ enunciatiõem ver
bi huius vendicatur ab altero. Si ꝙ incomprehen
ſibilis eſt: nuſq̃ ergo erit ꝙ negatur attingi. Si ꝙ in
uiſibilis eſt: caret ſe ipſo quicquid non extat ad vi
ſum. Deficit ergo in nũcupatiõe confeſſio: & quic
quid illud ſermonum aptabitur: deũ vt eſt quan-
tuſq; ẽ nõ loquet. Perfecta ſciẽtia ẽ ſic dm̃ ſcire: vt
licet nõ ignorabilẽ tamẽ ĩenarrabilem ſcias. Credẽ
dus eſt: intelligẽdus eſt: adorandus eſt: & his offi-
ciis eloquẽdus eſt. Euecti ergo de importuoſis lo-
cis in alto turbatoq; mari ſumus: nec regredi nec
ꝓgredi ſine periculo licet: plus tamẽ difficultatis
in emetiendis eſt q̃ in emenſis. Eſt pater vt eſt, &
vt ẽ eſſe credendus eſt. Filiũ mens cõſternatur at
tingere: & trepidat omnis ſermo ſe prodere. Eſt.n.
progenies ingeniti: vnus ex vno: verus a vero: vi-
uus a viuo: perfectus a perfecto: virtutis virtus: ſa
piẽtia ſapientię: gloria glorię: imago iuiſibilis dei
forma patris ĩgeniti. Quã aut progeniẽ opinabi-
mur vnigenitũ ab ingenito? Clamat enim ſępenu
mero pater de cęlis. Hic ẽ filius meus dilect⁹ ĩ quo
mihi bene cõplacui. Non ẽ abſciſio aut diuiſio: im
paſſibilis eſt enim ille qui genuit: & imago inuiſi-
bilis dei ẽ ille qui natus ẽ & teſtatur. Quia pater ĩ
me & ego in patre. Non eſt aſſumptio: verus.n.fi-
lius dei ẽ qui clamat. Qui me videt videt & patrẽ
Sed neq; eſſe vt cętera viſus eſt: nãq; vnigenitus
ex vno eſt: & in ſe habet vitam vt habet in ſe vitã
ille qui genuit: ait enim. Sicut habet pater vitam
in ſemet ipſo: ita dedit filio habere vitam in ſemet
ipſo. Sed neq; pars patris in filio eſt: teſtatur enim
filius. Omnia quę patris ſunt mea ſunt. Et rurſũ.
Et mea omnia tua ſunt: & tua mea: & quęcũq; ha
bet pater: dedit filio. Teſtatur & apoſtolus. Quia
in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis cor
poraliter. Nec natura habet: omnia eſſe quod por
tio ẽ. Perfect⁹ autẽ a ꝑfecto ẽ: q̃a qui hẽt oĩa: dedit
oĩa neq; idcirco exiſtimãd⁹ ẽ nõ dediſſe q̃a habeat
vel nõ hẽre q̃a dederit. Hẽnt igiť natiuitatis hui⁹
vterq; ſecretũ: & ſi quis forte intelligentię ſuę im-
putabit generationis huius ſacramentũ nõ poſſe
ſe conſequi: cum tamẽ & pater ſit abſolute intelli
gẽdus & filius. Maiore iſtud dolore a me audiet
ignorari. Ego neſcio, nõ requiro, & conſolabor me
tñ. Archangeli neſciunt: angeli non audierunt:
ſęcula nõ tenent: propheta nõ ſenſit: apoſtol⁹ nõ
iterrogauit: fili⁹ ipſe nõ edidit: Ceſſet dolor quere
larũ. Nam te q̃ſq̃s es qui hęc requiris nõ reuoco in
excelſum: nõ ĩ amplitudinẽ tendo: non deduco in
profundum: nõne ęquanimiter ignorabis creato
ris natiuitatẽ: ignorãs originẽ creaturę? Hoc ſaltẽ
requiro: ſentiſne te genitum & quę ex te generent
intelligis? Non quęro: ſenſum vnde hauſeris vitã
vnde ſortitus ſis: intelligentiam vnde adeptus ſis
quale ſit quod in te eſt odor viſus ſenſus auditus.
Certe nemo quod facit neſcit. Quęro vnde iſta iis
quos generes indulgeas. Qualiter ſenſum inſeras
oculos accendas: cor affigas. Hęc ſi potes enarra.
Habes ergo quod neſcis: & tribuis quę non ĩtelli-
gis, ęquanimiter imperitus in tuis, inſolenter ĩ dei,
rebus ignarus. Audi igitur patrem ingenitum
audi vgnigenitum filium. Audi. Pater maior me
eſt. Audi. Ego & pater vnum ſumus. Audi. Qui
me videt videt & patrem. Audi. Pater in me eſt &
ego in patre. Audi. Ego de patre exiui. Et qui ẽ in
ſinu patris. Et omnia quę habet pater dedit filio &
vitam filius in ſemet ipſo habet. ſicut & pater ha-
bet in ſemet ipſo. Audi filium imaginem ſapienti
am virtutẽ gloriã dei: & intellige per prophetam
clamantẽ ſpiritum ſanctum. Generationem eius
quis enarrabit? Et obiurga dñm teſtãtẽ. Nemo no
uit filium niſi pater: neq; patrẽ quis nouit niſi fili⁹
& cui voluerit filius reuelare. Et inſere te in hoc ſe
cretũ: & inter vnũ ingenitũ deũ & vnũ vnigenitũ
dominũ arcano te inopinabilis natiuitatis immer
ge. Incipe, procurre, ꝑſiſte, & ſi non peruenturũ ſci-
am: gratulabor tamen profecturum. Qui enĩ pie
infinita ꝑſequitur: & ſi non contingat aliquando
tñ proficiet ꝓdeundo. Stat in hoc itelligentia fine
verborum. Eſt filius, ab eo patre eſt: qui vnigenit⁹
ab ingenito: progenies a parente: viuus a viuo: vt
pater habet vitam in ſemetipſo ita & filio data ẽ
vita in ſemetipſo. Perfectus a perfecto quia totus
a toto: non diuiſio aut ſciſſio: quia alter in altero:
& plenitudo diuinitatis in filio eſt: Incõprehẽſibi
lis ab incomprehẽſibili: nouit enim nemo niſi in-

uicem. Inuiſibilis ab inuiſibili: quia imago dei inui
ſibilis eſt: & quia qui videt filium videt & patrem
Alius ab alio: quia pater & filius. Non natura
diuinitatis alia & alia: quia ambo vnum. Deus a
deo. Ab vno ingenito deo vnus vnigenitus deus
Non dii duo ſed vnus ab vno. Non ingeniti duo:
quia natus ē ab innato. Alter ab altero nihil diffe-
rens: quia vita viuentis in viuo eſt. Hæc de natu-
ra diuinitatis attigim⁹ non ſummam intelligen-
tiæ compræhendentes: ſed intelligentes eſſe in-
compræhēſibilia quę loquamur. Nullum ergo di
cis: officium eſt fidei: ſi nihil poterit compræhen-
di. Immo hoc officium fides pfiteatur: id qđ credit
incompræhenſibile ſibi eſſe ſe ſcire. Supereſt de in
enarrabili generatione filii adhuc aliquid (immo
aliquid illud adhuc totum eſt) Aeſtuo, differoq; he
beſco, & vnde incipiam neſcio: neſcio enim quan-
do natus ſit filius: & nefas mihi eſt neſcire q nat⁹
ſit. Quem imprecer? quem implorem? ex quibus
libris ad tantarum difficultatum enarrationem
verba pręſumam? Euoluam omnē grecię ſcholā?
Sed legi. Vbi ſapiens? vbi cōquiſitor huius ſęculi?
In hoc ergo ſophiſtę mundi & ſapientes ſeculi mu
ti ſunt: ſapiētiam .n. dei reprobauerunt. Scribam
ergo legis cōſulam? ſed ignorat: quia ei crux chri-
ſti ſcādalū eſt. Hortabor forte vos cōniuēre & ta-
cere: quia ad venerationem ſatis ſit eius qui prædi
cat: leproſos emūdatos fuiſſe: ſurdos audiſſe: clau
dos cucurriſſe: paralyticos cōſtitiſſe: cęcos lumen
recepiſſe: cęcum ab vtero oculos conſecutum: dę
mones fugatos: ęgrotos reualuiſſe: mortuos reui-
xiſſe. Sed hęc heretici confitentur, & pereunt. Ex-
pectate itaq; nihil min⁹ claudorum curſū, cęcorū
viſū: fugā dęmonum: vitā mortuorum. Conſiſtit
hebion mecū in patrocinium editarum ſuperius
difficultatum piſcator egens, ignotus idoct⁹: ma
nibus lino occupatis: veſte vuida: pedibus lino ob
litis totus e naui. Quærite & intelligite circun-
ſpicite vtrum mirabilius fuerit mortuū excitaſſe
an īperito ſciētiam doctrinę iſtius intimaſſe. Ait
enī piſcator. In principio erat verbum. Quid eſt
iſtud in principio erat? tranſeuntur tempora: tran
ſcendunt ſęcula: tolluntur ętates: pone aliquid qđ
voles tua principium opinione: non tenes tempo
re: erat enim: vnde tractatur. Reſpice ergo ad mū
dum: & intellige quid de eo ſcriptum ſit. In prin-
cipio fecit deus cęlum & terram. Fit ergo in princi
pio quod creatur & ętatem continens quod i pri-
cipio cōtinetur: vt fieret. Meus autē piſcator illit-
terat⁹ indoctus liber a tempore eſt: ſolutus a ſęcu
lis: vicit omne principium, erat enim quod eſt, ne
q; in tempore aliquo cōcluditur, vt cœperit, quod
erat, potius in principio q̄ fiebat. Sed excidiſſe for
taſſe ab ordine propoſitę diſtributionis piſcatorē
noſtrum depręhendemus. Verbum enī tempore
liberauit: & ſuum eſt, ſibiq;: quod liberum & ſoli-
tarium & obtemperans nemini eſt. Aures eriga-
mus: inter cętera, ait enim. Et verbum erat apud
deum. Iam ſine principio eſt apud deū, qđ erat añ
principium. Ergo erat, qui eſſet apud deum: & q̄a
abeſt a conditione temporis: non abeſt ab aucto-
re. Piſcator noſter euaſit: ſed fortaſſe hęrebit in cę
teris. Dices enim, verbum ſonus vocis eſt, & enun
tiatio negociorum, & elocutio cogitationum: hoc
apud deum erat, & in principio erat. In principio
erat, quia ſermo cogitationis ęternus eſt: cum qui
cogitat ſit ęternus. Reſpondebo tibi interim, pro
piſcatore meo breuiter paucis: dum videm⁹ quo
modo ruſticitatem ipſe defendat. Sermo in natu-
ra non habet vt eſſe poſſit, ſequens autem ei eſt vt
fuerit: eſt verò tantum cum auditur: & quo mo-
do in principio erat, quod neq; ante tempus, neq;
poſt tempus, eſt? & neſcio an vel ipſo eſſe poſſit in
tempore. Loquentium enī ſermo, nō eſt anteq̄ lo-
quantur: & cum locuti erunt, nō erit: in eo autem
ipſo quod loquuntur, dū finiūt: iam non erit id, vn
de cœperūt. Hęc a me, vt ab vno ex cęteris: Sed pi-
ſcator aliter pro ſe, & obiurgabit te prius: cur negli
genter audieris: nam & ſi ſentētiam primā rudis
auditor amiſeras: in principio erat verbū: de ſequē
ti quid quereris, & verbum erat apud deū? Nun
quid audieras: in deo, vt ſermonē reconditę cogi-
tationis acciperes? aut fefellerat ruſticum, quid eſ
ſet inter eſſe, & inter ineſſe, & adeſſe, momenti? Id
enim quod in principio erat, nō in altero prędica
tur eſſe: ſed cum altero. Sed de ſuperioribus nihil
ſumo: cōſequentia ſibi adſint. Statū verbi, & no-
men expecta. Adiicit namq;. Et deus erat ver-
bum. Ceſſat ſonus vocis, & cogitationis eloquiū.
Verbum hoc, res eſt, non ſonus: natura, non ſermo:
deus, non inanitas eſt. Sed trepido in dicto: & me
inſolēs ſermo commouit. Audio. Et de⁹ erat ver-

bum. Cum vnum deū prophetę nūciauerint. Sed
ne quo vltra trepidatio mea progredi poſſit: red-
dit ſacramēti tanti piſcator meus diſpēſationem:
& refert ad vnum omnia ſine contumelia, ſine abo
litione, ſine tempore: ait. Hoc erat in principio
apud deum. Cum hoc erat in principio: non tene-
tur in tempore. Cum deus eſt: non refert ad vocē.
Cum eſt apud deum: nihil nec cōfunditur nec cō
fertur: nam nec aboletur in alterum: & apud vnū
ingenitum deum, ex quo ipſe vnus vnigenitus eſt:
deus prędicatur. Expectamus a te adhuc piſcator
plenitudinem verbi. Erat quidē in principio, ſed
potuit non eſſe ante principium. Etiam hic tibi a
liquid pro piſcatore meo profero. Quod erat, non
potuit non fuiſſe: erat enim non habet in tempo-
re non fuiſſe. Sed quid pro ſe ille? Omnia per ip-
ſum facta ſunt: ergo nihil ſine illo eſt: per quem v-
niuerſa coeperunt: & in infinito eſt: per quem: qđ
eſt: omne ſit factum: tempus enim eſt ſpacij nō in
loco, ſed in ętate manentis ſignificata moderatio.
Et cum ab eo ſint omnia: res nulla non ab eo: & id
circo tempus ab eo eſt. Sed dicitur tibi ab aliquo:
piſcator meus, nimium facilis & promiſcuus hic
fuiſti. Omnia per eum facta ſunt. Non habet mo-
dum: eſt ingenitus, qui a nemine factus eſt: eſt &
ipſe genitus ab innato: ſine exceptione ſunt om-
nia: & nihil quod extra ſit, derelinquunt. Sed dum
nihil vltra dicere audemus: aut forte dum dicere
molimur, occurret: occurret plane. Et ſine eo fa-
ctum eſt nihil. Piſcator reddidiſti auctorem: cum
ſocium profeſſus es. Cum enim nihil ſine eo: in-
telligo non eſſe ſolum: quia alius eſt per quē alius:
ſine quo: vtrunq; diſcernitur: ſignificatio & inter
uenientis & agentis. Sed ſollicitor de auctore qui
vnus ingenitus eſt: ne in eo quod omnia diceres:
nihil eſſet exceptum: ſoluiſti metum dicendo. Et
ſine eo, factum eſt nihil. Verum confundor: & tur
bor in eo: ꝙ ſine eo factum ē nihil: eſt ergo aliquid
per alterum factum, ſi tamen non ſit ſine eo factū:
& ſi aliquid ꝑ alterum, licet non ſine eo: iā nō ꝑ eū
omnia: quia aliud eſt feciſſe: aliud interueniſſe faci
enti. Nō habeo hic piſcator meus vt in caeteris qđ
ex meo proferam: a tuo ore ſtatim reſpondendū
eſt. Omnia per ipſum facta ſunt. Sētio. Apl'us eñ
paul⁹ docuit. Viſibilia & inuiſibilia ſiue throni ſi
ue dñationes, ſiue principatus ſiue poteſtates
oīa per ipſum & in ipſo. Cum ergo omnia ꝑ ipſum
ſubueni & enarra: quid non ſine eo factum ſit? Qđ
factum eſt in eo: vita erat. Hoc igitur nō ſine eo, ꝙ
in eo factū eſt: nam id ꝙ in eo factū eſt: etiā ꝑ eū fa-
ctū eſt: omnia eñ ꝑ ipſum & in ipſo creata ſunt: in
ipſo aūt ē creata: q̄a naſcebat creator de⁹: ſed etiā
ex hoc ſine eo nihil factū ē qđ i eo factū ē: q̄a naſcēs
de⁹ vita erat: & quia vita erat: nō poſteaq̄ eſt nat⁹
effectus eſt vita: nō eñ in eo aliud ē quod nat⁹ eſt
& aliud ē qđ natus accepit. Nō habēt inter ſe tēp⁹
& natiuitas & perfectus: ſed nihil ſine eo fiebat ex
iis q̄ in eo fiebāt: quia vita eſt in quo fiebāt: & de⁹
qui a deo natus eſt: nō poſteaq̄ natus eſt: ſed naſcē
do deus extitit: naſcens eñ a viuente viuus: a ve-
ro verus: a perfecto perfectus: non ſine poteſtate
natiuitatis ſuę natus eſt: natiuitatem ſcilicet ſuā
non poſtea ſentiēs: ſed ſe deū in eo ipſo quod deus
ex deo naſcebatur intelligens: hoc vnigenitus ab
ingenito: hoc ego & pater vnū ſum⁹: hoc in cōfeſ
ſione patris & filii de⁹ vnus: hoc pater in filio & fi
li⁹ in patre: hinc qui me videt: videt & patrē: hinc
oīa q̄ habet pater: dedit filio: Hic ſicut habet pr̄ vi
tam in ſemetipſo: ita dedit filio vitam habere in
ſemetipſo. Hinc nemo nouit filium niſi pater ne-
q; patrem niſi filius. Hinc in ipſo inhabitat oīs
plenitudo diuinitatis corporaliter: haec vita lux
hominum eſt: haec lux tenebras illuminās: & vt
impoſſibilitatem generationis eius enarrandę ſe
cundum prophetam piſcator conſolaretur adie-
cit. Et tenebrę eam non comprehenderunt. Ceſſit
ſermo naturae & non habet quo excurrat & tamē
hoc piſcator iſte recubans in dominicum pectus
accepit. Non eſt iſte ſaeculi ſermo: quia de quo
agitur: non ſaeculi reus eſt: Edatur aliquid: ſi in ſi-
ſignificatione verborum reperiri poteſt vltra q̄ di
ctum ſit: & ſi qua ſunt alia expoſitę a nobis natu-
rae nomina: proferantur: quae ſi non ſunt immo
quia non ſunt: miremur hanc in piſcatore doctri-
nam, & in eo eloquia dei ſentiam⁹, cōfeſſionemq;
patris & filii: ingeniti & vnigeniti inenarrabilem
& excedētem complexum omnē & ſermonis & ſē
ſus teneamus atq; adoremus: & in domino Ieſu
exemplo Ioannis haec poſſimus ſentire & colloqui
accubemus. Commendat autem fidei huius inte
gritatem & euāgelica auctoritas & apoſtolica do
ctrina & circumſtrepentium vndiq; hereticorum

odioſa fraudulentia. Stat eñ hoc fundamentum validum & immotũ aduerſus omnes vẽtos: pluuias: torrentes: non flatibus pellendum: non ſtillicidiis penetrandum: non inundationibus ſubluendum: & optimum eſt quicquid a plurimis incurſatum: a nullo tamen poterit impelli. Vt autẽ quædam medicamentorum genera ſunt ita cõparata: vt non ſingulis tantum ęgritudinibus vtilia ſint: ſed omnibus in cõmune medeantur: habeãtq; in ſe virtutẽ generalis auxilii: ita & fides catholica non aduerſum ſingulas tantum peſtes: ſed cõtra omnęs morbos opem medelę cõmunis impertit: nõ infirmanda genere: non vincenda numero nõ diuerſitate fallenda: ſed vna atq; eadem aduerſum ſingula omniaq; conſiſtit. Magnum eſt enim tot in vna eademq; remedia eſſe: quot morbos: & totidem veritatis eſſe doctrinas quotidem erunt ſtudia falſitatis. Contrahantur in vnum nomina hęreticorum & omnes ſcholę prodeant: audiant vnum ingenitum deum patrẽ: & vnum vnigenitum deum: filium perfecti patris progeniem perfectam: non per diminutionem genitum: nõ ex ſolido parte aliqua deciſum: ſed omnia habẽtem genuiſſe omnia conſecutum: non ex deriuatione fluxuve deductum: ſed ex omnibus atq; in omnibus natum ab eo qui in omnibus in quibus eſt: eſſe nõ deſinat: liberum a tempore: ſolutum a ſeculis: per quem omnia facta ſunt: neq; enim eſſe in iis potuit: quę ab ipſo ſunt inſtituta. Hęc de euangeliis catholica & apoſtolica confeſſio eſt.

PAtrem & filium ſi audet Sabellius eũdẽ prędicet: & ipſum illũ eſſe qui vterq; ſit nuncupatus: vt cũ eo vnus ſit: ambo nõ vnum: Audiet ſtatim de euangeliis non ſemel neq; iterum ſed frequenter. Hic eſt filius meus dilectus in quo bene complacui. Audiet: pater maior me eſt. Audiet. Ego vado ad patrẽ. Et. Pater gratias tibi ago. Et. Clarifica me pater. Et. Tu es fili9 dei viui.

SVbripiat hebion omne initium filio dei ex maria concedens: & verbum a dieb9 carnis intelligens relegat. Pater clarifica me apud temetipſum ea claritate: qua fui apd te: priuſq̃ mundus eſſet. Et. In pricipio erat verbum & verbum erat apud deum: & deus erat verbum & omnia per eum facta ſũt. Et iterum. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. Exiſtant nouelli apoſtolatus ſed ſub antichriſto prędicatores id eſt Arriani omni contumelia dei filiũ illudentes: & audient. Ego de patre exiui. Et fili9 qui eſt in patris ſinu. Et ego & pater vnum ſumus. Ego in patre & pater in me Et poſtremo vna cum iudæis iraſcantur q Chriſtus proprium ſibi patrem deum confitens æqualem ſe deo fecerit: & vna cum iis audiant. Vel operibus meis credite quia pater in me & ego in pſe. Vnum igitur hoc eſt immobile fundamentũ: vna hæc eſt fœlix fidei petra petri ore confeſſa. Tu es filius dei viui. Tanta in ſe ſuſtinens argumenta veritatis: quãtę peruerſitatũ queſtiones & infidelitatis calumnię mouebuntur. Iam in cęteris diſpenſatio voluntatis paternę eſt.

VIrgo partus & corpus poſtq; crux, mors, inferi ſalus noſtra eſt: humani enim generis cauſa dei filus natus ex virgine eſt & ſpiritu ſancto: ipſo ſibi in hac operatione famulante: & ſua videlicet dei inumbrante virtute, corporis ſibi initia conſeuit: & exordia carnis inſtituit: vt homo factus ex virgine naturam in ſe carnis acciperet: perq; huius admixtionis ſocietatem ſanctificatum in eo vniuerſi generis humani corpus exiſteret: vt quemadmodum omnes in ſe per id quod corporeum ſe eſſe voluit cõderentur: ita rurſum in omnes ipſe, per id quod eius eſt inuiſibile referetur.

DEi igitur imago inuiſibilis, pudorem humani exordii non recuſauit: vt per conceptionem partum, vagitũ & cunas omnes naturæ noſtrę cõtumelias trãſcurrerit. Quid tandem dignum a nobis tantę dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a deo originis vnus vnigenitus deus in corpuſculi humani formam ſanctæ virginis vtero inſertus accreſcit. Qui omnia continet, & intra quem & per quem cũcta ſunt, humani partus lege profertur: ad cuius vocẽ archangeli & angeli tremunt: cœlũ & terra & omnia mundi hui9 reſoluentur elementa: vagitu infantię auditur. Qui inuiſibilis & incompræhenſibilis eſt: non viſu ſenſu tactuq; moderãdus: cui9

eſt obuolutus.Hęc ſi quis indigna deo recolet:tã
to ſe maioris beneficii obnoxiũ cõſitebitur:quan
to minꝰ hęc dei cõuenerit maieſtati.Non ille egu
it hõ effici:per quẽ homo factus eſt: ſed nos egui
mus vt deus caro fieret,& habitaret in nobis ideſt
aſſumptõe carnis vniꝰ mẽbra vniuerſę carnis in
coleret.Humilitas eius,noſtra nobilitas eſt:cõtu
melia eiꝰ,honor noſter eſt:ꝙ illa eſt deus in carne
cõſiſtens,hoc nos viciſſim in deũ ex carne renoua
ti.Sed ne forte detineãt ſcrupuloſas mentium co
gitationes,cunę vagitus/partus/atq; conceptio:re
colenda eſt ſingulis dei dignitas:vt volũtatis hu
manitatẽ poteſtatis ambitio pręcedat: nec digna
tionẽ dignitas derelinquat. Videamꝰ igitur quæ
ſũt miniſteria conceptus. 6.

ANngelus zacharię loquitur:ſterili par
tꝰ affertur:de incẽſi loco ſacerdos mu
tus egreditur.Ioannes in vocẽ adhuc
vtero matris detẽtus erũpit.Mariã angelus bene
dicit:matrẽ filii dei virginẽ pollicet.Illa virginita
tis ſuę cõſcia difficultate facti commouetur:ange
lus ei diuinę operationis efficientiam exponit:ait
enim. Spiritus ſanctꝰ deſuper veniet in te: & vir
tus altiſſimi obumbrabit tibi.Spiritus ſanctus de
ſuper veniẽs,virginis interiora ſanctificauit & ĩ iis
ſpirans(quia vbi vult ſpiritus ſpirat)nec ſe huma
nę carni ĩmiſcuit,& id quod alienum a ſe erat:vi
ſua ac poteſtate pręſumpſit:atq; vt ne quid ꝑ im
becillitatẽ humani corporis diſſideret:virtus altiſ
ſimi virginem obumbrat:infirmitatẽ eiꝰ veluti ꝑ
vmbram circũfuſa cõfirmans: vt ad ſe mẽtiua in
eũtis ſpiritus efficacia ſubſtantiã corporalem di
uinę virtutis inumbratio temperaret:hęc cõcep
tionis eſt dignitas: Videamꝰ partũ/vagitũ/& cu
nas/quę dignitas ſequatur. Loquit ad ioſeph/ãge
lus,pariturã virginẽ:& eũ qui natus fuerit: vocan
dũ emanuelem ideſt nobiſcũ deꝰ.Proclamat ſpiri
tus per ꝓphetam. Angelus teſtis ẽ.Deꝰ nobiſcũ ẽ
ille qui naſcitur.Nouũ Magis de cęlo ſtellę lumẽ
effert:& cęli dominũ ſignũ cęleſte ꝓſequit.Ange
lus paſtoribꝰ nũciat natũ chriſtũ dominũ ſalutẽ
vniuerſorũ.Multitudo exercitus cęleſtis in laudẽ
puerperii cõcurrit:& tãti operis ꝑconia diuini coe
tus gaudia eloquũtur:Gloria deinde in cęlis deo
& pax ĩ terra bonę volũtatis hoibꝰ nũciat.Adſũt
deinde magi:ĩuolutũ pãnis adorãt:& poſt illam
inanis ſciẽtiæ ſuæ operationẽ,arcanã poſito in cu
nis genu flectũt.Sic per magos cunarũ ſordes ado
rant: ſic vagitus per ãgelorũ diuina gaudia hono
rant: ſic partui ꝓclamans per prophetã ſpiritꝰ &
id ipſũ angelus nũcians & nouę lucis ſtella famu
latur.Sic naſcẽdi ſpũs ſanctus ſuperueniẽs & ĩum
brãs virtus altiſſimi moliũt.Aliud ĩtelligit:/aliud
videtur:aliud oculis:aliud animo cõſpicitur. Pa
rit virgo:partus a deo eſt: infans vagit: laudantes
angeli audiũt:pãni ſordẽt:deus adoratur.Ita po
teſtatis dignitas nõ amittit: dũ carnis humilitas
adoratur.

DAr etiã ẽ reliquę curſus ętatis.nã omne
tẽpus quod in homine egit:dei operibꝰ
expleuit de ſingulis aũt nõ eſt tẽpus edi
cere: tãtũ illud in vniuerſis virtutũ & curationũ
generibus cõtuẽdũ eſt eſt:in carnis aſſumptione
hominẽ:deum vero in geſtis rebus explere. 7.

DE ſpiritu autem ſancto nec taceri opor
tet nec loqui neceſſe eſt:ſed fieri a nobis
eorũ cauſa qui neſciũt nõ poteſt Loqui
autẽ de eo nõ neceſſe eſt:quia de patre & filio au
ctoribus cõfitendum eſt:& quidẽ puto an ſit non
eſſe tractandũ: Eſt enim,quandoquidẽ donat ac
cipitur obtinetur:& qui cõfeſſioni patris & filii co
nexus ẽ nõ poteſt a confeſſione patris & filii ſepa
rari.Imperfectũ enim eſt nobis totũ: ſi aliquid de
ſit a toto:de quo ſiquis intelligẽtiæ noſtræ ſenſũ
requirit: in apoſtolo legimꝰ ambo. Quoniã eſtis
inquit filii dei: miſit deus ſpiritũ filii ſui in corda
veſtra clamãtem abba pater.Et rurſũ. Nolite con
triſtare ſpiritũ ſanctũ dei:in quo ſignati eſtis.Et i
terum.Nos autẽ nõ ſpiritũ huiꝰ mũdi accepimꝰ
ſed ſpiritũ qui ex deo eſt: vt ſciamus quę a deo do
nata ſunt nobis: Et iterum. Vos autem nõ eſtis ĩ
carne ſed ĩ ſpũ ſi qdẽ ſpiritꝰ dei ĩ vobis ẽ.Si qs au
tẽ ſpiritũ chriſti nõ habet:hic nõ eſt eius.Et rurſũ
Si autẽ ſpiritꝰ eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis
habitat in vobis:qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis:
viuificabit & mortalia corpora veſtra propter ſpi
ritum ſuum qui habitat in vobis. Vide,quia ẽ: &
donatur,& habetur,& dei eſt. Ceſſet hic ſermo ca
lumniãtiũ cũ dicũt ꝑ quẽ ſit:& ob quid ſit vł qua
lis ſit. Si reſpõſio noſtra diſplicebit dicẽtiũ ꝑ quẽ
omnia & in quo oĩa ſũt:& quia ſpũs eſt dei: donũ
fideliũ: diſpliceãt & apoſtoli & euãgeliſtę & ꝓphe

tę hoc tãtũ de deo quod eſſet loquẽtes: & poſt hęc
pater & fili⁹ diſplicebit. Manere autẽ hic quoſdã
in ignorantia atq̃ ambiguitate exiſtimo, ꝙ hoc
tertiũ id eſt quod noiať ſpirit⁹ ſãct⁹: videãt ꝑ pa-
tre & filio frequẽter intelligi. In quo nihil ſcrupuli
ẽ ſiue enim pater: ſiue fili⁹: & ſpirit⁹ ſãct⁹ eſt. Sed
id quod in euãgeliis legim⁹. Quia de⁹ ſpiritus eſt
diligẽter ẽ cõtuendũ: quomodo & qua ratione ſit
dictũ: oẽ eñ dictũ, vt dicať, ex cauſa eſt: & dicti ra-
tio ex ſenſu erit intelligẽda dicẽtis. Ne quia reſpõ
ſũ a dño eſt. Spiritus de⁹ eſt: idcirco cũ ſancti ſpiri
tus nomine & vſus negetur & donũ. Cũ ſamarita
na eñ dño erat ſermo, venerat eñ rõ vel redẽptio
vniuerſorũ: cui poſt multũ ſermonẽ aquę viuæ &
quinq̃ virorũ & nũc eius qui eſſet alienus & mu-
lier reſpõdit. Domine aĩaduerto ꝙ propheta es tu
patres noſtri in mõte hoc adorauerũt: & vos dici
tis quoniã ĩ hieroſolymis eſt loc⁹ vbi adorari opor
teat: dominus reſpõdit. Crede mihi mulier qm̃ ve
nit hora quando neq̃ in iſto mõte neq̃ hieroſoly-
mis adorabitis patrẽ. Vos adoratis qđ neſcitis, nos
adoram⁹ quod ſcim⁹: quia ſalus ex iudęis eſt: Sed
venit hora & nũc eſt, cũ veri adoratores adorabũt
patrẽ in ſpiritu & veritate: & eñ pater tales quę-
rit qui adorẽt eũ. Spiritus eñ deus eſt & adorãtes
eũ: in ſpiritu & veritate oportet adorare: qa de⁹ ſpi
rit⁹ ẽ. Mulier igiť traditionũ memor paternarũ vľ
tãq̃ Samaria ĩ mõte: vľ tãq̃ hieruſalẽ: ĩ tẽplo adorã
dũ deũ exiſtimabat: ꝙ Samaria ad adorãdũ deũ ꝑ
trãſgreſſionẽ legis locũ mõtis elegerat. Iudęi vero
tẽplũ a ſalomone cõditũ religionis ſedẽ exiſtima-
bãt: quorũ vtrorũq̃ ꝓſũptio aut collis edito: aut
extructę domus cõcauo deum intra quem omnia
& extra quem nihil eius capax eſt: continebat. Er-
go quia deus incompręhẽſibilis imẽſus eſt: ait do-
min⁹ veniſſe tempus vt in monte vel templo nõ
ſit deus adorandus: quia deus ſpiritus eſt: quia ſpi
rit⁹ nec circũſcribiť nec tenetur: qa per naturę ſuæ
virtutem vbiq̃ eſt neq̃ vſq̃ abeſt: in omnib⁹ om-
nis exuberans. Hos igitur veros eſſe adoratores q̃
in ſpiritu & veritate ſint adoraturi: adoratis autẽ
in ſpiritu deum ſpiritum alter in officio: alter ĩ ho
nore eſt: quia diſcretum eſt in quo quiſquis ſit ado
rãdus. Non enim tollit ſancti ſpiritus & nomen
& donum: quia dictum eſt. Deus ſpiritus eſt. Re-
ſponſum autem eſt mulieri deum templo & mõte

claudẽdi eſſe omnia in deo: deum in ſemetipſo &
inuiſibilem atq̃ incompręhenſibilem in iis quę &
inuiſibilia atq̃ incompręhẽſibilia ſunt adorãdum
atq̃ ita natura & muneris & honoris expreſſa eſt:
cum in ſpiritu deum ſpiritum docuit adorãdum:
& libertatẽ ac ſcientiam & adorandi infinitatem
dũ in ſpiritu deus ſpirit⁹ adoratur oſtendit. Simi-
le huic etiã illud apoſtoli eſt. Quia dominus ſpiri
tus eſt: & vbi ſpiritus domini: ibi libertas. Diſcre-
uit ad intelligẽtię ſignificationẽ eũ qui eſt ab eo cu
ius eſt. Non enim habere haberiq̃: vnũ eſt: neq̃ ea
dem ſignificatio cõtinet eũ atq̃ eius: itaq̃ cũ ait:
domin⁹ ſpiritus eſt: naturam infinitatis eius oſtẽ
dit: cum vero adiecit. Vbi ſpirit⁹ domini: ibi liber
tas: & eum cuius eſt ſignificat: quia & ſpiritus do
mini⁹ eſt: & vbi ſpiritus eſt domini: ibi libertas eſt.
Haec non quod cauſa poſtulet dicta ſint: ſed neqd
ĩ his obſcuritatis hęreret. Eſt eñ ſpũs ſanct⁹ vn⁹
vbiq̃ oẽs patriarchas ꝓphetas & oẽm chorũ legis
illuminãs: Ioannẽ etiã ĩ vtero matris ĩſpirãs: datus
de inde apoſtolis cęteriſq̃ credentib⁹ ad cognitio
nẽ eius quę indulta eſt veritatis. Quod autẽ ſit of
ficiũ eius in nobis: verbis ipſius domini audiam⁹.
Ait eñ Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nõ
poteſtis portare modo: expedit eñ vobis vt ego
eã: ſi iero mittam vobis aduocatũ: Et rurſũ. Ego ĩ
quit rogabo patrẽ meũ: & alium aduocatum mit
tet vobis ſpiritũ paraclitũ: ipſe me clarificabit. Et
rurſum. Rogabo ĩquit patrem meũ & aliũ aduo-
catũ mittet vobis: vt vobiſcum ſit in ęternum ſpi
ritũ veritatis: ille vos diriget in omnẽ veritatẽ nõ
enim loquetur a ſe ſed quęcũq̃ audierit loquetur
& vẽtura nũciabit vobis: ille me honorificabit: qa
de meo accipiet. Hęc de pluribus ad intelligentię
viam dicta ſint: quib⁹ & volũtas munerãtis & rõ
& conditio muneris continetur: vt quia infirmi-
tas noſtra neq̃ patris neq̃ filii capax eſſet: fidẽ no
ſtrã de dei incarnatione difficilẽ ſancti ſpirit⁹ do
num quodam interceſſionis ſuę foedere illumina
ret. Eſt autem nũc cõſequens vt & apoſtolum ex
plicantem doni huius virtutem atq̃ officium au
diamus: ait enim. Quotquot enim ſpiritu dei agũ
tur: ii filii ſunt dei: nõ enim accepiſtis ſpiritum ſer
uitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum
ad optionis filiorum: in quo clamamus abba pa-
ter. Et rurſum. Quia nemo in ſpiritu dei dicit ana

thema Ieſu: & nemo poteſt dicere dominũ Ieſum
niſi in ſpiritu ſancto. Et rurſum. Diuiſiones autẽ
donationum ſunt idẽ autẽ ſpũs: & diuiſiones mi-
niſteriorũ ſunt idẽ autẽ dominꝰ: & diuiſiones ope
rationũ ſũt: ſed idẽ deꝰ qui operatur oĩa in omnibꝰ.
Vnicuiq; autẽ datur manifeſtatio ſpiritus ad vti
litatẽ: alii autẽ datur p ſpiritũ ſermo ſapiẽtię: alii
ſermo ſcientie: ſecũdũ eũdẽ ſpiritũ: alii fides in eo-
dem ſpiritu: alii dona ſanitatũ in vno ſpiritu: alii
operatio virtutũ: alii prophetia: alii ſeparatio ſpi-
rituũ: alii genera linguarũ: alii iterpretatio ſermo
nũ: oĩa autẽ hęc operatur vnꝰ atq; idẽ ſpũs. Habe
mꝰ igit doni iſtius cauſã: & neſcio quid de eo am-
biguitatis ſit cuius in abſoluto ſit & cauſa & ratio
& poteſtas. Vtamur ergo tam liberalibꝰ donis &
vſum maxime neceſſarii muneris expetamꝰ. Ait
enim vt etiam ſuperius oſtẽdimꝰ apoſtolus. Nos
autem nõ ſpiritum huiꝰ mũdi accepimus ſed ſpi
ritũ qui ex deo eſt: vt ſciamꝰ quę a deo donata ſũt
nobis: quę & loquimur nõ in doctis humanę ſapi-
entię verbis: ſed in doctrina ſpiritus: ſpiritualibus
ſpiritualia comparantes: animalis autẽ homo nõ
percipit quę ſũt ſpiritus dei. Accipitur ergo ob ſci
ẽtiam: vt enim natura humani corporis ceſſanti-
bus officii ſui cauſis erit ocioſa: nã & oculꝰ niſi lu
mẽ ac dies ſit: nullus miniſterii erit vſus: & aures
niſi vox ſonuſue reddatur: munꝰ ſuũ nõ recogno
ſcent: & nares niſi odor fragrauerit: in quo officio
erũt: neſcient: non q: his deficiat natura per cau-
ſam ſed vſus habeatur ex cauſa. Ita & animus hu-
manꝰ niſi per fidem donũ ſpiritꝰ hauſerit: habe-
bit quidem naturã deũ intelligendi: ſed lumen ſci
entię nõ habebit. Munꝰ aũt quod in xp̃o eſt: om̃e
omnibꝰ patet vnũ: & quod vbiq; nõ deeſt: in tãtũ
dat: in quantũ quis volet ſumere: in tantũ reſidet:
in quãtũ quis volet pmereri: hoc vſq; in cõſũmati
onem ſęculi nobiſcũ: hoc expectationis noſtrę ſola
tiũ: hoc in donorũ operationibꝰ futurę ſpei pignꝰ
eſt: hoc mẽtiũ lumẽ: hic ſplẽdor animarũ eſt. Hic
ergo ſpiritꝰ ſanctꝰ expetẽdꝰ eſt: promerẽdꝰ ẽ: &
deinceps pręceptorũ fide atq; obſeruatione reti-
nendus. Amen.

Explicitus eſt liber ſecũdus.
Sequit tertiꝰ.

Afferet pleriſq; obſcuritatem ſer
mo domini: cum dicit. Ego in
patre & pater in me. Et nõ ĩme
rito. Natura enĩ ĩtelligẽtię hu
manę rationẽ dicti iſtius nõ ca
pit: videtur nãq; non poſſe ef-
fici: vt quod in altero ſit: atque idipſũ extra alterũ
ſit: & cũ neceſſe ſit ea de quibꝰ agitur: nõ ſolitaria
ſibi eſſe: numerũ tñ ſuũ: in quo ſint cõſeruãtia: nõ
poſſe ſe inuicẽ cõtinere: vt qui aliquid aliud intra
ſe habeat: atq; ita maneat: maneſq; ſemper exte-
rior ei viciſſim quem intra ſe habeat: maneat ęque
ſemper interior. Hęc quidẽ ſenſꝰ hominũ nõ con
ſequitur: nec exemplũ aliquod rebꝰ diuinis com-
paratio humana pręſtabit: ſed quod ĩntelligibile
eſt homini: deo eſſe poſſibile ẽ. Hoc nõ ita a me di
ctũ ſit: vt ad rõnem dicti eã tantũ ſufficiat aucto-
ritas: quod a deo dictũ ſit. Cognoſcẽdũ itaq; atq; ĩ
telligẽdũ eſt quid ſit illud: ego in patre & pater in
me: ſi tñ cõmprehendere hoc ita vt eſt valebimꝰ:
vt quod natura rerũ pati nõ poſſe exiſtimatur: id
diuinę veritatis rõ cõſequatur: atq; vt facilius in-
telligentiam difficillimę iſtius quęſtionis conſe-
qui poſſimꝰ: prius patrem & filiũ ſecũdũ diuina-
rũ ſcripturarũ doctrinã cognoſci a nobis oportet:
vt de cognitis ac familiaribꝰ abſolutior ſermo ſit.

Aeternitas patris vt ĩ libro anteriore tra-
ctauimus: locum: tempora: ſpẽm & quic
quid illud humano ſenſu cõcipi poteſt
excedit. Ipſe extra omnia ĩ omnibuſq;: capiẽs vni-
uerſa: & capiẽdus a nemine: nõ acceſſu deceſſu ve
mutabilis: ſed inuiſibilis: icõprehẽſibilis: plenꝰ: pfe
ctꝰ: ęternꝰ: nõ aliũde quidẽ ſumens ſed ad id [illegible] ita
manet: ipſe ſufficiẽs.

Hic ergo ĩgenitꝰ ante oẽ tẽpꝰ ex ſe filiũ ge
nuit: non ex aliqua ſubiacẽte materia: q̃a
per filium omnia: nõ ex nihilo: quia ex ſe
filium: nõ vt partũ: quia nihil in deo demutabile
aut vacuũ eſt: non partem ſui, vel diuiſam, vel diſ
ciſam: vel extenſam: quia impaſſibilis/incorporeꝰ
deꝰ eſt: hęc autẽ paſſionis & carnis ſũt: & ſcdm a-
poſtolũ in chriſto inhabitat oĩs plenitudo diuini
tatis corporaliter: Sed icõprehẽſibiliter, inenarrabi
liter, añ oẽ tempus & ſęcula, vnigenitũ ex his quę in
genita ex ſe erant, procreauit: omne quod deus eſt
per charitatem atq; virtutẽ natiuitati eius ĩma-

partiens: ac ſic ab ingenito perfecto eterno ꝙ patre vnigenitꝰ & perfectꝰ ęternus eſt filiꝰ. Ea autē quę eius ſunt ſecundum corpꝰ quod aſſumpſit boni tatis eius ad ſalutē noſtrā volūtas ē. Inuiſibilis eñi & incorporeꝰ & icōpręhēſibilis vt pote ab eo genitꝰ tātū i ſe & materię & humilitatis recipit: quātū in nobis erat virtutis ad intelligēdū ſe & ſentiēdū & contuēdū: imbecillitati noſtrę potiꝰ obtemperās ꝙ̄ de iis in quibꝰ erat ipſe deficiens.

IGitur perfecti patris pfectus filiꝰ & ingeniti dei vnigenita progenies q ab eo qui habet oīa: accepit oīa deus a deo: ſpiritꝰ a ſpiritu: lumen a lumine cōfidenter ait: pater ī me & ego in patre. Quia vt ſpiritus pater: ita & filius ſpus: vt deus pater: ita & filius deꝰ: vt lumen pater: ita & filiꝰ lumē. Ex iis ergo quę in patre: ſūt ea in quibꝰ eſt filiꝰ, ideſt ex toto patre totꝰ filius natꝰ eſt: nō aliunde quia nihil anteꝙ̄ filius: nō ex nihilo qa ex deo filiꝰ: nō in parte: quia plenitudo diuinitatis in filio: neq; in aliquibꝰ qa in oībꝰ: ſed vt voluit q potuit: vt ſcit q genuit: quod in patre eſt: hoc & in filio eſt: quod i ingenito: hoc i vnigenito eſt: alter ab altero & vterq; vnū nō duo vnꝰ ſed alius in alio: quia nō aliud in vtroq;: pater i filio: quia ex eo filius: filiꝰ i patre qa nō aliūde quod filiꝰ vnigenitꝰ i ingenito qa ab ingenito vnigenitꝰ. Ita i ſe inuicē qa vt oīa in īgenito patre pfecta ſūt: ita oīa ī filio vnigenito pfecta ſūt. Hęc in patre & filio vnitas: hęc virtꝰ: hęc charitas: hęc fides: hęc ſpes: hęc veritas via vita. Nō calūniari de virtutibꝰ ſuis deo nec pſecretū ac poteſtatē natiuitatis obtrectare filio. Patri īgenito nihil cōpare: vnigenitū ab eo nec tēpore nec virtute diſcernere: deū filiū: qa ex deo ē cōfiteri. Sūt iſtiuſmodi i deo poteſtates: quarū cū rō intelligētię noſtrę incōprehenſibilis eſt, fides tñ per veritatē efficientię in abſoluto eſt. 3.

NEc hoc in ſpiritualibus tantum: ſed etiā in corporalibus deprehendimꝰ non ad natiuitatis exemplū ſed ad admirationē facti itelligibilis oſtenſū eſt. Nuptiarū die vinū in chana galileę ex aqua factū ē: nūquid cōſequit̄ aut ſermo noſter aut ſenſꝰ: quibꝰ modis natura demutata ſit? vt aquę ſimplicitas defecerit: & vini ſapor natꝰ ſit? Nō pmixtio fuit ſed creatio & creatio nō a ſe cepta ſed ex alio in aliud exiſtēs: nō p trāſfuſionē potioris obtinet̄ quod infirmiꝰ ē: ſed abolet̄ qđ erat: & nō qđ erat cepit. Spōſus triſtis eſt: familia turbatur: ſolennitas nuptialis cōuiuii periclitat̄. Ieſus rogatus nō exurgit aut inſtat: ſed quieſcentis eius hoc opꝰ ē. Aqua hydriis infundit̄: vinū calicibus haurit̄: īfundētis ſciētię ſenſus nō cōuenit haurientis. Qui infuderūt: hauriri aquā exiſtimāt: qui hauriūt: vinū infuſum arbitrāt̄: tēpus quod in medio ē nō ſufficit: vt liquoris natura & naſcat̄ & pereat. Ratio facti & viſum fruſtrat̄ & ſenſum: virtꝰ tñ dei in iis quę ſunt geſta ſentit̄.

SEd & de quinq; panibus nō diſſimilis facti admiratio eſt: incremētis eorū quinq; miliū virorū & inumerabiliū mulierum ac puerorū fames vincitur: quinq; panes offerūt̄ & frāgūt̄: ſubrepūt in frāgētiū manibus quędam fragmētorū pcreatiōes: nō iminuit̄ vnde pręfringit̄ & tñ ſemp pręfringētis manū fragmēta occupāt: fallūt momenta viſum: dū plenā fragmētis manū ſequeris: alterā ſine dāno portionis ſuę cōtueris: inter hęc fragmētorū cumulus auget̄. Pręfringētes in miniſterio ſūt: edētes in negocio ſunt eſuriētes ſaturi ſūt: duodecī cophinos replēt reliquię. Nō ſenſus nō viſus profectū tam incōſpicabilis operationis aſſequit̄: eſt quod nō erat: videt̄ quod nō intelligit̄: ſolū ſupeſt vt deus oīa poſſe credat̄.

NOn habēt itaq; diuina adulationem, nec ſubeſt deo ad placendum fallendumq; ſimulatio. Hęc filii dei opera non de iactantię ſtudio ſunt profecta: neq; enim ille cui innumerabilium milium milia angelorū ſeruiunt adulatus eſt homini: quid enim eorum quę noſtra ſunt indigebat: per quem ſūt vniuerſa quę noſtra ſūt? An honorem a nobis expoſtulabat: nūc a ſomno ſtupidis: nunc de luxu noctium feſſis: nūc poſt rixas & cędes dierum male conſciis: nunc poſt cōuiuia ebriis: quem archangeli & dominatus principatus & poteſtates ſine ſomno ſine occupatione: ſine crimine ęternis & indefeſſis in cælis vocibus laudāt: & laudant quia ipſe inuiſibilis dei imago omnes in ſe creauerit: ſęcula fecerit: cælum formauerit: aſtra diſtinxerit: terram fundauerit: abyſſos demerſerit: ipſe deinceps homo natus ſit: mortem vicerit: portas inferni fregerit, cohęredem ſibi plebem acquiſiuerit: carnem in æternitatis gloriam ex corruptione tranſtulerit? Nihil ergo iſte

eguit a nobis vt hęc eū apud nos ienarrabilia & in
itelligibilia operatꝰ tanq̄ egentē laudis ornarēt: ſed
prępuidens deus nequicię & ſtulticię humanę erro
rem: & ſciēs eouſq; infidelitatē prorupturam eſſe:
vt ſibi de dei rebus iudicium pſumeret: audaciam
noſtrā earū de qbus ambigeret rerū vicit exēplis.

SVnt.n. plures ſęculi prudētes quorꝫ pru
dentia deo ſtulticia ē: qui cū audiūt deū
ex deo: verum a vero: pfectum a pfecto:
vnū ab vno natū eſſe: tanq̄ impoſſibilia nobis prę
dicantibus contradicunt: quibuſdā ſententiarum
collectionibus inhęrentes: cum dicunt.

NAſci nihil potuit ab vno quia oīs natiui
tas eſt ex duobus: iā ſi ab vno natus hic
filius ē: partē eiuſdē qui genuit accepit:
& ſi pars: neuter ergo pfectus ē: de eſt enī vnde de-
ceſſit: nec plenitudo in eo erit qui ex portione con
ſtiterit: neuter ergo pfectus eſt: cū plenitudinē ſuā
& qui genuerit amittat: nec q natus ē cōſequat.

HAnc mūdi ſapientiā etiam per prophetā
prouidens deus ita damnat dicēs: perdā
ſapientiā ſapientiū & intellectū pruden
tium reprobabo. Itē i apoſtolo. Vbi ſapiēs vbi ſcri-
ba: vbi cōquiſitor huius ſęculi? nonne ſtultā fecit
deus prudentiā huius mūdi? Nā qa in ſapiētia dei
nō cognouit mūdus p prudentiā deū: placuit deo
p ſtultitiā predicationis ſaluos facere credētes: qm̄
gręci ſapiām q̄runt: & iudęi ſigna petunt: nos aūt
pdicamꝰ xp̄m crucifixum: iudęis quidē ſcandalū:
gentibꝰ aūt ſtulticiā: iis aūt qui ſūt vocati: iudęis
atq; gręcis, xp̄m dei virtutē & dei ſapiētiam: quia
quod ſtultū eſt dei: ſapiētius eſt hominibus: & qđ
infirmū eſt dei: fortius eſt hominibus. Curā ergo
humani generis habens dei filius, primū vt ſibi cre
deretur: homo factus eſt: vt teſtis diuinarū rerum
nobis eſſet ex noſtris: per q; infirmitatē carnis deū
patrē nobis infirmis & vt carnalibus pdicaret: vo-
luntatem in eo patris dei efficiens vt dicit. Nō ve
ni voluntatem meā facere, ſed voluntatē eius qui
me miſit. Non quod nollet ille qđ faciat: ſed obe-
dientiā ſuā, ſub effectu paterne volūtatis oſtendit
volens ipe voluntatē patris explere. Erat aūt haec
efficiēdę volūtatis volūtas: cuiꝰ ipe teſtis ē dicēs.
Pater venit hora clarifica filiū tuū: vt filiꝰ tuꝰ cla-
rificet te: ſicut dediſti ei poteſtatē ois carnis vt oē
qđ dediſti illi: det ei vitā ęternā: hęc ē aūt vita ęter
na vt cognoſcāt te ſolū deū verū & quē miſiſti Ie-
ſum xp̄m. Ego te clarificaui ſup terrā, opere conſū
mato: qđ dediſti mihi vt faciā. Et nūc clarifica me
tu pater apđ temetipm̄ claritate quā habui priuſq̄
mūdus eēt: apud te. Manifeſtaui nomē tuū hoibꝰ
quos dediſti mihi. Verbis breuibꝰ & paucis omne
opus officii ſui & diſpēſatiōis expoſuit: nihilo mi-
nus fidei veritatē aduerſū oēm inſpirationē diabo
licę fraudulētię cōmuniēs. Curramꝰ ergo p ſingu
las ſermonis ſui virtutes. Ait: pater venit hora: cla
rifica filiū tuū: vt filiꝰ tuꝰ clarificet te. Nō diē non
tp̄s ſed horā veniſſe dicit. In hora diei portō ē: & q̄
hęc erit hora: nēpe illa de q̄ in tēpore paſſiōis diſci
pulos cōfirmās locutꝰ ē. Ecce venit hora vt filius
hois clarificetur. Haec ergo hora ē in qua ſe a patre
clarificari orat: vt patrē ipe clarificet. Sed qđ ē iſtđ
clarificari ſe clarificaturus expectat: & honorē red
diturus expoſtulat: & hoc eget quod rurſū impar
tiat. Et hic occurrāt ſophiſtę mūdi & ſapiētes gręe-
cię & ſyllogiſmis ſuis veritatē irretiāt: quo mō &
vnde & quid cauſę ſit q̄rāt: & cū heſerint: audiāt:
quia. Stulta mūdi elegit deus. Ergo p ſtulticiā no
ſtram intelligimus hęc: inintelligibilia ſapiētibus
mūdi. Dixerat dominꝰ. Pater venit hora. Horam
paſſionis oſtēderat: nā haec ſub momēto eo loque
batur. Deinde adiecit. Clarifica filiū tuū. Sed quo
modo clarificandus erat filius? nāq; natus a virgi-
ne: a cunis atq; infantia vſq; ad conſummatū ve-
nerat virū: per ſōnū famē ſitim laſſitudinē lachry
mas hominē egerat: etiā nūc conſpuēdus flagellā
dus crucifigēdus erat. Quid ergo? nobis ſolū ho-
minē in xp̄o hęc erāt cōteſtatura? Sed nō cōfundi
mur cruce: nō flagellis pdamnamur: nō ſputis ſor
didamur. Clarificat pater filiū: quo modo tandē?
ſuffigitur cruci: deinde quid ſequitur? ſol nō occi-
dit: ſed refugit: ſed quid refugiſſe dico? nō receptꝰ
in nube ē: ſed de curſu operis defecit & interitum
ſuū cū eo reliqua mūdi elemēta ſēſerūt: & ne huic
facinori ille cęleſtes opatiōes intereēnt itercelliōis
huiꝰ neceſſitate quadā ſui abolitiōe caruerūt. Sed
terra quid fecit? ad onus dñi ligno pendentis itre-
muit: eū qui moriturus erat: itra ſe cōteſtata nō ca
pere. Nūqd & portionē ſuā rupes & ſaxa cōcedūt?
ſed rupta diſſiliūt & naturā ſuā pdūt: cęlamq; ex

cuit diſſoluens ineptas eorum & ridiculas occaſio
nes: quibus per id quod dictum eſt. Multitudinis
autem credētium erat cor vnum & anima vna. Et
rurſum. Qui plantat autē & qui rigat: vnū ſūt. Et
rurſum. Nō pro iis autem tm̄ rogo: ſed & pro iis q
credituri ſunt per verbum eorum in me: vt omnes
vnū ſint: ſicut tu pater in me & ego in te: vt & ipſi
ſint in nobis: voluntatis potius & vnanimitatis
q̄ diuinitatis aſſerunt veritatem. Sed nos hæc ip-
ſa ſuis virtutibus pertractantes: fidem in ſe diuinę
natiuitatis continere oſtendimus. & oēs dicto-
rum dn̄icorum profeſſiones reuoluentes: totū ac
perfectum ex apoſtolicis præconiis ac ſanctiſpirit⁹
proprietatibus: & paternę & vnigenitę maieſtatis
ſacramentum docuimus: cum et in patre filius in
tellectus: & pater in filio cognitus: vnigeniti dei
natiuitatem & perfectam in eo dei oſtenderent veri-
tatem. Parum eſt autem in reb⁹ ad ſalutem maxi
me neceſſariis ſola ea ad ſatiſfactionem fidei affer
re quę propria ſunt: quia plerūq; blandiētes ſenſū
fallāt dictorū noſtrorū inexploratę aſſertiones: niſi
etiā propoſitionum aduerſarum demonſtratę ina
nitates fidem noſtram in eo ipſo q̄ ipſæ ridiculæ
eſſe arguantur affirment.

12

Nonus itaq; liber totus in repellendis iis
quæ ad infirmandam vnigeniti dei na-
tiuitatem ab impiis vſurpantur: inten-
tus eſt: qui diſpenſationis occulti a ſæculis myſte
rii immemores euangelica fide deum atq; homi-
nem prędicari non recordentur. Namq; cum deū
eſſe dn̄m noſtrum ieſum chriſtū: & ſimilē deo eſſe
& ęqualem vt deum filium deo patri: natū ex deo
& ſecūdū natiuitatis proprietatē in veritate ſp̄us
ſubſiſtere negāt: his niti dictorum dn̄icorum pro-
feſſionibus ſolent. Quid me dicis bonum? nemo
bonus niſi vnus deus. Vt cum dici ſe coarguat
bonum: & nō niſi vnum deū bonū eſſe teſtet: & ex
tra bonitatem dei ſit: qui bonus eſt: & in dei nō ſit
veritate: qui vnus eſt. Quibus dictis etiam hęc ad
impietatis ſuę argumenta connectūt. Hæc ē aūt
vita ęterna vt cognoſcant te ſolum verum deū &
quem miſiſti ieſum chriſtū. vt ſolū verū deū cōfeſ
ſus patrem: nec verus ipſe nec deus ſit: quia ſolius
dei veri exceptio ſignificatę proprietatis nō exce-
dat auctorem. Non ambigue autem hoc ab eo di
ctum eſſe intelligendum: quia idem dixit. Nō pōt
filius facere a ſe quicq̄ niſi quod viderit patrem fa
cientem. Vt cū nihil niſi de exemplo operis poſſit
operari: naturæ in eo intelligatur infirmitas: quia
nequaq̄ ſit omnipotētię comparādum quod alie-
nę operatiōis ſubiectū eſt neceſſitati: & ratio intel
ligentiæ hoc ſuadeat: in omnibus a ſe poſſe & non
poſſe differre: differre autē eouſq;: vt de patre deo
hæc ita profeſſus ſit. Pater maior me eſt. Et ceſſet
in profeſſiōe abſoluta aduerſandi calumnia: quia
impię veſanię ſit honorem ac naturam dei tribue
re abnuēti. Omni autem modo in tm̄ eum a ꝓprie
tate veri dei abeſſe: vt etiam teſtat⁹ hęc fuerit. De
die autē illa & hora nemo ſcit neq; angeli in cœlis
neq; fili⁹ hominis: niſi ſolus pater: vt cum fili⁹ ne-
ſciat quod pater ſolus ſciat: lōge alien⁹ ſit neſciēs
ab ſciente: quia natura ignorationi obnoxia: nō ſit
eius virtutis & poteſtatis: quę dominatu ignora-
tiōis excepta ſit. Hæc itaq; corrupto deprauatoq;
ſenſu impiiſſime ita intellecta eſſe monſtrantes:
omnes dictorum cauſas ex iis ipſis vel interroga-
tionū vel temporum vel diſpēſationū generibus
attulimus: cauſis potius verba ſubdentes: nō cāis
verbis deputantes: vt cum a ſe diſſideat. Pater
maior me eſt. Et ego & pater vnum ſumus. Neq;
idem ſit. Nemo bonus niſi vnus deus. Et qui me
videt: videt & patrē. Vel certe tanta a ſe diuerſita
te cōtraria ſint pater oīa tua mea ſunt & mea tua.
Et iterum. Vt cognoſcāt te ſolum verū deū. Vel
illud. Ego in patre: & pater in me. Et iterū. De die
autem illa & hora nemo ſcit neq; angeli in cęlis ne
q; filius hominis niſi pater ſolus. Intelligant in ſin
gulis & diſpenſationum prędicatiōes & cōſcię po
teſtatis naturales profeſſiones: & cum idem ſit di.
cti auctor vtriuſq;: demonſtratis tamē virtutibus
generum ſingulorū nō pertineat ad cōtumeliam
verę diuinitatis: quod ad ſacramētum fidei euan-
gelicę ſub diſpenſatione & cauſæ & tēporis & na-
tiuitatis & nominis prędicatur.

13

Decimi vero libri eadem eſt ratio quæ fi-
dei. Nam quia ex paſſionis genere & ꝓ-
feſſione quendam perſtultæ intelligentię ſenſum
ad contumeliā diuinę in domino noſtro ieſu xp̄o
naturę virtutiſq; rapuerūt: ea ipſa domōſtranda fu
erant: & ab iis impiiſſime intellecta eſſe & ab eo ad
proteſtationem veræ & perfectę i ſe maieſtatis eē

memorata. Nãq; his ſibi dictis vt religioſe impii
ſint blãdiũtur. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mor
tem. Vt longe a beatitudine atq; incorruptione
dei ſit: in cuius animam dominans metus triſtitię
imminẽtis inciderit. Qui etiam vſq; ad hanc pre
cem conſternatus fuerit paſſionis neceſſitate Pa-
ter ſi poſſibile eſt trãſeat a me calix iſte. Et ſine du
bio timere videtur perpeti: quod ne pateretur ora
uit: quia patiendi trepidatio cauſam attulit dep̃-
candi. In tantum vero infirmitatem eius obtinue
rit vis doloris: vt in ipſo crucis tẽpore diceret. De-
us deus meus quare me dereliquiſti? Qui etiam
vſq; ad querelam deſolationis: ſuæ paſſionis acer
bitate cõmotꝰ auxilii in ops p̃ſni ſp̃m in hac vo-
ce emiſerit cum dixit. Pater in manus tuas cõmẽ
do ſpiritum meum. Et exhalandi ſpiritus trepida
tione turbatus tuendũ hunc cõmendauerit: quia
cõmendationis neceſſitatẽ deſperatio ſecuritatis
exegerit. Sed ſtultiſſimi atq; impiiſſimi homines
non ĩtelligentes nihil contrarium in rebꝰ iiſdẽ ab
eodẽ dictũ fuiſſe: verbis dñi ĩhęrẽtes cauſas ipſas
dictorum reliquerunt. Nã cum longe multũq; di
uerſum ſit. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem
Et amodo videbitis filiũ hoĩs ſedentẽ a dextris vir
tutis. Neq; id ipſum ſit. Pater ſi poſſibile ẽ trãſeat
a me calix iſte. Et illud. Calicẽ quem dedit mihi pa
ter meus non bibã illum? Lõgeq; diuerſum ſit De
us deus meus quare me dereliquiſti: ab eo. Amen
dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Multum
quoq; diſſentiat. Pater in manus tuas cõmẽdo ſpi
ritum meũ. Et illud. Pater remitte illis: quia quid
faciunt neſciunt. Ad impietatem reciderunt diui
norũ dictorũ incapaces: & cũ nõ conueniat trepi-
dationi & libertati: feſtinationi & excuſatiõi: que
relę & adhortatiõi: diffidẽtię & interceſſioni: diui
nę p̃feſſionis naturęq; ĩmemores ad argumẽtũ i-
pietatis ſuę: diſpẽſationis geſta & dicta tenuerũt.
Itaq; nos demonſtratis omnibꝰ quę in ſacramẽto
& animę & corporis dñi noſtri ieſu chriſti ſũt ad ſa
cramenti religionem: nihil inexploratũ: nihil taci
tum dereliquimus: ſed dictorũ oĩum pacificã in-
telligẽtiã ſingulis quibuſq; cauſarũ generibus co
aptantes: nec trepidare fiduciã neq; euitare volũ-
tatẽ: nec cõqueri ſecuritatẽ: nec cõmẽdationẽ ſui
orantẽ aliis veniam dediſſe mõſtrauimꝰ: fidem di
ctorũ vniuerſorum abſoluta euãgelii myſterii p̃di
catione firmãtes. Igit̃ quia deſperatiſſimos homi
nes ne ipſa quidẽ reſurrectionis gloria intra religi
onis intelligẽtiã edoctos cohibuit: ſed aut per di-
gnationis profeſſionem: impietatis ſuę arma ſũp-
ſerũt aut ſacramentũ reuelationis ad dei cõtume
liã tranſtulerũt: vt per id q̃d dictũ eſt Aſcendo ad
patrẽ meũ & ad patrem veſtrũ: deũ meũ & deũ ve
ſtrũ: dũ cõmunis nobis atq; ipſi & pater pater ẽ: &
deꝰ deus eſt: extra exceptionem veri dei ſit in pro
feſſiõe cõi: cũq; ſicuti nos & creationis neceſſitas
creatori deo ſubdat: & adoptio aſſumat in filiũ. Iã
vero nulla in eo diuinę naturæ proprietas exiſti-
mãda ſit ſecundum apl̃i dcm̃. Cũ aut dixerit oĩa
ei ſubiecta ſũt p̃ter eũ qui ſubiecit oĩa tũc & ipſe
ſubiectꝰ erit ei qui ſibi ſubiecit omnia vt ſit deus
oĩa in omnibꝰ: quia ſubiectio & infirmitatem ſub
iecti p̃ſtat: & dominatis ſignificat poteſtatem.

IN his quoq; cum ſũma religionis demõ
ſtratione tractandis liber vndecimus oc
cupatur: etiam ex his ipſis dictis apoſto
licis demõſtrãs: non modo non ad diuinitatis in-
firmitatem ſubiectionẽ p̃ficere: ſed per eã: ipſã ve-
ritatem dei quia ex deo ſit natus: oſtẽdi: & p id q̃d
ſibi ac nobis & pater pater eſt: & deus deus eſt: no
bis multũ acquiri & ei nihil detrahi. Cũ. ſ. homo
natus & vniuerſis carnis noſtrę paſſionibus fun-
ctus ad deũ & patrẽ noſtrũ vt homo noſter in deũ
glorificandus aſcenderet. Quod ãt in omni gene
re doctrinarum obſeruari ſemper meminimus: vt
ſi qui diu tenui primũ exercitatione longoq; vſu
humilioris ſtudii fuerunt eruditi: tũ iã ad rerũ ip-
ſarum quibꝰ imbuti ſunt: experimenta mittant̃:
vt cum iam bene luſerint bella militaturi: in mili-
tiam p̃trahãtur: aut cum forenſes lites ſcholares
lites tẽperauerĩt: tũc mittantur ad tribunaliũ pu-
gnas Aut cum in ſtagnis domeſticis nauĩ nauta ĩ
trepidus inſtruxerit: tunc magni & peregrini ma
ris committatur p̃cellis. Id ipſum nos ĩ hac maxĩa
ac grauiſſima totius fidei intelligentia facere cura
uimus. Nãq; cum ante a leuibus initiis de natiui
tate de noĩe: de diuinitate: de veritate fidem tene
ram imbuiſſemus: ac leui p̃fectu etiã vſq; ad euel-
lenda omnes hęreticorum occaſiones: legẽtium
ſtudia extuliſſemus: tamen eos iam ad ipſam pa-
lęſtrã glorioſi certaminis magniq; produximꝰ: vt
in quantum ad ęternę natiuitatis complectẽdam

intelligentiam humana mens cōmunis ſenſus o-
pinione defigitur in tantum ſtudiis diuinis ad
ſentienda ea quę vltra naturæ noſtræ opinionem
ſunt niteretur: ōnem hanc maxime diſſoluentes
quę ſecularis ſapiētię hebetudīe inualeſcēs de dn̄o
noſtro Ieſu xp̄o ratione ſe putet dicere. Erat: qn̄ nō
erat: & non fuit anteq̄ naſceretur: & de nō extan-
tibus fact⁹ eſt: vt quia natiuitas eā videatur affer
re cauſam vt eſſet qui non erat: & cum nō exiſte-
ret naſceretur: per id quoq; vnigenitū deum tem
porum ſenſui ſubdant. Quaſi vero nō fuiſſe eum
aliquādo fides & ratio ipſa natiuitatis oſtēdat. At
q; ideo ex eo q̄ nō fuit: natū eſſe dicant: quia nati
uitas pręſtet eſſe qd̄ non fuit. Sed nos apoſtolicis
atq; euāgelicis teſtimoniis ſemper patrem ſēper
filiū prædicātes: non poſt aliqua deum omnium
ſed an̄ omnia eſſe docemus: neq; incidere in eū ir
religioſę huius itelligētiæ temeritatem: vt de nō
extātibus naſceretur: & non fuerit an̄q̄ natus ſit:
ſed ita ſemper fuiſſe: vt & natum p̄dicem⁹: ita ve
ro natū eſſe vt ſemper fuiſſe manifeſtemus: ſitq; in
eo nō inaſcibilitatis exceptio ſed natiuitatis ęterni
tas quia & natiuitas auctorē habeat: neq; careat æ
ternitate diuinitas. Et quia dicti prophetici inſcii
& celeſtis doctrinę imperiti ſunt: corrupto ſenſu
ac proprietatę ſētētię creatum eſſe per id dn̄m po
tiuſq̄ natū affirmare nituntur: quia dictū eſt. Do-
minus creauit me initiū viarum ſuarum in opera
ſua: vt ſit ex cōmuni creationum natura licet ſit
pręſtantior in generatione creationis: neq; ī eo ſit
gloria diuinę natiuitatis: ſed virtus potentis crea
turę. Verū nos nihil nouum nihil extrinſecus prę
ſūptū afferentes: in ipſo illo ſapientię teſtimonio
veritatem dicti rationemq; p̄ſtabimus: neq; ad di
uinitatis diuinę & ęterne intelligentiam trahi poſ
ſe qd̄ initium viarū dei & in opera ſit creatus: quia
non idem ſit in hęc creatum eſſe & an̄ omnia na-
tū eſſe cū vbi natiuitatis ſignificatio eſt ſola nati-
uitatis p̄feſſio ē: vbi vero creatiōis eſt nomē: ibi
cauſa eiuſdē creationis anterior eſt: & cum an̄ om
nia ſit nata ſapiētia: tn̄q; ēt ī res aliquas ſit creata:
nō id ip̄m ſit: id qd̄ an̄ oīa ē et cœpit eē p⁹ aliqua. 15

DE hic cōſequēs viſū ē creationis noīe a ſi
de quę nobis de vnigenito deo ē repudi
ato quę ea quoq; ī cōfeſſione ſācti ſpirit⁹
cōgrua ac religioſa eſſent docere: vt iā cōfirmatis
longo anteriorum libellorum diligentiq; tractatu
nihil de tota fidei abſolutione deeſſet: cū amotis
vicioſarum prędicationū etiā de opinione ſancti
ſpiritus irreligioſitatib⁹: illęſum atq; incontamia
tum regenerantis trinitatis ſacramentum intra diſ
finitionem ſalutarē apoſtolica atq; euangelica au
ctoritas cōtineret: Neq; iam per ſenſus humani ſē
tentiam ſpiritum dei inter creaturas quiſq̄ au-
deret referre quem ad imortalitatis pignus & ad
diuinę incorruptęq; naturę conſortium ſumere-
mus. Ego quidem hoc vel pręcipuum vitæ meæ
officium debere me tibi pater omnipotens deus
conſcius ſum: vt te omnis ſermo meus & ſenſus
loquatur. neq; enim vllum aliud maius pręmium
hic ipſe vſus mihi a te conceſſus loquendi poteſt
referre: q̄ vt prędicando te: tibi ſeruiat: teq; quod
es: patrem ſcilicet vnigeniti dei aut ignoranti ſe-
culo aut neganti hęretico demonſtret. Et in hoc
quidem tantum voluntatis meę p̄feſſio eſt. Cę
terum auxilii & miſericordię tuę munus orādum
eſt: vt extenta tibi fidei noſtrę confeſſioniſq; vela
flatu ſpirit⁹ tui impleas: noſq; i curſum prędicati
onis initę propellas. Nō enim nobis infidelis ſpon
ſionis iſtius auctor eſt dicens. Petite & dabitur vo-
bis: quę rite & inuenietis: pulſate & aperietur vo-
bis. Nos quidem inopes ea quibus egemus preca
bimur: & ī ſcrutandis prophetarum tuorum apo
ſtolorumq; dictis ſtudium peruicax afferemus: &
omnes obſtructę intelligentię aditus pulſabim⁹.
Sed tuum eſt oratum tribuere, & quęſitum adeſſe
& patere pulſatum: torpemus .n. quodam naturę
noſtrę pigro ſtupore: ad res tuas intelligendas in-
tra ignorātię neceſſitatem ingenii noſtri imbecilli
tate cohibemur: ſed doctrinę tuę ſtudia ad ſenſū
nos diuinę cognitionis inſtituant: & vltra natu-
ralem opinionē fidei obediētia prouehat. Expecta
mus ergo vt trepidi huius cœpti exordia incites:
& profectu accreſcente confirmes: & ad conſorti-
um vel prophetalis vel apoſtolici ſpirit⁹ voces: vt
dicta eorū nō alio q̄ ipſi locuti ſunt ſenſu: appræ-
hendamus: verborūq; proprietates iiſdem rerū ſi-
gnificationibus exequamur. Locuturi .n. ſumus
quę ab iis in ſacramēto p̄dicata ſunt: te ęternum
deum ęterni dei vnigeniti patrem: & vnum te ſi-
ne natiuitate: & vnum dominū Ieſum chriſtū ex
te natiuitas ęterna: nō ī deorū numerum veritatis

diuerſitate referē dum:neq non ex te genitū: qui
deus vnus es:ꝑdicandū:neq aliud q̄ deū verum:
qui ex te deo vero patre natꝰ ē:cōfitēdū. Tribue
ergo nobis verbōrum ſignificationem: intelligē-
tię lumen,dictorum honorem: veritatis fidem: &
ꝑſta vt qd credimꝰ: & loquamur.ſ. vt cōrigat no-
bis vnum te deum patrem & vnū dn̄m noſtrum
Ieſum xp̄m de prophetis atq apoſtolis cognoſcē-
tibus nūc aduerſum negātes hęreticos:ita deū &
te celebrare,ne ſolum: & eum prędicare,ne falſum.

Explicitus eſt liber primus.

Incipit ſecundus.

SVfficiebat quidem credētibꝰ
dei ſermo qui in aures noſtras
euangeliſtę teſtimonio cum i-
pſa veritatis ſuę virtute trāſfu-
ſꝰ eſt cū dicit dominus Euntes
nunc docete omnes gentes ba
ptizātes eos:in nomine patris & filii & ſpiritus ſā
cti;docentes eos ſeruare oīa quęcunq mādo vo-
bis: & ecce ego vobiſcum ſum omnibꝰ diebꝰ vſq
ad couſūmationem ſęculi. Quid enim in eodem
ſacramēto ſalutis humanę nō cōtinet! Aut quid
eſt qd reliquū ſit aut obſcurum! Plena ſunt omnia
& perfecta vt a pleno & perfecto. Nā & verborum
ſignificationē & efficientiam rerū & negociorum
ordinē & naturę intelligentiā cōpręhendūt. Bapti
zare iuſſit in nomine patris & filii & ſpiritus ſan-
cti;id ē i cōfeſſione & auctoris & vnigēiti & doni.
Auctor vnus eſt oīum:vnꝰ eſt.n.īgenitꝰ deus pa
ter :ex quo oīa : & vnus vnigenitꝰ dominꝰ noſter
Ieſus xp̄s ꝑ quē oīa: & vnus ſpiritus: donū in oībꝰ
Omnia ergo ſunt ſuis virtutibus ac meritis ordia
ta vna poteſtas innaſcibilis:ex qua oīa:vna proge
nies:ꝑ quā oīa:pfecte ſpei munus vnum Nec de
eſſe quicq̄ cōſūmationi tātę reperietur :intra quā
ſit in patre & filio & ſpiritu ſancto:infinitas i ęter-
no:ſpēs in imagine: vſus in munere. Sed cōpelli-
mur hęreticorū & blaſphemātiū viciis:illicita age
re:ardua ſcādere: ieffabilia eloqui: incōceſſa ꝑſu-
mere. Et cū ſola fide expleri quę ꝑcepta ſunt opor-
teret:pſonis ac rebus adorare .ſ. patrē: & venerari
cū eo filiū:ſpiritum ſanctū abūdare. Cogimur ſer-
monis noſtri humilitatē ad ea quę ienarrabilia ſūt
extēdere: & i viciū vicio coarctamur alieno:vt quę
cōtineri religione mentiū oportuiſſet:nūc in peri-
culū humani eloquii ꝑferantur. Extiterūt.n. plu-
res qui cęleſtiū verborū ſimplicitatē ꝑ volūtatis
ſuę ſenſu non pro veritatis ipſius abſolutione ſuſ
ciperēt aliter interpretāda q̄ dictorū virtus poſtu
laret. De intelligētia.n. hereſis nō de ſcriptura eſt
& ſcſꝰ nō ſermo ſit crimē. Nūquid corrūpi veritas
pōt cū patris nomē audit! Nūquid natura filii:cū
cōtinet in noīe! Nunquid ſpiritus ſanctus nō erit:
qui nūcupatur! Neq.n. in patre poteſt nō eſſe qd
pater ē:neq in filio deeſſe qd filius eſt:neq in ſpiri-
tu ſācto nō extare qd ſumitur. Sed homines mēte
ꝑuerſi oīa cōfundunt & implicant: & vſq ad na-
turę demutationē:ſenſus ꝑuerſitate contendūt:
vt q pater eſt:patri adimāt:dum volunt filio au-
ferre q filius eſt. Adimūt autē qm̄ cū his nō de na-
tura ſit filiꝰ. Nō ex natura autē eſt fil.ꝰ:qm̄ non ea
dem in ſe habent ortus & generans. Neq.n. filius
eſt cui alia ac diſſimilis erit a patre ſubſtantia. Pa-
ter autem quo modo erit:ſi nō quod in ſe ſubſtan
tię atq naturę eſt genuerit in filio!

HAec igit licet mutare de eo q ſint nullo
modo poſſūt :afferūt tn̄ doctrias nouas
& humana cōmēta:vt ſabellius patrem
extendat in filium:id q i nominibꝰ potiꝰ cōfitēdū
putet eſſe q̄ rebus:cū ipſū ſibi filiū:ipſum ꝓponat
& patrē. Vt hebion omne initiū filio dei ex maria
concedens:n̄ ex deo hominē:ſed ex homine deum
proferat:neq ſubſiſtens aīa quod in principio a-
pud dn̄ erat deus verbū:virgo i carne ſuſcepit ſed
carnē genuerit ꝑ verbū qa i verbo antea nō exiſtē-
tis vnigeniti dei naturā dicat,ſed ſonū vocis elatū.

ET aliqui huiꝰ nūc tēporis ꝑdicatores:ex
nihilo atq a tēpore formam & ſapiētiā
& virtutē dei prouehūt ne ſi ex patre ſit
filius:deꝰ ſit imminutus in filiū: ſoliciti nimiū ne
patrē filius ab eo natus euacuet,atq idcirco deo
in filii procreatione ſubueniāt:eū nō ex extātibus
cōparādo:vt intra naturę ſuę perfectionem,pater
quia nihil ex eo ſit genitū:perſeueret.

IAm vero quid mirū ſi de ſpiritu ſctō di-
uerſa nūc ſentiant:qui in largitore eius
& auctore,creando & demutādo & abo
lēdo tā temerarii ſint auctores !atq ita diſſoluāt
ꝑfecti huius ſacramenti veritatē: dū ſubſtātias
diuerſitatū in rebus tam cōmunibꝰ moliūtur :pa
trem negādo,dum filio quod eſt filius adimunt:

ſpiritũ ſanctum neſciendo,dũ & vſum & auctorẽ
eiꝰ ignorãt:ita & imperitos ꝑdũt,dũ rationẽ prędi
cationis huius affirmãt:& audientes fallũt:dũ na
turas nominibus adimũt:quia nomina nõ poſſũt
auferre naturis.Prętermitto reliqua humani peri
culi nomina:valentinos,marcioniſtas,manicheos
peſteſq; ceteraſq;,quę interdum ĩperitorum mẽtes
occupant:& ipſo contagio conuerſationis inficiũt:fitq; omniũ lues vna:dum in audientium ſẽ
ſus ꝑdicantiũ morbus infunditur. Horum igitur
infidelitas,in anceps nos periculum protrahit:vt
neceſſe ſit de tantis ac tam reconditis rebus aliqd
vltra praeſcriptum cęleſte proferre. Dixerat domi
nus baptizandas gẽtes in nomine patris & filii &
ſpiritus ſancti:Forma fidei certa eſt:ſed quantum
ad hereticos omnis ſenſus incertus eſt. Ergo non
praeceptis aliquid addendum eſt:ſed modus con
ſtituendus eſt audacię. Vt quia malignitas inſtin
ctu diabolicę fraudulentię excitata veritatem re
rum per naturę nomina eludit:nos naturas nomi
num proferamus:& editis prout in verbis habebi
mus:dignitate atq; officio patris & filii & ſpiritus
ſancti:non fruſtrentur naturae proprietatibus no
minũ:ſed intra naturę ſignificationem nominibꝰ
coarctentur.Et neſcio quid his de rebꝰ aliter ſenti
entibus animi ſit:veritatem corrũpentibus:tene
bras lumini inferentibus,indeſecabilia deſecanti
bus,incorrupta ſcindentibus:indiuiſa partienti
bus. Quibus ſi factu facile eſſet:cuperent perfe
cta concerpere:ius ponere poteſtati:modũ ſcribe
re infinito.Mihi certe his reſpõdẽti in curis eſtus
eſt:in ſenſu labes eſt:in intelligentia ſtupor eſt:
in ſermone autem non iam infirmitatem ſed ſilen
tiũ confitebor.Et certe mihi extorquetur hoc vel
le:dum & audacię reſiſtitur:& errori conſulitur:
& ignorantię prouidetur.Immenſum eſt autẽ qd
exigit:incomprehẽſibile eſt qd audetur:vt vltra ꝑ
finitionem dei ſermo de deo ſit.Poſuit naturae no
mina:patrem filium ſpiritum ſanctum. Extra ſi
gnificantiam ſermonis eſt:extra ſenſus intentio
nem:extra intelligentię cõceptionem,quicquid
vltra queritur:nõ enunciatur:non attingitur,nõ
tenetur. Verborum ſignificantiam rei ipſiꝰ natu
ra conſumit:ſenſus contemplationem:imperſpi
cabile lumen obcęcat intelligentiae capacitatem
qcqd fine nullo cõtinet excedit. Sed nos neceſſita
tis huius ab eo qui hęc omnia eſt:veniam depre
cantes audebimus,quę temus,loquemur:& ꝙ ſo
lum in tanta rerum quęſtione ꝑmittimus:ea quę
runt ſignificata credemus.Pater eſt,ex quo omne
quod eſt conſiſtit.Ipſe in chriſto,& per chriſtũ ori
go omnium .Cęterũ eſſe in ſeſe eſt:non aliunde:
quod eſt:ſumens:ſed id qd eſt:ex ſe atq; in ſe conti
nens. Infinitus quia non ipſe in aliquo:ſed ĩtra eũ
omnia:ſemper extra locum:quia non cõtinetur ĩ
loco.Semper ante euum:quia tẽpus ab eo eſt.Cur
re ſenſu:ſi quid ei putas vltimum eſſe:eũ ſemper
inuenies:quia cum ſemper intendas:ſẽper eſt quo
intendas.Semper autem locum eius intendere:la
ta tibi eſt:vt ei eſſe ſẽper ſine fine ẽ.Sermo in eo de
ficiet:non natura claudetur.Iterum reuolue tem
pora:eſſe ſemper inuenies:& cum calculi nume
rus in ſermone defecerit:deo tamen ſẽper eſſe nõ
deficit.Intelligentiam cõmoue & totum mẽte cõ
plectere nihil tenes:totum hoc habet reliquũ:reli
quũ autem hoc:ſemper in toto eſt:ergo neq; totũ
ei ẽ cui reliquũ,neq; reliquũ ẽ cui ẽ oẽ ꝙ eſt totum
eſt.Reliquũ.n.portione,ẽ vero qd totũ eſt. Deus
aũt & vbiq; ẽ,& totꝰ vbiq; ẽ. Ita regionẽ ĩtelligẽtię
excedit:& extra quẽ nihil ẽ:& cui ẽ ſemp:vt ſẽper
ſit Hęc veritas eſt ſacramenti dei:hoc imꝑſpicabi
lis naturę nomẽ in patre. Deus inuiſibilis ineffa
bilis. infinitꝰ ad quem & eloquẽdum ſermo ſileat:
& inueſtigandum ſenſus hebetetur:& comple
ctendum intelligẽtia coarctetur. Habet tamẽ vt
diximꝰ naturae ſuae nomẽ in patre:ſed pr̃ tñ eſt.
Nõ.n.hũano modo habet aliunde ꝙ pater ẽ:Sed
potẽs in ſemetipſo habere,qd pr̃ ẽ,ipſe igenitꝰ,ęter
nus,habens in ſe ſẽp vt pater ſemper ſit .Soli filio
notꝰ quia patrẽ nemo nouit niſi filius & cui volu
erit filius reuelare:neq; filium niſi pater.Illis ſcien
tia mutua eſt:illis viciſſim cognitio ꝑfecta.Et qa
patrem nemo nouit niſi filiꝰ, de patre vna cũ filio
reuelante filio:qui ſolus teſtis fidelis eſt ſentiamꝰ.
Atq; hec ſẽſeri potius de patre q̃ dixerim:nã me
non fugit ꝙ ad ea q̃ eius ſunt,eloquẽda,ſermo oĩs
infirmꝰ ſit.Sentiẽdus eſt inuiſibilis incomprehẽ
ſibilis ęternus. Cęterum ipſum ꝙ in ſemetipſo &
ſemetipſo ſit,& ipſe ſit,ꝙ iuiſibilis & icõprahẽſibi
lis & immortalis.In his quidem honoris confeſſio
eſt,& ſenſus ſignificatio,& quędam circumſcriptio
opinandi.Sed naturae ſermo ſuccumbit:& rem:vt

eſt, verba nõ explicant. Namq; q̧ in ſemetipſo ſit
cum audias ratio humanę abſolutionis occurrit:
habere.n.hẽri q̧ diſcernitur: & erit alterum qd ẽ al
tum in quo eſt. Si rurſum q̧ a ſemetipſo ſit accipi-
as: nemo ſibi ipſe & munerator & munus eſt. Si q̧
imortalis eſt: ergo eſt aliquis nõ ab eo cui alter nõ
fiat obnoxi⁹. Nec ſolũ id ẽ q̧ p̄ enunciatiõem ver
bi huius vendicatur ab altero. Si q̧ incomprehen
ſibilis eſt: nuſq̃ ergo erit q̧ negatur attingi. Si q̧ in
uiſibilis eſt: caret ſe ipſo quicquid non extat ad vi
ſum. Deficit ergo in nũcupatõe confeſſio: & quic
quid illud ſermonum aptabitur: deũ vt eſt quan-
tuſq; ẽ nõ loquef. Perfecta ſciẽtia ẽ ſic dm̃ ſcire: vt
licet nõ ignorabilẽ tamẽ ienarrabilem ſcias. Credẽ
dus eſt: intelligẽdus eſt: adorandus eſt: & his offi-
ciis eloquẽdus eſt. Euecti ergo de importuoſis lo-
cis in alto turbatoq; mari ſumus: nec regredi nec
p̄gredi ſine periculo licet: plus tamẽ difficultatis
in emetiendis eſt q̃ in emenſis. Eſt pater vt eſt, &
vt ẽ eſſe credendus eſt. Filiũ mens cõſternatur at
tingere: & trepidat omnis ſermo ſe prodere. Eſt.n.
progenies ingeniti: vnus ex vno: verus a vero: vi-
uus a viuo: perfectus a perfecto: virtutis virtus: ſa
piẽtia ſapientię: gloria glorię: imago inuiſibilis dei
forma patris ĩgeniti. Quã aut progeniẽ opinabi-
mur vnigenitũ ab ingenito? Clamat enim ſępenu
mero pater de cęlis. Hic ẽ filius meus dilect⁹ ĩ quo
mihi bene cõplacui. Non ẽ abſciſio aut diuiſio: im
paſſibilis eſt enim ille qui genuit: & imago inuiſi-
bilis dei ẽ ille qui natus ẽ & teſtatur. Quia pater ĩ
me & ego in patre. Non eſt aſſumptio: verus.n.fi-
lius dei ẽ qui clamat. Qui me videt videt & patrẽ
Sed neq; eſſe vt cętera viſus eſt: nãq; vnigenitus
ex vno eſt: & in ſe habet vitam vt habet in ſe vitã
ille qui genuit: ait enim. Sicut habet pater vitam
in ſemet ipſo: ita dedit filio habere vitam in ſemet
ipſo. Sed neq; pars patris in filio eſt: teſtatur enim
filius. Omnia quę patris ſunt mea ſunt. Et rurſũ.
Et mea omnia tua ſunt: & tua mea: & quęcũq; ha
bet pater: dedit filio. Teſtatur & apoſtolus. Quia
in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis cor
poraliter. Nec natura habet: omnia eſſe quod por
tio ẽ. Perfect⁹ autẽ a p̄fecto ẽ: q̃a qui hẽt oĩa: dedit
oĩa neq; idcirco exiſtimãd⁹ ẽ nõ dediſſe q̃a habeat
vel nõ hẽre q̃a dederit. Hẽnt igif natiuitatis hui⁹
vterq; ſecretũ: & ſi quis forte intelligentię ſuę im-
putabit generationis huius ſacramentũ nõ poſſe
ſe conſequi: cum tamẽ & pater ſit abſolute intelli
gẽdus & filius. Maiore iſtud dolore a me audiet
ignorari. Ego neſcio, nõ requiro, & conſolabor me
tñ. Archangeli neſciunt: angeli non audierunt:
ſęcula nõ tenent: propheta nõ ſenſit: apoſtol⁹ nõ
iterrogauit: fili⁹ ipſe nõ edidit: Ceſſet dolor quere
larũ Nam te q̃ſq̧s es qui hęc requiris nõ reuoco in
excelſum: nõ ĩ amplitudinẽ tendo: non deduco in
profundum: nõne ęquanimiter ignorabis creato
ris natiuitatẽ: ignorãs originẽ creaturę? Hoc ſaltẽ
requiro: ſentiſne te genitum & quę ex te generent
intelligis? Non quęro: ſenſum vnde hauſeris vitã
vnde ſortitus ſis: intelligentiam vnde adeptus ſis
quale ſit quod in te eſt odor viſus ſenſus auditus.
Certe nemo quod facit neſcit. Quęro vnde iſta iis
quos generes indulgeas. Qualiter ſenſum inſeras
oculos accendas: cor affigas. Hęc ſi potes enarra.
Habes ergo quod neſcis: & tribuis quę non ĩtelli-
gis, ęquanimiter imperitus in tuis, inſolenter ĩ deis
rebus ignarus. Audi igitur patrem ingenitum
audi vnigenitum filium. Audi. Pater maior me
eſt. Audi. Ego & pater vnum ſumus. Audi. Qui
me videt videt & patrem. Audi. Pater in me eſt &
ego in patre. Audi. Ego de patre exiui. Et qui ẽ in
ſinu patris. Et omnia quę habet pater dedit filio &
vitam filius in ſemet ipſo habet. ſicut & pater ha-
bet in ſemet ipſo. Audi filium imaginem ſapienti
am virtutẽ gloriã dei: & intellige per prophetam
clamantẽ ſpiritum ſanctum. Generationem eius
quis enarrabit? Et obiurga dñm teſtãtẽ. Nemo no
uit filium niſi pater: neq; patrẽ quis nouit niſi fili⁹
& cui voluerit filius reuelare. Et inſere te in hoc ſe
cretũ: & inter vnũ ingenitũ deũ & vnũ vnigenitũ
dominũ arcano te inopinabilis natiuitatis immer
ge. Incipe, procurre, p̄ſiſte, & ſi non peruenturũ ſci-
am: gratulabor tamen profecturum. Qui enĩ pie
infinita p̄ſequitur: & ſi non contingat aliquando
tñ proficiet p̄deundo. Stat in hoc ĩtelligentia fine
verborum. Eſt filius, ab eo patre eſt: qui vnigenit⁹
ab ingenito: progenies a parente: viuus a viuo: vt
pater habet vitam in ſemetipſo ita & filio data ẽ
vita in ſemetipſo. Perfectus a perfecto quia totus
a toto: non diuiſio aut ſciſſio: quia alter in altero:
& plenitudo diuinitatis in filio eſt: Incõprehẽſibi
lis ab incomprehẽſibili; nouit enim nemo niſi in-

uicem. Inuiſibilis ab inuiſibili: quia imago dei inuiſibilis eſt: & quia qui videt filium videt & patrem. Alius ab alio: quia pater & filius. Non natura diuinitatis alia & alia: quia ambo vnum. Deus a deo. Ab vno ingenito deo vnus vnigenitus deus. Non dii duo ſed vnus ab vno. Non ingeniti duo: quia natus ē ab innato. Alter ab altero nihil differens: quia vita viuentis in viuo eſt. Hæc de natura diuinitatis attigim⁹ non ſummam intelligentiæ compræhendentes: ſed intelligentes eſſe incompræhēſibilia quę loquamur. Nullum ergo dicis officium eſt fidei: ſi nihil poterit compræhendi. Immo hoc officium fides pfiteatur: id qđ credit incompræhenſibile ſibi eſſe ſe ſcire. Supereſt de inenarrabili generatione filii adhuc aliquid (immo aliquid illud adhuc totum eſt). Aeſtuo, differo, hebeſco, & vnde incipiam neſcio: neſcio enim quando natus ſit filius: & nefas mihi eſt neſcire φ nat⁹ ſit. Quem imprecer? quem implorem? ex quibus libris ad tantarum difficultatum enarrationem verba præſumam? Euoluam omnē gręcię ſcholā? Sed legi. Vbi ſapiens? vbi cōquiſitor huius ſęculi? In hoc ergo ſophiſtę mundi & ſapientes ſeculi muti ſunt: ſapiētiam .n. dei reprobauerunt. Scribam ergo legis cōſulam? ſed ignorat: quia ei crux chriſti ſcādalū eſt. Hortabor forte vos cōniuēre & tacere: quia ad venerationem ſatis ſit eius qui prædicat: leproſos emūdatos fuiſſe: ſurdos audiſſe: claudos cucurriſſe: paralyticos cōſtitiſſe: cęcos lumen recepiſſe: cęcum ab vtero oculos conſecutum: dęmones fugatos: ęgrotos reualuiſſe: mortuos reuixiſſe. Sed hęc heretici confitentur, & pereunt. Expectate itaq nihil min⁹ claudorum curſū, cęcorū viſū: fugā dęmonum: vitā mortuorum. Conſiſtit hebion mecū in patrocinium editarum ſuperius difficultatum: piſcator egens, ignotus, idoct⁹: manibus lino occupatis: veſte vuida: pedibus lino oblitis totus e naui. Quærite & intelligite circumſpicite vtrum mirabilius fuerit mortuū excitaſſe an īperito ſciētiam doctrinę iſtius intimaſſe. Ait enī piſcator. In principio erat verbum. Quid eſt iſtud in principio erat? tranſeuntur tempora: tranſcendunt ſęcula: tolluntur ętates: pone aliquid qđ voles tua principium opinione: non tenes tempore: erat enim: vnde tractatur. Reſpice ergo ad mūdum: & intellige quid de eo ſcriptum ſit. In principio fecit deus cęlum & terram. Fit ergo in principio quod creatur & ętatem continens quod ī principio cōtinetur: vt fieret. Meus autē piſcator illiterat⁹ indoctus liber a tempore eſt: ſolutus a ſęculis: vicit omne principium, erat enim quod eſt, neq in tempore aliquo cōcluditur, vt cœperit, quod erat, potius in principio q̄ fiebat. Sed excidiſſe fortaſſe ab ordine propoſitę diſtributionis piſcatorē noſtrum depręhendemus. Verbum enī tempore liberauit: & ſuum eſt, ſibiq: quod liberum & ſolitarium & obtemperans nemini eſt. Aures erigamus: inter cętera, ait enim. Et verbum erat apud deum. Iam ſine principio eſt apud deū, qđ erat añ principium. Ergo erat, qui eſſet apud deum: & qa abeſt a conditione temporis: non abeſt ab auctore. Piſcator noſter euaſit: ſed fortaſſe hęrebit in cęteris. Dices enim, verbum ſonus vocis eſt, & enuntiatio negociorum, & elocutio cogitationum: hoc apud deum erat, & in principio erat. In principio erat, quia ſermo cogitationis ęternus eſt: cum qui cogitat ſit ęternus. Reſpondebo tibi interim, pro piſcatore meo breuiter paucis: dum videm⁹ quo modo ruſticitatem ipſe defendat. Sermo in natura non habet vt eſſe poſſit, ſequens autem ei eſt vt fuerit: eſt verò tantum cum auditur: & quo modo in principio erat, quod neq ante tempus, neq poſt tempus, eſt? & neſcio an vel ipſo eſſe poſſit in tempore. Loquentium enī ſermo, nō eſt anteq̄ loquantur: & cum locuti erunt, nō erit: in eo autem ipſo quod loquuntur, dū finiūt: iam non erit id, vnde cœperūt. Hęc a me, vt ab vno ex cęteris: Sed piſcator aliter pro ſe, & obiurgabit te prius: cur negligenter audieris: nam & ſi ſentētiam primā rudis auditor amiſeras: in principio erat verbū: de ſequēti quid quereris, & verbum erat apud deū? Nunquid audieras: in deo, vt ſermonē reconditę cogitationis acciperes? aut fefellerat ruſticum, quid eſſet inter eſſe, & inter ineſſe, & adeſſe, momenti? Id enim quod in principio erat, nō in altero prędicatur eſſe: ſed cum altero. Sed de ſuperioribus nihil ſumo: cōſequentia ſibi adſint. Statū verbi, & nomen expecta. Adiicit namq. Et deus erat verbum. Ceſſat ſonus vocis, & cogitationis eloquiū. Verbum hoc res eſt, non ſonus: natura, non ſermo: deus, non inanitas eſt. Sed trepido in dicto: & me inſolēs ſermo commouit. Audio. Et de⁹ erat ver-

bum.Cum vnum deū prophetę nūciauerint.Sed
ne quo vltra trepidatio mea progredi poſſit: red=
dit ſacramēti tanti piſcator meus diſpēſationem:
& refert ad vnum omnia ſine contumelia,ſine abo
litione,ſine tempore:ait. Hoc erat in principio
apud deum.Cum hoc erat in principio:non tene=
tur in tempore.Cum deus eſt:non refert ad vocē.
Cum eſt apud deum:nihil nec cōfunditur nec cō
fertur:nam nec aboletur in alterum: & apud vnū
ingenium deum,ex quo ipſe vnus vnigenitus eſt:
deus pręḋicatur.Expectamus a te adhuc piſcator
plenitudinem verbi. Erat quidē in principio,ſed
potuit non eſſe ante principium.Etiam hic tibi a
liquid pro piſcatore meo profero.Quod erat,non
potuit non fuiſſe:erat enim non habet in tempo=
re non fuiſſe.Sed quid pro ſe ille? Omnia per ip=
ſum facta ſunt:ergo nihil ſine illo eſt:per quem v=
niuerſa cœperunt: & in infinito eſt: per quem:qḋ
eſt:omne ſit factum:tempus enim eſt ſpacij,nō in
loco,ſed in ętate manentis ſignificata moderatio.
Et cum ab eo ſint omnia:res nulla non ab eo:& id
circo tempus ab eo eſt. Sed dicitur tibi ab aliquo:
piſcator meus,nimium facilis & promiſcuus hic
fuiſti.Omnia per eum facta ſunt.Non habet mo=
dum:eſt ingenitus,qui a nemine factus eſt: eſt &
ipſe genitus ab innato:ſine exceptione ſunt om=
nia:& nihil quod extra ſit,derelinquunt.Sed dum
nihil vltra dicere audemus:aut forte dum dicere
molimur,occurret: occurret plane. Et ſine eo fa=
ctum eſt nihil.Piſcator reddidiſti auctorem: cum
ſocium profeſſus es. Cum enim nihil ſine eo: in=
telligo non eſſe ſolum:quia alius eſt per quē alius:
ſine quo:vtrunq; diſcernitur:ſignificatio & inter
uenientis & agentis. Sed ſollicitor de auctore qui
vnus ingenitus eſt: ne in eo quod omnia diceres:
nihil eſſet exceptum:ſoluiſti metum dicendo. Et
ſine eo,factum eſt nihil. Verum confundor:& tur
bor in eo:ꝙ ſine eo factum ē nihil: eſt ergo aliquid
per alterum factum,ſed tamen non ſit ſine eo factū:
& ſi aliquid ꝑ alterum,licet non ſine eo: iā nō ꝑ eū
omnia:quia aliud eſt feciſſe:aliud interueniſſe faci
enti.Nō habeo hic piſcator meus vt in cæteris qḋ
ex meo proferam: a tuo ore ſtatim reſpondendū
eſt.Omnia per ipſum facta ſunt. Sētio. Apl'us em̄
paulꝰ docuit. Viſibilia & inuiſibilia,ſiue throni ſi
ue doīationes,ſiue principatus ſiue poteſtates
oīa per ipſum & in ipſo.Cum ergo omnia ꝑ ipſum
ſubueni & enarra:quid non ſine eo factum ſit? Qḋ
factum eſt in eo:vita erat.Hoc igitur nō ſine eo,ꝙ
in eo factū eſt:nam id ꝙ in eo factū eſt:etiā ꝑ eū fa=
ctū eſt:omnia em̄ ꝑ ipſum & in ipſo creata ſunt:in
ipſo autē creata:q̄a naſcebat̄ creator deꝰ: ſed etiā
ex hoc ſine eo nihil factū ē qḋ i eo factū ē:q̄a naſcēs
deꝰ vita erat:& quia vita erat:nō poſteaq̄ eſt natꝰ
effectus eſt vita:nō em̄ in eo aliud ē quod natꝰ eſt
& aliud ē qḋ natus accepit.Nō habēt inter ſe tēpꝰ
& natiuitas & perfectus:ſed nihil ſine eo fiebat ex
iis q̄ in eo fiebāt:quia vita eſt in quo fiebāt: & deꝰ
qui a deo natus eſt:nō poſteaq̄ natus eſt:ſed naſcē
do deus extitit:naſcens em̄ a viuente viuus:a ve=
ro verus: a perfecto perfectus: non ſine poteſtate
natiuitatis ſuę natus eſt: natiuitatem ſcilicet ſuā
non poſtea ſentiēs:ſed ſe deū in eo ipſo quod deus
ex deo naſcebatur intelligens: hoc vnigenitus ab
ingenito:hoc ego & pater vnū ſumꝰ:hoc in cōfeſ
ſione patris & filii deꝰ vnus:hoc pater in filio & fi
liꝰ in patre:hinc qui me videt: videt & patrē:hinc
oīa q̄ habet pater:dedit filio: Hic ſicut habet pr̄ vi
tam in ſemetipſo: ita dedit filio vitam habere in
ſemetipſo.Hinc nemo nouit filium niſi pater ne=
q; patrem niſi filius.Hinc in ipſo inhabitat oīs
plenitudo diuinitatis corporaliter: hæc vita lux
hominum eſt; hæc lux tenebras illuminās: & vt
impoſſibilitatem generationis eius enarrandę ſe
cundum prophetam piſcator conſolaretur adie=
cit.Et tenebrę eam non comprehenderunt.Ceſſit
ſermo naturæ & non habet quo excurrat & tamē
hoc piſcator iſte recubans in dominicum pectus
accepit. Non eſt iſte ſæculi ſermo: quia de quo
agitur:non ſæculi reus eſt:Edatur aliquid: ſi in ſi=
ſignificatione verborum reperiri poteſt vltra q̄ di
ctum ſit: & ſi qua ſunt alia expoſitę a nobis natu=
ræ nomina:proferantur: quæ ſi non ſunt immo
quia non ſunt:miremur hanc in piſcatore doctri=
nam,& in eo eloquia dei ſentiamꝰ:cōfeſſionemq;
patris & filii: ingeniti & vnigeniti inenarrabilem
& excedētem complexum omnē & ſermonis & ſē
ſus teneamus atq; adoremus: & in domino Ieſu
exemplo Ioannis hæc poſſimus ſentire & colloqui
accubemus.Commendat autem fidei huius inte
gritatem & euāgelica auctoritas & apoſtolica do
ctrina & circumſtrepentium vndiq; hęreticorum

odioſa fraudulentia. Stat enī hoc fundamentum validum & immotū aduerſus omnes vētos: pluuias: torrentes: non flatibus pellendum: non ſtillicidiis penetrandum: non inundationibus ſubluendum: & optimum eſt quicquid a plurimis incurſatum: a nullo tamen poterit impelli. Vt autē quædam medicamentorum genera ſunt ita cōparata: vt non ſingulis tantum ęgritudinibus vtilia ſint: ſed omnibus in cōmune medeantur: habeātq; in ſe virtutē generalis auxilii: ita & fides catholica non aduerſum ſingulas tantum peſtes: ſed cōtra omnęs morbos opem medelę cōmunis impertit: nō infirmanda genere: non vincenda numero nō diuerſitate fallenda: ſed vna atq; eadem aduerſum ſingula omniaq; conſiſtit. Magnum eſt enim tot in vna eademq; remedia eſſe: quot morbos: & totidem veritatis eſſe doctrinas quotidem erunt ſtudia falſitatis. Contrahantur in vnum nomina hęreticorum & omnes ſcholę prodeant: audiant vnum ingenitum deum patrē: & vnum vnigenitum deum: filium perfecti patris progeniem perfectam: non per diminutionem genitum: nō ex ſolido parte aliqua deciſum: ſed omnia habētem genuiſſe omnia conſecutum: non ex deriuatione fluxu ve deductum: ſed ex omnibus atq; in omnibus natum ab eo qui in omnibus in quibus eſt: eſſe nō deſinat: liberum a tēpore: ſolutum a ſęculis: per quem omnia facta ſunt: neq; enim eſſe in iis potuit: quę ab ipſo ſunt inſtituta. Hęc de euangeliis catholica & apoſtolica confeſſio eſt.

Patrem & filium ſi audet Sabellius eſſe idē prędicet: & ipſum illū eſſe qui vterq; ſit nuncupatus: vt cū eo vnus ſit: ambo nō vnum: Audiet ſtatim de euangeliis non ſemel neq; iterum ſed frequenter. Hic eſt filius meus dilectus in quo bene complacui. Audiet: pater maior me eſt. Audiet. Ego vado ad patrē. Et. Pater gratias tibi ago. Et. Clarifica me pater. Et. Tu es fili⁹ dei viui.

Subripiat hebion omne initium filio dei ex maria concedens: & verbum a dieb⁹ carnis intelligens relegat. Pater clarifica me apud temetipſum ea claritate: qua fui apd te: priuſq̄ mundus eſſet. Et. In principio erat verbum & verbum erat apud deum: & deus erat verbum & omnia per eum facta ſūt. Et iterum. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. Exiſtant nouelli apoſtolatus ſed ſub antichriſto prędicatores id eſt Arriani omni contumelia dei filiū illudentes: & audient. Ego de patre exiui. Et fili⁹ qui eſt in patris ſinu. Et ego & pater vnum ſumus. Ego in patre & pater in me Et poſtremo vna cum iudæis iraſcantur q̄ Chriſtus proprium ſibi patrem deum confitens æqualem ſe deo fecerit: & vna cum iis audiant. Vel operibus meis credite quia pater in me & ego in pře. Vnum igitur hoc eſt immobile fundamentū: vna hæc eſt fœlix fidei petra petri ore confeſſa. Tu es filius dei viui. Tanta in ſe ſuſtinens argumenta veritatis: quātę peruerſitatū queſtiones & infidelitatis calumnię mouebuntur. Iam in cęteris diſpenſatio voluntatis patens eſt.

Virgo partus & corpus poſtq; crux, mors, inferi ſalus noſtra eſt: humani enim generis cauſa dei filius natus ex virgine eſt & ſpiritu ſancto: ipſo ſibi in hac operatione famulante: & ſua videlicet dei inumbrante virtute, corporis ſibi initia conſeuit: & exordia carnis inſtituit: vt homo factus ex virgine naturam in ſe carnis acciperet: perq; huius admixtionis ſocietatem ſanctificatum in eo vniuerſi generis humani corpus exiſteret: vt quemadmodum omnes in ſe per id quod corporeum ſe eſſe voluit cōdebentur: ita rurſum in omnes ipſe, per id quod eius eſt inuiſibile referetur.

Dei igitur imago inuiſibilis, pudorem humani exordii non recuſauit: vt per conceptionem partum, vagitū, & cunas omnes naturæ noſtrę cōtumelias trāſcurrerit. Quid tandem dignum a nobis tantę dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a deo originis vnus vnigenitus deus in corpuſculi humani formam ſanctæ virginis vtero inſertus accreſcit. Qui omnia continet, & intra quem & per quem cūcta ſunt, humani partus lege profertur: ad cuius vocē archangeli & angeli tremunt: cœlū & terra & omnia mundi hui⁹ reſoluentur elementa: vagitu infantię auditur. Qui inuiſibilis & incomprehenſibilis eſt: non viſu ſenſu tactuq; moderādus: cui⁹ pānis

eſt obuolutus. Hęc ſi quis indigna deo recolet: tanto ſe maioris beneficii obnoxiū cōfitebitur: quanto minꝰ hęc dei cōuenerit maieſtati. Non ille eguit hō effici: per quē homo factus eſt: ſed nos eguimus vt deus caro fieret, & habitaret in nobis ideſt aſſumptiōe carnis vniꝰ mēbra vniuerſę carnis incoleret. Humilitas eius, noſtra nobilitas eſt: cōtumelia eiꝰ, honor noſter eſt: quia illa eſt deus in carne cōſiſtens, hoc nos viciſſim in deū ex carne renouati. Sed ne forte detineāt ſcrupuloſas mentium cogitationes, cunę, vagitus, partus, atq conceptio: recolenda eſt ſingulis dei dignitas: vt volūtatis humanitatē poteſtatis ambitio pręcedat: nec dignationē dignitas derelinquat. Videamꝰ igitur quę ſūt miniſteria conceptus. 6.

ANngelus zacharię loquitur: ſterili partꝰ affertur: de incēſi loco ſacerdos mutus egreditur. Ioannes in vocē adhuc vtero matris detētus erūpit. Mariā angelus benedicit: matrē filii dei virginē pollicet. Illa virginitatis ſuę cōſcia difficultate facti commouetur: angelus ei diuinę operationis efficientiam exponit: ait enim. *Spiritus ſanctꝰ deſuper veniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Spiritus ſanctus deſuper veniēs, virginis interiora ſanctificauit & ī iis ſpirans (quia vbi vult ſpiritus ſpirat) nec ſe humanę carni imiſcuit, & id quod alienum a ſe erat: vi ſua ac poteſtate pręſumpſit: atq vt ne quid p imbecillitatē humani corporis diſſideret: virtus altiſſimi virginem obumbrat: infirmitatē eiꝰ veluti p vmbram circūfuſa cōfirmans: vt ad ſe mētiua inſtitis ſpiritus efficacia ſubſtantiā corporalem diuinę virtutis inumbratio temperaret: hęc cōceptionis eſt dignitas: Videamꝰ partū, vagitū, & cunas, quę dignitas ſequatur. Loquit ad ioſeph angelus, parituram virginē: & eū qui natus fuerit: vocandū emanuelem ideſt nobiſcū deꝰ. Proclamat ſpiritus per pphetam. Angelus teſtis ē. Deꝰ nobiſcū ē ille qui naſcitur. Nouū Magis de cęlo ſtellę lumē effert: & cęli dominū ſignū cęleſte pſequit. Angelus paſtoribꝰ nūciat natū chriſtū dominū ſalutē vniuerſorū. Multitudo exercitus cęleſtis in laudē puerperii cōcurrit: & tāti operis pconia diuini coetus gaudia eloquūtur: Gloria deinde in cęlis deo & pax ī terra bonę volūtatis hoībꝰ nūciat. Adſūt deinde magi: īuolutū pānis adorāt: & poſt illam inanis ſciētię ſuę operationē, arcanā poſito in cunis genu flectūt. Sic per magos cunarū ſordes adorant: ſic vagitus per āgelorū diuina gaudia honorant: ſic partui pclamans per prophetā ſpiritꝰ & id ipſū angelus nūcians & nouę lucis ſtella famulatur. Sic naſcēdi ſpūs ſanctus ſuperueniēs & īumbrās virtus altiſſimi moliūt. Aliud ītelligit, aliud videtur: aliud oculis: aliud animo cōſpicitur. Parit virgo: partus a deo eſt: infans vagit: laudantes angeli audiūt: pāni ſordēt: deus adoratur. Ita poteſtatis dignitas nō amittit: dū carnis humilitas adoratur.

DAt etiā ē reliquę curſus ętatis. nā omne tēpus quod in homine egit: dei operibꝰ expleuit de ſingulis aūt nō eſt tēpus edicere: tātū illud in vniuerſis virtutū & curationū generibus cōtuēdū eſt eſt: in carnis aſſumptione hominē: deum vero in geſtis rebus explere. 7.

DE ſpiritu autem ſancto nec taceri oportet nec loqui neceſſe eſt: ſed fieri a nobis eorū cauſa qui neſciūt nō poteſt. Loqui autē de eo nō neceſſe eſt: quia de patre & filio auctoribus cōfitendum eſt: & quidē puto an ſit non eſſe tractandū: Eſt enim, quandoquidē donat accipitur obtinetur: & qui cōfeſſioni patris & filii conexus ē nō poteſt a confeſſione patris & filii ſeparari. Imperfectū enim eſt nobis totū: ſi aliquid deſit a toto: de quo ſiquis intelligētię noſtrę ſenſū requirit: in apoſtolo legimꝰ ambo. Quoniā eſtis inquit filii dei: miſit deus ſpiritū filii ſui in corda veſtra clamātem abba pater. Et rurſū. Nolite contriſtare ſpiritū ſanctū dei: in quo ſignati eſtis. Et iterum. Nos autē nō ſpiritū huiꝰ mūdi accepimꝰ ſed ſpiritū qui ex deo eſt: vt ſciamus quę a deo donata ſunt nobis: Et iterum. Vos autem nō eſtis ī carne ſed ī ſpū ſi qdē ſpiritꝰ dei ī vobis ē. Si qs autē ſpiritū chriſti nō habet: hic nō eſt eius. Et rurſū Si autē ſpiritꝰ eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis: viuificabit & mortalia corpora veſtra propter ſpiritum ſuum qui habitat in vobis. Vide, quia ē: & donatur, & habetur, & dei eſt. Ceſſet hic ſermo calumniātiū cū dicūt p quē ſit: & ob quid ſit vł qualis ſit. Si reſpōſio noſtra diſplicebit dicētiū p quē omnia & in quo oīa ſūt: & quia ſpūs eſt dei: donū fideliū: diſpliceāt & apoſtoli & euāgeliſtę & pphe

thema Ieſu: & nemo poteſt dicere dominū Ieſum niſi in ſpiritu ſancto. Et rurſum. Diuiſiones autē donationum ſunt idē autē ſpūs: & diuiſiones miniſteriorū ſunt idē autē dominꝰ: & diuiſiones operationū ſūt: ſed idē deꝰ qui operať oīa in omnibꝰ. Vnicuiq; autē datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatē: alii autē datur ꝑ ſpiritū ſermo ſapiētię: alii ſermo ſcientie: ſecūdū eūdē ſpiritū: alii fides in eodem ſpiritu: alii dona ſanitatū in vno ſpiritu: alii operatio virtutū: alii prophetia: alii ſeparatio ſpirituū: alii genera linguarū: alii iterpretatio ſermonū: oīa autē hęc operatur vnꝰ atq; idē ſpūs. Habemꝰ igiť doni iſtius cauſā: & neſcio quid de eo ambiguitatis ſit cuius in abſoluto ſit & cauſa & ratio & poteſtas. Vtamur ergo tam liberalibꝰ donis & vſum maxime neceſſarii muneris expetamꝰ. Ait enim vt etiam ſuperius oſtēdimꝰ apoſtolus. Nos autem nō ſpiritum huiꝰ mūdi accepimus ſed ſpiritū qui ex deo eſt: vt ſciamꝰ quę a deo donata ſūt nobis: quę & loquimur nō in doctis humanę ſapientię verbis: ſed in doctrina ſpiritus: ſpiritualibus ſpiritualia comparantes: animalis autē homo nō percipit quę ſūt ſpiritus dei. Accipitur ergo ob ſciētiam: vt enim natura humani corporis ceſſantibus officii ſui cauſis erit ocioſa: nā & oculꝰ niſi lumē ac dies ſit: nullus miniſterii erit vſus: & aures niſi vox ſonuſue reddatur: munꝰ ſuū nō recognoſcent: & nares niſi odor fragrauerit: in quo officio erūt: neſcient: non q; his deficiat natura per cauſam ſed vſus habeatur ex cauſa. Ita & animus humanꝰ niſi per fidem donū ſpiritꝰ hauſerit: habebit quidem naturā deū intelligendi: ſed lumen ſcientię nō habebit. Munꝰ aūt quod in xp̄o eſt: omne omnibꝰ patet vnū: & quod vbiq; nō deeſt: in tātū datť: in quantū quis volet ſumere: in tantū reſidet: in quātū quis volet ꝓmereri: hoc vſq; in cōſūmationem ſęculi nobiſcū: hoc expectationis noſtrę ſolatiū hoc in donorū operationibꝰ futurę ſpei pignꝰ eſt: hoc mētiū lumē: hic ſplēdor animarū eſt. Hic ergo ſpiritꝰ ſanctꝰ expetēdꝰ eſt: promerēdꝰ ē: & deinceps preceptorū fide atq; obſeruatione retinendus. Amen.

Explicitus eſt liber ſecūdus.
Sequiť tertiꝰ.

Affert pleriſq; obſcuritatem ſermo domini: cum dicit. Ego in patre & pater in me. Et nō imerito: Natura enī intelligētię humanę rationē dicti iſtius nō capit: videtur nāq; non poſſe effici ꝑ vt quod in altero ſit atque idipſū extra alterū ſit: & cū neceſſe ſit ea de quibꝰ agitur: nō ſolitaria ſibi eſſe numerū tñ ſuū: in quo ſint cōſeruātia: nō poſſe ſe inuicē cōtinere: vt qui aliquid aliud intra ſe habeat atq; ita maneat: maneatq; ſemper exterior ei viciſſim quem intra ſe habeat: maneat ęque ſemper interior. Hęc quidē ſenſꝰ hominū nō conſequitur: nec exemplū aliquod rebꝰ diuinis comparatio humana pręſtabit: ſed quod intelligibile nō eſt homini: deo eſſe poſſibile ē. Hoc nō ita a me dictū ſit, vt ad rōnem dicti eī tantū ſufficiat auctoritas quod a deo dictū ſit. Cognoſcēdū itaq; atq; itelligēdū eſt quid ſit illud: ego in patre & pater in me: ſi tñ cōmpręhendere hoc ita vt eſt, valebimꝰ: vt quod natura rerū pati nō poſſe exiſtimatur: id diuinę veritatis rō cōſequatur: atq; vt facilius in intelligentiam difficillimę iſtius quęſtionis conſequi poſſimꝰ: prius patrem & filiū ſecūdū diuinarū ſcripturarū doctrinā cognoſci a nobis oportet: vt de cognitis ac familiaribꝰ abſolutior ſermo ſit.

Aeternitas patris vt in libro anteriore tractauimus: locum: tempora: ſpēm & quicquid illud humano ſenſu cōcipi poteſt excedit. Ipſe extra omnia ī omnibuſq;: capiēs vniuerſa: & capiēdus a nemine: nō acceſſu deceſſuue mutabilis: ſed inuiſibilis: icōpręhēſibilis, plęnꝰ, pfectꝰ, ęternꝰ, nō aliūde quidē ſumens ſed ad id q; ita manet: ipſe ſufficiēs.

Hic ergo igenitꝰ ante oē tēpꝰ ex ſe filiū genuit, non ex aliqua ſubiacēte materia, q; per filium omnia nō ex nihilo: quia ex ſe filium: nō vt partū: quia nihil in deo demutabile aut vacuū eſt: non partem ſui, vel diuiſam, vel diſciſam: vel extenſam: quia impaſſibilis, incorporeꝰ, deꝰ eſt: hęc autē paſſionis & carnis ſūt: & ſcdm apoſtolū in chriſto inhabitat oīs plęnitudo diuinitatis corporaliter: Sed icōpręhēſibiliter, inenarrabiliter, anī oē tempus & ſęcula, vnigenitū ex iis quę ingenita ex ſe erant, procreauit: omne quod deus eſt per charitatem atq; virtutē natiuitati eius imp

partiens: ac ſic ab ingenito perfecto eterno ꝙ patre
vnigenitꝰ & perfectꝰ ęternus eſt filiꝰ. Ea autē quę
eius ſunt ſecundum corpꝰ quod aſſumpſit boni
tatis eius ad ſalutē noſtrā volūtas ē. Inuiſibilis eñ
& incorporeꝰ & icōprehēſibilis vt pote ab eo geni
tꝰ tātū ī ſe & materię & humilitatis recipit: quātū
in nobis erat virtutis ad intelligēdū ſe & ſentiēdū
& contuēdū: imbecillitati noſtrę potiꝰ obtempe-
rās ꝗ de iis in quibꝰ erat ipſe deficiens.

IGitur perfecti patris pfectus filiꝰ & inge
niti dei vnigenita progenies ꝗ ab eo qui
habet oīa: accepit oīa deus a deo: ſpiritꝰ
a ſpiritu: lumen a lumine cōfidenter ait: pater ime
& ego in patre. Quia vt ſpiritus pater: ita & filius
ſpus: vt deus pater: ita & filius deꝰ: vt lumen pa-
ter: ita & filiꝰ lumē. Ex iis ergo quę in patre: ſūt ea
in quibꝰ eſt filiꝰ, ideſt ex toto patre totꝰ filius na-
tꝰ eſt: nō aliunde quia nihil anteꝗ̄ filius: nō ex ni-
hilo qa ex deo filiꝰ: nō in parte: qu ia plenitudo di-
uinitatis in filio: neqꝫ in aliquibꝰ qa in oībꝰ: ſed vt
voluit ꝗ potuit: vt ſcit ꝗ genuit: quod in patre eſt:
hoc & in filio eſt: quod ī ingenito: hoc ī vnigenito
eſt: alter ab altero & vterqꝫ vnū nō duo vnꝰ ſed ali
us in alio: quia nō aliud in vtroqꝫ: pater ī filio: quia
ex eo filius: filiꝰ ī patre qa nō aliūde quod filiꝰ vni
genitꝰ ī ingenito qa ab ingenito vnigenitꝰ. Ita ī ſe
inuicē qa vt oīa in īgenito patre pfecta ſūt: ita oīa ī
filio vnigenito pfecta ſūt. Hęc in patre & filio vni
tas: hęc virtꝰ: hęc charitas: hęc fides: hęc ſpes: hęc
veritas via vita. Nō calūniari de virtutibꝰ ſuis
deo: nec pſecretū ac poteſtatē natiuitatis obtrecta
re filio. Patri īgenito nihil cōpare: vnigenitū ab eo
nec tēpore nec virtute diſcernere: deū filiū: qa ex
deo ē cōfiteri. Sūt iſtiuſmodi ī deo poteſtate ſqua
rū cā tō intelligētię noſtrę incōprehenſibilis eſt, fi
des tñ per veritatē efficientię in abſoluto eſt. 3.

NEc hoc in ſpiritualibus tantum: ſed etiā
in corporalibus deprehendimꝰ non ad
natiuitatis exemplū ſed ad admirationē
facti itelligibilis oſtenſū eſt. Nuptiarū die vinū
chana galileę ex aqua factū ē: nūquid cōſequitꝰ aut
ſermo noſter aut ſenſꝰ: quibꝰ modis natura demu
tata ſit? vt aquę ſimplicitas defecerit: & vini ſapor
natꝰ ſit? Nō pmixtio fuit ſed creatio & creatio nō
a ſe cœpta ſed ex alio in aliud exiſtēs: nō p trāſfuſio
nē potioris obtinet quod infirmiꝰ ē: ſed abolet qđ
erat: & nō qđ erat cœpit. Spōſus triſtis eſt: familia
turbatur: ſolennitas nuptialis cōuiuii periclitatꝰ. Ie-
ſus rogatus nō exurgit aut inſtat: ſed quieſcentis
eius hoc opꝰ ē. Aqua hydriis infunditꝰ: vinū calici
bus hauritꝰ: īfundētis ſciētię ſenſus nō cōuenit hau
rientis. Qui infuderūt: hauriri aquā exiſtimāt: qui
hauriūt: vinū infuſum arbitrātꝰ: tēpus quod in me
dio ē nō ſufficit: vt liquoris natura & naſcatꝰ & per
eat. Ratio facti & viſum fruſtratꝰ & ſenſum: virtꝰ
tñ dei in iis quę ſunt geſta ſentitꝰ. 4.

SEd & de quinqꝫ panibus nō diſſimilis fa
cti admiratio eſt: incremētis eorū quinqꝫ
miliū virorū & īnumerabiliū mulierum
ac puerorū fames vincitur: quinqꝫ panes offerūtꝰ &
frāgūtꝰ: ſubrepūt in frāgētiū manibus quędam fra
gmētorū pcreatiōes: nō iminuitꝰ vnde pręfringitꝰ
& tñ ſemp pręfringētis manū fragmēta occupāt:
fallūt momenta viſum: dū plenā fragmētis manū
ſequeris: alterā ſine dāno portionis ſuę cōtueris: I
ter hęc fragmētorū cumulus augetꝰ. Pręfringētes
in miniſterio ſūt: edētes in negocio ſunt eſuriētes
ſaturi ſūt: duo deci cophinos replēt reliquię. Nō
ſenſus nō viſus profectū tam incōſpicabilis opera
tionis aſſequitꝰ: eſt quod nō erat: videtꝰ quod nō in
telligitꝰ: ſolū ſup eſt vt deus oīa poſſe credatꝰ.

NOn habēt itaqꝫ diuina adulationem, nec
ſubeſt deo ad placendum fallendumqꝫ
ſimulatio. Hęc filii dei opera non de ia-
ctantię ſtudio ſunt profecta: neqꝫ enim ille cui in-
numerabilium milium milia angelorū ſeruiunt
adulatus eſt homini: quid enim eorum quę noſtra
ſunt indigebat: per quem ſūt vniuerſa quę noſtra
ſūt? An honorem a nobis expoſtulabat: nūc a ſom
no ſtupidis: nunc de luxu noctium feſſis: nūc poſt
rixas & cędes dierum male conſciis: nunc poſt cō
uiuia ebriis: quem archangeli & dominatus prin-
cipatus & poteſtates ſine ſomno ſine occupatio-
ne: ſine crimine ęternis & indefeſſis in cælis voci-
bus laudāt: & laudant quia ipſe inuiſibilis dei ima
go omnes in ſe creauerit: ſęcula fecerit: cælum for
mauerit: aſtra diſtinxerit: terram fundauerit: abyſ
ſos demerſerit: ipſe deinceps homo natus ſit: mor
tem vicerit: portas inferni fregerit, coheredem ſibi
plebem acquiſiuerit: carnem in æternitatis glori-
am ex corruptione tranſtulerit? Nihil ergo iſte

eguit a nobis vt hęc eũ apud nos ĩenarrabilia & in ĩtelligibilia operã tanq̃ egentẽ laudis ornarẽt: ſed pręuidens deus nequicię & ſtulticię humanę erro rem: & ſciẽs eouſq; infidelitatẽ proruptura eſſe: vt ſibi de dei rebus iudicium pſumeret: audaciam noſtrã earũ de qbus ambigeret rerũ vicit exẽplis.

SVnt.n. plures ſęculi prudẽtes quoꝝ pru dentia deo ſtulticia ẽ: qui cũ audiũt deũ ex deo: verum a vero: pfectum a pfecto: vnũ ab vno natũ eſſe: tanq̃ impoſſibilia nobis pdicantibus contradicunt: quibuſdã ſententiarum collectionibus inhęrentes: cum dicunt.

NAſci nihil potuit ab vno quia oĩs natiui tas eſt ex duobus: ſã ſi ab vno natus hic filius ẽ: partẽ eiuſdẽ qui genuit accepit: & ſi pars: neuter ergo pfectus ẽ: de eſt enĩ vnde de ceſſit: nec plenitudo in eo erit qui ex portione con ſtiterit: neuter ergo pfectus eſt: cũ plenitudinẽ ſuã & qui genuerit amittat: nec q natus ẽ cõſequat.

HAnc mũdi ſapientiã etiam per prophetã prouidens deus ita damnat dicẽs: perdã ſapientiã ſapientiũ & intellectũ pruden tium reprobabo. Itẽ ĩ apoſtolo. Vbi ſapiẽs vbi ſcri ba: vbi cõquiſitor huius ſęculi? nonne ſtultã fecit deus prudentiã huius mũdi? Nã qa in ſapiẽtia dei nõ cognouit mũdus p prudentiã deũ: placuit deo p ſtultitiã predicationis ſaluos facere credẽtes: qm̃ gręci ſapiam q̃runt: & iudęi ſigna petunt: nos aũt pdicamꝰ xp̃m crucifixum: iudęis quidẽ ſcandalũ: gentibꝰ aũt ſtulticiã: iis aũt qui ſũt vocati: iudęis atq; gręcis, xp̃m dei virtutẽ & dei ſapiẽtiam: quia quod ſtultũ eſt dei: ſapiẽtius eſt hominibus: & qđ infirmũ eſt dei: fortius eſt hominibus. Curã ergo humani generis habens dei filius, primũ vt ſibi cre deretur: homo factus eſt: vt teſtis diuinarũ rerum nobis eſſet ex noſtris: per q; infirmitatẽ carnis deũ patrẽ nobis infirmis & vt carnalibus pdicaret: vo luntatem in eo patris dei efficiens vt dicit. Nõ ve ni voluntatem meã facere, ſed voluntatẽ eius qui me miſſit. Non quod nollet ille qđ faciat: ſed obe dientiã ſuã, ſub effectu paterne volũtatis oſtendit volens ipẽ voluntatẽ patris explere. Erat aũt hęc efficiẽdę volũtatis volũtas: cuiꝰ ipẽ teſtis ẽ dicẽs. Pater venit hora clarifica filiũ tuũ: vt filiꝰ tuꝰ cla rificet te: ſicut dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis vt oẽ qđ dediſti illi: det ei vitã ęternã: hęc ẽ aũt vita ęter na vt cognoſcãt te ſolũ deũ verũ & quẽ miſiſti Ie ſum xp̃m. Ego te clarificaui ſup terrã, opere conſũ mato: qđ dediſti mihi vt faciã. Et nũc clarifica me tu pater apđ temetip̃m claritate quã habui priuſq̃ mũdus eẽt: apud te. Manifeſtaui nomẽ tuũ hoibꝰ quos dediſti mihi. Verbis breuibꝰ & paucis omne opus officii ſui & diſpẽſatiõis expoſuit: nihilo mi nus fidei veritatẽ aduerſũ oẽm inſpirationẽ diabo licę fraudulẽtię cõmuniẽs. Curramꝰ ergo p ſingu las ſermonis ſui virtutes. Ait: pater venit hora: cla rifica filiũ tuũ: vt filiꝰ tuꝰ clarificet te. Nõ diẽ non tp̃s ſed horã veniſſe dicit. In hora diei portõ ẽ: & q̃ hęc erit hora? nẽpe illa de q̃ in tẽpore paſſiõis diſci pulos cõfirmãs locutꝰ ẽ. Ecce venit hora vt filius hois clarificetur. Haec ergo hora ẽ in qua ſe a patre clarificari orat: vt patrẽ ipẽ clarificet. Sed qđ ẽ iſtđ? clarificari ſe clarificaturus expectat: & honorẽ red diturus expoſtulat: & hoc eget quod rurſũ impar tiat. Et hic occurrãt ſophiſtę mũdi & ſapiẽtes gręcię & ſyllogiſmis ſuis veritatẽ irretiãt: quo mõ & vnde & quid cauſę ſit q̃rãt: & cũ heſerint: audiãt: quia. Stulta mũdi elegit deus. Ergo p ſtulticiã no ſtram intelligimus hęc: inintelligibilia ſapiẽtibus mũdi. Dixerat dominꝰ. Pater venit hora. Horam paſſionis oſtẽderat: nã haec ſub momẽto eo loque batur. Deinde adiecit. Clarifica filiũ tuũ. Sed quo modo clarificandus erat filius? nãq; natus a virgi ne: a cunis atq; infantia vſq; ad conſummatũ ve nerat virũ: per ſõnũ famẽ ſitim laſſitudinẽ lachry mas hominẽ egerat: etiã nũc conſpuẽdus flagellã dus crucifigẽdus erat. Quid ergo? nobis ſolũ ho minẽ in xp̃o hęc erãt cõteſtatura? Sed nõ cõfundi mur cruce: nõ flagellis pdamnamur: nõ ſputis ſor didamur. Clarificat pater filiũ: quo modo tandẽ? ſuffigitur cruci: deinde quid ſequitur? ſol nõ occi dit: ſed refugit: ſed quid refugiſſe dico? nõ receptꝰ in nube ẽ: ſed de curſu operis defecit & interitum ſuũ cũ eo reliqua mũdi elemẽta ſẽſerũt: & ne huic facinori ille cęleſtes opatiões intereẽnt ĩtercessiõis huiꝰ neceſſitate: quadã ſui abolitiõe caruerũt. Sed terra quid fecit? ad onus dñi ligno pendentis ĩtre muit: eũ qui moriturus erat: ĩtra ſe cõteſtata nõ ca pere. Nũqđ & portionẽ ſuã rupes & ſaxa cõcedũt? ſed rupta diſſiliũt & naturã ſuã pdũt: cęlũq; ex

ſe arcã incõtinẽti cõdẽdi corporis cõfitent. Quid ad hęc proclamat quoq; cẽturio cohortis & crucis cuſtos: Verę dei filius erat iſte. Creatura interceſ-ſione huiꝰ piaculi liberatur: firmitatẽ & virtutem ſaxa nõ retinẽt. Qui cruci affixerãt: vere dei filiũ cõfitẽtur. Prædicatiõi cõſentit effectus. Dñs dixerat. Clarifica filium tuum: nõ ſolũ nomine cõteſtatus eſt eſſe ſe filiũ ſed & proprietate qua dicit tuũ. Multi.n. nos filii dei: ſed nõ talis hic filiꝰ eſt. Hic eñi & verus & ꝓprius eſt filiꝰ origine nõ adoptiõe: veritate nõ nũcupatiõe: natiuitate nõ creatiõe. Ergo poſt clarificationẽ eiꝰ: veritatẽ cõfeſſio cõſecuta eſt: nã verũ dei filiũ cẽturio cõfitet: neq; credentiũ ãbigeret: quod hõ ꝑſequẽtiũ nõ negaſſet. Sed forte ea clarificatiõe credit eguiſſe filiꝰ quã orabat & ĩfirmꝰ repit: dũ clarificationẽ potioris expectat. Et quis patrẽ nõ potiorẽ cõfitebit: vt ĩgenitũ a genito: vt patrẽ a filio: vt eũ qui miſerit ab eo q miſſꝰ ſit: vt volentẽ ab ipſo qui obediat? & ipſe nobis erit teſtis. Pater maior me eſt. Hęc ita vt ſunt: intelligẽda ſunt: ſed cauendũ eſt ne apud ĩperitos gloriã filii honor patris ĩfirmet: nec infirmari ſe patit hęc ipſa clarificatio poſtulata: ad id.n. quod dictũ eſt. Pater clarifica filiũ tuũ: ſeqt & illud. Vt filiꝰ tuus clarificet te. Nõ ergo infirmꝰ eſt filiꝰ: vicẽ clarificationis ipſe cũ clarificandus ſit: redditurus. Sed ſi non infirmus quid poſtulabat? Nemo eñi niſi hoc quo eget poſtulat. Aut nunquid infirmus eſt & pater. Aut eorũ quę habet: ita profuſus ẽ: vt ei clarificatio ſit reddẽda ꝑ filiũ? Sed neq; hic eguit: neq; ille deſiderat: & tamen alteri alter impertiet. Ergo expoſtulatio clarificationis dandę: viciſſimq; reddendę: nec patri quicq̃ adimit: nec infirmat filiũ: ſed eandẽ diuinitatis oſtẽdit in vtroq; virtutem. Cum & clarificari ſe filius a patre oret: & clarificationem pater non dedignetur a filio: ſed hęc in patre & filio virtutis vnitatẽ per viciſſitudinem dandę & referendę clarificationis oſtendunt. Sed clarificatio hæc quę ſit & ex quibus ſit: noſcendũ eſt. Non opinor demutabilis deus eſt: neq; in æternitatẽ cadit aut viciũ aut emẽdatio aut ꝓfectus aut dãnũ. Sed quod ẽ ſemꝑ ẽ: hoc eñi deo ẽ peculiare: quod ſemper eſt habere aliquando in natura non poterit vt nõ ſit. Quo mõ ergo clarificabit qd ſuo nõ eget: neq; a ſe deficit: neq; quicq̃ ſit quod ĩ ſeſe recipiat: neq; amiſerit vt reſumat? Hęremꝰ moramur. Sed intelligẽtię noſtrę infirmitatẽ euangeliſta non deſerit: qui quã clarificationẽ patri filius eſſet redditurꝰ: oñdit dicẽs. Sicut dediſti ei poteſtatem oĩs carnis vt oẽ quod dediſti illi: det ei vitã ęternã: hęc eſt aũt vita æterna vt cognoſcãt te ſolum verũ deũ & quẽ miſiſti ieſum chriſtũ. Clarificatur ergo ꝑ filiũ pater: in eo ꝙ ſit a nobis ꝑ filium intelligendꝰ. Claritas autem hęc erat: ꝙ ab eo filius poteſtatem oĩs carnis acceperat. Caro enim factus ipſe: vitę æternitatẽ erat caducis & corporeis & mortalibꝰ redditurus. Vitę aũt noſtrę æternitas nõ oꝑationis erat ſed virtutis effectus: cum æternitatis gloriã nõ iã molitio noua ſed ſola dei eſſet cognitio ſumptura. Ergo nõ claritas deo additur: neq; eñi deceſſerat: vt adderet: ſed ꝑ filium clarificat apd nos imperitos refugas ſordidos: ſine ſpiritu emortuos: ſine lege tenebroſos: & clarificatur per id quod ab eo filius poteſtatẽ oĩs carnis acceperit: vitã ei æternã daturꝰ. Per hęc igit filii oꝑa clarificat pater. Itaq; cũ oĩa filius accepit: clarificatus a patre ẽ: & contra clarificat pater: cũ fiũt vniuerſa per filiũ. Et claritas accepta ſic reddit: vt qd claritatis in filio eſt: id totũ claritas patris ſit: qa a patre accepit omnia: quia honor famulãtis ĩ honore mittẽtis eſt: vt honor gignẽtis: in honore naſcẽtis eſt. Sed in quo tandẽ æternitatis vita ẽ: ait ipſe. Vt cognoſcant te ſolũ verum deũ & quem miſiſti ieſum xp̃m. Quæ hic difficultatũ quęſtiões ſunt: & quę pugnę verborũ? Vita ẽ verũ deũ noſſe. Sed nudũ hoc nõ facit vitã. Quid ergo connectit? Et quem miſiſti ieſum xp̃m. Debitus patri a filio honor reddit: cum dicit. Te ſolũ verũ deũ. Nõ tamẽ ſe filius a dei veritate ſecernit cũ adiungit. Et quẽ miſiſti ieſum xp̃m. Nõ habet interuallũ confeſſio credentiũ: quia in vtroq; ſpes vitę ẽ. Nec deus verus ab eo defecit: qui in cõiunctione ſuccedit. Cum ergo dicitur vt cognoſcãt te ſolũ verum deum & quẽ miſiſti ieſum xp̃m: ſub hac ſignificatiõe id eſt mittentis & miſſi, non patris & filii veritas & diuinitas ſub aliqua aut ſignificationis aut dilationis diuerſitate diſcernitur: ſed ad gignentis & geniti confeſſionẽ fides religionis inſtruitur. Ergo abſolute patrẽ filius clarificat in eo quod ſequit. Ego te clarificaui ſuper terrã ope conſũmato: quod dediſti mihi vt faciã. Laus patris omnis a filio eſt: qa in quibus laudabit filius: laus erit patris. Conſũmat

em̄ oĩa q̄ pater voluit: dei filiꝰ homo naſcitur: ſed
dei in ꝑtu virgĩs virtꝰ eſt. Dei filius hõ cernit̃: ſed
deus in opibꝰ hoĩs exiſtit. Dei filius crucifigit̃: ſed
in cruce: hoĩs mortẽ deus vincit. Chriſtus dei filiꝰ
morit̃: ſed om̄is caro viuificat̃ in chriſto. Dei filius
in infernis ẽ: ſed homo refert̃ ad cęlũ. In quãtũ hęc
laudabũtur in chriſto: tãto plꝰ laudis ex quo chri
ſtus deus eſt cõſequetur. His igitur modis pater fi
liũ clarificat ſup terrã. Rurſumq; filius ignoratiõi
gentiũ & ſtultitiæ ſæculi per virtutũ ſuarũ opera
eum ex quo eſt ipſe: clarificat. Et hæc quidẽ clari-
ficationis viciſſitudo nõ ꝑtinet ad diuinitatis pro
fectum ſed ad honorẽ eũ qui ex cognitiõe ignoran
tium ſuſcipiebat̃. Quo em̄ pater nõ abũdabat: ex
quo ſunt omnia? Vel quid filio deerat: per quẽ ſũt
oĩa: in quo cõplacuerat omnẽ plenitudinẽ diui-
nitatis habitare? Ergo clarificatur pater in terra:
quia opus eius quod mãdauit efficitur. Videamꝰ
quid filius a patre clarificat iõis expectet: & abſolu
tũ eſt. Nã in cõſequẽtibꝰ eſt. Ego te clarificaui ſu
ꝑ terrã: opꝰ cõſũmaui qđ dediſti mihi vt faciã: &
nũc clarifica me tu pater apđ temetipſm̃, ea clarita
te quã habui priuſq̃ mundꝰ eſſet: apud te. Manife
ſtaui nomẽ tuũ hoibꝰ. Operibꝰ ergo filii clarifica
tꝰ eſt pater: dũ deꝰ eſſe intelligit̃: dũ dei vnigeniti
pater manifeſtatur: dũ ad ſalutẽ noſtrã filium ſuũ
etiã ex virgine natũ eſſe hoiem voluit. In quo ex-
plentur ea oĩa in paſſione quę de partu virginis ce
pta ſunt. Itaq; quia dei filius ex omni qua eſt ꝑtu
ꝑfectus: et ante omne tẽpus in diuinitatis plenitu
dinem natus: nũc a carnis ſuę origine cõſũmabat̃
ad mortẽ: clarificari ſe apud deũ poſtulat: ſicut pa
trem ipſe clarificabat in terris: quia tũ dei virtutes
ignoranti ſeculo clarificabant̃ in carne. Nũc autẽ
quid eſt qđ apud patrẽ clarificationis ꝑfectũ expe
ctet? Nẽpe hoc qđ habuit apud patrẽ priuſq̃ mũ
dus eſſet: habuit plenitudinẽ diuinitatis atq; ha-
bet. Nãq; dei filius eſt: ſed qui erat dei filius: & ho
minis cœperat eſſe filius. Erat em̄ verbũ caro factũ,
nõ amiſerat quod erat; ſed cœperat eſſe qđ nõ erat
Non de ſuo deſtiterat: ſed qđ noſtrũ eſt acceperat:
profectũ ei qđ accepit: eiꝰ claritatis expoſtulat: vñ
nõ deſtitit. Ergo quia filiꝰ eſt verbũ: & verbũ caro
factũ: et deꝰ verbũ: & hoc in principio apud deũ:
& verbũ añ conſtitutionẽ mundi filius: filiꝰ nunc
caro factus orabat: vt hoc patri caro inciperet eſſe
quod verbũ: vt id qđ de tp̄e erat: gloriã eius quę ſi
ne tp̄e eſt: claritatis acciperet: vt in dei virtutem
& ſpũs incorruptionẽ transformata carnis corru-
ptio abſorberet. Hęc itaq; oratio ad deũ eſt: hęc ad
patrẽ confeſſio filii eſt: hęc carnis deprecatio eſt: ĩ
qua iudicii die cõpunctũ & de cruce recognitum
vniuerſi videbũt: in q̃ prefiguratus in mõte eſt: in
qua eleuatꝰ ad celos eſt: ĩ qua deo aſſedit a dextris
in qua viſus a paulo eſt, in qua honorificatꝰ ab ſte
phano eſt. Manifeſto itaq; noĩe patris hominibus
hoc poſtulat: Sed quo noie. Nũqđ nomẽ dei igno
rabatur? Hoc moyſes de rubro audiuit: hoc gene
ſis ĩ exordio creati orbis nũciauit: hoc lex expoſuit
hoc ꝓphętę ꝓtulerũt: hoc hoĩes in his mũdi opi-
bus ſenſerũt hoc gẽtes etiã mẽtiẽdo veneratę ſũt:
Nõ ergo ignorabat̃ dei nomẽ: ſed deꝰ plane igno
rabat̃: nã deũ nemo noſcit niſi confiteat̃ & patrẽ:
patrẽ vnigeniti filii: & filiũ nõ de portione aut di
latione aut emiſſione ſed ex eo natũ inenarrabili
incõprehenſibiliter: vt filium a patre plenitudinẽ
diuinitatis: ex qua & in qua natus eſt: obtinẽtem:
verũ & infinitũ & perfectũ deũ: hęc em̄ dei eſt ple
nitudo. Nã ſi horum aliqđ deerit: iam non erit ple
nitudo quã in eo habitare complacuit. Hoc a filio
dei ꝓdicat̃: hoc ignorãtibꝰ manifeſtat̃: ſicut clarifi
cat̃ ꝑ filiũ pater: cũ pater filii ꝑ filiũ talis agnoſcit̃.

Volens itaq; filius huius natiuitatis ſuę
fidem facere: factorũ ſuoꝝ nobis poſuit
exempla: vt ꝑ inenarrabilem geſtoꝝ ſuo
rum efficientiã de virtute natiuitatis inenarrabi
lis doceremur: cũ aqua fit vinũ: cũ quinq; panes ſa-
turatis quinq; milibꝰ virorũ (excepto ſexu & ęta
te reliſtua) replẽt fragmẽtis cophinos duodecim:
res cernit̃ & neſcit̃: fit & non intelligit̃. Ratio non
appꝛehenditur: effectꝰ ingeritur. Stultũ eſt autẽ ca
lũniam in eo inqſitionis intẽdere: in quo cõprę hẽ-
di id vnde quęrit̃: ꝑ naturã ſuã non põt. Vt enim
inenarrabilis eſt pater: in eo qđ ingenitꝰ eſt: ita e-
narrari filius in eo qđ vnigenitꝰ eſt: non põt: quia
ingeniti eſt imago: qui genitꝰ eſt. Tum em̄ ſenſu
atq; verbis imaginẽ apprę hendamꝰ neceſſe eſt: cũ
eum cuius imago eſt cõſequamur. Sed inuiſibilia
perſequimur: & incõprehẽſibilia tentamꝰ: quibꝰ
intelligentia ad cõſpicabiles res & corporeas co-
artatur: Nõ erubeſcimus ſtultitię: nõ noſmet ip-
ſos irreligioſitatis arguimꝰ: dei arcanis: dei virtu-

tibꝰ calũniãtes. Quo mõ filiꝰ & vnde filiꝰ & quo
dãno patris: vł ex qua ſit portiõe natꝰ inquirimꝰ.
Hereas in exẽplo operationũ vt crederes deũ effi-
cere poſſe: quoꝝ intelligere efficiẽtiam nõ poſſis.
Quęris quo mõ ſm ſpiritũ natꝰ ſit filiꝰ. Ego te de
corporeis rebꝰ inter rogo: nõ quęro quo modo na
tus ex virgine ſit. An detrimẽtũ ſui caro perfectã
ex ſe carnẽ gñans ꝑpeſſa ſit: & certe nõ ſuſcepit qđ
edidit: ſed caro carnẽ ſine elemẽtorũ noſtrorũ pu-
dore prouexit & perfectum ipſa de ſuis nõ iminu-
ta gñauit. Et quidẽ fas eſſet nõ impoſſibile in deo
opinari: qđ per virtutẽ eiꝰ poſſibile fuiſſe in homi-
ne cognoſcimꝰ. Sed te quiſqs es: inueſtigabilia ſe
ctãtem & diuinorũ ſecretoꝝ atq; virtutũ grauem
arbitrũ cõſulo: vt mihi imperito & tñ de oĩbus
deo vt ſunt ab eo dicta credẽti rationem ſaltem fa
cti iſtius afferas. Dñm audio. & quia iis credo quę
ſcripta ſũt: ſcio iam poſt reſurrectionem frequẽter
vidẽdum ſe in corpore praebuiſſe: multis nõ credẽ
tibus: credo Thomę nõ niſi cõtrectatis eius vulne
ribꝰ crediturо: ſicut ait. Niſi videro in manibꝰ eiꝰ
fixurã clauoꝝ & miſero digitũ meũ in locũ clauo
rũ: & mittã manũ meã in latꝰ eius: nõ credã. Dñs
ad oẽm ſe intelligẽtię noſtrę imbecillitatẽ accõmo
dãs & dubitatiõi infideliũ ſatiſfacturus: arcanũ in
uiſibilis virtutis operaſ: facti rationem quiſqs eris
cęleſtiũ rerũ ſcrutator: expone. Erãt diſcipuli inclu
ſi: & ſecreto pꝰ paſſionẽ dñi cõgregati cõſederãt.
Dñs Thomę fidẽ ꝓpoſitis cõditionibꝰ cõfirmatu
rus aſſiſtit: palpandi corporis & cõtrectãdi vulne
ris obtulit facultatẽ: & vtiq; qui compũctus reco-
gnoſcẽdus ſit: neceſſe eſt vt corpꝰ in quo ẽ cõpunc
tꝰ: attulerit. Quęro ergo ꝑ quas clauſę domꝰ par-
tes ſeſe corporeus intulerit. Diligẽter eñ euãgeli-
ſta expreſſit dicẽs. Venit Ieſus ianuis clauſis & ſte-
tit in medio diſcipulorũ ſuoꝝ. An cõſtructa parie
tũ penetrãs & ſolidã lignorũ naturã impenetrabi
lẽ trãſcurrit? Stetit nãq; corporeꝰ nõ ſimulatꝰ aut
fallax. Sequãſ ergo oculi mẽtis tuae penetrãtis in-
greſſũ: & cũ eo clauſã domũ intelligẽtię tuę viſus
introeat. Integra ſũt oia & obſerata. Sed ecce aſſiſtit
mediꝰ cui ꝑ virtutẽ ſuã vniuerſa ſũt peruia. Inuiſibi
libus calũniaris: ego a te viſibiliũ expoſco rationẽ.
Nihil cedit ex ſolido neq; per naturã ſuã aliqd tan
q̃ lapſu inſenſibili ligna & lapides admittũt. Cor-
pus dñi a ſeſe nõ deficit: vt ſeſe reſumat ex nihilo:
& vnde qui aſſiſtit in medio ẽ? Cedit ad haec & ſen
ſus & ſermo & extra ratiõem humanã ẽ veritas fa
cti. Idcirco ergo vt de natiuitate fallimur ita & de
ingreſſu dñi mẽtiamur. Dicamꝰ factũ nõ fuiſſe qa
intelligẽtia facti nõ appręhẽdimꝰ: & ceſſet. Sꝫ mẽ
daciũ noſtrũ facti fides vicit: aſſiſtit dñs clauſa do
mo in medio diſcipulorũ: & filiꝰ eſt natꝰ ex patre.
Noli negare qđ ſteterit: qa ꝑ intelligẽtię infirmita
tẽ: cõſiſtẽtis nõ conſequaris introitũ. Noli neſcire
qđ ab ingẽito & ꝑfecto deo patre vnigenitꝰ ꝑfectꝰ
filiꝰ deꝰ natꝰ ſit: qa ſenſum & ſermonẽ hũanę na-
turę virtꝰ gñatiõis excedat. Et oia qdẽ inſuꝑ mũ-
di opera adeſſe nobis in teſtimoniũ poſſent: ne am
bigere de dei rebus atq; virtutibꝰ fas crederemus.
Sed in ipſã veritatẽ infidelitas noſtra ꝓrrupit: &
violẽti in excidiũ dei poteſtatis irrumpimus. Si li-
ceret: & corpora & manꝰ in cęlũ leuaremus. Solẽ
aſtraq; cętera annui curſus ſuis limitibꝰ ꝑturbare
mꝰ: ꝑmiſceremꝰ diſceſſus oceani & acceſſus: fluẽ
ta etiã fontiũ inhiberemꝰ: & naturas fluminũ re-
frenaremꝰ: cõcuteremꝰ fundamẽta terrae: & toto
in hęc opera dei paricidio deſaeuiremꝰ. Sed bñ ẽ q
nos intra hãc modeſtiae neceſſitatem natura cor-
porũ detinet. Certe nõ fallimur quid ſi liceret: eſſe
mꝰ acturi. Nãq; qa nõ poſſumꝰ: prophana volũ-
tatis audacia naturã veritatis cõuellimꝰ & bellũ
dictis dei cõparamꝰ. Filiꝰ dixit. Pater manifeſtaui
nomẽ tuũ hominibꝰ. Quid ad haec calũniamur?
quid ęſtuamus? patrem tu negas? Atqui hoc ma-
ximum opus filii fuit: vt patrẽ cognoſceremꝰ. Ne
gas plane qñ ſm te filius nõ ex eo natus eſt: & cum
filius dicitur factus pro volũtate quaſi caetera. Ad
mirari deũ poſſum conditorem mũdi chriſtũ creã
tem? & digna deo virtus eſt: vt effectorem archan
gelorum & angelorum viſibiliũ & inuiſibilium cę
li atq; terrae & vniuerſae huiꝰ creationis effecerit?
Sed nõ hic labor domini eſt vt oĩa in creãdis re
bus deũ poſſe tu ſentias. Sed tu ſcias deum: patrẽ
eſſe eius filii qui loquitur. Virtutes in caelo plures
ſunt: & efficiẽtes & ęternę: ſed vnꝰ vnigenitꝰ eſt
filius nõ a caeteris ſola differẽs poteſtate: quia per
eũ creata ſũt: ſed qa verus vnꝰ eſt filius: nõ fiat de
gener: vt natus ex nihilo ſit. Audis filium: quia
filius ẽ: crede. Audis patrem: memẽto quia pater
eſt. Quid iſtis nominibus ſuſpitionem maliciam
audaciam iterſeris? Secũdum naturae ĩtelligentiã

nomia diuinis rebus aptata ſunt. Quid affers vi
verborũ veritati? Audis patrẽ & filium: ne ambi-
gas eſſe quod nũcupãtur. Summa diſpenſationis
eſt filio: vt noueris patrẽ. Quid irritum facis opꝰ
ꝓphetarũ verbi incarnationẽ: virginis partũ vir-
tutẽ operationũ: crucẽ xp̃i? Tibi hęc omnia impẽ-
ſa: tibi p̃ſtita ſũt: vt per hęc manifeſtus & pater ti-
bi eſſet & filius. Supponis nunc volũtatem crea-
tionẽ adoptionem. Inſpice & militiã & ſtipendiũ
xp̃i. Nẽpe ꝓclamat. Pater manifeſtaui nomẽ tuũ
hominibꝰ: Nõ audis: creatorẽ cęleſtiũ creaſti. Nõ
audis effectorẽ terreſtrium effeciſti. Sed audis: Pa
ter manifeſtaui nomẽ tuũ hoībꝰ. Vtere ſaluatoris
cui munere Scito patrẽ eẽ q genuit: filiũ eẽ q natꝰ ẽ
Natũ ex eo patre eſt: ex veritate naturę. Memẽto
nõ tibi patrẽ maĩfeſtatũ eẽ q deꝰ eſt: ſed deũ mani
feſtatũ eſſe ꝙ pater eſt. Audis. Ego & pater vnũ
ſumꝰ Quid diſcidis & diſtrahis filiũ a patre? Vnũ
ſũt ſcilicet is qui eſt: nihil habens quod nõ ſit etiã
in eo a quo eſt. Cum audis filium dicentem. Ego
& pater vnum ſumus perſonis rẽ accõmoda: gi-
gnenti & genito profeſſionis ſuę ꝑmitte ſentẽtiã
Sint vnũ vt ſũt: qui genuit & qui genitus eſt: cur
naturã excludis: cur veritatẽ interimis? Audis. Pa
ter in me eſt: & ego in patre. Et hoc de patre & filio
filii opera teſtantur. Nõ vt corpus per intelligẽtiã
noſtrã corpori immittimus neq; vt aquã vino in-
fundimꝰ. Sed eandẽ in vtroq; virtutis ſimilitudi-
nẽ & deitatis plenitudinẽ cõfitemur. Omnia. n. fi
lius accepit a patre: & eſt dei forma: & imago ſub
ſtantię eius. Eum enim qui eſt ab eo qui eſt imago
ſubſtãtię: tm̃ ad ſubſiſtendi fidem: nõ etiam ad ali
quã naturę diſſimilitudinẽ intelligendam diſcer-
nit: patrẽ autẽ in filio & filium in patre eſſe: pleni-
tudo in vtroq; diuinitatis perfecta eſt. Nõ. n. dimi
nutio patris eſt filius: nec filius impfectus a patre
eſt. Imago ſola nõ eſt: & ſimilitudo nõ ſibi ẽ. Deo
autem ſimile aliquid eſſe: niſi quod ex ſe erit: non
poteſt. Neq; eñ aliunde eſt: qd̃ in omnibꝰ ſimile
eſt. Neq; diuerſitatẽ duobus admiſceri alteriꝰ ad
alterũ: ſimilitudo ꝑmittit. Ne ſimilia permutes:
neq; ſibi ex veritate indiſcreta diſiungas. Quia q
dixit. Faciamus hoĩem ad imaginẽ et ſimilitudi-
nẽ noſtrã: inulcem eſſe ſui ſimiles: in eo ꝙ ſimili-
tudinem noſtrã dicit oſtendit. Ne contigeris ne
cõtrectaueris: ne corruperis. Tene naturę nomia

tene filii profeſſionẽ. Nolo aduleris: vt filiũ de tuo
laudes. Bene habet: vt his quę ſunt ſcripta: conten
tus ſis. Non eſt aũt in tm̃ confidẽdum prudentia
humana: vt perfectũ ſe quis putet ſapere quod ſa
piat: & in eo arbitretur abſolutę rõnis ſũmã conti
neri: quod ipſa mente pertractans, ęquabili vndi-
q; apud ſe exiſtimet veritatis opiniõe cõſtare Non
eñ cõcipiunt impfecta pfectum: neq; quod ex alio
ſubſiſtit: abſolute vel auctoris ſui põt intelligenti
am obtinere vel propriam. Se quidem in eo tantũ
quod eſt: ſentiens. Cęterum vlterius ſenſũ ſuũ q̃
ſibi cõſtituta ſit natura: nõ tẽdẽs. Motum. n. ſuũ
nõ ſibi debet: ſed auctori: & idcirco quod in aliud
ex auctore ſubſiſtit: ĩperfectum ſibi eſt: dũ conſtat
altitũde: & neceſſe eſt vt in quo ſe perfectũ putet ſa
pere deſipiat: quia naturę ſuę nõ moderans neceſ
ſitatem: & oĩa infirmitatũ ſuarum exiſtimans ter-
minis contineri: falſo iã ſapientię noĩe gloriat̃ quia
ſapere ſibi vltra ſẽſus ſui nõ liceat poteſtatẽ. Et q̃
infirmus ſubſiſtendi eſt virtute tam ſẽſu ſit. Atq;
ob id ĩpfectę naturę ſubſtitutio: pfecti ſenꝰ ſapiẽtiã
obtinere ſe glorians: ſtultę ſapiẽtię irridet̃ oppro-
brio apoſtolo dicẽte. Nõ. n. miſit me xp̃s baptiza
re: ne ianis fiat crux xp̃i: verbũ eñ crucis ꝑeuntibꝰ
ſtultitia eſt: iis aũt qui ſaluãtur: virtus dei ẽ. Scri-
ptũ ẽ. n. perdã ſapientiam ſapiẽtium & intellectũ
intelligentiũ reprobabo. Vbi ſapiens? vbi ſcriba?
vbi conquiſitor huius ſęculi? Nõne ſtultã fecit de
us ſapiẽtiam huius mundi? Quoniam quidẽ in ſa
piẽtia dei nõ cognouit mundus per ſapientiã deũ
decreuit deus ꝑ ſtultitiã prędicationis ſaluare cre
dẽtes. Quoniã iudęi ſigna petunt: & gręci ſapiẽti
am quęrũt. Nos autem prędicamus xp̃m Ieſũ cru
cifixum: iudęis quidẽ ſcandalũ: gẽtibus autẽ ſtul
titiã: Ipſis autem vocatis iudęis & gręcis xp̃m dei
virtutem & dei ſapientiã. Quia quod infirmũ dei
eſt: fortius eſt hominibus: & quod ſtultũ eſt dei:
ſapiẽtiꝰ eſt hominibꝰ. Omnis itaq; ĩfidelitas ſtul
titia eſt: quia imperfecti ſenſus ſui vſa ſapientia:
dum omnia infirmitatis ſuę opinione moderatur
putat effici nõ poſſe quod nõ ſapit. Cauſa enim ĩ-
fidelitatis de ſẽtentia eſt infirmitatis, dũ geſtũ eſſe
quis non putat qd̃ geri nõ poſſe definiat: & idcir-
co apoſtolus ſciẽs naturæ humanę imperfectã co-
gnitionẽ: hoc ſolũ putare ĩ veri ratione eſſe quod
ſaperet ait. Non in ſermone ſe ſapientię prædiare

ne prędicationis ſuę inanis eſſet aſſertio:ac ne ſtul
titię eſſe prędicator:exiſtimaretur:adiecit. Verbũ
crucis ſtultitiam eſſe pereuntibus: quia eam ſolã
infideles prudentiã crederent eſſe quã ſaperẽt:&
cum nihil niſi intra infirmitatis ſuę ſaperent natu
ram:eã quę ſola dei perfecta ſapiẽtia eſt: putarent
eſſe ſtultitiam:per q̃d ea ipſa infirmis ſapiẽtię ſuæ
opinione deſiperent. Ergo quicquid pereuntibus
ſtultitia eſt:hoc iis qui ſaluãt:dei virtus eſt. Quia
nihil naturalis ſenſus ſui infirmitate moderãt:ſed
diuinę poteſtatis efficientiam ſecũdũ infinitatẽ
cęleſtis virtutis expendunt: & idcirco ſapientiã
ſapientiũ & intelligẽtiam intelligentiũ deus im p
bat: per opinionẽ ſtultitię humanę credentibus ſa
lus tribuitur:dũ & infideles quę extra ſenſum ſuũ
ſunt ſtulta eẽ decernũt:& fideles poteſtati ac vir-
tuti dei omnia largiendę ſibi ſalutis ſuę ſacramen
ta permittunt. Non ergo ſunt ſtulta quę dei ſunt
ſed humanę naturę inſipiẽs prudẽtia eſt:quę a deo
ſuo aut ſigna aut ſapiẽtiã aut fidẽ poſtulet: & iu-
dęorũ quidẽ eſt poſtulare ſigna:quia in dei nomi-
ne per legis familiaritatẽ nõ admodũ rudes crucis
ſcandalo cõmouẽtur. Gręcorum autem eſt ſapiẽ-
tiã poſcere:quia gentili ineptia humanaꝫ prudẽ
tia:rationẽ ſublati ĩ crucem dei quęrãt. Quę quia
ſecũdũ ſenſum naturę infirmis occulta in ſacra-
mẽto ſit: fit ſtultitia infidelis cum quod naturali-
ter mens imperfecta nõ cõcipit:id extra prudẽtię
cauſam eſſe decernat. Sed ob hanc imprudẽtẽ mũ
di ſapiẽtiam:quę per dei ſapiẽtiam: deũ añ neſci-
uit id eſt per hanc magnificẽtiã mũdi ac ſapienter
inſtituti opificii ornatum:creatoris ſui non eſt ve
nerata ſapiẽtiam:placuit deo prędicatione ſtulti-
tię ſaluos facere credẽtes ideſt crucis fide ęternita
tem mortalib⁹ prouenire vt confuſa humanę ſa-
pientię opinione ibi ſalus reperiretur vbi credit
eſſe ſtultitia. Xp̃s eñ qui ſtultitia gentib⁹: & iu-
dęis ſcãdalum eſt:dei virt⁹ deiꝫ ſapiẽtia eſt:quia
quę ſenſu humano infirma:ĩ dei reb⁹ & ſtulta ex
ſtimãtur:hęc prudentię virtutiꝫ terrenę: & ſapiẽ
tię & poteſtatis veritate pręcellant. Nihil igitur ĩ
diuinis effectibus humanę mentis opinione tra-
ctãdum eſt:neꝫ de creatore ſuo:opificii ipſi⁹ ma-
teria decernat. Aſſumẽda autem nobis eſt ſtulti-
tia vt ſapiẽtiã ſumamus non in prudẽtię ſenſu ſed
naturę noſtrę cõſcientia:vt quod cogitationis ter
renę ratio non concipit:id nobis rurſum ratio di-
uinę virtutis inſinuet. Cum enim recognita ſtul-
titię noſtrę intelligẽtia imperitiam naturalis ĩ no-
bis imprudentię ſenſerimus:tum per diuinę ſapiẽ
tię prudentiã ad dei ſapientiam imbuimur: cum
ſine modo virtutes dei ac poteſtatem metiamur:
cum naturę dominũ non intra naturales leges co-
hibeamus:cum hoc ſolũ de deo bene credi intelli-
gamus:ad quod de ſe credendum ipſe ſibi nobiſ-
cũ & teſtis & auctor exiſtit.

Explicitus eſt liber tertius. Incipit quartus.

QVanq̃ ãterioribus libellis quos
pridem conſcripſimus :abſolu
te cognitũ exiſtimemus:fidem
nos & confeſſionem patris & fi
lii & ſpiritus ſancti ex euangeli
cis atꝫ apoſtolicis inſtitutis ob
tinere:neꝫ quicq̃ nobis cũ hereticis poſſe eſſe cõ-
mune:quippe illis diuinitatem domini noſtri Ieſu
xp̃i ſine modo & ratione & metu abnegantib⁹:tñ
etiam his libellis quędam neceſſario fuerunt cõp-
hendenda:vt omnibus fallaciis eorum & impieta
tibus editis: abſolutior fieret cognitio veritatis.
Et primum cognoſcendum eſt quę doctrinę eorũ
temeritas ſit:quodꝫ irreligioſitatis periculũ. De
inde quid aduerſum apoſtolicam fidẽ cui nos con
gruimus habeant ſententię :quidue ſoleant di-
cere e contrario:quaꝫ verborũ ambiguitate ſim-
plicitatem audientiũ illudant. Poſtremo qua ĩter-
pretationum ſuarum arte: veritatem diuinorum
dictorum virtutemꝫ corrumpant. Non ignora-
mus autem ad res diuinas explicãdas neꝫ homi-
num elocutionem neꝫ naturę humanę compara
tionem poſſe ſufficere. Quod enim inenarrabi
le eſt:id ſignificantię alicuius finem & modũ non
habet: & quod ſpeciale eſt:id a ſpecie corporalium
exemploꝫ diuerſum eſt. Tamen cum de naturis
cęleſtib⁹ ſermo eſt:illa ip̃a quę ſenſu mentiũ conti
nentur:vſu communi & naturæ & ſermonis ſunt
eloquenda non vtiꝫ dignitati dei congrua:ſed in
genii noſtri imbecillitati neceſſaria. Rebus ſcilicet
verbiſꝫ noſtris ea quę & ſentimus & intelligim⁹
locuturi. Atꝫ hęc ſicut prio libello teſtati ſum⁹:
nunc quoꝫ idcirco a nobis commemorata ſunt:
vt cum aliquid ex humanis comparationibus p

ferimꝰ: non secũdum naturas corporales de deo
ſentire credamur: nec paſſionibꝰ noſtris ſpecialia
comparare: ſed potius rerũ viſibilium ſpeciem ad
intelligentiam inuiſibilium protuliſſe.

Aiunt nãq; heretici non ex deo eſſe chri-
ſtum ideſt filium non ex patre natũ: ne-
q; deum ex natura ſed ex conſtitutione
eſſe. Adoptionem ſcilicet eius in nomine: quia ſi-
cut plures deo filii: ita & hic filius ſit. De hinc libe
ralitatẽ dignitatẽq; ſicut dii plures ſũt: ita & hic
deus ſit. Indulgentiore tamen in eo adoptionis &
nũcupatiõis affectu: vt & prę cęteris ſit adoptatꝰ:
et adoptiuis aliis maior ipſe ſit filiꝰ: & excellẽtiꝰ
cũctis naturis creatꝰ: & creaturis ipſe cęteris pſtet.
Aiũt etiam quidã eorũ dei oĩpotẽtiã cõfitẽtes: in
ſimilitudinẽ eum dei creatum & ex nihilo vt cęte
ra ĩ ęterni illiꝰ creatoris ſui imaginẽ cõſtitiſſe. Ver
bo videlicet de nõ extãtibꝰ iuſſũ eẽ ſubſiſtere: deo
potente ſimilitudinẽ ſui ex nihilo coaptare. Quin
etiam id adiiciunt: cum vnius ſubſtantię patrem
& filiũ eſſe audiũt ab anterioribus eſſe epiſcopis p̃
dicatum: vt id ſubtiliter per ſpeciem heretice opi-
nionis infirmẽt: dicentes eos verbi huius ſignifica
tionẽ ideſt vniꝰ ſubſtantię quod gręce dicitur ho
mouſion hoc ſenſu vſurpare atq; eloqui tanq̃ ip-
ſe ſit pater qui & filius. Ex ĩfinitate videlicet ſua p
tenſus in virginẽ: ex qua corpus aſſumens ſibi: in
eo corpore quod aſſumpſit: filii nomẽ addiderit.
Et hęc quidẽ de homouſio eorũ falſitas prima eſt.
Sequens illa eſt: quod affirmẽt id annunciationẽ
homouſion ſignificare: quod rei anterioris atq; al
terius communio ſit duobus: & tanq̃ prior ſub-
ſtantia vel vſia materię alicuius extiterit: quę par-
ticipata duobus & in vtroq; conſumpta: vtrunq;
illũ et naturę anterioris & rei eſſe teſtẽt vniꝰ. Atq;
idcirco improbare ſe homouſii aiunt confeſſionẽ:
quod enũciatio eius neq; filiũ a patre diſtinguat:
& poſteriorem patrem materia: quę ſibi cum filio
ſit communis: oſtendat. Tertio quoq; hanc imp-
bandi homouſii cauſam comminiſcuntur. Q; ſe
cũdum verbi huiꝰ ſignificationẽ: ex diuiſione pa-
ternę ſubſtantię eſſe filius exiſtimetur: tanq̃ deſe-
ctꝰ ex eo fuerit: ita vt in duos ſit res vna diuiſa: &
ideo ſubſtantię dicãtur vnius: quia portio deſecta
de toto: in natura ea ſit: vnde deſecta ſit: nec poſſe
in deum cadere diuiſionis paſſionẽ: quia & de mu
tabilis erit ſi immunitioni per diuiſionem fiat ob
noxius: & imperfectus efficietur perfectionis ſuæ
in portionem alterã decędẽte ſubſtantia: nec non
in eo ſe elegãter doctrinę pphetice ſed & euãgeli-
cę atq; apoſtolicę poſſe exiſtimant contrarie: vt ſi
bi natiuitatẽ intra tempora prędicent. Cum enim
vicioſe a nobis aſſerãt dici filium ſemper fuiſſe: ne
ceſſe eſt vt excludẽdo q; ſemper fuerit: natiuitatẽ
confiteantur ex tempore. Si eñi non ſemper fuit
erit tempus quo non fuit. Et ſi eſt tempus quo nõ
fuit: erit ante eũ tẽpus: quia qui nõ ſemper eſt: eſſe
cœpit ex tẽpore. Q̃ ũi autem caret tempore: nõ po
teſt eo carere quod ſemper eſt. Reſpuere ſe autem
id q; ſemper filius fuerit: ob eam cauſã affirmant:
ne per id q; ſemper fuit: ſine natiuitate eſſe creda-
tur. Tanquam per id q; ſemper fuiſſe dicitur
innaſcibilis prędicetur. O ſtultos atq; impios me
tus & irreligioſam de deo ſollicitudinẽ. Hęc quę in
homouſii ſignificatione & in eo q; ſemper filius eẽ
dicitur, arguuntur: eccleſia abominatur: reſpuit:
damnat. Nouit enim vnũ deum: ex quo omnia.
Nouit & vnum dominũ noſtrum ieſum chriſtũ
per quem omnia. Vnũ ex quo: & vnũ per quẽ: ab
vno vniuerſorũ originẽ: Per vnũ cũctorũ originẽ
& creationẽ. In vno ex quo: auctoritatem innaſci-
bilitatis intelligit. In vno per quem: poteſtatẽ ni-
hil differẽtem ab auctore veneratur. Cum ex quo
& per quem: ad id quod creatur: in iis quę creata
ſunt communis auctoritas ſit. Nouit in ſpiritu de
um ſpiritum impaſſibilem & indeſecabilem: didi
cit enim a domino, ſpiritui carnem & oſſa non eſſe;
ne forte cadere in eum corporalium paſſionũ de-
trimenta credantur. Nouit vnum innaſcibilẽ de-
um. Nouit & vnum vnigenitum dei filiũ. Cõfite
tur patrem ęternum & ab origine liberum. Confi
tetur & filii originẽ ab eterno. Nõ ipſũ ininitiabilẽ
ſed ĩinitiabili. Nõ per ſe ipſũ: ſed ab eo q a nemine
ſemp eſt: natũ ab ęterno: natiuitatem videlicet ex
paterna ęternitate ſumẽtem. Caret ergo fides no
ſtra hæreticæ prauitatis opinione. Edita namq; ẽ
ſenſus noſtri profeſſio: licet nondum ſit ratio pro
feſſionis expoſita. Tamẽ nequid in homouſii a pa
tribus nuncupati enũciatione & in ea quod ſem-
per fuerit: confeſſione ſuſpitionis relinqueretur:
iſta memorata ſunt: quibus & ſubſiſtere filium in

¶ ſubſtantia qua genitus ex patre eſt: cognoſceref:
& patri de ſubſtantia qua manebat: per filii nati-
uitatem nihil eſſe decerptum. Et homouſion pa-
tri filium nõ de commemoratis ſuperiꝰ viciis cau
ſiſq; a ſanctis & doctrina dei callentibus viris eſſe
memoratum: nequis forte exiſtimaret & adimi p
vſiam natiuitatem vnigeniti filiiq; patri homou-
ſios diceretur: ſed vt ſuſcepti huius vtriuſq; verbi
neceſſitatem & contra debacchantes tunc hereti
cos ad maximã fidei ſecuritatẽ: vſurpati rationem
intelligamus: reſpondẽdum eſſe exiſtimo hereti-
corum peruerſitati: & oẽs eorum ſtultas ac morti
¶ feras inſtitutiones: euãgilicis atq; apoſtolicis teſti
moniis coarguendas. Videtur enim ſibi de ſingu
lis quę aſſerunt: preſtare rationẽ: quia ſingulis aſ-
ſertionibus ſuis quędam ex diuinis voluminibus
teſtimonia ſubdiderunt. Quę corrupto intelligẽ-
tię ſenſu ſolis tantum ignorãtibꝰ blandiãtur: ſpe
ciem veritatis ſecundum prauitatem interpretan
tium preſtitura. Conantur enim ſola dei patris di
uinitate celebrata: filio auferre quod deus eſt: quia
ſcriptum eſt. Audi iſrael. Dominus deus tuꝰ deꝰ
vnus eſt. Et id ipſũ ad legis doctorem interrogan-
tem quod preceptum maximũ eſſet in lege: domi
no dicente. Audi iſrael. Dominus deus tuus deus
vnus eſt. Et rurſum paulo ita predicãte. Vnus eñ
deꝰ & vnꝰ mediator dei & hoĩm. Tũ ꝙ ſolus inaſ
cibilis: et ꝙ ſolus verus vt: qa Eſaias dixerit. Bene
dicẽt te ſolũ deum verum. Q2ꝙ id ipſũ cõteſtatꝰ
ſit dominꝰ in euangeliis dicẽs. Hęc eſt autem vi-
ta ęterna: vt cognoſcant te ſolum verum deum &
quem miſiſti Ieſũ xp̃m. Tum ꝙ ſolus ſapiens: ne
quid ſapientię filio relinquatur ſecundum apoſto
li dictum. Ei autem qui potens eſt confirmare vos
ſecũdũ euangeliũ meũ & predicationẽ Ieſu chriſti
ſecundum reuelationẽ ſacramenti temporibus ſe
cularibus taciti: manifeſtati autem nunc per ſcri-
pturas propheticas ſecundum preceptum ęterni
dei: in obediẽtiam fidei in omnes gẽtes: cogniti ſo
li ſapienti deo per Ieſum chriſtum: cui eſt gloria in
ſęcula ſęculorum amen. Tum quia ſolus bonꝰ: ne
quid ſit bonitatis in filio: quia per eum dictum ſit
Nemo bonus niſi vnus deus. Tum ꝙ ſolus ſit
& potens: quia paulus dixerit. Quem temporibꝰ
ſuis oſtendit nobis beatus & ſolus potens rex re-
gum & dominus dominantium. Tum ꝙ hũc no
uerint in conuertibilem & indemutabilem: quia
per prophetam dixerit. Ego ſum dominus deꝰ ve
ſter & nõ demutor. Et Iacobus apoſtolus dixerit.
Apud quem non eſt demutatio. Hunc iuſtum iu
dicẽ: quia ſcriptum eſt. Deus iuſtus iudex fortis &
patiẽs. Hunc cuncta procreantem: quia dominꝰ
dixerit: cum ei de auibus ſermo eſſet. Et pater ve-
ſter cęleſtis paſcit illa. Et rurſum. Nonne duo paſ-
ſeres aſſe veneunt: & vnus ex illis non cadet ſuper
terram ſine patris veſtri voluntate? Sed & capilli
capitis veſtri numerati ſunt. Hunc omnia proui-
dẽtem: ſicut beata ſuſanna dicit. Deꝰ ęternꝰ abſ
conditorum cognitor: ſciens omnia ante genera
tionem eorum. Hunc etiam inconceptibilem: ſe-
cundum quod dictum eſt. Cęlũ mihi thronus eſt:
terra autem ſcabellum pedum meorum: quã do-
mũ ędificabitis mihi: aut quis locus requietionis
meę? Hęc enim fecit manus mea: & ſũt omnia hęc
mea. Hunc quoq; capientem omnia paulo teſtan
te. Quoniam in ipſo viuimus & mouemur & ſu-
mus. Et pſalmographo dicẽte. Quo abibo a ſpiri-
tu tuo: & a facie tua quo fugiam? Si aſcendero
in cęlum tu illic es. Si deſcendero ad infernum
ades. Si ſumpſero pẽnas meas ante lucem & habi
tauero in poſtremis maris: etenim illic manꝰ tua
deducet me: & tenebit me dextera tua. Hũc quo
q; incorporeũ quia dictum eſt. Spiritus enim deꝰ
eſt: & adorantes eum: in ſpiritu & veritate adora-
re oportet. Hunc immortalem & inuiſibilem pau
lo dicente. Qui ſolus habet immortalitatem & lu
cem habitat inacceſſibilem: quẽ nemo hominum
vidit nec videre poteſt. Et ſecũdum euangelium
Deum nemo vidit vnq̃ niſi vnigenitus filius qui
eſt in ſinu patris. Hunc quoq; ſolum manentem:
quia dictum ſit. Ego ſum qui ſum. Et rurſum. Sic
dices filiis iſrael. Miſit me ad vos is qui eſt. Et per
hieremiam. Qui es domine. Atq; hęc quis intelli-
gat plena fraudis eſſe? & plena fallacię? Quę q̃q̃
ſint ſubtiliter confuſa atq; per mixta: tamen abſo
lute artificioſam malicię atq; ſtultitię calliditatẽ
& ineptiam teſtãtur. Inter cętera enim addiderũt
ſolum ſe patrem innaſcibilem cognouiſſe: tã q̃ hic
quiſq̃ poſſit ambigere: eum ex quo ille genitus ſit
per quẽ omnia ſunt: id quod ipſe eſt a nemine con
ſecutum. Ipſo enim ꝙ pater dicitur: eiꝰ quem ge-
nuit auctor oſtenditur. Id habens nomen q̃d neq;

profectū ex alio intelligaṫ & ex quo is qui genitus
eſt: ſubſtitiſſe doceatur. Igitur id quod deo patri
propriū eſt: ꝓpriū ei ac ſecretū relinquamꝰ: cōfi-
tētes in eo ęternę virtutis innaſcibilē poteſtatem.
Nemini aūt dubiū eſſe exiſtimo: ob eam cauſam i
cōfeſſiōe dei patris quędā eius tanq̄ peculiaria &
priuata memorari: ne pręter ipſū eorū quiſq̄ parti
ceps relinquaṫ. Dum enim dicūt ſolū verum: ſolū
iuſtū: ſolū ſapiētem: ſolū inuiſibilē: ſolū bonū: ſolū
potētem: ſolū immortalitatē habentem: hoc q̄
ſolus hęc ſit: a communione eorū ſecūdū hos filiꝰ
ſeparatur. Soli enim: vt aiunt: ꝓpria non partici-
pātur ab altero. Quę ſi in patre ſolo: non etiam in
filio eſſe exiſtimabūtur: neceſſe ē vt filiꝰ deus & fal
ſus & inſipiēs: & ſecūdum conſpicales materias
corporeus & maliuolus & infirmus: & extra imor
talitatē credatur eſſe: qui ab his omnibus cum in
his pater ſolus ſit excipiṫ: Dicturi autē de abſolu-
tiſſima maieſtate & de pleniſſima diuinitate vni-
geniti dei filii: nō exiſtimamꝰ quēq̄ arbitraturum
omnē hunc ſermonē quo vſuri erimus: ad dei pa
tris cōtumeliam pertinere: quaſi ex eius dignitate
decedat: ſi quid eorum referatur ad filiū: cū potiꝰ
honor filii dignitas ſit paterna: & glorioſꝰ auctor
ſit: ex quo is qui tali gloria ſit dignꝰ: extiterit. Ni
hil enim niſi natum habet filius: & geniti honoris
admiratio in honore generantis eſt. Ceſſat ergo
opinio cōtumelię: cū quicquid ineſſe filio maieſta
tis docebiṫ: id ad āpliſicandā poteſtatem eius qui
iſtiuſmodi genuerit redundabit. Conſequēs aūt
ē vt cognitis iā iis quę ad deformationē filii de pa
tre cōfeſſi ſūt: idipſū illud quod de filio profeſſi ſūt
audiatur. Reſpōſuri enim ſingulis eorum poſitio-
nibꝰ & diuinorū dictorū teſtimoniis irreligioſam
eorū doctrinā prodituri: debemꝰ ad illa quę de pa
tre dicta ſūt ea quę deinceps de filio dei ſint cōme-
morata: ſubiūgere: vt de cōfeſſiōe ea quę de patre
& filio eſt: inter ſe comparata: vnus atq̄ idem a no
bis i abſoluēdis ſigulis ꝓpoſitionibus ordo teneaṫ
Memorāt nanq̄ filiū dei neq̄ ex aliqua ſubiacēte
materia genitū eſſe: quia per eum creata oīa ſunt:
neq̄ ex deo eſſe: quia decedere ex deo nihil poſſit
ſed eſſe ex iis quę non erāt: idest creaturā dei perfe
ctam. Verūtamen non ſimilem cęteris creaturis.
Eſſe autē creaturam: quia ſcriptum ſit. Dominus
creauit me initiū viarum ſuarū. Eſſe autē facturā
perfectā: ſed nō ſimilē cęteris facturis: facturam au
tē per id qd paulꝰ ad hebręos dixerit. Tāto melior
factꝰ āgelis quāto excellētiꝰ ab iis poſſidet nomē. Et
rurſū Vñ fratres ſācti: vocationis cęleſtis partici-
pes: cognoſcite apoſtolū & principē ſacerdotum
cōfeſſionis noſtrę ieſū chriſtum: qui fidelis eſt ei q
fecit eum. Ad infirmādam vero filii & virtutem &
poteſtatem & diuinitatem eo maxime vtuntur: q
dixerit: Pater maior me eſt. Idcirco aūt non eſſe eū
vnum ex omnibꝰ creaturis cōcedūt: quia ſcriptū
eſt. Omnia per eū facta ſunt. Cōcludūt ergo omnē
irreligioſitatis ſuę doctrinā iſtiuſmodi verbis di-
cētes. Nouimꝰ deū vnum ſolum infectum: ſolum
ſempiternū: ſolum ſine initio: ſolū verū: ſolum im
menſū: ſolū immortalitatē habētem: ſolū optimū
ſolū potētem: oīm creatorē ordinatorē & diſpoſi-
torē incōuertibilē incommutabilē iuſtū & optimū
legis & prophetarū & noui teſtamēti. Hunc deū
genuiſſe filiū vnigenitū ante oīa ſęcula: per quē &
ſęculū & oīa fecit. Natū autē nō putatiue ſed verę
obſecutū volūtati ſuę. Immutabilē & incōuertibi
lē: creaturā dei perfectā: ſed nō ſicuti vnā de creatu
ra: facturā ſed nō ſicuti cęterę facturę. Nec vt Valē
tinus prolatiōe patris natū cōmentatꝰ eſt. Nec ſi
cut manicheus partē vniꝰ ſubſtātię patris natū ex
poſuit. Nec ſicut ſabellius qui vnionem diuidit:
ipſū eē dixit filiū: quē & patrē Nec ſicut hieratchas
lucernā dicit de lucerna: vel lampadā in duas par
tes. Nec eum qui fuit ante: poſtmodū natū vel ſu
percreatū in filiū: ſicuti & tu ipſe beatiſſime papa
media in eccleſia & i cōſeſſu fratrū frequēter eos q
talia introducūt renuiſti. Sed ſicut diximus: volū
tate dei āte tēpora & ſęcula creatum: & viuere &
eſſe accipiens a patre: & gloriās cū ſubſiſtē te patre
Neq̄ enim pater dans ei oīm hęreditatē fraudauit
ſemetipſū ab iis quę nō facta habētur ab ipſo: fons
eſt autē omniū. Quapropter tres ſubſtātię ſūt: pa-
ter & filiꝰ & ſpiritꝰ ſanctꝰ: & quidē deꝰ pater cau-
ſaē omnium omnino ſine initio ſolitariꝰ Filiꝰ aūt
ſine tempore editus a patre & ante ſęcula creatus
& fundatus. Non erat anteq̄ naſceretur: ſed ſine tē
pore ante omnia natus: ſolꝰ a ſolo patre ſubſiſtit.
Nec enim eſt æternus aut coęternus aut ſimul nō
factus cū patre: nec ſimul cum patre habet eſſe ſi-
cuti quidā dicunt: aut aliqui duo nō nata pricipia
introducentes: ſed ſicut vnio & principiū omniū

ſic & deus ante oĩa eſt. Propter quod & ante filiũ
ẽ. ſicut & a te didicimꝰ papa media in eccleſia prę
dicante. Secũdum quod itaq; & a deo eſſe habet: &
glorias & viuere: & omnia ei ſũt tradita. Secũdũ
hoc principiũ eius eſt deus. Principatus autẽ ei vt
pote deus eius: cum ſit ante ipſum. Si enim quod
ex ipſo & quod ex vtero exiui & veni: & quod
ex patre velut partẽ eius vnius ſubſtãtię & quaſi
protitionem extendẽs intelligitur: cõpoſitus erit
pater: & diuiſibilis & mutabilis & conuertibilis:
etiam corpus ſecundũ illos & quantũ in ipſis eſt
cõſequentia corpus ſuſtinens ſine corpore deus.
Hic eorum error ẽ: hęc mortifera inſtitutio: ad cu
ius confirmationem corrupto intelligentie ſenſu
diuinorũ dictorũ teſtimonia vſurpant: & de his
ſub occaſione humanę ignorãtię mentiũt. Nemi
ni autẽ dubium eſſe oportet ad diuinarũ rerũ co-
gnitionẽ diuinis vtẽdũ eſſe doctrinis. Neq; enim
ſcientiã cęleſtiũ per ſemet humana imbecillitas
conſequetur: neq; inuiſibiliũ intelligẽtiam ipſe ſi
bi corporaliũ ſenſus aſſumet. Non enim vel id qđ
creatum in nobis atq; carnale eſt vel id quod ĩ vſũ
vitę noſtrę ex deo datum eſt: ſuomet iudicio na-
turã creatoris ſui opuſq; diſcernet. non ſubeunt in
genia noſtra in cęleſtẽ ſcientiam: neq; incomprę-
henſibilẽ virtutem ſenſu aliquo infirmitas noſtra
cõcipiet. Ipſi de ſe deo credẽdum eſt. & iis quę co
gnitioni noſtrę de ſe tribuit obſequẽdũ. Aut enĩ
more gentiliũ denegãdus eſt: ſi teſtimonia eiꝰ im
probatur: aut ſi vt eſt: deus creditur: nõ poteſt ali
ter de deo q̃ vt ipſe eſt de ſe teſtatus: intelligi. Ceſ
ſerit itaq; proprię hominũ opiniones: neq; ſe vl-
tra diuinã cõſtitutionẽ humana iudicia extẽdãt.
Sequamur ergo aduerſus irreligioſas & impias de
deo inſtitutiones: ipſas illas diuinorũ dictorũ au-
ctoritates: & vnũquemq; eo ipſo de quo quęritur:
auctorem tractabimus: non ad fallendã audientiũ
imperitiam & male imbuendã: quaſdã verborũ
enũciationes ſubtractis eorum cauſis coaptan-
tes. Intelligentia enim dictorum ex cauſis eſt aſſu
menda dicendi: quia nõ ſermoni res ſed rei eſt ſer
mo ſubiectus. Verũ omnia editis ſimul & dicendi
cauſis & dictorũ virtutibꝰ pſequęmur. Igitur ſin-
gula ſecũdũ propoſitionis ordinem retractẽtur.
Nam hoc eorũ principale eſt. Nouimꝰ inquiunt
vnũ ſolum deum: moyſe dicente. Audi iſrael. Do-
minus deus tuus deus vnus eſt. ſed nunquid hinc
quiſq; fuit auſus ambigere: aut vnq̃ aliter a quoq̃
eorũ prędicatũ eſſe: qui deũ crederent: cognitũ eſt
niſi vnũ deũ eſſe: ex quo omnia: vnã virtutem ina-
ſcibilem & vnã hanc eſſe ſine initio poteſtatẽ? Sed
non per id ꝙ deus vnus eſt dei filio accidit negari
poſſe ꝙ deus eſt. Moyſes nanq; vel potius deus
per moyſen populo & in ęgypto & in deſerto ido-
lis & deorũ (vt putabãt) religiõibꝰ occupato: hoc
cõſtituit principale mãdatum: vt vnũ deũ crede-
ret: & vere ac merito cõſtituit. Vnus eſt enim de-
us: ex quo omnia. Sed videamꝰ an idẽ moyſes eũ
quoq; per quẽ omnia ſunt: deum eſſe confeſſus ſit
Non enim patri adimitur ꝙ deus vnus eſt: quia
& filius deus ſit. Eſt enim deꝰ ex deo: vnus ex vno
Ob id vnus deus: quia ex ſe deus. Contra vero nõ
minus per id. filius deus: quia pater deus vnus ſit.
Eſt vnigenitꝰ filius dei nõ innaſcibilis vt patri ad
imat ꝙ deus vnus ſit: neq; aliud ipſe q̃ deus quia
ex deo natus eſt: de quo quis ambigi nõ oporteat
quin naſcẽdo ex deo deus ſit: per qđ fidei noſtrę de
us vnus eſt. Tamẽ videamus an moyſes q ad iſra
el dixerat. Dominus deus tuus vnus eſt, dei filium
deum prędicauerit. Vti enim nos ad cõfitendam
domini noſtri ieſu chriſti diuinitatem teſtimonio
illius oportebit: cuius auctoritate heręticũ vnum
tantum deum cõfitentes filio putant negandum
eſſe ꝙ deus eſt. Igitur cum abſoluta hęc de deo
& perfecta confeſſio ſit ſecũdum apoſtolũ ita loq.
Vnus deus pater ex quo omnia: & vnus dominꝰ
noſter ieſus chriſtus per quem omnia. Videamus
originẽ mũdi: quid de ea moyſes loquatur. Ait nã
q;. Et dixit deus: fiat firmamẽtum in medio aquę
& ſit diuidẽs ĩter aquã et aquã: & factũ ẽ ſic: & fecit
deus firmamẽtũ & diuiſit deus per medium aquę
Habes ergo deũ: ex quo: habes deũ: per quẽ. Aut
ſi id negabis: neceſſe ẽ id qđ factũ eſt p quẽ factum
ſit doceas Aut certe naturã ipſam creandorũ deo
obbedientem eſſe demonſtres quę ad id quod dictũ
eſt fiat firmamẽtum: ſe ipſã dei verbo iuſſa firma
uerit. Sed hęc diuinę ſcripturę ratio nõ recipit.
Omnia enim ſecũdum prophetã facta ex nihilo
ſũt Nec natura aliqua manens demutata ĩ aliud
eſt: ſed id qđ non erat: creatum eſt: & abſolutum
eſt. Per quẽ. Audi euãgeliſtã. Omnia per ip ſũ fa
cta ſunt. Si quęris p quẽ: audias eundẽ euãgeliſtã

dicentem.In principio erat verbum & verbū erat apud deum & deus erat verbum:hoc erat in principio apud deum .Oīa per ipſū facta ſūt. Quod ſi negare voles a patre dictum videri. Fiat firmamentum .Audias rurſum prophetam dicentem. Ipſe dixit & facta ſūt:ipſe mādauit & creata ſunt Quod ergo dictum eſt fiat firmamētum in eo ꝙ pater ſit locutus oſtenditur. Quod autem adiicitur. Et factum eſt ſic: Et ꝙ feciſſe deus dicitur in eo perſona efficientis eſt intelligenda: qui faciat Dixit enim & facta ſunt. Non vtiqꝫ ſolum voluit et fecit:mādauit et creata ſūt Nō vtiqꝫ ꝗa ꝑlacitū ei ē extiterūt: vt mediatoris officiū iter ſe & ea quę eſſent creanda:ceſſaret. Dicit ergo fieri deꝰ ex quo omnia ſunt.Et fecit deus:per quem omnia ſunt. Eodem pariqꝫ nomine:& in dicentis ſignificatione:& in efficientis operatione cōfeſſio eſt .Si autem loqui audebis:non de filio dici.Et fecit deus. Vbi erit quod dictum eſt. Oīa per ipſum facta ſunt? Et illud apoſtolicum. Vnus dominus noſter ieſus chriſtus:per quem omnia? Et illud.Ipſe dixit et facta ſūt? Quod ſi impudētiā tuā hęc diuinitꝰ dicta cōuincent: non adimitur dei filio ꝙ deꝰ ſit per id qđ dictum eſt.Audi iſrael.Dominus deus tuus:deus vnus eſt.Cum ab eo ipſo qui hęc eſt locutus:in ipſa cōſtitutione mundi deus fuerit prędicatus & filius.Sed videamus ī quem profectum hęc diſtinctio iubentis dei: & facientis dei agatur. Nam tāetſi ſenſus communis intelligentię non recipiat:vt in eo qđ dictum eſt:iuſſit & facta ſunt: ſolitarius atqꝫ idem ſignificatus eſſe credatur:tamen nequid ambigi poſſit :oportet ea q̄ mundi creationem conſecuta ſunt:explicari. Cū igitur perfecto mundo eius incola formādus eſſet talis de eo ſermo eſt.Et dixit deus. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram Et rurſum.Et fecit deus hominem:ad imaginē dei fecit eum. Quęro nunc:ſolū ne ſibi deū locutū exiſtimes:an vero ſermonē hunc eius intelligas non ſibi ſed ad alterum extitiſſe? Si ſolū fuiſſe dicis:eiꝰ ipſius voce argueris dicentis. Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinem noſtram .Deus eñ per legis ſtatorē ſecundū intelligentiam noſtram locutus eſt Verbis videlicet quibꝰ vti ipſe nos voluit:cognitionem eorū nobis quę geſſit impertiens.Significato nanqꝫ dei filio per quē facta ſunt omnia in eo ꝙ dictum eſt Et dixit deus Fiat firmamentum .Et rurſum ita dictum eſt.Et fecit deus firmamētum. Ne tamē hic quidem inanis ac ſuꝑfluus ſermo exiſtimaretur:ſi ſibiipſi dixiſſet vt fieret:& rurſum ipſe feciſſet:quid enim tam alienum ab eo qui ſolꝰ eſſet:vt ſibi faciēdum diceret cū volūtate tantū opus eſſet vt fieret? Abſolutiꝰ voluit intelligi ſignificationē hanc non ad ſe tantum eſſe referēdam dicendo. Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtram .Suſtulit ſingularis intellegētiā profeſſione conſortii.Conſortium autē eſſe aliqđ ſolitario ipſi ſibi non poteſt. Neqꝫ rurſum recipit ſolitarii ſolitudo faciamus. Neqꝫ quiſq̄ alieno a ſe noſtram loquitur. Vterqꝫ ſermo & faciamꝰ & noſtram :vt ſolitariū eundēqꝫ non patitur:ita neqꝫ diuerſum a ſe alienūqꝫ ſignificat.Aut quęro ſi cū audias ſolitarium: vtrū nō ipſum eundēqꝫ eſſe exiſtimes:aut cum audias nō ipſum neqꝫ eundē:an ne ꝙ ſolitarius tātum ſit intelligas? In ſolitario ergo ſolitarius:in non eodē vero neqꝫ ipſo nō ſolitarius reperitur. Solitario ergo conuenit faciā & meam. Non ſolitario vero: faciamus & noſtram. Cum itaqꝫ legimus. Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā. Quia ſermo vterqꝫ vt non ſolitariū tantum: ita neqꝫ differentem eſſe ſignificat.Nobis quoqꝫ nec ſolitarius tātum:nec diuerſus eſt cōfitendus: cognita ꝑ id ꝙ noſtram imaginem dicit:non etiā imagines noſtras: vnius in vtroqꝫ proprietate naturę. Non ſufficit autem ſolā verborum attuliſſe rationem: niſi dictorū intelligentiam etiam rerum operatio cōſequatur. Scriptum enim ita eſt.Et fecit deus hominē:ad imaginem dei fecit eum. Quęro ſi ſolitario atqꝫ ipſi ad ſe eūdem fuit ſermo:quid hic ſētiendū exiſtimes? video enim nunc tripertitam ſignificationē & facientis:& facti & exempli: Qui factus eſt: homo eſt.Deus autem fecit:& quē fecit ad imaginem dei fecit. Si de ſolitario geneſis eſſet locuta:dixiſſet vtiqꝫ:& fecit ad imaginem ſuam. Sed ſacramentum euāgelicum anūcians: non duos deos:ſed deum & deū elocuta eſt:cum hominē per deum effectum ad imaginē dei dicit. Atqꝫ ita deus:ad comunē ſibi cum deo imaginem atqꝫ eandem ſimilitudinē hominem reperitur operari: vt nec ſolitudinis intelligētiam ſignificatio efficiētis amittat:nec diuinitatis diuerſitatem ad eandē

quę ſoli deo propria ſunt loquebatur: ſcriptura te
ſtata eſt. Et vocauit nomen domini qui loquebat
ſecū: tu deꝰ qui aſpexiſti me. Primum angelꝰ dei:
ſecūdo dominꝰ. Vocauit enī nomē domini: q lo-
quebat ſecū. Dehinc tertio deus Tu enī deus qui
aſpexiſti me. Qui angelꝰ dei dictus eſt: idē domi
nus & deus eſt. Eſt autem ſecundum prophetam
filius dei: magni cōſilii angelus: vt perſonarū diſti
ctio abſoluta eſſet: angelus dei eſt nūcupatꝰ. Qui
enim eſt deꝰ ex deo ipſe eſt & angelus dei. Vt ve-
ro honor debitꝰ redderet: & dominꝰ & deus ē prę
dicatꝰ: & hic quidem primū angelꝰ dei: deīde idē
poſtea & dominꝰ & deꝰ. Ad abraham vero tm̄ de
us. Tota enī iā perſonarum diſcretione pmiſſa ne
ſolitarii error ſubeēt: abſolutū & verū eius nomen
edicit. Scriptū nāq; eſt. Et dixit deꝰ ad abrahā. Ec
ce ſarra vxor tua pariet tibi filiū: & vocabis nomē
eiꝰ iſaac: & ſtatuam teſtamētū meū ad illū in teſta
mētū ęternū & ſemini eiꝰ poſt illū. De iſmael aūt
hęc. Ecce exaudiui te: & benedixi eū: & amplica-
bo eū valde. Duodecim gentes generabit: & dabo
eū in gentem magnam. Nunquid ambigit quin q
angelus dei dictꝰ eſt: idem rurſum dicatur & deꝰ.
Pariterq; de iſmael ſermo eſt: & nunc & dudum
multiplicandus ab eodē eſt. Et ne forte non idem
qui eſſet locutus ad agar nūc loqui crederet: eiuſ-
dem perſonę ſignificationem diuinus ſermo teſta
tur dicens. Et benedixi eum & multiplicabo eū.
Benedictio ex pręterito eſt: iam enim ad agar ſer-
mo fuerat: amplificatio vero in futurum. Nūc. n.
primum ad abraham de iſmael deꝰ loquitur. Ad
agar vero angelus dei locutus eſt. Deus igitur eſt
qui & angelus dei eſt: quia & qui angelus dei eſt:
deus eſt ex deo natus. Dei autem angelus ob id di
ctus: quia magni conſilii eſt āgelus. Deꝰ vero idē
poſtea demonſtratus eſt: ne qui deus eſt: eſſe ange
lus crederetur. Sequatur ſermo ordinē terū. Ange
lus dei ad agar locutus eſt: idem ad abraham deꝰ
loquimur. Ex eodem ad vtrūq; fit ſermo. Benedi-
citur iſmael: & in gētem magnam amplificandus
eſſe pmittitur. Scriptura & per abraham deū eſſe
qui loqueretur: oſtendit. Abrahę quoq; iſaac filiꝰ
promittitur. Dehīc poſtea aſſiſtūt viri tres. Abra
ham conſpectis tribus vnum adorat & dominum
cōfitet. Scriptura aſtitiſſe viros tres edidit. Sed pa
triarcha non ignorat qui & adorandus ſit & cōfi-
tendus. Indiſcreta aſſiſtentium ſpecies eſt; ſed il-
le dominū ſuū fidei oculis & viſu mentis agnouit
De hinc ſequitur. Et dixit ei. Reuertens veniam
ad te: ad hoc tempus in futurum. Et habebit filiū
ſarra vxor tua. Et poſt hęc dixit dominus. Nū ce-
labo ego abrahę puero meo quę facturus ſum? Et
rurſum. Dixit autē dominus. Clamor ſodomorū
& gomorreorū impletus eſt: & peccata eorū ma-
gna valde. Et rurſum poſt aliū multū ſermonem
quem breuitatis ſtudio prætermittimꝰ: cū de iu-
ſtis vna cum iniuſtis pdēdis abraham eſſet ſollici-
tꝰ: ait. Nequaq̄: qui iudicas terram: facies hoc iu-
diciū: vt perdas iuſtum cum impiis. Et dixit domi
nꝰ. Si inuenero ſodomis quinquaginta iuſtos ī ci-
uitate: remittam omni loco pp̄ter illos iuſtos. Et
rurſum cōſummato ſmone ad loth fratrem abra-
hę: ſcriptura dicit. Et dominꝰ pluit ſuper ſodomā
& gomorram ſulphur & ignem a dn̄o de cęlo. Et
rurſū. Et dn̄s viſitauit ſarrā ſicut dixit: & fecit de-
us ſarrę ſicut locutꝰ eſt: & cōcepit & peperit ſarra
abrahę filiū in ſenectute ſua & in tēpore ſicut locu
tus eſt illi dn̄s. Et dehinc expulſa de abrahę domo
cū filio ſuo ancilla: & in deſerto ob aquę inopiā in
teritū pueri timēte: eadē ſcriptura ait. Et exaudi-
uit dn̄s deꝰ vocē pueri vbi erat: & vocauit angelꝰ
dei agar de cęlo & dixit ei. Quid ē agar? Noli time
re: exaudiuit enī deꝰ vocē pueri de loco in quo ē.
Surge & accipe puerū: & tene manū eius: ī gētem
enī magnā faciā eū. Quę pfidię cęcitas eſt: quę in
creduli cordis obtuſio ē: quę irreligioſitatis teme-
ritas: aut ignorare hæc: aut non ignorata neglige
re? Certe ita commemorata & dicta ſūt: ne intelli
gentiam veritatis error aliquis aut obſcuritas im
pediret. Quę ſi non poſſe ignorari docemꝰ: impie
tatis eſſe crimen neceſſe eſt quod negatur. Ange-
lus dei loqui ad agar cœpit: iſmaelem in gentem
magnam adaucturus eiq; innumerabilem gentis
progeniem pręſtiturus. Confeſſio audientis & do
minum eum eſſe & deum edocet. Sermonis enim
exordium ab angelo dei cœpit: ſed in confeſſione
dei conſtitit. Ita qui ſub myſterio magni conſilii
nunciandi dei angelus eſt: ipſe & natura & nomi-
ne deus eſt. Nomen enim naturæ non nomini
natura componitur. Iiſdem etiam de rebus ad
abraham deus loquitur. Benedictum iam iſmae-
lem edocetur & multiplicandū eſſe eundē ī gētē,

Benedixit īquit ei. Nō itaqꝫ demutauit pſonæ ſuę
ſign.f.cationem. Se enim iam benedixiſſe demon-
ſtrat. Scriptura certę ſacramēti ordinē & verę pdi
cationis modū ab āgelo dei incipiēs: & poſtea iiſdē
de rebꝰ eūdem loquentem deum confeſſa ſcrau-
uit. Pręcedit autem pleniore doctrinę profectu ſer
mo diuinus. Deus iſtic ad abraham loquitur: pa-
rituram ſarram policetur. Poſt hęc viri tres ſedē-
ti aſſiſtunt: vnū adorat & deum confitetur. Idē-
qꝫ & adoratus & confeſſus ab illo: tpe eodem in fu
turum redituū ſe pmittit: & ſarrę filium futurū.
Deus ad abraham locutus ē. Idē poſtea de rebꝰ ip
ſis eundem vir ab eo viſus alloquitur Demutatio
tm̄ fit nominum: nihil tamen de cōfeſſione deceſ
ſit. Virū em̄ licet conſpectum: abraham deum ta
men adorauit: ſacramentum .ſ. futurę corporatio
nis agnoſcens. Nec tamen tantę fidei teſtimonio
caruit: domino in euangelio dicēte. Abraham pa
ter veſter lętabat̄ vt videret diem meū: & vidit &
gauiſus eſt. Vir ergo conſpectus rediturum ſe tpe
eodem pollicetur. Contuere reſponſionis effectū.
memēto tamē virū eſſe qui ſpondeat. Quid ergo
ſcriptura dicit? Et dominus viſitauit Sarrā. Vir er
go iſte dominus eſt: de quo ſcriptura dicit efficiēs
qꝫ ſpopōdit. Quid autē ſequit̄? Et fecit deꝰ Sarrę
ſicut locutus eſt. Vir in loquēdo nūcupatus. dn̄s ī
viſitatione ſignificatus: deus prędicat̄ in facto. Lo
cutū certe virū nō ignoras qui abrahę & viſus eſt
& locutꝰ. Deū quo mō ignorabis: ſcriptura eadē
quę virū dixerat: deū cōfitente? Ipſa .n. dixit Et cō-
cepit & peperit ſarra abrahę filiū in ſenectute ſua
in tpe: ſicut locutus eſt: illi dominꝰ. Sed vir vētu
rū ſe locutꝰ eſt. Virū crede tm̄: niſi q venit: & deꝰ
& dominus eſt. Cauſam compara. Vir certe ob id
venit: vt ſarra & concipiat & pariat: fidē diſce. Do
minꝰ & deus ob hoc venit vt ſarra & cōciperet &
pareret. In poteſtate dei vir locutꝰ eſt & in effectu
dei deꝰ pręſtitit. Ita ſe deum: & loquēdo & facien-
do ſignificat. Viris deinde cōſpectis tribꝰ: duo ab
eūt: ſed qui reſidet: & dominus & deꝰ eſt. Neqꝫ ſo
lum dominus & deus eſt: ſed & iudex eſt. Stās .n.
ante dominū abrahā dixit. Nullo modo tu facies
hoc verbum: occidere iuſtū cū impio: & erit iuſtꝰ
ſicut impiꝰ. Nequāq̄ qui iudicas omnem terram
facies hoc iudiciū. Toto igitur ſermone ſuo abra-
ham fidem ob quā iuſtificatꝰ eſt docet. Dominū

ſuū ex tribus agnitū: & ſolū adoratū: & deum cō-
feſſus eſt & iudicem. Ac ne forte exiſtimes in vniꝰ
cōfeſſione: triū omniū virorum qui ſimul videbāt̄
honorem cōtineri: cōtuere quid cōſpectis duobꝰ
qui diſceſſerāt: Loth dixerit. Et vidit loth & ſurre-
xit in obuiam illis: & adorauit in faciem in terra: &
dixit: Ecce domini: diuertite in domū pueri veſtri
Hic pluralem retinuit ſignificationem ſimplex vi
ſio āgelorū: illic ſingularem honorem patriarchæ
fides cōfitetur. Hic diuinę ſcripturæ hiſtoria du-
os de tribꝰ angelos fuiſſe ſignificat. Illic dominū
& deū pdicat. Ait enim. Et dixit dominꝰ ad abra-
hā. Quare riſit ſarra dicēs. Ego vero paritura ſum
ego autē quę iā ſenui? Nūquid īpoſſibile ē a domi
no verbū? In tpe hoc reuertar ad te in futurum: &
erit ſarrę filiꝰ. Tenet ergo ſcriptura ordinē verita-
tis: nec pluralem ſignificationem in eo qui & deꝰ
& dn̄s agnoſcebat̄ admiſcens: neqꝫ āgelis duobꝰ
honorē qui deo tm̄ fuerat delatus: īpertiēs. Loth q
dē dominos dicit: ſed ſcriptura āgelos nuncupat.
Illic hoīs officiū eſt: iſtic confeſſio veritatis. Dehīc
adeſt in ſodomā & gomorram iuſti poena iudicii.
Et quid tādē momenti in eo eſt? Dominꝰ ſulphur
& ignē pluit a domino: vt dn̄s a dn̄o: Ita non diſ-
creuit naturę noīe: quos ſignificatione diſtīxerat.
Legimus nāqꝫ in euangelio. Pater nō iudicat quē
q̄: ſed oē iudiciū dedit filio. Dedit ergo dn̄s: quod
dn̄s accepit a dn̄o. Sed qui accepiſti in dn̄o & dn̄o
iudicis cognitionē: cognoīs eiuſdē ī deo & deo co
gnoſce cōfeſſionē vel cōſortiū. Iacob diſcedens ob
metū fratris ſui ſomniās viderat ſcalā fūdatā ī ter
ra & contingētē cęlū: & per eā aſcēdētes & deſcē-
dētes angelos dei & dominū incumbētē ſuper eā
ſibiqꝫ omnes benedictiones quas abrahæ & iſaac
dederat: impertiātem. Ad hunc poſtea talis dei ſer
mo eſt. Dixit autem deus ad iacob. Surgens aſcen
de in locum betel: & habita ibi: & fac ibi altare deo
qui apparuit tibi cū fugeres a facie fratris tui. De-
us honorē deo poſtulat et poſtulat cū alteriꝰ ſigni
ficatione pſonę. Qui igt apparuit tibi cū fugeres:
Nequa perſonę eiuſdem confuſio naſceretur. De
us ergo qui loquitur dicitur: & de quo loquit̄: ho-
noris confeſſio naturæ nomine nō diſcernit: quos
ſignificatio ſubſiſtentes eſſe diſtinguit. Et huic q-
dem loco quędam meminimus ad pleniorem ab-
ſolutionem neceſſaria. Sed ſecundū ppōnis ordi-

nem reſponſionis quoq; ordo retinendus eſt. Itaq; quę ei reliqua ſunt: in libro altero ſuo loco exequemur. Tantū hoc nūc in deo qui honorē deo poſtulat: demōſtrandū fuit: angelum dei qui cū agar locutus eſſet: & deū eſſe & dominū. Cum iiſdē de rebus ad abrahā locutus ipſe ſit: & virū qui abrahę viſus eſt: & deū eſſe & dominū. Angelos autē duos & cū dño viſos & ab eo ad Loth miſſos: nihil aliud a ꝓpheta niſi angelos prędicatos. Nō ſolū autē ad abrahā in viro deus affuit: ſed etiā ad Iacob in homine deꝰ venit. Neq; ſolū venit: ſed luctatꝰ oſtenditur. Neq; tantūmō luctatꝰ: ſed etiā aduerſus eū cū quo luctabaẗ: infirmus. Nūc de luctæ ſacramēto neq; eſt in tempore neq; in materia aliqd tractare. Deꝰ certe ē: quia iacob aduerſus deū inualuit: & iſrael deū vidit. Videamꝰ autē an etiam alibi præterq̄ ad agar hic angelꝰ dei deꝰ eſſe ſit cognitus. Cognitus plane ē. Neq; ſolū deꝰ: ſed etiā deꝰ abraham & deus iſaac & deus iacob repertꝰ. Angelus eñ dñi moyſi de rubo apparuit: dñs de rubo loquiẗ: vocem eiꝰ ītelligēdā exiſtimas: vtrū eius qui viſus ē: an alicuius alterius? Hic mēdacii locꝰ nullus ē. Ait enim ſcriptura. Apparuit autē illi angelꝰ dñi ī flāma ignis de rubo. Et rurſū. Vocauit eū dñs de rubo. Moyſes moyſes. Et reſpondit. Quid eſt. Et dixit dominꝰ. Ne acceſſeris huc: ſolue calciamentum de pedibus tuis: locus eñ in quo ſtas: terra ſancta ē. Et dixit ei. Ego ſum deus abraham: & deus iſaac & deus iacob. Qui apparuit in rubo: de rubo loquiẗ: & viſionis locꝰ vnus & vocis eſt: neq; alius q̄ qui eſt viſus: audiẗ. Quia angelus dei eſt cum videtur: idem rurſum cū audiẗ: ē dominus. Ipſe vero qui auditur dominus: deus eſt. Deinde abrahę iſaac & iacob deus eſſe cognoſcitur. Cum angelus dei diciẗ: nō ꝓprius ſibi ac ſolitarius eſſe monſtratur Etenim dei angelus: cum dominus & deus nuncupatur in honore naturę ſuę & nominę prędicatur. Habes ergo angelum qui de rubo apparuit: & dominum & deum. Percurre adhuc moyſi teſtimonia: & intellige an occaſionem aliquam prædicandi deū & dominū negligat. Tenes nēpe ex dictis eius. Audi iſrael dominus deus tuus vnus eſt. Tene nūc diuinę illius cantionis dicta: Ait nāq;. Videte videte: quoniā ego ſum dominus: & non ē deus præter me. Et cū omnis ſermo dei ex perſona dei vſq; ad finem cantionis fuiſſet ait. Lętamini cęli ſimul cū eo: & adorent eū omnes filii dei. Lętamini gentes cum plæbe eius: & honorificent eum omnes āgeli dei. Honorificandus eſt a dei angelis deus dicens. Quoniam ego ſum dominus & non eſt deus præter me. Eſt enim vnigenitus deus: Neq; conſortem vnigeniti nomen admittit. Sicut non recipit innaſcibilis: ī eo tm̄ q̄ ē inaſcibilis ꝑcipē. Eſt ergo vnꝰ ab vno. Neq; ꝑter inaſcibilē deū deꝰ inaſcibilis aliꝰ eſt. Neq; ꝑter vnigenitū deū vnigenitus deꝰ q̄ſq̄ eſt. Vterq; itaq; vnus & ſolus eſt. Proprietate videlicet in vnoquoq; & innaſcibilitatis & originis. Ac ſic vterq; deus vnus eſt. Cum inter vnum & vnum ideſt ex vno vnū: diuinitatis ęternę non ſit ſecunda natura. Adorandus eſt ergo a filiis dei: & honorificandus ab angelis dei. Ita & honor & veneratio deo a dei filiis & angelis poſtulatur. Significationem honorandi & eius per cuius eſt honorandus: ītellige. ſ. per angelos & filios dei: deꝰ. Ac ne forte honorem dei nō naturalis & exiſtimes poſtulari: & arbitreris hoc in loco moyſen de honorādo deo patre ſenſiſſe: cum tamen pater ſit honorādus in filio tamen benedictionem quam ſub eodē ſermone ad ioſeph diſponit aduerte. Ait enim. Et quę accepta ſunt ei qui apparuit in rubo: veniant ſuper caput ioſeph & verticem. Adorandus ergo a dei filiis deus eſt. Sed deus qui & filius dei eſt. Honorādus autem a dei angelis deus ē: ſed deus qui dei angelus eſt. Qui de rubo apparuit dei angelus deus: & quę ei complacita ſunt ioſeph cum benedicetur optantur. Non ideo non deus q̄a angelus dei eſt Neq; rurſum angelus dei nō idcirco quia deus eſt. Sed ſignificata perſonarum intelligentia: & diſtinctio inaſcibilitatis natiuitatiſq; ſenſu ac manifeſtata ſacramētorum cęleſtium diſpenſatione: nō ſolitariū deum docuit opinādum: cum angelum & filium dei deum dei angeli & filii adorabunt. Et hęc quidem de moyſi libris reſpōſa a nobis ſint: vel potiꝰ moyſes ipſe reſponderit: q̄a eo heretici auctore vſi ſuper vnıꝰ dei cōfeſſionē putent perſuaderi poſſe: ne deus eſſe dei filius prædicetur: contra auctoris ſui teſtimoniū impii. Quādo ille vnum deum confitens non diſtiterit de dei filio docere ꝙ deus eſt. Sed cōſequens eſt multi

plices de eodem prophetarum ſentẽtias proferre.
Tenes dictũ. Audi iſrael. Dominꝰ deus tuus: vnꝰ
eſt. Atq; vtinam recte tenẽres. Sed ſecundũ ſenſũ
tuũ dicti ꝓphetici quęro rõnẽ. Ait.n.ĩ pſalmis. Vn
xit te deꝰ deus tuꝰ. Diſcerne ad legentis ĩtelligẽti
am: vnctũ & vngẽtẽ. Diſtĩgue te & tuus: ad quẽ
& de quo ſit ſmo: demõſtra. Superioribꝰ.n.dictis
is cõfeſſionis ordo ſubiectꝰ ẽ. Dixerat nãq;. Sedes
tua deus in ſęculũ ſęculi virga directionis tuę vir-
ga regni tui: dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatem
Nũc quoq; his adiecit. Propterea vnxit te deꝰ, de
us tuus. Deus ergo regni ęterni ob meritũ dilectę
iuſtitię & peroſę iniquitatis: a deo ſuo vnctꝰ ẽ. Nũ
quid intelligẽtiã noſtram aliqua ſaltẽ noĩm inter-
ualla cõfũdunt? Nã diſcretio tñ pſonę in te & tuꝰ
poſita eſt. In nullo tñ naturę diſtincta cõfeſſione.
Tuꝰ.n. relatus ẽ ad auctorẽ: te [illegible] ad eiꝰ qui ex
auctore eſt: ſignificationẽ. Eſt.n. deus ex deo pro-
pheta eodẽ ordine cõfitẽte. Vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ.
Non eſt autẽ ante inaſcibilẽ deũ deus vllꝰ: ipſo di
cẽte. Eſtote mihi teſtes & ego teſtis dicit dominꝰ
deꝰ: & puer meꝰ quẽ elegi: vt ſciatis & credatis &
intelligatis quoniã ego ſum: & ante me nõ ẽ alius
deus & poſt me nõ erit. Eius igiẽ qui ſine natiuita
te eſt demonſtrata eſt dignitas: & eiꝰ qui ex ĩnaſci
bili ẽ honor cõſeruatus eſt: vnxit te deus deꝰ tuꝰ.
Id.n.qd ait tuꝰ: ad natiuitatẽ referẽ. Cęterũ nõ pi
mit naturã Et idcirco deus eius eſt: quia ex deo na
tꝰ ĩ deũ ẽ. Nõ tñ ꝑ id ꝙ pater deꝰ ẽ: nõ & filiꝰ deꝰ
eſt. Vnxit.n. te deus deꝰ tuꝰ: deſignata videlicet
& auctoris ſui & ex ꝙ geniti ſignificatiõe: vno eo
dẽq; dicto vtrũq; illũ in naturę eiuſdẽ & dignita-
tis nũcupatione conſtituit. Verũ ne forte ex eo ar
ripi ĩpię aſſertionis poſſit occaſio: ꝙ dictũ eſt. Q m̃
ego ſum: & añ me nõ eſt deꝰ: & poſt me nõ erit: tã
ꝗ ꝑ id nõ & filiꝰ deꝰ ſit: q poſt dm̃ añ quẽ deꝰ nul
lus ſit: nullꝰ quoq; poſtea deꝰ futurꝰ ſit: totius ob
id dicti ratio tractanda eſt. Deꝰ ipſe ſermonis ſui
teſtis eſt. Sed puer eius electus vna cũ eo teſtis eſt.
Deũ ante ſe nõ eſſe neq; poſt ſe futurũ. Sufficiens
qdẽ ſibi ipſe teſtis eſt: ſed teſtimonio de ſe ſuo teſti
moniũ pueri quẽ elegit admiſcuit. Vnũ ergo du
um teſtimoniũ ẽ: nullũ ante ſe deũ eſſe: ex eo enim
oĩa ſũt: neq; poſt ſe deũ futurũ. Non vtiq; ex ſe nõ
fuiſſe. Erat enim iã puer in teſtimonio patris hæc
loquẽs. Puer in tribu ex qua gigni habebat electꝰ

Id ipſum ita in euangeliis demonſtrat. Ecce puer
meꝰ quẽ elegi: dilectus meꝰ: in quo cõplacuit ani
mę meę. Nõ eſt ergo ante me alius deꝰ: & poſt me
non erit. Aeternę videlicet & indemutabilis vir-
tutis infinitatem: in eo ꝙ antea & poſtea deus prę
ter ſe ſit nullus: oſtendens: puero tamẽ ſuo vt ĩ te-
ſtimonio ſuo: ita & in nomine collocato. Et hoc ip
ſum promptũ eſt ex perſona ipſius diſcere. Ait.n.
ad oſeã ꝓpheten. Nõ apponã adhuc vt miſerear
domui iſrael: ſed.n. aduerſãs aduerſabor illis: filio
rum autẽ iuda miſerebor: & ſaluos faciã illos ĩ do
mino deo ipſorum. Ergo abſolute pater deũ filiũ
nuncupat: in quo & elegit nos ante tempora ſecu
laria. Illorũ idcirco ait: qa deꝰ inaſcibilis a nullo eſt
Noſq; filio ĩ hęreditatẽ a deo patre donamur. Legi
mꝰ nãq;. Poſce a me: & dabo gẽtes tibi ĩ hęredita-
tem tuam. Deo.n. ex quo omnia ſunt: deus nul-
lus ẽ: q ſine initio ęternꝰ ẽ. Filio autẽ deꝰ pater eſt:
ex eo.n. deꝰ natꝰ ẽ. Nobis autẽ & deꝰ pater ẽ: & fi
liꝰ deus eſt. patre de filio cõfitẽte: ꝙ deꝰ noſter ſit
filio de patre docente: ꝙ deus nobis ſit. Deo tamẽ
filio a patre ideſt ipſo innaſcibili virtutis ſuę nomi
ne nuncupato. Et hęc qdẽ ad oſeã. Per Eſaiã autẽ
ꝗ abſoluta dei patris de domino noſtro ꝓfeſſio ẽ.
Ait nãq;. Q m̃ ſic dicit dñs deꝰ ſanctus iſrael: qui
fecit quę vẽtura ſunt. Interrogate me de filiis ve-
ſtris & de filiabꝰ: & de operibꝰ manuũ mearũ mã
date mihi. Ego.n. feci terrã & hoĩem ſup eã: Ego
oĩbꝰ ſideribꝰ ꝓcepi lucere. Ego ſuſcitaui regẽ cũ
iuſtitia: & oẽs vię eius rectę: hic edificabit ciuitatẽ
meã: & captiuitatẽ plebis meę cõuertet. Nõ cũ ꝓ
mio neq; cũ muneribꝰ dicit dñs ſabaoth. Labora-
uit ęgyptꝰ & mercatꝰ ęthiopũ & ſabaĩ viri excelſi
ad te trãſibũt: & tui erũt ſui: & pꝰ te ſequẽẽ alliga
ti vĩculis & adorabũt te: & ĩ te dep̃cabũt: qm̃ ĩ te ẽ
deꝰ: & nõ deꝰ p̃ter te. Tu eñ es deꝰ & neſciebamꝰ
Deꝰ iſrael ſaluator erubeſcẽt & pudebũt oẽs q ad
uerſanẽ ei: & ibũt cõfuſione. Eſtne adhuc aliqs te
meritatis locus? aut vlla relicta ẽ ignorationis oc-
caſio: niſi id tñ reliquũ ſit: vt ĩpietas ꝓfeſſa ſe pro
dat? Deꝰ ex quo oĩa ſũt: q oĩa mãdãdo fecit: facti
opa ſibi aſſumẽs nõ vtiq; efficiẽda: niſi dixiſſet vt
fierẽt: teſtaẽ regẽ ꝑ ſe excitatũ iuſtũ & ędificãtẽ ſi
bi domino ciuitatẽ: & plębis captiuitatem auertẽ
tem: non cum pręmio neq; cũ muneribus: gra-
tia eñ oẽs ſaluamur. Deinde ita loquiẽ: cũ poſt

laborem ęgypti ideſt ſęculi captiuitatem & mer-
catus ęthiopum & ſabain viri excelſi ad eũ tranſi-
bũt. Et q̃ tãdem exiſtimandus labor ęgypti & mer
catus ęthiopum & ſabain? recordemur oriẽtis ma
gos adorãtes dominũ munerantes & laborẽ veni
endi vſq; in bethleem iudę tãti itineris metiamur
In principio eñ labore totius ęgypti: ſęculi labor
demonſtrat⁹ eſt. Magis nãq; diuinæ virtutis opa
tiones falſa rerũ ſpecie metientibu s potiſſim⁹ im
pię religionis honor: a ſęculo. ſ. omni deferebat̃. Iiſ
dẽ magis ex mercatu ęthiopũ & ſabain auri & thu
ris & mirrhę munera deferẽtib⁹: quod quidẽ id ip
ſũ & ali⁹ ꝓpheta pręmonuit dicẽs. In cõſpectu ei⁹
ꝓcidẽt ęthiopes & inimici ei⁹ limũ lingẽt. Reges
tarſis munera offerẽt: & ſabain munera adducent
& dabit̃ ei de auro arabię. In magis itaq; & mune-
rib⁹ labor ęgypti & mercatus ęthiopum & ſabain
oſtẽdit̃ ſęculi & mũdi error magis adorantibus &
electa gẽtiũ munera adorato ab iis dño oblata Ex
celſi autẽ viri qui ad eũ tranſituri ſũt: atq; eũ vin-
cti ſequent̃: qui tãdẽ iſti ſũt: nõ in obſcuro eſt. Re-
ſpice ad euangelia. Petrus dominũ ſuũ ſecuturus
ꝓcingit̃. Intuere apoſtolos. Seru⁹ chriſti paulus ĩ
vinclis gloriatur: & videam⁹ an vinctus chriſti le
ſu ea quę de⁹ de filio ſuo deo fuerat locut⁹: imple
uerit. Precabuntur inq̃t q̃m in te eſt de⁹. Dictũ ita
q; ab apoſtolo recognoſce: & recognitũ intellige.
De⁹ in chriſto erat mũdũ reconcilians ſibi. De hĩc
ſequit̃ Et nõ ẽ deus pręter te. Quib⁹ cõtinuo idẽ
apoſtolus ait. Vn⁹ eſt eñ dñs noſter Ieſus chriſt⁹
ꝑ quẽ oĩa. Et null⁹ pręter eũ videt̃ alius eſſe q̃ vn⁹
eſt. Tertio quoq; ait. Tu es de⁹ & neſciebam⁹ Sed
ex perſecutore factus doctor eccleſię dixit. Quo-
rum patres ex quib⁹ chriſtus: qui eſt ſuper omnia
deus. Hi igit̃ vincti hęc prędicarunt. Excelſi vide
licet & in duodecim thronis iudicaturi tribus iſra
el: & dominũ ſuum doctrinæ & paſſionis ſuę mar
tyrio ſecuturi. Deus ergo in deo eſt: & in quo ẽ de
us: deus eſt. Et quomodo non deus pręter te: cum
in eodem deus ſit? Vſurpas o hęretice ad confeſſi
onem ſolitarii dei patris: non eſt deus pręter me:
Quomodo ex prędicatione dei patris dicẽtis: nõ
eſt deus præter te dictum interpretaberis: ſi per id
quod dictum eſt Non eſt de⁹: præter me: affirma
re contendis: ne dei filius deus ſit? Et cui ergo de⁹
dixerit non eſt deus præter te: Subiicere enim hię
tibi perſonam ſolitarii non licebit. Dominus non
dixit regi quem excitauit ex perſona virorum ex-
celſorum adorantiũ & deprecantium: quoniam ĩ
te ẽ deus. Solitarium res iſta non recipit. In te enĩ
pręſentẽ: veluti ad quẽ ſit ſermo ſignificat. Quod
autem ſequitur: in te ẽ deus: non ſolum eum qui
pręſens eſt: ſed etiam eum qui maneat in pręſenti
demonſtrat: habitantem ab eo in quo habitat diſ
cernens: perſonę tantũ diſtinctione non generis.
Deus. n. in eo eſt: & in quo eſt deus: deus eſt. Nõ
enim deus in diuerſę atq; alienę a ſe naturę habita
culo eſt: ſed in ſuo atq; ex ſe genito manet deus in
deo: quia deus ex deo eſt. Tu es enim deus & neſci
ebam⁹: deus iſrael ſaluator. Negantem te deum
in deo ſequens ſermo confutat. Ait enim. Erube-
ſcent & pudebit oẽs qui aduerſantur ei: & ibunt
cum confuſione Decretum hoc in impietatẽ tuã
dei eſt. Aduerſaris enim chriſto de quo te ꝓfeſſio
paternę vocis obiurgat. Deus eſt enim quem eſſe
tu deum negas. Denegas vero ſub ſpecie honoris
dei dicentis. Non ẽ ali⁹ de⁹ pręter me. Sed confũ
dere & erubeſce. Non eget delato a te honore ina
ſcibilis deus. Gloriã hanc a te ſolitudinis ſuę non
poſtulat. Non deſiderat hanc opinionis tuę intel
ligentiam. Vt ob hoc q; dixerit: non eſt deus pręter me: eum quẽ ex ſe genuit deũ abneges. Ac ne
ſibi hoc ad diuinitatem filii deſtruendã peculiare
deferres vnigeniti ſui gloriam honore perfectę di
uinitatis impleuit dicens. Et non eſt deus præter
te. Quid exæquata diſcriminas? Quid compara-
ta diſcernis? Propriũ dei filio eſt ne præter eũ deus
ſit. Proprium deo patri eſt: ne abſq; eo deus quiſq̃
ſit. Verbis dei: de deo vtere. Confitere ita & preca
te regẽ: quoniã in te eſt de⁹: & nõ ẽ de⁹ pręter te:
tu enim es deus & neſciebamus: deus iſrael ſalua-
tor. Caret contumelia honoris officiũ. Neq; offẽ
ſionem habet cõfeſſionis exemplum. Maxime cũ
aduerſario eius plena confeſſionis ſit & pudoris:
Immorare dei verbis: confitere dei vocibus: & fu
ge confuſionis denũciationẽ. Deũ eñ dei filiũ ab
negando: nõ tã deũ tãq̃ ſolitario glorię honore ve
neraberis: q̃ patrẽ filii ĩ honoratione cõtẽnis. Ho-
noris fidẽ innaſcibili deo confitere: q; præter eum
deus nullus ſit. Vnigenito deo prædica q; abſq;
eo deus non ſit. Audi eñ pręter moyſen & Eſaiã
tum tertio id ipſum quoq; & Hieremiã docẽtẽ cũ

dicit. Hic deꝰ noſter ē: & nō deputabit alter ad eū
Qui inuenit oēm viā diſciplinę: & dedit eā iacob
puero ſuo & iſrael dilecto ſuo. Poſt hęc ſupra terrā
viſus ē: & inter hoīes cōuerſatus ē. Dixerat eīm iā
ſuperius. Et hō ē: & qs cognoſcet eū? Habes ergo
deū in terra viſum: & inter hoīes cōuerſatū. Et re-
quiro quo modo ītelligendū exiſtimes: deū nēo vi
dit vnq̄: niſi vnigenitꝰ filius qui eſt in ſinu patris
eū hieremias deū prędicet qui & viſus in terris eſt
& inter hoīes cōuerſatus ē? Pater certe nō niſi filio
viſibilis ē? Quis ergo iſte ē: qui viſus ē & cōuerſa-
tus ē inter hoīes? deus certe noſter ē & viſibilis in
homine: & contrectabilis deꝰ: & ꝓphetā loquētē
intellige. Nō deputabit alter ad eū. Si quęris quo
modo: audi quę ſequūt: ne per id nō & patri ꝓpri
um eſſe exiſtimes quod dictū eſt. Audi iſrael. Do-
minꝰ deꝰ tuꝰ: vnꝰ eſt. Hęc enim ſibi coherēt. Nō
deputabit alter ad eū: qui īuenit omnē viam ſcien
tię: & dedit eā iacob puero ſuo & iſrael dilecto ſuo
Poſt hoc ſupra terram viſus ē: & inter hoīes cōuer
ſatus ē. Vnus ē enim mediator dei & hominū de-
us & hō. Et ī legis latione: & in corporis aſſūptiōe
mediator. Alius igitur ad eū nō deputabit. Vnꝰ
eſt eīm hic in deū ex deo natus: ꝑ quē creata ſūt oīa
in cęlo & in terra ꝑ quē tēpora & ſęcula facta ſunt.
Totum eīm quicquid eſt: ex eius operatione ſub-
ſiſtit. Hic ergo vnus eſt diſponēs ad abraham lo-
quens ad moyſen: teſtās ad iſrael: manēs in ꝓphe-
tis: ꝑ virginē natꝰ ex ſpiritu ſancto: aduerſātes no
bis inimicaſq̄ virtutes ligno paſſiōis affigēs: mor
tem in inferno ꝑimēs: ſpei noſtrę fidē reſurectiōe
cōfirmās: corruptionē carnis humanę gloria cor-
poris ſui ꝑimēs. Ad hūc ergo nō deputabit alius.
Soli enim hęc vnigenito deo propria ſunt: & vnꝰ
hic in hāc peculiarē virtutū ſuarū beatitudinē na
tus ex deo ē. Nō alter ad eū deus deputatur. Non
eīm ex alia ſubſtantia ſed ex deo deꝰ eſt. Nihil ī eo
itaq̄ nouum: nihil extraneū: nihil recēs eſt. Cum
eīm audit iſrael: quod ſibi deus vnꝰ ſit: & filio dei
deo nō alter deꝰ deputetur: vt deus ſit: abſolute
pater deꝰ: & filiꝰ deꝰ vnū ſunt: nō vnione ꝑſonę
ſed ſubſtātię vnitate: quia filio dei deo deputari al
terū deū non ſinit propheta quod deꝰ eſt.

Explicitus eſt liber quartus.
Incipit liber quintus.

Reſpōdētes ipſis & veſanis hę-
reticorū īſtitutionibꝰ ſuperiori-
bꝰ libris nō ignoramꝰ ī eā nos
cōtradicēdi neceſſitatē dedu-
ctos fuiſſe: vt nō minꝰ pericu-
li audiētibus reſpōſio noſtra q̄
ſilentiū cōmoueret. Cū eīm vnū deū ꝓphanę aſſer
tio infidelitatis ingereret: & rurſum vnū deū reli-
gioſe negare fides ſana non poſſet: tractari de eo
nō ſine ancipitis periculi conſciētia potuit: quod
nō minꝰ impię cōfirmaret q̄ negaret. E quidē hu-
mani ſenſus opinione ineptū & rōnis alienum eſſe
hoc forte exiſtimabit vt quod irreligioſum ē nega
re: id ipſum irreligioſū ſit cōfiteri. Cū pietas cōfi-
tēdi: impietatē cōdēnet negādi. Nec rōne cōueni
at: vt vtiliter affirmet quod vtiliter deſtruat. Sed
ad diuinę ſapiētię ītelligētiā humanꝰ ſenſus īpru
dens & ſm cęleſtē prudētiā ſtultus iuxta infirmi-
tates ſuas ſentit: & iuxta ībecillitatē naturę ſuę ſa
pit. Stultꝰ ſibi futurꝰ vt deo ſapiat. ſ. vt ſenſus ſui
inopiā intelligēs: & dei ſapiētiā cōſectās: nō ſecun
dū ſapiētiā prudēs ſit: ſed ſm q̄ ad dm̄ ꝑficit: ſapi
at: ī dei ſapiētiā ex recognita mūdi ſtultitia trāſit
urꝰ. Cuiꝰ ſtultę ſapiētię ſēſū heretica ſubtilitas ad
fallēdi occaſionē coaptās: vnū deū ꝓfeſſa ē aucto
ritate legis euāgelliorūq̄ vſa q̄ dictū ē. Audi iſrael.
Dñs deꝰ tuꝰ vnꝰ ē. Nō ignorās q̄ rātū ī eo ſit vel
reſpōſionis ꝑiculū vl' ſilētii: & ex vtroq̄ opportu-
nitatē īpietatis expectās: vt ſi ſanctitatē dicti īfide
liter vſurpati cōniuētis taciturnitas cōfirmaret: ꝑ
id quod deꝰ vnꝰ ē: filiꝰ tū dei deꝰ nō eſſet: deo tm̄
ſicut ex vno manēte. At vero cōtradictio ꝑſump-
tę impię huiꝰ ꝓfeſſionis exiſteret: veritatē fidei e-
uāgelicę nō cōſeruaret deū vnū nō cōfeſſa reſpō-
ſio: cū fidei noſtrę ꝓfeſſio ſecūdū deū vnū ſit. Reci
deret q̄ in alterius hęreſeos impietatem deū vnū
patrē & filiū nō ꝓfeſſa cōfeſſio. Atq̄ ita ſapientia
mūdi: quę ſtultitia apud deū ē: ſpecie blāde & pe-
ſtiferę ſimplicitatis illuderet: cū hoc fidei ſuę cōſti
tueret exordiū: ī quo ſibi aut impie aſſentiremur
aut aduerſaremur: per hoc vtriuſq̄ rei periculum
dei filium deū non eſſe obtineret: quia deus vnus
ē: aut extorqueret alterius hęreſeos neceſſitatem
ſi & patrem deum & filium deum cōfitentes: vnū
deū prędicare ſecundū Sabellii opinionē īpiā exi-
ſtimaremur: & ita hoc prędicatiōis ſuę mō vnus

deꝰ aut aliū excluderet: aut per alium nō eēt: aut
tātū in nominibꝰ vnꝰ eēt. Quia & vnitas alium
neſciret: & alius nō pmitteret vnionē: & duo vnꝰ
eſſe nō poſſet. Sed nos ſapiētiā dei quę mūdo ſtul
titia eſt: cōſecuti: & ꝑ fidei dominicę ſalutarem &
ſincerā cōfeſſionē viperęę doctrinę fraudulētiā ꝑ-
dituri hūc reſpōſionis noſtrę ordinē inchoauimꝰ
qui & auditū ſibi demōſtrandę veritatis acquire-
ret: nec ſe periculo impię ꝓfeſſionis inſereret: tem
peratio inter vtrūq; moderamine: nō negātes de
um vnū: ſed eo ipſo auctore deū & deū ꝑ quē deꝰ
vnꝰ p̄dicatꝰ ē: prędicātes: & deū vnū nō per vnio
nē docētes neq; rurſum ad diuerſitatis numerum
deſecātes: neq; cōtra tātū in noībꝰ cōfitentes ſed
deū & deū repoſita & dilata adhuc plenius vnita
tis quęſtione mōſtrātes. Recte eñ vnū deū a moy
ſę prędicatū euāgelia teſtāť & ruſū fideliter ī euā
gelijs deū & deū doceri: moyſes deum vnū prędi-
cans auctor eſt. Atq; ita nō auctoritati contrari
um eſt: ſed ex auctoritate reſpōſū eſt: ne per id filiū
liceret deū negari: quia ad iſrael deꝰ vnꝰ eſt: cū cō
fitēdi dei filiū deū idē auctor eſſet: qui auctor ē dei
vniꝰ prędicādi. Sequiť itaq; ordinē quęſtionis eti
am ordo cōnexi ſibi libelli. Nam quia hęc ſequens
impij blandimēti poſita ſniā eſt: nouimꝰ deū vnū
verū: hinc quoq; ſecūdi huius libri omnis ſmo cō-
ſiſtit: an filiꝰ dei deꝰ verꝰ ſit. Nā ſine dubio ī hūc
ſe ordinē heretici ingenii ſubtilitas coaptauit: pri
mū vnū deū dicēs: deinde vnū verū deum cōfitēs
vt ꝑ id filiū dei a natura dei & veritate auerteret:
cū veritas in natura vniꝰ manēs naturalem vniꝰ
non excederet veritatē. Igitur quia ambiguitatis
locus nullus eſt: quin moyſes vnum deum prædi
cans intelligatur de dei filio ſignificaſſe: quod de-
us ſit: per ipſas illas ſignificationis ſuę auctorita-
tes recurramus: & requiramus an quem deum ſi
gnificauerit: deum quoq; verum intelligēdū do-
cuerit. Nulli autem dubium eſt veritatē ex natu-
ræ virtute eſſe: vt exempli cauſa dictū. Verum tri
ticū ē quod ſpica ſtructū & ariſtis vallatū: & folli-
culis decuſſum: & in far cōminutū: & in panē coa
ctum: & in cibum ſumptum reddiderit ex ſe & na
turam panis & munus. Itaq; quia naturę virtꝰ ꝓ-
ſtat veritatem: videamꝰ an verꝰ deꝰ ſit: quē moy
ſes deū eſſe ſignificat: de vno deo & eodem vero
deo poſtea locuturi: ne nō interpoſita ſponſione
de vnius veri dei in patre & filio ſubſiſtentis con-
firmatione: periculoſa ſuſpitio pendulæ expecta-
tionis ſolicitudinē defatiget. Creatio igitur mun
di: priuſq̄ & dei cognitio ſuſcepta eſt: filiū dei deū
eſſe ſignificans: rogo in quo tandē verū eſſe deum
deneget? Non .n. ambigitur quin ꝑ filiū oīa ſint.
Omnia nāq; ſecūdū apoſtolū ꝑ ipſum & in ipſo. Si
oīa ꝑ eum: & omnia ex nihilo: & nihil nō per eum
quęro in quo ei veritas dei deſit: cui non deſit dei
nec natura nec virtꝰ? Naturę .n. ſuę virtute vſus
eſt: vt & eſſent quę non erant: & fierēt quę place-
rent. Vidit enim deus q͂ bona ſunt. Neq; enim
aliam q̄ perſonæ ītulit lex ſignificationē: cum ait:
& dixit deus. Fiat firmamētum. Et ſubiecit rurſū.
Et fecit deus firmamētū. Cæterū nec virtutem di
ſtinxit nec naturā ſeparauit: nec nomen demuta-
uit in eo in quo tātū dicentis intelligētiam præſti
tit: vt ſignificationem efficientis afferret. Verita-
tē autem naturę atq; virtutis ſignificatio ſermoci
nantis nō adimit. Quin potius veritatem ipſam
quanta poteſt proprietate commendat. Afferre
.n. dicto efficientiam naturę eiꝰ ē quę efficiens id
poſſit pręſtare quod dicens. In quo ergo tandem
non erit verus ille qui efficit: cum verus ſit ille qui
dicit? Quando quidem dicti veritatem facti veri-
tas cōſequatur. Deus eſt qui dixit: deus eſt qui fe-
cit. Si in dicto veritas eſt: quęro cur negetur in fa-
cto? niſi forte hic dicendo verus ſit: & nō ſit verus
iſte faciendo. Habemꝰ itaq; in filio dei deo naturę
veritatem. Deus eſt: creator eſt: dei filius eſt: po-
teſt oīa parum eſt vt qd̓ vult poſſit: quia ſemper
voluntas virtutis eſt: Quinetiam id qd̓ ſibi dicit
poteſt. Perfectę enim poteſtatis eſt: hoc naturam
poſſe facientis quod poſſit ſignificare ſermo dicen
tis. Atq; ita cum quicquid dici poteſt: id ipſum &
effici poſſit: tenet veritatis naturā ea quæ dictis
exequať operatio. Nō ē itaq; dei filiꝰ deꝰ falſus nec
deꝰ adoptiuꝰ: nec deꝰ nūcupatiuꝰ: ſed deꝰ verꝰ.
Et nō neceſſe ē aliqd e diuerſo demōſtrare: ꝑ quod
nō ſit verꝰ deꝰ. Mihi .n. ſufficit in eo dei nomē at-
q; natura. Deꝰ .n. ē ꝑ quē facta ſūt oīa. Hoc mihi
de eo creatio mundi locuta eſt. Exequať deꝰ deo
nomine: exequatur veritati veritas opere. Vt ſi-
gnificatio eſt dei potentis in dicto: ita intelligen-
tia eſt dei potentis in facto. Et poſt hęc quęro in
patris & filii cōfeſſione qua auctoritate naturę ve

ritas vel diuinitas denegetur: quã & virtus nomi nis & nomẽ virtutis impleuit: Meminiſſe ãt legẽ tẽ oportet nõ me inmemorẽ aut diffidẽtẽ earũ quę obiici ſoleãt queſtionũ: de iis nũc tacere. Neq̃ .n. hoc quod dici ſolet. Pater maior me ẽ & cętera hu iuſmodi ſimilia: aut ignorant aut nõ intelligunt: vt non per hęc ipſa veri dei in filio natura doceat. Sed ordinẽ reſpõſionis noſtrę eũ eſſe conuenit qui erat ꝑpoſitionis aduerſę vt veſtigia impię inſtitu tionis greſſus hic pię prędicationis inculcãs: ipſa illa prima euadẽtis in hoc ꝓphanũ irreligioſumq̃ iter fallacię doctrinę ſigna deleret. Dilatis igit at q̃ i poſtremũ reſeruatis euãgelicis atq̃ apoſtoli cis ꝑconiis oĩs iterim nobis de lege & ꝓphẽtis ad uerſus impios pugna fit: emẽritam eorũ atq̃ falla cẽ peruerſitatem his ipſis interim quibus fallere ten tãt dictis coarguentibus. Neq̃ .n. aliter veritas in telligi poteſt q̃ ſi falſa ea eẽ quę veritati obiecta ſũt detegãtur. Et hoc quidẽ mentiẽdũ abſolutiore de decore ſi mendacia ipſa ꝑficiãt veritati. Et quidẽ ſenſu humanę opinionis cõmune iudiciũ eſt ne quaq̃ veris falſa ſociari: neq̃ hęc rerũ genera mu tuo ſibi aſſenſu cõtineri: quia per generis differen tiã aduerſante natura nũq̃ diffidẽtia coeãt: nec di uerſa cõſentiãt: nec ſibi iuicẽ aliena cõmunia ſint Quę cũ ita ſint: interrogo inter verũ & falſũ deũ quomodo hoc dictũ intelligat. Faciam⁹ hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Verba ſenſum enũciãt. Senſus rationis eſt mot⁹. Rationis motũ veritas incitat. Ex verbis igit ſenſum ſequamur: & ex ſenſu rationẽ intelligam⁹: & ex rõne verita tẽ apprehẽdam⁹. Cum .n. dicitur: Faciam⁹ hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Quęro in quo nõ ſm eũ verus ſit qui ſibi dicat. Nã ſine dubio di ctũ hoc ex affectu ſenſuq̃ dicẽtis ẽ. Ergo qui dicit faciam⁹: ſignificat ſecũ ad faciẽdũ nõ diſſentiẽtẽ nõ alienũ nõ infirmũ: ſed qui potẽs ſit ad id vnde eſt ſmo: faciẽdũ. Hoc ergo ſine dubio ſenſiſſe q̃ log tur: quia id locutus ẽ: intelligẽdus eſt. Vt plenior aũt naturę atq̃ operationis veritas doceret: qui ſenſum ſuũ per verba eloquebat: ſenſus quoq̃ rõ nẽ ex natura cũ veritate ſubiecit dicẽs. Ad ima. & ſi. no. Vbi ẽ hic falſus de⁹: cui ver⁹ de⁹ dicit. Ad ima. & ſi. n. Nõ habet vnionẽ nõ habet diuerſita tẽ nõ habet diſcretionẽ. Nõ .n. ad cõmunẽ ſit ſm veritatẽ ſmonis imaginẽ. Cõmunio autẽ falſo ve q̃ rõnõ conuenit. De⁹ q̃ loquit ad deũ loquit. Ad patris & filii imaginẽ hõ cõditur. Nomen nõ diſ crepat: natura non differt. Vna .n. eſt imaginis ad quã hõ creatus ẽ ſpẽs. Et inter hęc veritas ſibi de perit: manẽte inter vtrunq̃ & facti cõmunione & cõmunis imaginis veritate. Nõdũ abſoluẽdę hu ius queſtionis mihi tẽpus eſt. poſterius .n. demon ſtrabim⁹ in quã imaginẽ dei patris & dei filii ho mo cõditus ſit. Nũc interim hoc tenem⁹. An iſte ver⁹ de⁹ nõ ſit cui verus deus dixerit. Faciamus hominem ad ima. & ſi. n. Diſcerne ſi quid potes in hac imaginis cõmunione verũ atq̃ falſũ. Et here tico furore hęc indeſecabilia decide. Vnũ .n. ſunt ad quorũ imaginis & ſimilitudinis vnũ eſt hõ fa ct⁹ exẽplũ. Sed ſequamur ordinẽ lectionis: vt ve ritas ſibi cohęrens nõ demutet offendiculo falſita tis. Et fecit deus hominẽ: ad imaginẽ dei fecit eũ. Imago communis eſt: deus ad imaginẽ dei homi nẽ fecit. Qui verũ deũ filiũ dei denegat: quęro ad cui⁹ dei imaginẽ a deo factum hoĩem intelligat? Meminerit tñ ſemp per filiũ oĩa. Sed forte hereti ca intelligẽtia operationẽ ſibi dei patris coaptet. Si igit ad imaginẽ dei patris p filiũ deũ hõ cõdit: condit quoq̃ ad imaginẽ filii. Quia nemo filio di ctũ denegat: ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Tenuit ergo ſmo diuin⁹ rõnẽ veritatis in dictis quã opus explebat in factis: vt hoĩem ad imaginẽ dei de⁹ figuram: vt deũ ſignificaret: nec veritatẽ deo adimeret: cũ et in cõione imaginis eẽt de⁹ ve rus q̃ in opere efficiẽdo itelligebat dei fili⁹. O de ſperatę mẽtis furor pdite! o ſtulta cęcę impietatis temeritas! Audis deũ & deũ: audis imaginem no ſtrã: quid tu ſubiicis verũ & nõ verũ? Quid iſeris naturalẽ atq̃ falſũ? Quid ſub religionis noĩe reli gionẽ euertis? Quid p vnũ deũ & vnũ verũ deũ tẽ tas: ne de⁹ ver⁹ vn⁹ ſit? Nõdũ veſanos ſpirit⁹ tu os dictis euãgelicis atq̃ apoſtolicis ſuffoco: in qui b⁹ pater & fili⁹ nõ pſona ſed natura vn⁹ & verus de⁹ vterq̃ eſt. Interim te lex ſola necat. Nũquid ait deũ verũ & nõ deũ verũ? Nũquid aliter i vtro q̃ pterq̃ naturę nomine vſa eſt? Deũ & deũ dixit: quę dixit deũ vnũ. Sed quid tñ dixiſſe dico? Deũ verũ & deũ verũ p veritatem imaginis pdicauit. Vna eſt i nũcupatione primũ naturę noĩe: vtriſ dei ceps in genere veritate naturę. Cum .n. qui fit: ſe cũdũ imaginẽ creatur vtriuſq̃: non poteſt ex vtro

ꝙ conſiſtere qđ vterq̧ deus verus ſit. Sed perga-
mus etiā nunc eo pdicationis noſtræ itinere: quo
lex ſancta de deo docuit. Angelus dei ad agar lo-
quitur: & idem angelus deus eſt. Sed forte idcirco
nō deus verus eſt quia angelus dei eſt. Inferioris
enī naturę videt hoc nomē: & vbi nūcupatio eſt
generis alieni: ibi exiſtimatur veritas eiuſdē gene
ris non ineſſe. Et quidem iam ſuperior liber inani
tatem huius q̄onis oſtendit. In angelo enim offi-
cii potius q̄ naturę intelligentia eſt. Et pſalmiſta
mihi teſtis eſt dicens. Qui facit angelos ſuos ſpi-
ritus: & miniſtros ſuos ignem vrentem: Vrens
autem ignis: illi miniſtri eius ſunt: ſui autem ſpi
ritus angeli eius ſunt. Per hęc enim nunciorum
qui angeli nuncupātur: ac miniſtrorū: oſtenditur
vel natura vel virtus. Fit ergo hic ſpiritus angel⁹
vel hic ignis vrens: miniſter dei. Et hęc natura eo-
rum accipit nūcii & miniſtri offm̄. Volens igitur
lex imo per legem deus perſonam paterni nomi-
nis intimare dei filiū āgelū dei locuta eſt. i. nunciū
dei. Significationē enim officii teſtatur in nūcio.
Naturę autem veritatem confirmauit in nomi-
ne: cum deum dixit. Hic autem nunc diſpēſati-
onis eſt ordo non generis. Nō enim aliud q̄ patrē
& filiū prędicamus: & ita naturam nominum coę
quam⁹: vt veritatem dei teneat ex innaſcibili deo
dei vnigeniti natiuitas. Miſſi autē et mittentis ſi-
gnificatio: hic non aliud q̄ patrem & filiū docet:
cęterum veritatem non adimit naturę. Neq̧ in fi-
lio perimit natiuę diuinitatis proprietatē. Quia
nemo ambigit naturam auctoris in filii natiuita-
te cōnaſci: vt ex vno cōſiſtat in vnū: atq̧ per vnū
non diſcernatur ab vno: Atq̧ ita vnū ſint per vnū
vt vnus ex vno eſt. O impatiens fidei calor & deſi
derati ſermonis incōtinens ſilentiū. Iā enim et in
ſuperiori libro modū conſtitutę prędicationis ex
ceſſimus. Cum quando impie dictum vnum deū
ab hęreticis arguētes: & deum atq̧ deum a moyſe
prędicatum docentes: ad vnius dei veram & reli-
gioſam confeſſionem pia q̄uis inconſiderata feſti
natione deſcendimus: nūc quoq̧ alterius q̄onis
negocio immorantes nō tenuimus ordinē conſti-
tutum: & dum de deo vero dei filio loquimur: vſq̧
ad cōfeſſionem dei veri i patre & filio feruentis ſpi
rit⁹ ardore prorupim⁹. Sed tractatui ſuo fidei no
ſtrę veritas reſeruetur. Quę cū inchoata ſit ad ſe-
curitatem legentis: tractanda tamē atq̧ abſoluē-
da plenius eſt ad deſperationem contradicentis
Non affert itaq̧ demutationem naturę nomen
officii: qui enim angelus dei eſt deus eſt. Non ſit
plane deus verus: ſi nō res dei & locutus fuerit et
geſſerit. In gentem enim magnā Iſmael adauget
& nomini eius multipicationem gentium polli
cetur. Et quęro ſi hoc angeli opus eſt? Sin vero po
teſtas dei eſt: quid naturę aufers veritatem: cui ve
ritatis non adimis poteſtatem? Tenet itaq̧ vir
tus naturę veritatis fidem: & inter diſpenſatiōis
ſuę ſalutaria mundo ſacramenta: qui deus verus
eſt: neſcit aliquādo non eſſe deus verus. Et primū
quęro quid ſignificationis habeat deus et non de
us verus? Non enim verbi huius appręhēdo ratio
nē ſi dicatur mihi ignis eſt: ſed non eſt verus ignis
aut aqua eſt: ſed non eſt vera aqua. Et quęro i quo
eiuſdem generis veritas a generis eiuſdem verita
te diſſentiat? Quod enim ignis eſt: non poteſt eē
ne verus ſit. Nec natura manens eo poteſt carere
qđ vera eſt: perime aquę ꝙ aqua eſt: & per id pote-
ris abolere ne vera ſit. Cęterū ſi aqua maneat: etiā
in eo neceſſe eſt perſiſtat vt vera ſit: poteſt ita de-
mū natura perire ſi non ſit. Verum nō poteſt nō
vera eſſe ſi maneat. Aut deus verus eſt filius dei:
vt deus ſit: aut ſi non eſt verus deus: non poteſt id
etiā eſſe qđ deus eſt. Quia ſi natura non ſit: non
naturę competit nomen. Si autem naturę in eo
nomen eſt: non poteſt ab eo veritas abeſſe naturę
Sed forte in eo cum angelis dei deus dicitur: adop
tionis nomen indulgeatur: & ſit in eo nūcupatio
dei potius q̄ veritas. Si parum naturam in ſe dei
tū cū angelus dei dictus eſt: edocuit: i inferioris
adhuc ab angelo naturę nomine intelligeatur ex
ſe dei prętiterit veritatē. nanq̧ ad Abraham ho-
mo locutus eſt: ſed Abraham deum adorauit. Et
o peſtifer hęretice deum: Abraham confeſſus eſt
quem tu deū denegas. Quas pmiſſas abrahę be-
nedictiones impie expectas? Non eſt tibi ille: vt
eſt gentium: pater. Neq̧ in familiā ſeminis ſui per
benedictiōis fidei ſuę renatus euadis. Nō de lapi
dibus: abrahę filius excitaris: ſed natio vipera-
rum confeſſionis tuę hoſtis exiſtis. Non es iſrael
dei: non es abrahę ſucceſſio: non iuſtificatus ex fide
es: non enim deo credidiſti. Per eam nāq̧ fidem
iuſtificatus eſt & conſtitutus eſt abrahā pater gen

tiũ per quã deũ cui credidit adorauit. Adorauit
etẽm beatꝰ ille & fidelis patriarcha deũ: et accipe
q̃ deum verum. Cui vt ipſe de ſe ait non impoſ-
ſibile eſt õe verbum. Aut nunquid non ſoli deo
poſſibile eſt omne verbũ? Aut cui poſſibile eſt om
ne verbum: quęro quid deſit de deo vero: & rogo
quis ẽ deus hic ſodomę & gomorrę euerſor? pluit
enim dominꝰ a domino. Nũquid non verꝰ domi
nus a vero domino? Aut nunquid aliud q̃ dñs a
domino? Vel quid pręter ſignificationem perſo-
nę in domino ac domino coaptabis? Et memẽto
ꝙ quem ſolum verum deum noſti: hunc eundem
ſolum iuſtum iudicem ſis profeſſus. Et intellige
ꝙ dominus qui pluit a domino: non occidens iu-
ſtum cum impio: omnẽ iudicans terram: & deus
& iudex ẽ iuſtus: Et pluit a domino. Et inter hęc
quem ſolum iuſtum iudicẽ dixeris quęro. A domi
no enim dominus pluit. Et hunc iuſtum iudicẽ
non negabis qui pluit a domino. Abrahã enim di
xit pater gentiũ non vtiq; infidelium: nullo mo-
do facies hoc verbum: vt occidas iuſtum cum im
pio & erit iuſtus tanq̃ impius. Nullo modo qui iu
dicas terram facies hoc iudicium. Hunc ergo deũ
iuſtũ iudicẽ neceſſe eſt & verũ deum eſſe. Tuo te
impie teneo mendacio. Nondũ ex euãgeliis deum
iudicem ꝓfero: lex mihi iudicem deum locuta eſt
Adime filio ꝙ iudex eſt: vt auferas ꝙ deus verus
eſt. Eũ enim ſolũ verũ deũ quẽ ſolũ iudicẽ iuſtũ ꝓ-
feſſus es: & quẽ iuſtũ iudicẽ doces: hũc nõ potes ſe
cũdum te verum deum negare. Qui iudex eſt: do
minus eſt: potens ad omne verbum eſt: benedicti
onũ ęternarum ſpõſor eſt: piorũ impiorũq; iudex
eſt: abrahę deꝰ eſt: ab eo adoratus eſt. Ementire ſal
tem aliquid per hanc impiã & ſtultã verbi tui ipu
dẽtiam: vnde nõ verus eſt. Non perimunt naturę
veritatem cęleſtis miſericordię ſacramenta: ſed
nec ſanctorũ fidem ſpecies quę ad fidei viſionem
coaptãtur eludunt. Sacramenta enim legis my-
ſteriũ diſpenſationis euãgelicę pręfigurant: vt pa
triarcha videat & credat: qd apoſtolus cõtẽpletur
& prędicet. Nãq; cũ lex vmbra ſit futurorũ: veri-
tatẽ corporis vmbrę ſpecies expreſſit. Et deus ĩ ho
mine & videt̃ et credit̃ & adoratur: qui ſecũdum
plenitudinẽ temporis eſſet in homine gignẽdus
Nãq; ad viſum ſpecies pręfiguratę veritatis aſſu-
mitur. Viſus eſt autem tum tantum deus in ho

mine: nõ natus ẽ. Mox etiã hoc eſt qd ẽ viſus: & na
tus eſt. Ad veritatem vero naſcendi familiaritas
proficit aſſumptę ad contẽplandum formę. Illic
homo per deum ſecũdũ naturę noſtrę iſirmitatẽ vi
dendus aſſumitur: hic pro naturę noſtrę infirmi-
tate naſcitur qd erat viſum. Accipit vmbra cor-
pus: & ſpecies veritatem & viſio naturã. Non ta-
men deus a ſe demutatur cum in homine nobis
aut conſpicitur aut naſcitur familiari inter ſe pro-
prietate & natiuitatis & viſus: & quod natum eſt
viſum ſit: & quod viſum eſt: naſceretur. Et quia
nõdum nobis collationis euangelicę ac propheti
cę locus eſt inſtitutꝰ: interim ex lege ordinem pro
ſequamur: Probaturi poſtea ex euangeliis verum
dei filiũ natum in homine fuiſſe: nunc viſum in-
terim patriarchis in ſpecie hominis dei filium deũ
verum doceamus ex lege. Nãq; cũ abrahę homo
homo viſus eſt. & deus adoratur & iudex prędi-
catur. Et cum pluit dominus a domino: non am-
bigitur quin ꝙ pluit dominus a domino ad ſigni-
ficationem patris & filii lex loquatur. Neq; rurſũ
exiſtimãdũ eſt ꝙ patriarcha neſcierit quin deum
verũ adoraret: quem deum ĩtelligens adorabat.
Habet autem non exiguam perfidię impietas ad
intelligentiã veri fidei difficultatem. Anguſtũ
enim irreligioſitatis ſenſum religioſę doctrinę
inſtitutio non adit. Ex quo fit: vt quę ad ſacramẽ
tum ſalutis humanę Deus in homine naſcendo
geſſit: mens irreligioſa non capiat. Dum opus ſa
lutis ſuę non intelligit dei eſſe veritatẽ: & cõtem-
plãdo partum natiuitatis: infantię ĩfirmitatem:
pueritię profectum: iuuẽtutis ętatem: corporis
paſſiones: & paſſionum crucem: et crucis mortẽ
per hęc non ſentiunt deum verum cum haec in ſe
ad naturã genuerit: quę ſibi nõ erãt antea ĩ verita
te naturę ita vt naturę nõ amitteret veritatẽ: neq;
homo factus deus eſſe deſineret: cum qui deus eſt
homo eſſe cœpiſſet nõ intelligens non niſi ex veri
dei virtute eſſe: vt qd nõ eſſet eſſet: nec tñ qd eſſet
eſſe deſineret: cum naturę infirmę aſſumptio nõ
eſſet: niſi ex potẽtis virtute naturę: Quę cum in
eo quod eſſet maneret: poſſet tñ eſſe qd non erat
O heretica imprudentia et ſtulta mundi ſapiẽtia
opprobriũ chriſti nõ intelligens dei eſſe virtutem
& ſtultitiam fidei non ſentiens dei ſapiẽtiã Deus
ergo idcirco tibi chriſtus non eſt qa qui erat naſ-

cit ga: qui indemutabilis eſt: creſcit ętate: quia im
paſſibilis patit: quia. viuēs moritur: quia mortuꝰ
viuit quia oia ieo contra naturam ſūt? Rogo hoc
quid aliud eſt q̄ omnipotentem eſſe qđ deus eſt?
Nondū vos o ſacra & venerāda euāgelia contin-
go: vt ex vobis chriſtus ieſus in his paſſionibꝰ de-
us ſit Ex lege enim eſtis & oportet eā docere ꝙ p
aſſūptam infirmitatē non admittat deus eſſe qui
deus eſt. Sacramētum enim fidei veſtrę myſterio
rū ſuorum virtute teſtata eſt. Adeſto nūc mecum
fidei tuę ſpiritu aduerſus venenata infidelitatis ſi
bila ſancte et beate patriarcha Iacob & ī lucta ho
minis inualeſcēs benedici te ab eo fortior deprę-
care. Quia iſtud ē qđ imbecillū oras: qđ ab īfirmo
expectas? Hūc cuius ben edictionem rogas: cōple
xu tuo validior elidis. A geſtis corporis tui men-
tis tuę opus diſſidet. Aliud enim q̄ agis ſentis. Te
nes in geſtis luctę tuę hoīem infirmū: ſed hic tibi
homo: deus verus eſt non ex nūcupatiōe ſed ex na
tura. Non enim adoptiuis benedictionibus be-
nedici te poſtulas patriarcha ſed veris. Cum ho-
mine luctaris: ſed deum facie ad faciē vides: non
hoc occulis tui corporis cernis quod vſu fidei tuę
ſentis. Infirmus ſecūdū te homo eſt: ſed aīa tua ſe
cūdū viſum deū ſaluata ē. Iacob ī lucta es poſt fi-
dē poſtulatę benedictiōis iſrael es. Subdit tibi ſe-
cūdū carnē hō ad myſteriū paſſiōis in carne. Deū
in carnis īfirmitate nō neſcis ad ſacramētū bene-
dictiōis i ſpū Nec aſpectꝰ īpedit quin fides mane
at nec infirmitas auocat quin benedictio poſtulet
Nec hō efficit quin qui homo ē: deus ſit: nec qui
deus eſt: non deus verꝰ ē: quia nō poteſt non deus
verus eſſe qui deus ē: & benedicit trāſferēs nuncu
pando. Tenet ad huc ſacramēti euāgelici ordinē
legis vmbra: & apoſtolicę doctrinę veritatē my-
ſteriis ſuis veri ęmula pfigurat. In vſu ſomni bea-
tus Iacob deum viderat. In ſōnio ſacramēti reuela
tio ē: nō corporalis cōtemplatio Nam & per ſcalā
deſcēſꝰ & aſcēſꝰ āgelorū ad cęlū demōſtrat & ſup
ſcalā incumbens deus oſtēditur & īterpretatio vi
ſionis reuelationē ſomnii pphetauit: nam patriar
chę dictis & domꝰ dei & porta cęli: locꝰ eē hic viſio
nis oſtēdit. Et poſt multā geſtorū eiꝰ enarrationē
loqt. Dixit āt deꝰ ad iacob. Surge et deſcēde ī locū
bethel: & habita ibi: & offer ſacrificiū deo q viſus
ē tibi: cū recederes a facie eſau. Si euāgelica fides
p deū filiū ad deū patrē hēt aditū et non pōt deus
niſi p deū ītelligi: nūc deꝰ q honorē deo incūbēti
in ſcalā cęli poſtulat: docete vnde non verus ſit āt
q̄ in vtraq; naturę diuerſitas eſt vbi eiuſdem natu
rę vnū atq; idē nomen eſt. Deus viſus eſt deus de
viſo deo loquit. Non poteſt deꝰ niſi p deū intelli-
gi: ſicuti nec honorem a nobis deus niſi per deum
accipit Nāq; honorādus eſſe non intelligetur niſi
iſte docuerit honorādum: nec deus ſcietur: niſi de
us ſcitus ſit: habet diſpenſatio ſacramētorum ſuo
rum ordinem. Ad dei honorem per deū docemur
Tenet natura ſuum nomen. Non aliud vterq; q̄
deus eſt: & inter patris & filii naturę vniꝰ nomen
vnum: quęro quo mō deus filiꝰ a ſe poſſit denega
re ne verus ſit. Nō eſt de deo humanis iudiciis ſen
tiēdum: neq;.n. nobis ea natura eſt: vt ſe in cęleſtē
cognitionem ſuis viribus efferat. A deo diſcendū
eſt: quid de deo intelligendum ſit: quia non niſi ſe
auctore cognoſcitur. Adſit licet ſęcularis doctri-
nę elaborata inſtitutio: adſit vitę innocentia: hęc
quidem pficient ad conſcientię gratulationē: nō
tamen cognitionē dei cōſequēt Moyſes in reginę
filium adoptatꝰ & omnium ęgyptiorū doctrinis
eruditus: cum vtiq; ex naturę affectu hebręi iniuri-
am morte ęgyptii vltus eſſet: deum tn̄ paternarū
benedictionum neſciebat. Namq; ob metum cę-
dis proditę ęgyptū derelinquēs: cū i terra madian
paſtor ouiū eſſet: ignē in rubo ſine cōcrematione
rubi cōtuēs: deū audiuit & nomē interrogauit: na
turam cognouit. Neq;.n. hęc de deo niſi per deū
cognita eſſe potuiſſēt. Loquendum ergo non ali-
ter de deo eſt q̄ vt ipſe ad intelligentiā noſtram de
ſe locutus eſt. Angelus dei eſt qui in igne rubo ap
paruit: & de rubo in igne deus loquitur: habes diſ
penſationem in angelo quia in angelo officiū eſt
nō natura: habes in naturę nomine deū qui ange-
lus dei deus eſt. Sed forte non verus eſt. Nunquid
non verus eſt deus abrahę & deus iſaac & deus ia
cob? Horū.n. angelus de rubo loquens deus in ę-
ternū eſt. Et ne adoptiui nois vteteris occaſione lo
quit ad moyſē deꝰ ille qui ē. Ita eñ ſcriptū ē Dixit
aūt dn̄s ad moyſen Ego ſum qui ſum. Et dixit Sic
dices filiis iſrael. Qui eſt: miſit me ad vos. Cœptꝰ
ab angelo dei ſermo eſt: vt ſacramētū intelligatur
humanę ſalutis in filio. Idem deus abrahę & deus
iſaac & deus iacob eſt: vt ei naturę ſuę nomen ſit.

Mittit deinde ad iſrael deus qui ē vt vere intelli
geretur eſſe q̄d deus eſt. Quid ad hęc ĩ efficax hę
reticę im pietatis ſtultitia veſano ſpiritu mentiris
& contra tantorum patriarcharũ ſciētiã generoſi
ſeminis tritico vrendam zizaniã ſator nocturnus
ĩterſeris? Sed ſi moyſi crederes: crederes & deo dei
filio: niſi forte negabis ꝙ de deo moyſes locutus
ſit. Qui cum negare volueris: audies verbis dei. Si
eñ crederetis moyſi: crederetis forſitã & mihi de
me eñi ille ſcripſit. Arguit te planę: arguit ille to
to legis volumĩe quã manu mediatoris per ãgelos
diſpoſitã ſuſcepit. Et quare an qui legē dederit:
deus verꝰ ſit: cũ vtiq; mediator ſit ille qui dederit
Aut nũquid nõ obuiã deo moyſes populũ eduxit
ad mõtē? Aut nũquid non deꝰ deſcendit in mõtē
Aut forte falſũ hoc & adoptiuũ potius naturę ſuę
nomē? eſt: Intellige pſonãtes tubas & lãpadũ flã
mas & e mõte ęſtuãte fornacũ fumũ: & ad aduẽtũ
dei cõſciã humanę infirmitatis trepidationē: & a
populo orato ad loquẽdũ moyſi cõfeſſam ſub vo
ce dei mortē: Tibi hęretice nõ eſt deus verus: quo
iſrael tãtũ loquente mori timuit: & vocē eius hu
mana infirmitas nõ tulit. Tibi idcirco deus nõ eſt
quia vt audires & videres per ĩfirmitatē hominis
eſt locutus? Moyſes in mõtē adiit: diuinorũ & cę
leſtiũ ſacramẽtorum cognitionē quadraginta die
rũ ac noctiũ tempore adeptus eſt. Omnia ſecũdũ
ſpēm oſtēſę ſibi in mõte veritatis inſtituit. Per fa
miliaritatē loquẽtis ad ſe dei gloriã claritatis icon
ſpicabilis ſumpſit: & corruptiuã vultus ſui ſpēm
lux ĩtolerabilis vicinę maieſtatis impleuit. Deum
teſtatur: de deo loquitur. Ad hũc adorãdũ cum lę
titia gẽtiũ angelos dei aduocat. Huius placitas
benedictiones ioſeph vertici imprecatur. Et poſt
hęc ſolo cõceſſo ei noĩe: audet quiſq̃ negare ꝙ ve
rus eſt? Nũc q̄a oĩ hoc ſermone noſtro demõſtratũ
exiſtimamꝰ nullã ĩterpoſitam intelligentię ratio
nē fuiſſe: vt deus verus & deus falſus in ſenſũ hu
manę mẽtis incideret: cũ dominũ & deũ: domi
nũ & dominum lex locuta ſit: neq; in nominibus
naturiſq; ſignificatã diuerſitatē fuiſſe: ne nõ ſecũ
dũ nomē naturę & natura noĩs poſſet intelligi: cũ
virtus dei: res dei: nomē dei in eo eſſet: quem deũ
lex prędicabat: quę ſecũdũ ſacramẽti euãgelici diſ
tributionē ad perſonę ſignificationē demonſtra
ret & in creando mundo obediẽtem dictis dei deũ
& in figurãdo homine cõis ſecum & dei imaginis
dominũ creatorē: et in iudicãdis ſodomitis iudicē
dominũ a domino: & ĩ largiẽdis benedictionibus
& decernendis myſteriis legis angelum dei deum
vt ad ſalutarem confeſſionem in patre deo in filio
deo deus ſemper oſtenſus: naturę veritatem ipſo
naturę nomine edoceret: cũ lex deum vtrũq; signi
ficãs ãbiguitatem nõ relinqueret veritatis. Tẽpus
iam nũc eſt: vt q̄d pie religioſeq; lex docuit: nõ im
pie furto hęreticę ſtultitię prędicari ſinamus: quę
dei filiũ negatura ſic cœpit. Audi iſrael. Dominꝰ
deus tuus vnus eſt. Et quia impietas eius pericli
taretur in nomine: cũ deum & deũ lex eſſet locu
ta: vt naturam noĩs per auctoritatē dicti pphetici
negaret adiecit. Benedicẽt te deũ verũ. Vt per id
vnũ deũ locuta lex eſſet: eſſetq; in filio dei dei no
mē potius q̃ veritas: vno tãtũ vero deo ĩtelligẽdo
Et forte cõtradicere nos dictis tuis o ſtulte arbitra
ris vt negemus vnũ deum verum. Non plane ne
gamus ſecundum te confitendo. Hęc eſt eñ fides
noſtra: hęc cõſciẽtia: hic ſermo eſt. Sed ĩtelligimꝰ
vnũ et eũdem verũ deũ. Nec cõfeſſio noſtra peri
clitatur in nomine quę in natura filii vnũ & verũ
deũ prędicat. Diſce cõfeſſionis tuę intelligẽtiam
& vnum ac verũ deũ cognoſce: vt vnum ac verũ
deum pie prędicem. Rapis enim ad impietatē tuã
religionis noſtrę profeſſionē: & q̄d eſt negas: dũ q̄d
eſt non negas. Sic ſtulta mũdi ſapiẽtia fallis: vt ve
ritatem perimas ſpecie veritatis. Vnum verum
deum confiteris: vt vnum verum deum deneges.
Profeſſio enim tua ſic putat̃ pia: ꝙ magis impia ē
Sic vera ꝙ falſa eſt. Sic a te vnus & verus deus prę
dicatur: vt nõ ſit. negas eñ dei filiũ deũ verũ: cũ tñ
deũ nõ neges deũ tantum nõ natura cõfitẽdo: ſed
noĩe. Si natiuitas eius noĩs potius ē q̃ veritatis: po
tes auferre nominis veritatem. Si autem vere deꝰ
natus eſt: quęro quomodo poſſit nõ verus eſſe q̄d
natus eſt. Aut nega eſſe ne ſit; aut ſi ē: quomodo
q̄d eſt non erit: cũ quod eſt nõ poſſit eſſe ne nõ ſit?
Ac de natiuitate quidem mox erit ſermo. Interĩ ta
men de veritate naturę dei impietatē mẽdacii ſtultĩ
pphetica profeſſione cõuincã: ita tamē vt vnũ &
verũ deum prędicari a nobis neq; ſabellii hæreſis
ipſum patrē ſibi & filii profeſſa pręſumat: neq; tu
veritatem de filio dei vnũ tantum verũ deum prę
dicãs mentiaris. Nihil plane in ſe habet ſapientię

ĩpietas:& dei timor q̃ ſapiẽtię initiũ ẽ:vbi deeſt:aufert ſecũ oẽ exordiũ prudẽtiae. Ad infirmãdã enim dei veri in filio fidẽ ꝓpheticus ſermo ꝓfertur:quo dictũ eſt. Et benedicent te deũ verum. Primũ hęc impietatis ſtultitia fuit:vt quę ſuperius dicta ſũt aut nõ intelligerẽtur:aut intellecta cũ eſſent tacerentur. Tum deinde ad quã ſe fraudem ſyllabę adiectione quę ĩ libris nõ extat:inſtruxit:ſtultitię ſuę in eo vſa mẽdacio tãq̃ dictis ſuis eouſq; adhibenda fides eſſet:vt requirẽdã eſſe ipſam dictorũ propheticorũ auctoritatẽ nõ putaret. Non enim ita ſcriptum eſt. Benedicẽt te deũ verum. Sed benedicent deũ verũ. Nam non exiguũ ãbiguitatis momẽtũ eſt inter te deũ verũ & deũ verũ:perſonę enĩ alterius videtur eſſe pronomẽ:vbi te eſt. Cęterum vbi ꝓnominis ſyllaba nõ erit:ibi ad auctorẽ dicti referũt & nomẽ. Et vt abſoluta intelligẽdę veritatis ratio ſit:ipſa illa ex ſolido prophetę dicta ſubdẽt. Propterea ſic dicit dominus. Ecce qui ſeruiũt mihi mãducabũt:vos vero eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi bibent vos vero ſitietis ecce qui ſeruiũt mihi:exultabũt in lętitia:vos autẽ clamabitis propter dolorẽ cordis veſtri:& a cõtritõe ſpiritꝰ vlulabitis. Relinquetis ergo vos nomẽ veſtrũ ĩ lętitia electis meis:vos autẽ interficiet dominus. Seruiẽtibus vero mihi vocabitur nomẽ nouũ:qđ benedicetur ſuper terrã:& benedicent deũ verum:& qui iurant ſuper terrã:iurabunt in deũ verum. Nunq̃ nõ ex cauſa eſt:cũ conſuetudo prędicatioĩs exceditur:& rationẽ nouitatis ratio falſitatis inducit. Cum enim antea tãtũ de deo prophetię extitiſſet:& ad dei dignitatẽ ac naturã demõſtramdam ſimplex & ſolũ dei nomẽ commemoratũ fuiſſet:quęrẽdum eſt qua ratione nunc per Eſaiam benedicẽdũ deum verũ:& iurãdũ ſuper terrã in dominũ verũ prophetię ſpiritus pręloquatur. Et primũ noſcẽdũ eſt ſermonem hunc res futuri temporis nũciare & quęro an deus verus nõ ſit qui tũ ſecũdum opinionẽ iudęorũ & benedicebatur & iurabatur. Iudęi nãq; ſacramentum myſterii dei neſcientes:& ꝑ hoc dei filiũ ignorãtes:deum tantum non & patrem venerabantur. Nam vtiq; venerantes patrẽ venerabãtur et filiũ. Hi ergo deũ benedicebant:& iurabant per eũ. Sed propheta benedicendum deum verum teſtatur. Verum deum idcirco pronuncians:quia per myſteriũ aſſumpti corporis nõ ab omnibus eſſet in eo dei veritas intelligenda? Et opus fuit veri confirmatione:vbi falſi ꝓruptura eſſet aſſertio. Et ſingulas dictorũ eorũdem ſniãs recẽſeamus. Propterea ſic dicit dominus. Ecce q̃ ſeruiunt mihi manducabunt:vos vero eſurietis. Ecce qui ſeruiũt mihi bibent:vos vero ſitietis. Cognoſce ſub eodẽ dicto vtriuſq; temporis ſignificationẽ:vt ſacramentum aſſequaris ętatis. Qui enim ſeruiunt mãducabunt. Religionem .ſ. pręſentem futuris pręmiis muneratur:ita vt pñtiũ impietatem futurę ſitis ac famis poena cõficiat. Deinde adiecit. Ecce q̃ ſeruiũt mihi:exultabũt in lętitia vos autem clamabitis propter dolorẽ cordis veſtri & a cõtritione ſpiritus vlulabitis. Secundũ ſuperiorem ſenſum etiã nunc futuri & pręſẽtis temporis demõſtratio eſt:vt qui ſeruiunt exultaturi ſint in lętitia. Qui vero non ſeruiunt:ĩ clãore atq; vlulatu per dolorem cordis & cõtritionem ſpiritus manſuri ſint. Deĩde ſubiecit. Relinquetis eñ vos nomẽ veſtrũ in lętitia electis meis:vos autem interficiet dominus. Sermo ad carnalem iſrael eſt cũ futuri tẽporis ſignificatione. Cui exprobatur q; nomẽ ſuum electis dei relictũ ſit. Quęro quod hoc nomen ſit. Nempe iſrael:ad quem tamẽ erat ſermo. Dehinc interrogo q̃ ſit hodie iſrael. Eqdem teſtatur apoſtolus. Qui ſpiritu non littera Qui in regula chriſti procedẽtes: iſrael dei ſunt. Tũ praeterea cum ſuperius dictum ſit. Propterea ſic dicit dominus. Intelligendũ eſt: cur ita hoc cõſequatur Vos autem interficiet dominus. Deinde poſt hęc quid ſibi velit hic ſermo. Seruientibus vero mihi vocabitur nomẽ nouũ:qđ benedicetur ſup terrã Nunquid ambigitur in eo qđ dictũ eſt. propterea ſic dicit dominus. Et in eo qđ ſequitur. Vos autẽ interficiet dominus. Id demonſtratũ fuiſſe:vt qui loqueretur:& qui interfecturus eſſet:non alius intelligeretur eſſe q̃ dominus? Qui et poſt ſibi ſeruiẽtes nouo eſſet nomine muneraturus. Et nõ ignoraret & in ꝓphetis locutꝰ ẽẽ:& piorũ atq; impiorũ iudex futurꝰ? Myſteriũ itaq; ſermo reliquꝰ euãgelici ſacramẽti:neqđ in dño dicẽte:& ĩ dño ĩterficiente ãbigi poſſit explicuit. Seruientibꝰ autem mihi vocabitur nomen nouum: qđ benedicetur ſuper terram. Oĩs hic futuri temporis ſermo eſt. Et quod eſt hoc nouum nomen religionis qđ benedicitur ſuper terrã? Si a ſęculis chriſtiani voca-

buli antea beatitudo nūq̄ fuit: nunc nomē nouū
ē. Si vero hoc ſācrificatur pietatis noſtrę in deum
nouū nomen eſt. Hęc profecto ꝓfeſſiois nouitas
cęleſtiū benedictionū merces ſuper terrā eſt. Iam
vero totius fidei noſtrę cōſciam ſequens ſermo cō
firmat dicēs. Et benedicent dominū verū: & q iu
rāt ſuper terrā iurabūt in deum verum. Ii cum te
benedicent deum verū: quorum in dei ſeruitute
nouū nomen eſt: tum deinde qui iurādus erit deꝰ
deus verus eſt. An ne ambigitur quis iuretur: qs
benedicatur: per quem nouū ipſis ſeruiētibus be-
nedictūq; nomē ſit? Conſiſtit mecum aduerſus
impiam tuam heretice praedicationem abſoluta
ſermonis euangelici fides noui per te Chriſte no-
minis: & per ſeruitutis profeſſionem benedictę ex
te ſuper terram nuncupationis te verum deum iu
rans. Omne enim os credentium te chriſte domi-
nū loquitur. Omnis credentiū fides te deū iurat
dominum verum eſſe te confitens: deum verum
eſſe te predicās: deum verum eſſe te cōſcia. Cū q̄
igitur oīs hic propheticus ſermo nullam relique
rtdifficultatem qui deum ſignificaſſe intelligatur
& cui per nouū nomē ſeruiatur: & per quē eiuſdē
nominis in terris benedicta ſit nouitas: & qui bene
dicatur deus verus: et qui iuretur deus verus: qui
omnia ſecundū tꝑum plenitudinem eccleſię fidei
pia in deū chriſtū religione profitetur. Et ita ſe in
eo propheticus ſermo coaptauit: vt ſignificatonē
perſonę alterius adiectione ꝓnominis non noua-
ret. Si enī addidiſſet te deū verū: referri ad alterū
dicētis ſermo potuiſſet. Sed cū ait deū verū ſigni-
ficatiōis intelligentiā penes loquentē reliquit. Et
q̄q̄ quem preſens ſermo ſignficet: nō ābigitur: tn̄
cōnexa ſuperius dicta cuius ꝓfeſſio iſta ſit intelli-
gēda: demōſtrāt. Ait enim Palā apparui nō inter
rogātibꝰ me: & inuētus ſum nō quęrentibus me:
Dixi ecce ſum genti qui nō inuocauerunt nomē
meū. Extendi manus meas tota die ad populum
deffidētē & cōtradicētē. Annē impia furtiue prę-
dicationis falſitas ī obſcuro eſt: & dominus verus
ignorabitur qui hęc loquitur? Rogo quis apparuit
nō interrogātibus: & quis inuētus nō querentibꝰ
& quis gētiū eſt qui non inuocauerūt antea nomē
eius? Et quis die tota manus ad diffidētem & con
tradicētem populū extēditur. Confer cum his ſa-
crū illud & diuinū deuteronomii cāticū: in quo ſu
per nō deos deus exacerbatus: ſuper nō gētē & gē
tem ſtultā: in zelum incitat infideles: & intellige
quis manifeſtus ſit ignorantibus: & quis proprius
vſurpatur alienis: & quis manus ſuas ante diffidē
tē cōtradicentemq; populū cōfigens cruci chiro-
graphū edicti anterioris expādit. Hic namq; ꝓphe
tę ſpiritu dixit ꝑ continentem ſibi in ordine cōne
xūq; ſermonē. Seruiētibꝰ vero mihi vocabitur no
mē nouū qd̄ benedicetur ſuper terram: & benedi-
cent deum verum: & qui iurant ſuper terram: iu-
rabūt in deum verū. Hęc ſi ſtultitia atq; impietas
herętica ad fallēdū ignorātes ſimplicioreſq; dicta
eſſe ex perſona dei patris mētietur: ne in dominū
filiū dicti huius intelligentia ſuſcipi poſſit: audi-
at mēdacii ſui reatum & apoſtolo & doctore gen-
tiū omnia hęc ad ſacramentū paſſionis dominicę
& euāgelicæ fidei tempora prędicāte: tūc cum in-
fidelitatem iſrael aduentum domini in carne non
intelligētis exprobrat. Ait ita. Oīs enim quicunq;
inuocauerit nomen domini: ſaluus erit? Quomō
ergo inuocabūt eū in quē non crediderunt. Quo
modo autē credēt ei quem nō audierūt? Quomo
audient ſine prędicāte? Quomodo autē prędica-
bunt niſi mittantur? Sicut ſcriptum eſt. Q̄z ſpe-
cioſi ſunt pedes eorū qui annūciant pacē: qui ānū
ciant bona. Sed non omnes obediūt euāgelio: Eſa-
ias enī dicit. Domine quis credit auditui noſtro?
Itaq; fides ex auditu: auditus autē per verbū dei.
Sed dico nūquid nō audierunt. Immo in omnem
terrā exiuit ſonꝰ eorum: & ad terminos orbis ter-
rę verba eorū. Sed dico. Nunquid iſrael nō ſciuit?
Primus moyſes dixit. Ego incitabo vos in nō gē-
tem: in gētem inſenſatam exacerbabo vos. Iſaias
autē audit & dicit. Apparui iis qui me nō quaere-
bāt: inuentus ſum iis qui me nō interrogabāt. Ad
iſrael autem quid dicit? Tota die extēdi manꝰ me
as ad populum nō audientem & caetera. Quis in
tertium cęlum incorporeus an corporeus ingreſ-
ſus fidelior paulo dictorū propheticorū interpres
extitiſti? Quis inenarrāda cęleſtiū myſteriorū au-
diēs ſacramēta & tacens: maiore hęc fiducia reue
latę tibi a deo ſciētię prędicaſti? Quis ad plenitu-
dinē dominicę paſſionis cruci reſeruandus: antea
in paradiſū raptus euadēs melius de diuinis ſcri-
pturis electionis vaſe docuiſti? Hęc neſciēs dicta
geſtaq; eſſe a deo vero: & intelligētiam dei verū a

vero eiꝰ & electo aplo ꝓ̄dicata! Niſi forte apl's di
ctis ꝓpheticis nõ ex ꝓphetię ſpiritu vſurpatis: te-
merariꝰ alieni ſermõis interpres eſt. Oia quidē ꝑ re
uelationē Ieſu chriſti apl's didicit. Sed Eſaiæ dicta
ex dictis Eſaię ipſius nouit. in exordio eñ ſermõis
eius in quo deus verus a ſeruientibꝰ ſibi benedicē
dus atq; iurãdus eſt: hæc prophetæ oratio legitur
A ſęculo nõ audiuimus: nec oculi noſtri viderunt
deum ꝑ̄ter te & opera tua quę facies expectãtibus
miſericordiã tuã. Loquitur Eſaias pręter hũc ſe ne
minē deũ vidiſſe. Vidit eñ gloriã dei: cuius ꝓnũ-
ciauerat myſteriũ in corporationis in virgine. Ac
ſi tu hęretice ignoras qđ in ea gloria vnigenitum
deum viderit: audi Ioãnem euãgeliſtam dicētem
Hęc aũt dixit eſaias qñ vidit honorē eiꝰ & locutꝰ
eſt de eo. Hinc apl'icis: hinc euãgelicis: hinc ꝓphe
ticis dictis impie hęretice cõcluderis. Eſaias eñ de
um vidit: & cũ ſcriptũ ſit: deũ nemo vidit vnq̄ ni-
ſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris: ipſe enar
rauit. Deũ tñ propheta vidit: & gloriã eiꝰ vſq; ad
inuidiã prophetícę dignitatis aſpexit. Nã in iudi-
ciũ mortis ob hãc cauſam a iudæis actus eſt. Deũ
itaq; nemini viſum vnigenitꝰ filius qui in ſinu pa
tris ē enarrauit. Aut diſſolue vnigeniti enarratio-
nem: aut deũ crede qui viſus eſt: qui apparuit nõ
intelligētibus ſe: & palam factus eſt genti nõ inuo
cãti ſe: & expãdit añ populũ manus cõtradicētē.
Ita tñ vt & ſeruiētibus ſibi nomē nouum vocet: &
in terris verus deus benedicat atq; iuret: Prophe-
ta loquit: euãgelium teſtatur: apl's interpretat: ec-
cleſia confitetur verum deũ eſſe qui viſus ſit: cum
tñ deũ patrē viſum nemo fateatur. Et eo hæretici
furoris prorupit inſania: vt dũ cõfiteri ſe ſimulat:
denegaret. Negat eñ nouo cõfeſſiõis impioq; cõ-
ſilio: & arte ſubdola fidē dum mētitur eludit. Cũ
eñ cõfeſſo vno deo: eodemq; vero & ſolo iuſto: ſo
lo ſapiente: ſolo indemutali: ſolo ĩmortali. ſolo po
tente: ſubiicitur & filiꝰ in diuerſitate ſubſtãtię nõ
ex deo natus in deũ ſed per creationē ſuſceptus in
filium: naturę habēs nomē: ſed adoptionis ſortitꝰ
appellationem: neceſſe eſt vt iis omnibus ſimul ca
reat filius quę ad priuilegiũ ſolitarię a patre maie-
ſtatis ſunt prędicata. Neſcit hæretica peruerſitas
vnũ deũ verũ noſſe & cõfiteri: & extra impietatis
ſenſum cõfeſſionis huius eſt & fides & intelligen
tia. Prius confitendus eſt pater & filius: vt vnꝰ ve
rus deus poſſit intelligi. Et cognitis ſacramētis ſa
lutis humanę quę in nobis per generationis virtu
tem in patre & filio cõſummant ad vitam legis &
ꝓphetarũ ſũt myſteria cõſequēda. Vnum deum
verum nõ appręhendit ignara euangelicę & apo-
ſtolicę prædicationis impietas. Cuius q̄uis intelli
gētiam vſq; ad abſolutiſſimam verę pietatis pro-
feſſionem: ex ipſis eorum doctrinis pręſtabimꝰ: vt
indiuiſus atq; inſeparabilis non ex perſona ſed ex
natura ſubſiſtens: ex patre vnigenitus intelliga-
tur: & per id vnus ſit deus: quia ex natura dei de-
us ſit: tamen ex propheticis dictis perfectę huius
vnitatis fides eſt extruēda: & hinc euangelicæ do
mus ſunt ponenda fundamina: vt per eãdem na-
turam diuinitatis vnius vnus deus per id intelli-
gatur: q; in deũ alterũ deus vnigenitus nõ refert.
Tenuimꝰ eñ omni hoc ſermonis noſtri libello eũ
ordinem: vt in quibus ſuperiori libro deũ filiũ do-
cueramꝰ: in ipſis nũc deũ verũ oſtēderemꝰ. Et vt
ſpero ea dictorũ omniũ abſolutio fuit. vt deus ve
rus intelligeretur qui deus eſſe nõ negabat. Reli-
quus autem nunc oĩs ſermo ad id proficiet: vt qui
deus verus eſſe intelligitur: non in deũ alterũ de-
putetur: & qđ in alterũ nõ proficit: id vnum intel-
ligat: Vnum aũt illud: nõ ſubſiſtentē naturã peri
mat in filio: ſed in deo & in deo naturam dei cõſer
uet vnius. Veritatis ratio poſtulat ab eo initiũ in
telligentiæ iſtiꝰ ſumi: per quē manifeſtare ſæculo
deus cœptus eſt. Moyſes nanq; cuius ore hęc de ſe
vnigenitus deus profeſſus eſt ait. Videte videte
quoniam ego ſum deus: & nõ eſt deus præter me.
Ac ne forte dicti huius veritatem hęretica impie-
tas ad patrem innaſcibilem deum referat: & ipa di
cti ratio & apoſtolus auctor occurrit: qui ex ꝑſona
vnigeniti dei ſicut ſuperius docuimus: intelligēdi
totius huius ſermonis interpres eſt. Et hoc quod
dictũ eſt. Lętamini gētes cum plębe eius: propriũ
eius eſſe demonſtrauit ſubiiciens ad fidē dicti. Et
erit radix ieſſe & qui ſurget regere gentes: in eum
gentes ſperabunt. Demonſtrato igit per moyſen
eo qui dixerat. Non eſt deus pręter me. In eo q;
ait. Lętamini gentes ſimul cũ eo. Et apoſtolo id ip
ſum in dñm noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitũ
deum intelligente: in quo ſcđm carnem ex radice
Ieſſe ſurgente rege gentium ſpes eſt: ipſa nunc di-
cti ratio tractanda eſt: vt quia dictum non ambigi

tur quatenꝰ dictũ ſit poſſit intelligi. Verũ & abſo
lutum & perfectum fidei noſtrę ſacramẽtũ eſt: de-
um ex deo: & deũ in deo cõfiteri non corporalibꝰ
modis ſed diuinis virturibus: nec naturæ in natu-
rã tranſfuſione ſed myſterio & poteſtate naturæ.
Non eñ per defectionem aut protẽſionẽ aut ꝑ de-
riuationẽ ex deo deus eſt: ſed ex virtute naturæ in
naturã eandem natiuitate ſubſiſtit. Res ipſas ple-
nius conſequens liber euangelicorum atq; apoſto
licorum dictorum interpres loquetur. Sed interim
ex lege & prophetis hoc q̃d & loquimur & credi-
mus: ẽ docẽdũ. Natiuitas igiť dei nõ põt nõ eã ex
qua ꝑfecta ẽ: tenere naturã. Neq; .n. aliđ q̃ deꝰ ſub
ſiſtit: q̃d ñ aliũde q̃ ex deo deꝰ ſubſiſtit. Eãdẽ autẽ
naturã inde ita: nõ vt natus ſit ipſe q genuit. Nã
quomõ erit ipſe: cũ genitus ſit? Sed in iis ipſis ſub
ſiſtat ille qui genitus eſt: in quibus totus eſt ipſe q
genuit. Quia nõ ex alia genitus: neq; aliud q̃ deꝰ
eſt: quia nõ eſt aliũde q̃d genitus eſt. Et per hoc nõ
refert ad aliud q̃d in vnũ ſubſiſtit ex vno. Neq; no
uum in ſe eſt quod viuit ex viuo neq; abeſt ex ſe ꝙ
viuus genuit viuũ. Ac ſic in generatiõe filii & na-
turã ſuã vt ita dixerim ſequiť incorporalis atq; in
demutabilis deꝰ incorporalẽ atq; indemutabilem
deum gignẽs: nec naturã ſuam deſerit ex incorpo
rali atq; indemutabili deo incorporalis & indemu
tabilis dei ꝑfecta natiuitas. Per hoc itaq; ſubſiſtẽ-
tis ex deo dei ſacramentum: hæc ita vnigenitꝰ de
us per ſanctũ moyſen teſtatur. Videte videte q̃m
ego ſum dñs: & nõ eſt deus pręter me. Non eſt eñ
natura diuinitatis alia vt ꝓter eã alius deꝰ ſit. Nã
cum ipſe deus ſit: tamen etiã per naturę virtutẽ in
eo deus eſt: vt per id q̃d ipſe deus: & in eo deus eſt:
et nõ eſt deꝰ pręter eũ: cũ nõ extet aliũde ꝙ deꝰ ẽ:
& in eo deꝰ ſit: habens in ſe & q̃d ipſe eſt: & ex quo
ipſe ſubſiſtit. Confirmat aũt fidei noſtrę veram &
ſalutarem profeſſionem idem atq; vnus in pluri-
mis ſpiritus prophetię: per ſucceſſiões & interual
la tẽporũ nõ demutãs religioſę doctrinę ꝑdicatio
nẽ. Vt eñ per moyſen ex perſona vnigeniti dei di
cta pleniore ad intelligentiam cõfirmarentur ꝑfe
ctu: rurſum ſermone dei patris ex perſona virorũ
excelſorum idem prophetię ſpiritus per Eſaiã log
tur. Q̃m in te eſt deus: & nõ eſt deus pręter te. Tu
eñ es deus & neſciebamus: deus iſrael ſaluator. In
ferat ſe in hãc & naturę & nominis inſeparabilem
profeſſionẽ hęreticę impietatis deſperatus furor:
& hæc ſi põt: dictis ac rebus vnita rabido veſaniæ
ſuę ore cõcerpat. In deo deus eſt: & pręter eum de-
us non eſt. Diſſoluat eum qui ineſt ab eo in quo ẽ:
& ſacramenti intelligẽtiã diuidat generum varie
tate. Nam in eo q̃d ait. In te eſt deꝰ, naturæ dei pa
tris in deo filio docuit veritatem: cũ in eo deus in-
telligeretur eſſe qui deus eſt. In eo vero q̃d ſubiecit
& pręter te non eſt deus: oſtendit præter eum deũ
nõ eſſe: quia in ſe deo deus ineſſet. Hoc vero q̃d ter
tium eſt: tu es deus & neſciebamus: humanę intel
ligentię piã & fidelem teſtatur profeſſionẽ: quę co
gnitis natiuitatis myſteriis & nomine ad Ioſeph ꝑ
angelum nunciato: cõficeretur. Tu eñ es deus &
neſciebamus: deus Iſrael ſaluator ſubſiſtentem in
eo dei naturam intelligens: cum in deo deus inſit:
nec præter eum qui eſt deus quiſq̃ deus alius ſit:
quia ipſe deus: & in eo deus alterius nobis cuiuſq̃
dei non relinquat errorem. Et hoc quidem Eſaias
indiuiduã atq; inſeperabilem patris & filii diuini-
tatem teſtatꝰ ita prophetauit: Hieremias vero nõ
diſpari ꝓphetię virtute indiſcrete a deo patre na-
turę vnigenitum eſſe deum ita docuit dicens. Hic
deus noſter eſt & non deputabitur alter ad eũ: qui
inuenit omnem viã ſcientię & dedit eã Iacob pue-
ro ſuo & iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc ſuper terrã vi-
ſus eſt: & inter homines cõuerſatus eſt. Quid aliũ
deũ in filio dei deo hæretice ſupponis? Diſce vnũ
deum verum intelligere & confiteri. Nõ alius deꝰ
ad chriſtum deputatur: vt deus ſit. Deus eſt ex na
tura: ex natiuitate: ex deo. Quod eñ deꝰ ẽ ex deo
eſt: nõ etiã deus alius eſt. Alius eñ ad eum nõ de-
putať: quia non eſt in eo alia pręter q̃ quę dei ẽ veri
tas. Quid verum & non verum. quid degenerem
& nobilẽ: quid diuerſum & indiuerſum ſub vnius
dei ementita religione cõponis? Deus eſt pater: &
deus eſt filius: in deo deus eſt: pręter eum deus nõ
eſt: non alter ad eũ deputatur vt deus ſit. In his er
go ſi vnũ magis q̃ ſolitarium deum intelligis: ec-
cleſiæ religionem profiteberis: quæ patrem in filio
confitebitur. Sin vero vnum deũ ad ſolitarii ſigni
ficationem ſacramenti cæleſtis ignarus obtendis
extra cognitionẽ dei es deũ in deo eſſe nõ cõfitẽs.

Finit liber Quintus.

Incipit liber ſextus.

NOn ſũ neſcins difficillimo me
aſperimoq; tempore ſcribere
hæc aduerſum veſanam im-
piorum hęreſim dei filium cre
aturam eſſe affirmantem: ag-
greſſum fuiſſe multis iam per
oĩes ferme Romani imperii prouincias eccleſiis
morbo peſtiferæ huius prædicatioinis infectis; &
velut ad piæ fidei huius male vſurpatam perſua-
ſionem longo doctrinæ vſu: & ementito nomine
verę religionis imbutis: non ignorans difficilem
eſſe ad emendationis profectum volũtatem: quã
in erroris ſui ſtudio per plurimorum aſſenſum au
ctoritas publicę iam ſententiæ contineret. Grauis
enim & periculoſus ᵃᵍ error in plurimis: & multo
rum lapſus etiam ᶜᵉᶠⁱⁿ intelligat: tamen exurgen-
di pudore au⁻ⁱˢ ver m ſibi præſumit ex numero
habens hoc ᵉⁿᵗⁱᵃ:ᵒᵖⁱ tiæ vt q̃d errat: prudentiam
velit exiſt ᵘʳᵃ ᵗᵉʳʳᵉᵗ cum multis errat: intelligen
tiam eſſe ᵉ ᵗᵃʳᵈᵃ ᵃᶜ itatis: dum minus erroris eſſe
exiſtim ᵃ ᵉˣⁱᵍⁱᵗ: ltis. Ac mihi quidem præter
ſtudi ᵉⁿᵗⁱᵘˢ ᵃ ficii neceſſitatem qua hoc eccle
ſiæ ⁱᵘⁱⁿᵃ ᵛᶠ prædicationis euangelicæ debeo
mi ᶜʳᵉᵈᵃⁿ tamen eo propenſior cura ad ſcribẽ-
d ᵃˡⁱᵗᵉʳ quo magis plures periculo infidelis in-
ᵃᶜᵗⁱ uæ detinebãtur: vberius gaudium conſe
ex ſalute multorum: ſi cognitis ſacramen-
perfectę in deum fidei impia humanæ ſtulti-
tiæ inſtituta deſererẽt: & ſe deo redderent hæreti
cis repudiatis: atq; a cibo mortis quo in laqueum
aues ſolent illici: in volatum ſe liberę ſecuritatis
erigerent ſequerenturq; chriſtum ducem: prophe
tas nuncios: apoſtolos præulos: fidem cõſumma
tam: & ſalutẽ patris & filii confeſſione perfectam
& cum dictum meminiſſent ore domini. Qui nõ
honorificat filium non honorificat patrem qui
miſit illum. Ad honorificãdum patrem per hono
rem filii ſe referrent. Emerſit enim peſtifera & leta
lis populis proxima lues: quę ingenti graſſata cõ
tagio ruinam miſerandę mortis inuexit. Non eñ
tantum aut confidentium in chaos cum populis
ſuis repens vrbium vaſtitas: aut frequens bello-
rum & funeris mortis aut immedicatę ęgritudi
nis populoſa contagia deſęuierunt: in quantum
ad exitium generis humani hæreſis hæc funeſta
graſſata eſt. Deo enim cui omnia in mortuis vi
uunt: hoc ſolum perit q̃d ſibi deperit. Nam iudi-
caturus ipſe de omnibus: & pro maieſtatis ſuæ
miſericordia pene meritum ignorãti moderatu-
rus errori: negantes ſe non iam iudicabit vtiq; ſed
negabit. Negat enim negat furens hæreſis ſacra
mentum verę fidei: ad impietatis ſuæ doctrinam
religionis vſa principiis: cum infidelitatis ſuæ ex
poſitionem vt in ſuperioribus libris continetur:
ita cœpit. Nouimus enim vnum ſolum deum
infectum: ſolum ſempiternum: ſolum ſine initio
ſolum verum: ſolum immortalitatem habentem:
ſolum optimum: ſolum potentem. Ad id enim
vſurpatum proficit piæ confeſſionis exordium:
quo ait: vnum deum & ſolum infectum: & ſolum
ſine initio: vt per hæc quæ religioſæ verba oſten-
tarentur: cętera impie ſubderẽtur. Nam poſt mul
ta alia quæ de filio pari quoq; ſimulatę religionis
profeſſione protulerat: ſubiecit: creaturam dei
perfectã: ſed nõ ſicuti vnũ de creatura. facturã ſed
non ſicuti cæteras facturas. Et poſt multa alia
quibus veritatis interiectis confeſſionibus hæreti
cæ impietatis obumbraretur intentio: vt ſubſiſte
re eum de non extantibus argutę interpretatio-
nis ſubtilitate defenderet ait. Et ante ſæcula crea-
tus & fundatus: non erat anteq̃ naſceretur. Poſtre
mo quaſi rebus iam oĩbus validiſſime ad impieta
tis profeſſionẽ cõmunitis ne vel filiꝰ vel deus in-
telligeretur: adiecit. Si enim ꝙ ex ipſo & ꝙ ex vte
ro & ꝙ ex patre exiui & veni: velut patrem eius
vnius ſubſtantiæ & quaſi prolationem extendẽs
intelligitur: compoſitus erit pater & diuiſibilis
& conuertibilis & corporeus ſecundũ illos: & q̃tũ
in ipſis eſt: conſequentia corporis ſuſtinens: ſine
corpore deus. Et quia nobis ex integro aduerſum
hanc impiiſſimę doctrinæ expiſitionem euange-
licus nũc erit ſermo: conſequens exiſtimauimꝰ in
quarto iã libro licet omnẽ editionẽ huiꝰ hęreſeos
cõſcriptã: nũc quoq; huic ſexto inſerere vt recẽs
lectio & reſponſionis ad ſingula collatio ſubiecta:
ꝑ euãgelicas atq; apoſtolicas inſtitutiões inuitis
licet & cõtradicẽtibꝰ ſenſũ veritatis eliciat. Dicit
ergo. Nouimꝰ vnũ deũ ſolũ infectũ: ſolũ ſempiter
nũ: ſolũ ſine initio: ſolũ verũ: ſolum imortalitatẽ

habentem:ſolum optimum:ſolum potētem:om-
nium creatorem:ordinatorem & diſpoſitorem:in
conuertibilem:immutabilem:iuſtum:& optimū:
legis & prophetarum & noui teſtamenti:hunc de
um genuiſſe filium vnigenitum ante omnia ſęcu
la:per quem & ſęculum & omnia fecit. Natum au
tem non putatiue ſed vere ob ſecutum volunta-
tis ſuæ:immutabilem & incōuertibilem:creaturā
dei perfectam:ſed non ſicuti vnum de creaturis:
facturam:ſed non ſicuti cæteras facturas. Nec vt
valentinus prolationem natum patris commen-
tatus eſt. Nec ſicut manicheus partē vnius ſubſtā
tiæ patris natum expoſuit. Nec ſicut ſabelliꝰ qui
vnionem diuidens ipſum dixit filium quem & pa
trem. Sed nec ſicut hierarchas lucernā dicit de lu-
cerna vel lampadam in duas partes. Nec eum qui
fuit ante poſt modum natum vel ſupercreatum
in filium:ſicuti & tu ipſe beatiſſime papa media in
ecclesia & in conſeſſu frequēter eos qui talia intro
ducunt renuiſti. Sed ſicuti diximus: volūtate dei
ante tēpora & ſęcula creatū & viuere & eſſe accipi
ens a patre:& gloriā ſcum ſubſiſtente patre. Ne ꝑ
eīm pater dās ei omniū hæreditatem fraudauit ſe-
metipſum ab iis quæ nō facta ab ipſo habent. fons
eſt autē omniū. Quapropter tres ſubſtantiæ ſunt
pater & filius & ſpiritusſanctus. Et quidē cauſa ē
omniū deus:omnino ſine initio ſolitariꝰ. Filiꝰ aūt
ſine tēpore editus a patre:& ante ſęcula creatus &
fundatus:non erat anteq̄ naſceretur. Sed ſine tpe
ante oia natꝰ:ſolꝰ a ſolo patre ſubſiſtit. Nec eīm ē
æternꝰ:aut coæternꝰ aut filꝰ nō factus cū patre fu-
it ſemp:nec ſimul cum patre habet eſſe ſicut qui-
dam dicunt. Aut aliqui:duo nō nata principia in
troducentes:ſed ſicut vnio & principium omniū
ſic & deꝰ ante omnia ē. Propter qđ & ante filium
eſt ſicut & a te didicimus papa media in eccleſia ꝑ
dicante. Secūdū qđ itaq̄ a deo eſſe habet:& gloriā
& viuere:& omnia ei ſunt tradita:ſm hoc: princi-
pium eiꝰ eſt deus. Principatur aūt vt pote deꝰ eiꝰ
cu ſit ātē ipſū. Si eīm q̄ ex ipſo:& q̄ ex vtero:& q̄ ex
patre exiui & veni:velut partē eiꝰ vniꝰ ſubſtantię
& quaſi ꝓlationē extēdēs ītelligit cōpoſitꝰ erit pa
ter & diuiſibilis & cōuertibil' & mutabil' & corpor
eus ſecundū illos:& q̄tū in ipſis eſt:conſequentia
corporis ſuſtinēs ſine corpore deꝰ. Quis nō in his
ſentiat lubricos ſerpentinæ viæ flexꝰ: vel tortuoſi

ſpiritꝰ nodos vipereos non intelligat? quibus ve-
nenati oris principalis poteſtas collecto inflexi cor
poris orbe concluditur! Sed extenſis omnibus
atq̄ abſolutis totum occultati capitis virus pate
bit. Ingerunt eīm nobis primum nomina veritatis
vt vires falſitatis introeant. Bonum in ore eſt: vt
de corde malum ſubeat. Et inter hæc nuſq̄ audio
ab his deum dei filium dici. Nuſq̄ inuenio filium
ita prædicatum eſſe q̄ filius ſit. Nomen filii inge-
rit:vt natura taceatur. Natura adimit: vt nomen
ſit alienum. Hęreſes cæterę prætenduntur: vt de
ſe hæreſis mētiatur. Vnus ſolus deus:& ſolus ve-
rus ingeritur:ne verū ac propriū dei filio relinqua
tur eſſe q̄ deus eſt. Quæ igitur ſuperioribꝰ libellis
de deo & deo:& deo vero ac deo vero: in deo vero
patre:& in deo vero filio:vi[...]vero deo intelligen-
do ſecundum naturæ vnit[...]lu[...]:non ſecundū per
ſonę vnionem ex legis ac pr[...]cum [...]rum prædica-
tionibus docuerimus:tamen[...]s quiſq̄ [...] fidei huius
abſolutio ex euangelicis at[...]lterius n[...] eſt pręſtā
da doctrinis: vt verus dei filius hoc quia[...] alienæ a
patre diuerſęq̄ naturæ:ſed eiuſd[...]tris & fili[...]iuinita
tis:per veritatem natiuitatis exiſt[...]eremias [...] intel
ligi. Nec ſane quēq̄ tam amentem p[...]deo pat[...]xiſti
mo qui dei de ſe profeſſiones aut cogi[...]dicens [...]n in
telligat:aut intellectas a ſe nolit intelligi[...]d ei[...]nē
dandas putet humanæ opinionis prudentiā[...]pu[...]
anteq̄ res ipſas ſalutarium ſacramentorum loq[...]
incipiamus:ne aliquo ſibi editis hæreticorum no-
minibus hęreſis profeſſio blandiatur: demonſtrā
dum eſt omne huius argutę malicię velamen: vt
per qđ ſe virus latens contegit:per idipſum prodi
tum ſit & reuelatum & ad blandientis veneni in-
telligentiam publicę conſcientiæ ſenſus introeat.
Volentes igitur hæretici dei filium ex deo eſſe: ne
q̄ de natura & in naturam dei ex deo deum natū
cum iam ſuperiꝰ commemoraſſent vnum deum
ſolum verum:neq̄ adiecíſſent & patrem: vt vnꝰ
veritatis eſſe patrem & filium excluſa proprie-
tate natiuitatis negarent: dixerunt. Nec vt va-
lentinus prolatione natum patris commentatus
eſt. Vt ſub ſpecie hæreſeos valentinianæ:nomi-
ne prolationis improbato:natiuitatem dei ex deo
improbarent. Valentinus enim quædam ridicu-
la & fœda commentans: cum præter principem
deū familiā deorū & nūeroſas ętemitatū poteſta-

tes introduxiſſet: tūc ꝓlatū dn̄m noſtrū Ieſū chri-
ſtum myſterio occultatę voluntatis aſſeruit. Hãc
ergo inanem prolationem temerarii ac ſtulti au-
ctoris furore quæſitam euangelica atq; apoſtoli-
cæ eccleſiæ fides neſcit. Ignorat enim valentini by
thonas & ſilentium & ter denos ęonas. Neſcit
enim aliud q̄ vnum deum patrem ex quo omnia
ſunt: & vnum dominum noſtrum Ieſum: per quē
omnia: natum ex deo deum. Sed quia ex deo de9:
neq; per natiuitatem ſuam deo ademit eſſe ꝙ de9
eſt: neq; ipſe in natiuitate non deus eſt: & ꝙ deus
eſt nō cœpit eſſe ſed natus ex deo de9 ē & qd naſci
tur: id ipſum ſecundum humanæ intelligentiæ
ſenſum videtur eſſe prolatum: ita vt prolatio ip-
ſa natiuitas eſſe exiſtimetur: idcirco tentatum eſt
per valentini hæreſim prolationis nomen exclu-
di: vt natiuitatis veritas permaneret: quia ꝓlatio-
nis intelligentia: opinione terrena: non multum
eſſet a natura terrenæ natiuitatis aliena. Naturæ
humanæ tarda ac difficilis ad res diuinas intel-
ligentia exigit: de iis quæ ſemel dicta a nobis ſūt:
frequentius admoneri: ne ſatiſfacere ſacramen-
tis diuinæ virtutis: humanæ comparatiōis exem
pla credantur. Sed tantum ad imbuendum ſpiri-
tualiter de cæleſtibus ſenſum: ſpeciem terreni ge-
neris afferri: vt per hunc naturæ noſtræ gradum
ad intelligentiam diuinæ magnificentiæ proue-
hamur. Non eſt autem ſecundum humanarum
natiuitatum prolationes: dei natiuitas exiſtiman
da. Vbi enim vnus ex vno eſt: & deus natus ex
deo eſt: affert tantum ſignificationis intelligen-
tiam terrena natiuitas. Cæterum non ſatiſfacit
comparationis exemplo origo naſcentium: quæ
habet in ſe & coitum & conceptum & tempus &
partum: cum deus ex deo natus nihil aliud intel
ligendus ſit eſſe q̄ natus. Et quidem diuinæ nati-
uitatis ſecūdum fidem euangelicam atq; apoſto-
licam veritatem ſuo loco tractabimus: interim ta
men hæreticę artis ingenium oſtendi debuit quę
ad veritatem natiuitatis abolendam: prolationis
nomen extingueret. Tenet vero etiam in cæ-
teris eiuſdem artis ſuæ malignam fraudulentiam
dicens. Nec ſicut Manichęus partem vnius ſub-
ſtantiæ patris natum expoſuit. Negata ſuperius
prolatio eſt: vt natiuitas negaretur. Nunc quo-
q; ſub Manichęi nomine neganda vnius ſubſtan
tiæ infertur & portio: ne deus ex deo eſſe credatur
Manichęus autem abrupti iri improbāda lege ac
prophetis furoris & diaboli quantūm in ſe eſt pro
feſſus aſſertor: & ſolius ſui neſcius cultor: id qd in
virgine fuit: portionem vnius ſubſtantiæ præ-
dicauit: & id filium voluit intelligi: quod ex dei
ſubſtantia parte aliqua deductum apparuerit in
carne. Vt igitur vnigeniti filii natiuitas & vnius
ſubſtantiæ nomen tolleretur: portio vnius ſubſtā
tiæ in natiuitate filii prætenditur: vt quia propha
næ ea quæ ex portione vnius ſubſtantię natiuitas
aſſerta ē prædicatur: primū natiuitas ipſa non eſ-
ſet: quæ in manichęo eſſet ex portionis profeſſio-
ne damnata. Tum deinde nomen ac fides vnius
ſubſtantię tolleretur: quia apud hæreticos ex por-
tione competeret: & per id non ex deo deus eſſet:
ꝙ in eo diuinæ naturæ proprietas non ineſſet.
Quid veſanas ſollicitudines ementita religionis
ſpecie impius furor ſimulatur! Manichęum ſecun
dum hæreticę inſanię prædicatores: pię eccleſiæ fi
des damnat. Neſcit enim in filio portionem: ſed
ſcit deum totum ex deo toto. Scit ex vno vnum
nō defectum ſed natum. Scit natiuitatem dei nec
diminutionem eſſe gignentis: nec infirmitatem eſ
ſe naſcentis. Si ex ſe ſcit: infer calumniam temeri-
tati vſurpatę ſcientiæ. Si vero de domino ſuo di-
dicit: natiuitatis ſuę ſcientiam permitte naſcenti.
Hęc enim ita ei a deo vnigenito comperta ſunt ꝙ
& pater & filius vnum ſunt: ꝙ plenitudo dei-
tatis in filio eſt: per qd & portionem vnius ſubſtā
tiæ adit ad filium. & per natiuitatis veritatem ve
ræ diuinitatis proprietatem veneratur in filio.
Sed repoſita pleniore ſingularum reſponſionum
abſolutione per reliqua curramus. Namq; id ſeq-
tur. Nec ſicut ſabellius qui vnionem diuidens: ip-
ſum dixit filium quem & patrem. Ignorat euan-
gelica atq; apoſtolica ſacramēta ſic credens ſabel-
lius. Sed non hoc ab hęreticis in hæretico ſimplici
ter damnatur. Volentes enim nihil inter patrem
& filium eſſe vnum: diuiſę a ſabellio vnionis cri-
men exprobrant. Cuius vnionis diuiſio non nati
uitatem intulit: ſed eundem diuiſit in virginem.
Nobis aūt in cōfeſſione natiuitatis eſt: & vnionē
deteſtantes vnitatem diuinitatis tenem9: ſcilicet
vt deus ex deo vnum ſint in genere naturæ. Dum
qd ꝑ natiuitatis veritatē ex deo in deū extitit nō

dicit. Hic deꝰ noſter ē: & nō deputabit alter ad eū
Qui inuenit oēm viā diſciplinę: & dedit eā iacob
puero ſuo & iſrael dilecto ſuo. Poſt hęc ſupra terrā
viſus ē: & inter hoīes cōuerſatus ē. Dixerat eñ iā
ſuperius. Et hō ē: & qs cognoſcet eū? Habes ergo
deū in terra viſum: & inter hoīes cōuerſatū. Et re-
quiro quo modo itelligendū exiſtimes: deū nēo vi
dit vnq̄: niſi vnigenitꝰ filius qui eſt in ſinu patris
eū hieremias deū prędicet qui & viſus in terris eſt
& inter hoīes cōuerſatus ē? Pater certe nō niſi filio
viſibilis ē? Quis ergo iſte ē: qui viſus ē & cōuerſa-
tus ē inter hoīes? deus certe noſter ē & viſibilis in
homine: & contrectabilis deꝰ: & ꝑphetā loquētē
intellige. Nō deputabit alter ad eū. Si quęris quo
modo: audi quę ſequūt: ne per id nō & patri ꝓpri
um eſſe exiſtimes quod dictū eſt. Audi iſrael. Do-
minꝰ deꝰ tuꝰ: vnꝰ eſt. Hęc enim ſibi coherēt. Nō
deputabit alter ad eū: qui īuenit omnē viam ſcien
tię: & dedit eā iacob puero ſuo & iſrael dilecto ſuo
Poſt hoc ſupra terram viſus ē: & inter hoīes cōuer
ſatus ē. Vnus ē enim mediator dei & hominū de-
us & hō. Et ī legis latione: & in corporis aſſūptiōe
mediator. Alius igitur ad eū nō deputabit. Vnꝰ
eſt eñ hic in deū ex deo natus: ꝑ quē creata ſūt oīa
in cęlo & in terra ꝑ quē tēpora & ſęcula facta ſunt.
Totum eñ quicquid eſt: ex eius operatione ſub-
ſiſtit. Hic ergo vnus eſt diſponēs ad abraham lo-
quens ad moyſen: teſtās ad iſrael: manēs in ꝓphe-
tis: ꝑ virginē natꝰ ex ſpiritu ſancto: aduerſātes no
bis inimicaſq virtutes ligno paſſiōis affigēs: mor
tem in inferno ꝑimēs: ſpei noſtrę fidē reſurectiōe
cōfirmās: corruptionē carnis humanę gloria cor-
poris ſui ꝑimēs. Ad hūc ergo nō deputabit alius.
Soli enim hęc vnigenito deo propria ſunt: & vnꝰ
hic in hāc peculiarē virtutū ſuarū beatitudinē na
tus ex deo ē. Nō alter ad eū deus deputatur. Non
eñ ex alia ſubſtantia ſed ex deo deꝰ eſt. Nihil ī eo
itaq nouum: nihil extraneū: nihil recēs eſt. Cum
eñ audit iſrael: quod ſibi deus vnꝰ ſit: & filio dei
deo nō alter deꝰ deputetur: vt deus ſit: abſolute
pater deꝰ: & filiꝰ deꝰ vnū ſunt: nō vnione pſone
ſed ſubſtātię vnitate: quia filio dei deo deputari al
terū deū non ſinit propheta quod deꝰ eſt.

Explicitus eſt liber quartus.
Incipit liber quintus.

Eſpōdētes ipſis & veſanis hę-
reticorū īſtitutionibꝰ ſupiori-
bꝰ libris nō ignoramꝰ ī eā nos
cōtradicēdi neceſſitatē dedu-
ctos fuiſſe: vt nō minꝰ pericu-
li audiētibus reſpōſio noſtra q̄
ſilentiū cōmoueret. Cū eñ vnū deū ꝓphanę aſſer
tio infidelitatis ingereret: & rurſum vnū deū reli-
gioſe negare fides ſana non poſſet: tractari de eo
nō ſine ancipitis periculi conſciētia potuit: quod
nō minꝰ impię cōfirmaret q̄ negaret. E quidē hu-
mani ſenſus opinione ineptū & rōnis alienum eſſe
hoc forte exiſtimabit vt quod irreligioſum ē nega
re: id ipſum irreligioſū ſit cōfiteri. Cū pietas cōfi-
tēdi: impietatē cōdēnet negādi. Nec rōne cōueni-
at: vt vtiliter affirmet quod vtiliter deſtruat. Sed
ad diuinę ſapiētię ītelligētiā humanꝰ ſenſus īpru
dens & ſm cęleſtē prudētiā ſtultus iuxta infirmi-
tates ſuas ſentit: & iuxta ībecillitatē naturę ſuę ſa
pit. Stultꝰ ſibi futurꝰ vt deo ſapiat. ſ. vt ſenſus ſui
īnopiā intelligēs: & dei ſapiētiā cōſectās: nō ſecun
dū ſapiētiā prudēs ſit: ſed ſm q ad dm̄ ꝓficit: ſapi
at: ī dei ſapiētiā ex recognita mūdi ſtulticia trāſie
urꝰ. Cuiꝰ ſtultę ſapiētię ſēſū hęretica ſubtilitas ad
fallēdi occaſionē coaptās: vnū deū ꝓfeſſa ē aucto
ritate legis euāgeliorūq vſa q̄ dictū ē. Audi iſrael.
Dn̄s deꝰ tuꝰ vnꝰ ē. Nō ignorās quātū ī eo ſit vel
reſpōſionis ꝑiculū vl ſilētii: & ex vtroq opportu-
nitatē īpietatis expectās: vt ſi ſanctitatē dicti īſide
liter vſurpati cōniuētis taciturnitas cōfirmaret: ꝑ
id quod deꝰ vnꝰ ē: filiꝰ tm̄ dei deꝰ nō eſſet: deo tm̄
ſicut ex vno manēte. At vero cōtradictio ꝑſump-
tę impię huiꝰ ꝓfeſſionis exiſteret: veritatē fidei e-
uāgelicę nō cōſeruaret deū vnū nō cōfeſſa reſpō-
ſio: cū fidei noſtrę ꝓfeſſio ſecūdū deū vnū ſit. Reci
deret q in alterius hęreſeos impietatem deū vnū
patrē & filiū nō ꝓfeſſa cōfeſſio. Atq ita ſapientia
mūdi: quę ſtultitia apud deū ē ſpecie blāde & pe-
ſtiferę ſimplicitatis illuderet: cū hoc fidei ſuę cōſti
tueret exordiū: ī quo ſibi aut impie aſſentiremur
aut aduerſaremur: per hoc vtriuſq rei periculum
dei filium deū non eſſe obtineret: quia deus vnus
ē: aut extorqueret alterius hęreſeos neceſſitatem
ſi & patrem deum & filium deum cōfitentes: vnū
deū prędicare ſecundū Sabellii opinionē īpiā exi-
ſtimaremur: & ita hoc prędicatiōis ſuę mō vnus

tem non putatiue ſed vere obſecutum volunta-
tis ſuæ:immutabilem & incõuertibilem:creaturã
dei perfectam:ſed non ſicuti vnum de creaturis:
facturam:ſed non ſicuti cæteras facturas. Nec vt
valentinus prolationem natum patris commen-
tatus eſt. Nec ſicut manichęus partẽ vnius ſubſtã
tiæ patris natum expoſuit. Nec ſicut ſabelliꝰ qui
vnionem diuidens ipſum dixit filium quem & pa
trem. Sed nec ſicut hierarchas lucernã dicit de lu-
cerna vel lampadam in duas partes. Nec eum qui
fuit ante poſtmodum natum vel ſupercreatum
in filium:ſicuti & tu ipſe beatiſſime papa media in
eccleſia & in conſeſſu frequẽter eos qui talia intro
ducunt renuiſti. Sed ſicuti diximus: volũtate dei
ante tẽpora & ſęcula creatũ & viuere & eſſe accipi
ens a patre:& gloriã ſcum ſubſiſtente patre. Ne ꝑ
eñ pater dãs ei omniũ hæreditatem fraudauit ſe-
metipſum ab iis quæ nõ facta ab ipſo habent. fons
eſt autẽ omniũ. Quapropter tres ſubſtantiæ ſunt
pater & filius & ſpiritusſanctus. Et quidẽ cauſa ẽ
omniũ deus:omnino ſine initio ſolitariꝰ. Filiꝰ aũt
ſine tẽpore editus a patre:& ante ſęcula creatus &
fundatus:non erat anteq̃ naſceretur. Sed ſine tp̃e
ante oĩa natꝰ:ſolꝰ a ſolo patre ſubſiſtit. Nec eñ ẽ
æternꝰ:aut coęternꝰ aut fil' nõ factus cũ patre fu-
it ſemꝑ:nec ſimul cum patre habet eſſe ſicut qui-
dam dicunt. Aut aliqui:duo nõ nata principia in
troducentes:ſed ſicut vnio & principium omniũ
ſic & deꝰ ante omnia ẽ. Propter qđ & ante filium
eſt ſicut & a te didicimus papa media in eccleſia ꝓ
dicante. Secũdũ qđ itaq; a deo eſſe habet:& gloriã
& viuere:& omnia ei ſunt tradita:ſm hoc: princi-
pium eiꝰ eſt deus. Principatur aũt vt pote deꝰ eiꝰ
cu ſit añ ipſũ. Si eñ ꝙ ex ipo:& ꝙ ex vtero:& ꝙ ex
patre exiui & veni:velut partẽ eiꝰ vniꝰ ſubſtantię
& quaſi ꝓlationẽ extẽdẽs itelligiť cõpoſitꝰ erit pa
ter & diuiſibilis & cõuertibil' & mutabil' & corpor
eus ſecundũ illos:& q̃tũ in ipſis eſt:conſequentia
corporis ſuſtinẽs ſine corpore deꝰ. Quis nõ in his
ſentiat lubricos ſerpentinæ vię flexꝰ: vel tortuoſi

ſpiritꝰ nodos vipereos non intelligat! quibus ve-
nenati oris principalis poteſtas collecto inflexi cor
poris orbe concluditur! Sed extenſis omnibus
atq; abſolutis totum occultati capitis virus pate
bit. Ingerunt eñ nobis primum nomina veritatis
vt vires falſitatis introeant. Bonum in ore eſt: vt
de corde malum ſubeat. Et inter hæc nuſq̃ audio
ab his deum dei filium dici. Nuſq̃ inuenio filium
ita prædicatum eſſe ꝙ filius ſit. Nomen filii inge-
rit:vt natura taceatur. Natura adimiť: vt nomen
ſit alienum. Hęreſes cæterę prætenduntur: vt de
ſe hæreſis mẽtiatur. Vnus ſolus deus:& ſolus ve-
rus ingeritur:ne verũ ac propriũ dei filio relinqua
tur eſſe ꝙ deus eſt. Quã igitur ſuperioribꝰ libellis
de deo & deo:& deo vero ac deo vero: in deo vero
patre:& in deo vero filio:vn[illegible]vero deo intelligen-
do ſecundum naturæ vnit[illegible]:non ſecundũ per
ſonę vnionem ex legis ac pr[illegible]rum prædica-
tionibus docuerimus:tamen [illegible] fidei huius
abſolutio ex euangelicis atq; [illegible]s eſt pręſtã
da doctrinis: vt verus dei filius [illegible] alienæ a
patre diuerſęq; naturæ:ſed eiuſd[illegible]diuinita
tis:per veritatem natiuitatis exiſte[illegible] intel
ligi. Nec ſane quẽq̃ tam amentem p[illegible]exiſti
mo qui dei de ſe profeſſiones aut cogn[illegible]n in
telligat:aut intellectas a ſe nolit intelligi:[illegible]ẽ
dandas putet humanæ opinionis prudentia. [illegible]
anteq̃ res ipſas ſalutarium ſacramentorum loqui
incipiamus:ne aliquo ſibi editis hæreticorum no-
minibus hęreſis profeſſio blandiatur: demonſtrã
dum eſt omne huius argutę malicię velamen: vt
per qđ ſe virus latens contegit:per idipſum prodi
tum ſit & reuelatum & ad blandientis veneni in-
telligentiam publicę conſcientiæ ſenſus introeat.
Volentes igitur hæretici dei filium ex deo eſſe: ne
q; de natura & in naturam dei ex deo deum natũ
cum iam ſuperiꝰ commemoraſſent vnum deum
ſolum verum:neq; adieciſſent & patrem: vt vnꝰ
veritatis eſſe patrem & filium excluſa proprie-
tate natiuitatis negarent: dixerunt. Nec vt va-
lentinus prolatione natum patris commentatus
eſt. Vt ſub ſpecie hæreſeos valentinianæ:nomi-
ne prolationis improbato:natiuitatem dei ex deo
improbarent. Valentinus enim quædam ridicu-
la & fœda commentans: cum præter principem
deũ familiã deorũ & nũeroſas ęternitatũ poteſta-

tes introduxiſſet: tũc ꝓlatũ dñm noſtrũ Ieſũ chriſtum myſterio occultatę voluntatis aſſeruit. Hãc ergo inanem prolationem temerarii ac ſtulti auctoris furore quęſitam euangelica atq; apoſtolicæ eccleſiæ fides neſcit. Ignorat enim valentini bythonas & ſilentium & ter denos ęonas. Neſcit enim aliud q̃ vnum deum patrem ex quo omnia ſunt: & vnum dominum noſtrum Ieſum: per quē omnia: natum ex deo deum. Sed quia ex deo deꝰ: neq; per natiuitatem ſuam deo ademit eſſe ꝙ deꝰ eſt: neq; ipſe in natiuitate non deus eſt: & ꝙ deus eſt nõ cœpit eſſe ſed natus ex deo deꝰ ē & qđ naſcitur: id ipſum ſecundum humanæ intelligentiæ ſenſum videtur eſſe prolatum: ita vt prolatio ipſa natiuitas eſſe exiſtimetur: idcirco tentatum eſt per valentini hæreſim prolationis nomen excludi: vt natiuitatis veritas permaneret: quia ꝓlationis intelligentia: opinione terrena: non multum eſſet a natura terrenæ natiuitatis aliena. Naturæ humanæ tarda ac difficilis ad res diuinas intelligentia exigit: de iis quæ ſemel dicta a nobis ſũt: frequentius admoneri: ne ſatiſfacere ſacramentis diuinæ virtutis: humanæ comparatiõis exempla credantur. Sed tantum ad imbuendum ſpiritualiter de cæleſtibus ſenſum: ſpeciem terreni generis afferri: vt per hunc naturæ noſtræ gradum ad intelligentiam diuinæ magnificentiæ prouehamur. Non eſt autem ſecundum humanarum natiuitatum prolationes: dei natiuitas exiſtimanda. Vbi enim vnus ex vno eſt: & deus natus ex deo eſt: affert tantum ſignificationis intelligentiam terrena natiuitas. Cæterum non ſatiſfacit comparationis exemplo origo naſcentium: quæ habet in ſe & coitum & conceptum & tempus & partum: cum deus ex deo natus nihil aliud intelligendus ſit eſſe q̃ natus. Et quidem diuinæ natiuitatis ſecũdum fidem euangelicam atq; apoſtolicam veritatem ſuo loco tractabimus: interim tamen hæreticę artis ingenium oſtendi debuit quę ad veritatem natiuitatis abolendam: prolationis nomen extingueret. Tenet vero etiam in cæteris eiuſdem artis ſuæ malignam fraudulentiam dicens. Nec ſicut Manichęus partem vnius ſubſtantiæ patris natum expoſuit. Negata ſuperius prolatio eſt: vt natiuitas negaretur. Nunc quoq; ſub Manichęi nomine neganda vnius ſubſtantiæ inſertur & portio: ne deus ex deo eſſe credatur. Manichęus autem abrupti in improbãda lege ac prophetis furoris & diaboli quantũ in ſe eſt profeſſus aſſertor: & ſolius ſui neſcius cultor: id qđ in virgine fuit: portionem vnius ſubſtantiæ prædicauit: & id filium voluit intelligi: quod ex dei ſubſtantia parte aliqua deductum apparuerit in carne. Vt igitur vnigeniti filii natiuitas & vnius ſubſtantiæ nomen tolleretur: portio vnius ſubſtãtiæ in natiuitate filii prætenditur: vt quia prophanæ ea quæ ex portione vnius ſubſtantię natiuitas aſſerta ē prædicatur: primũ natiuitas ipſa non eſſet: quæ in manichęo eſſet ex portionis profeſſione damnata. Tum deinde nomen ac fides vnius ſubſtantię tolleretur: quia apud hæreticos ex portione competeret: & per id non ex deo deus eſſet: ꝙ in eo diuinæ naturæ proprietas non ineſſet. Quid veſanas ſollicitudines ementita religionis ſpecie impius furor ſimulatur! Manichęum ſecundum hæreticę inſanię prædicatores: pię eccleſiæ fides damnat. Neſcit enim in filio portionem: ſed ſcit deum totum ex deo toto. Scit ex vno vnum nõ defectum ſed natum. Scit natiuitatem dei nec diminutionem eſſe gignentis: nec infirmitatem eſſe naſcentis. Si ex ſe ſcit: infert calumniam temeritati vſurpatę ſcientiæ. Si vero de domino ſuo didicit: natiuitatis ſuę ſcientiam permitte naſcenti. Hęc enim ita ei a deo vnigenito comperta ſunt ꝙ & pater & filius vnum ſunt: ꝙ plenitudo deitatis in filio eſt: per qđ & portionem vnius ſubſtãtiæ adit ad filium. & per natiuitatis veritatem veræ diuinitatis proprietatem veneratur in filio. Sed repoſita pleniore ſingularum reſponſionum abſolutione per reliqua curramus. Namq; id ſequitur. Nec ſicut ſabellius qui vnionem diuidens: ipſum dixit filium quem & patrem. Ignorat euangelica atq; apoſtolica ſacramẽta ſic credens ſabellius. Sed non hoc ab hęreticis in hæretico ſimpliciter damnatur. Volentes enim nihil inter patrem & filium eſſe vnum: diuiſę a ſabellio vnionis crimen exprobrant. Cuius vnionis diuiſio non natiuitatem intulit: ſed eundem diuiſit in virginem. Nobis aũt in cõfeſſione natiuitatis eſt: & vnionē deteſtantes vnitatem diuinitatis tenemꝰ: ſcilicet vt deus ex deo vnum ſint in genere naturæ. Dum qđ ꝑ natiuitatis veritatē ex deo in deũ extitit nõ

aliunde q̃ ex deo eſſe ſubſtiterit. Quod autem nō
aliunde q̃ ex deo manet: maneat neceſſe eſt in ea
veritate qua deus eſt: ac per hoc vnum ſunt: cum
qui ex deo deus eſt: neq; aliud ipſe eſt: neq; aliun-
de ꝙ deꝰ eſt. Idcirco autem vnionis in ſabellio im-
pietas prætenditur: vt eccleſiæ fidei vnitatis reli-
gio auferatur. Perſequar deinde & cætera hæreti-
ci ingenii artificia: ne forte ſuſpitioſis magis q̃ ve-
ris ſolicitudinibus maliuolus interpres alienæ ſim
plicitatis exiſtimer: oſtenſurus totius profeſſiōis
cōcluſionem: in quem ſe exitum promiſſio tā ſub
doli ſermonis inſtruxerit. Id eēm ſequitur. Sed nec
ſicut hierarchas lucernam de lucerna vł lampadā
in duas partes. Nec qui fuit ante poſtmodum na
tum vel ſupercreatum in filium. Hierarchas neſci
ens vnigeniti natiuitatē: nec euāgelicoꝝ ſacramē
torum virtutem adeptus: vnius lucernæ duo lu-
mina prędicauit. Vt lychnorum bipertita diuiſio
ſubſtantiam patris & filii emularetur: quæ ex vni
us vaſculi vnguine accenderetur in lumen: tanq̃
eſſet ſubſtantia exterior: vt oleum in lucerna con
tinens luminis vtriuſq; naturā. Vel certe vt lāpas
papyro eodem intexta vtro ꝑ capite luceret: eſſet
q; media materies: lumen eſſe vtrunq; protendēs.
Hęc ſtultitię humanæ error inuexit: dū qđ ſapiūt:
ex ſe potius q̃ deo ſapiunt. Sed quia verę fidei pro
feſſio ē: ita deū ex deo natū vt lumē ex lumine: qđ
ſine detrimento ſuo naturā ſuā pręſtat ex ſeſe. Vt
det qđ habet: & qđ dederit habeat: naſcatq; ꝙ fit: eū
nō aliud q̃ qđ eſt: natū ſit: & natiuitas accepit qđ
erat: nec ademerit qđ accepit ſitq; vterq; vnū dū
ex eo qđ eſt naſcit̃: & qđ naſcitur: neq; aliūde neq;
aliud eſt. Eſt eēm lumē ex lumine. Vt ergo fidei hu
ius intelligentia aduerteretur Hierarchę lampas
vel lucerna ad crimē confitēdi ex lumine luminis
obiecta eſt: ne dici religioſe exiſtimet̃: qđ ipſe dictū
& nunc & ante dānatū eſt. Abſiſte: abſiſte inaniſſi
me timor hęreticorū nec patrociniū eccleſiaſticę fi
dei falſa ſollicitę aſſertionis opinione mētire. Nihil
corporale ſm nos: nihil inane in dei rebus eſt. Qđ
deus eſt: deus totū eſt. Nihil in eo niſi ſpūs ē. Mate
ries hebetes natura illa nō recipit: neq; ex diuerſis
cōſtat vt maneat. Deꝰ vt ē: deꝰ qđ ē pmanet: pma
nēs deus deū genuit. Nō cōtinētur vt lāpas & lā-
pas aut lychnꝰ & lychnus exteriore natura. Vni-
geniti ex deo dei natiuitas non ſeries eſt ſed proge

nies. Non tractus: ſed ex lumine luminis natura.
Vnitas eſt: non ex connexione porrectio. Iam ve-
ro in eo quanta hæreticę ſtultitię & q̃ callida pro-
feſſio fuit: qui fuit ante poſt modum natum vel ſu
percreatum in filio. Deus qui ex deo natus eſt non
vtiq; natus ex nihilo eſt: neq; de nō extantibus na
tus eſt: ſed natiuitatis ſuæ viuentem habuit natu
ram. Nec idem deus qui erat: ſed deus ex deo qui
erat natus eſt. Et natiuitas habuit originis ſuæ in
ipſa ſua natiuitate naturā. Si ex noſtro loquimur:
inſolentes ſumus: ſin vero ad loquēdum edoctos
nos per dn̄m docebimus: natiuitas dei ſecūdum
doctrinam dei eſt confitenda. Hanc igitur in pa-
tre & filio naturæ vnitatem: & hoc viuentis nati-
uitatis inenarrabile ſacramentum excludere hæ-
reticus furor tentans ait. Nec eum qui fuit ante:
poſtmodum natum nec ſupercreatum in filium.
Quis enim tam veſanus erit: vt defeciſſe a ſe pa-
trem putet: vt idem qui fuerat: poſtea naſceretur
vel ſupcrearetur in filium: & eſſet abolitio dei vt
ſuccederet de abolitione natiuitas: cum natiui-
tas manentem teſtatur auctorem! Vel quis tam
demens eſt: vt ſubſtitiſſe filium niſi ex natiuitate
fateatur! Quis porro tam vecors qui non extitiſſe
deum ex eo ꝙ deus naſcitur audeat prædicare!
Non enim qui manebat deus: ſed ex manente deo
deus natus eſt tenens in ſe naturam gignentis in
natiuitate naturæ. Natiuitas autem dei quæ ex
deo in deum extitit: non quæ non erant tenet: ſed
quæ in deo manebant & manent obtinuit verita-
tate naſcendi. Non ergo qui erat natus eſt: ſed ex
iis atq; in iis quæ dei erant: deus natus exiſtit. Om
nis igitur hic ſuperior hæreticę fraudolentiæ ſer-
mo: hanc viam impliſſimæ doctrinæ ſuæ præpa-
rauit: vt vnigenitum deū negatura tanq̃ ratione
veritatis ante præmiſſa: ex nihilo potiuſq̃ ex deo
natū prædicaret: natiuitatē eius ad creationis re-
ferens de nō extātibus voluntatem. Deniq; poſt
multa ad id tanq̃ pręparato ſibi aditu prorupit di
cēs. Filiꝰ aūt ſine tēpore editꝰ & añ ſæcula creatꝰ
& fundatus nō fuit añq̃ naſceretur. Temperauit
ſe quātum putat hęreticꝰ ſermo: & ad impietatis
cōfirmationem & ad calumniæ ſi quæſtio intēde
retur: excuſationem: dicens. Non erat anteq̃ naſ-
ceretur. Vt in eo quod non fuit anteq̃ naſcitur
naturam ei ſubſiſtentis originis denegaret & coæ-

piſſet eſſe de nihilo: cui ante natiuitatem ſuam exiſtens non datetur auctoritas. Tum porro ſi irreligioſe hoc dictum exiſtimaretur: adeſſet ei prompta defenſio quia naſci qui erat non potuit: neq; qui antea eſſet: naſcendi cauſam per quam eſſet habuiſſet: cum natiuitas ad id proficiat vt ſubſiſtat eē qui naſcitur. O ſtulte atq; impie: quis natiuitatem expectet in eo qui ſine natiuitate ſubſiſtat? Aut quomodo qui eſt: naſci exiſtimandus eſt: cum natiuitas naſcendi natura eſt? Sed ſubdole ad negandam ex deo patre vnigeniti dei natiuitatem contendens: per id ꝙ non fuit anteq̄ naſceretur: euadere voluiſti ꝙ deus ex quo dei filius nat⁹ eſt erat maneretq; dei natura ex qua deus filius natiuitate ſubſiſtit. Si igitur ex deo natus eſt: manētis naturæ confitenda natiuitas eſt: non vt deus qui erat naſceretur: ſed vt ex deo qui erat: dei natiuitas intelligeretur. Sed irreligioſos æſtus ſuos calor hæreticus non continet: & per id ꝙ ait: non erat: anteq̄ naſceretur: id laborans: vt de non extātibus naſceretur: id eſt non a deo patre in deum filium vera & perfecta natiuitate natus eſſet: in ipſa totius expoſitionis concluſione ad vltimum & prophaniſſimum irreligioſi furoris ſui prorupit ardorem dicens. Si enim ꝙ ex ipſo: & ꝙ ex vtero: & quod ex patre exiui & veni: velut partem eius vnius ſubſtantię & quaſi prolationem extendens intelligitur: compoſitus erit pater & diuiſibilis & conuertibilis: & corpus ſecundum illos & quantum in ipſis eſt: conſequentia corporis ſuſtinens: ſine corpore deus. Grauis & multę difficultatis labor eſſet veritatem religionis aduerſus falſitatis impietatem tueri: ſi quantum audet impietas in tantum conſuleret prudentia. Sed bene eſt ꝙ irreligioſitatis voluntas ex inopia prudentiæ eſt. Et idcirco cum facilis ſit aduerſum ſtultitiam reſponſio: emēdatio tamen difficilis ſtultorum eſt. Per quam primum & ratio intelligentiæ non quęritur: & deinceps ab intelligentiæ intimata non capitur. Sed ſi quos timor dei & intelligētiæ ignoratio non impietatis voluntas: per ſtultitiæ ſenſū detinuerit in errore: ſpero ad emendationem procliues ſint: cum impietatis ſtultitiam abſolutę veritatis ſit demonſtratio proditura. Dixiſtis o ſtulti qui & hodie idem dicitis: neſcientes in deum ſapere. Si enim ꝙ ex ipſo & quod ex vtero: & ꝙ ex patre exiui & veni: quæro a te: hoc totum dictum a deo: anne non dictum ſit? Dictum vtiq; eſt: & neceſſe eſt: cum a deo de ſe dictum ſit non aliter intelligendum eſſe q̄ dictum eſt. De dictis ſuo loco: demonſtratis ſingulorum quorumq; virtutibus tractabimus. Interim tamen vnuſcuiuſq; intelligentiam conſulo: quid exiſtimet in eo qđ dictum ſit ex ipſo. Vtrumne ex altero intelligendum ſit anne ex nullo: an vero ipſe ille credendus ſit? Ex altero non eſt: quia ex ipſo eſt: id eſt ne aliunde præterq̄ ex deo deus ſit. Ex nihilo non eſt: quia ex ipſo eſt. Demonſtratur enim natura: vnde natiuitas eſt. Ipſe non eſt: quia vbi ex ipſo eſt: natiuitas filii refertur ex patre. Deinde cum ſignificatur ex vtero interrogo an credi poſſit eſſe natus ex nihilo: cū natiuitatis veritas per corporalium efficientiarū nomina reueletur. Non enim corporalium conſiſtens deus: cum generationem filii commemorarei ait: Ex vtero ante luciferum genui te. Sed inenarrabilem illam vnigēiti ex ſe filii natiuitatem ex diuinitatis ſuæ veritate confirmans ad intelligentiæ fidem locutus eſt. Vt de diuinis ſuis rebus ſecundum naturam humanæ naturæ ſenſum ad fidei ſcientiam erudiret: vt cum ait ex vtero: non ex nihilo creatio ſubſtitiſſe ſed ex ſe vnigeniti naturalis doceretur natiuitas. Poſtremo qđ dixit: ex patre exiui & veni: vtrū ambiguitatem reliquerit quin intelligeretur non aliunde q̄ ex patre eſſe ꝙ deus eſt. Ex patre enim exiens neq; aliam natiuitatis habuit naturam neq; nullam: ſed eum ſibi teſtatur auctorem: ex quo ſe profitetur exiſſe. De his autem demonſtrandis atq; intelligendis poſterior mihi ſermo eſt. Interim tamen hæc videamus qua hominis fiducia intelligenda de deo inhibentur: quæ ꝙ a deo de ſe dicta ſint non negantur. O grauiſſimum humanæ ſtultitiæ atq; inſolētiæ dedec⁹: profeſſionis ſuæ de ſe deum non modo arguere non credendo ſed emēdando damnare: & illud ineffabile in eo naturæ ſuæ virtutiſq; ſecretum humanis contaminare & impugnare doctrinis. & hæc audere loqui. Si inquit ex deo eſt fili⁹: demutabilis & corpore⁹ deſe us eſt: qui ex ſe protulerit vel extēderit qđ ſibi eēt in filiū. Quid ſolicitus es ne demutabilis deus ſit? Nos natiuitatem cōſitemur: nos vnigenitū pdicam⁹ ex deo docti. Tu ne natiuitas maneat: ne vni

genitus de[9] in eccleſię:fide ſit naturã idemutabi-
lis dei quæ nec extẽdi nec protẽdi poſſit:opponis.
Afferrem tibi infelix error etiam ex rebus mundi
quarundam naturarũ quę gignuntur exemplum
ne natiuitatem protẽſionem exiſtimares:nec naſ-
centium naturas detrimenta crederes eſſe gignẽ-
tium:vt etiam multa ſine corporali admixtiõe ex
viuentibus in viuentes animas gignerentur: niſi
nefas eſſet deo de ſe non credidiſſe:& vltimi furo-
ris veſania iudicaretur adimere auctoritatem ad fi
dem cui venerationẽ profitearis ad vitam. Si eñ
non niſi per eum vita eſt:quo modo non per eum
fides vitæ eſt? Fides autem vitæ quo modo in eo ẽ
qui ſibi de ſe teſtis infidelis habeat? Vſurpas eñ
impiiſſime hæretice natiuitatem filii ad creatiõis
voluntatem:vt non ex deo natus ſit: ſed volente
eo qui creauit:ex creatione ſubſtiterit. Et tecum
idcirco non deus eſt: quia manente deo vno non
teneat filius originis ſuæ in natiuitate naturam:
ſed in ſubſtantiam alteram cõditio ipſe tanq̃ vni-
genitus conditionibus & facturis cęteris pręſtan-
tior ſit:ſubſtitutus tamen:vt creationis indultę ſi
bi habeat ſubſtitutionẽ:non dei attulerit ex gene
ratione naturam. Et natum dicas qđ ſubſtitit ex
nihilo. Filium aũt idcirco nuncupes non quia ex
deo natus eſt:ſed quia per deum creat[9] eſt:quia &
homines religioſos appellatiõe hui[9] nõis dignos
a deo habitos memineris. Tum porro ei nõ alia cõ
ditione:dei nomen indulgeas q̃ ea qua dictum ſit
Ego dixi dii eſtis:& filii excelſi omnes. Vt vtatur
dignatione in vocabulo nũcupantis:non naturæ
in nomine:veritate. Sitq; tecũ filius ex adoptione
deus ex nuncupatione:vnigenitus ex priuilegio:
primogenitus ex ordine:toti[9] creatio ex nullo de-
us:quia generatio eius nõ naturalis ex deo natiui
tas ſit ſed ſubſtantię creatura. Ac primum orata a
te impatiẽtiſſimi doloris mei venia loqui me apđ
te omnipotens deus patere:& me terram ac cine-
rem charitatis tamen tuę religioni deuinctum li-
berũ in hæc verba permittere. Ego infelix nihil an
tea fui:& vitæ ſenſus expers:ſine mei intelligẽtia
eo qđ ſum carebam. Sed miſericordia tua ad viuẽ-
dum mihi cauſa ẽ:& nõ ambigo quin tu bon[9] bo-
nũ mihi ſtatueris eſſe q; natus ſũ. Neq; eñ q mei
non eges:ad mali me originem inchoaſſes. Sed cũ
me in vitã aĩatũ rationis quoq; intelligentẽ pręſti
tiſſes:ad cognitionẽ me tui ſacris vt arbitror p ſer
uos tuos moyſen & prophetas voluminibus eru
diſti:ex quibus te non in ſolitudine tua venerãdũ
prodidiſti. Cognoui tecum illic deum non alte-
rum in natura ſed in ſacramento ſubſtantiæ tuæ
vnum. Cognoui te in deo deum non ex permix
tione cõfuſum ſed ex virtute naturæ: dum q; tu
deus es in eo qui ex te eſt:meus. Non vt idem tu
eſſes & ineſſes:ſed ineſſe te in eo qui ex te eſſet:per
fectę natiuitatis veritas edoceret. Hoc mihi rur-
ſum euangelicæ atq; apoſtolicę voces loquuntur:
& ex ipſo ſacro vnigeniti tui ore condita in libris
verba teſtantur. Filium tuum ex te ingenito deo
vnigenitum deum & hominem ex virgine ad my
ſterium ſalutis meę natum in quo te generationis
ex te veritas contineret: & quem in te manentis
ex te natiuitatis natura retineret. In qđ me oro p-
fundum deſperati reditus demerſiſti? Hæc enim
ego ita didici: ita credidi: & ita confirmatę men-
tis fide teneo:ne aut poſſim credere aliter aut ve-
lim. Quid me miſerum de te feſelliſti: & infœ-
licem carnem atq; animam alienæ a te cognitio-
nis doctrina perdidiſti? Decepit me poſt rubri ma
ris diuiſionis gloria deſcendentis de monte moy-
ſi:& omnia tecum arcanorum cæleſtium ſecreta
cernentis. Huic ergo de te verbis tuis credidi. Per-
didit me repertus ſecũdum cor tuũ Dauid:& di-
gnus Salomon diuinæ ſapientiæ munere: & viſo
domino Sabaoth Eſaias prædicans:& ante cõfor-
mationem q; ſanctificatus in vtero Hieremias eradi
candarum gentium prophetes: & myſterii reſur-
rectionis Ezechiel teſtis: & vir deſideriorum Da-
niel temporum conſcius: & prophetarum conſe-
cratus chorus:& omne prędicatiõis euãgelicę ſa-
cramentum:electus ex publicano Mattheus in a-
poſtolum:& ex illa familiaritate domini & reuela
tione cæleſtium dignus Ioannes: & poſt ſacramẽ
ti confeſſionem beatus Simon ędificationi eccle-
ſiæ ſubiacens & claues regni cæleſtis accipiens:&
reliqui omnes ſpiritu ſancto prædicãtes: & ex per
ſecutore apoſtolus vas electiõis tuę Paulus in pro
fundo maris viuens:in cælo tertio homo:in para-
diſo ante martyrium:in martyrio perfectę fidei cõ
ſummata libatio. Ab his ergo quæ teneo:edoct[9]
ſum: his immedicabiliter imbutus ſum. Et igno-
ſce omnipotẽs de[9] qa in his nec emẽdari poſſum:

ſed commoui poſſum. Tarde mihi hos pꝛiſſimos
quantum ego arbitror doctores ætas nunc huius
ſæculi protulit. Sero hos habuit fides mea quam
tu erudiſti magiſtros. Inauditis ego omnibus his
in te ita credidi: ꝑ te ita renatus ſum: & exinde tu-
us ita ſum. Omnipotentem te ſcio: nec conſciẹ ſi-
bi tātū atq; ipſi vnigenito tuo natiuitatis inenar-
randẹ expecto rationem. Impoſſibile eñ tibi nihil
eſt: & genitum a te filium omnipotentiæ tuẹ vir-
tute non ambigo. Ambigens enim iam omnipo-
tentem te negabo. Bonum te etiam ex natiuitate
mea didici: atq; ob id non inuidum te bonorū tuo
rum in vnigeniti tui natiuitate eſſe confido. Cre-
do enim ꝙ quæ tua ſunt: eius ſint: & quæ eius ſūt
tua ſunt. Sapientem te mihi etiam ipſa mūdi crea
tio prodidit. Sapientiam te tuam non diſſimilem
genuiſſe ex te: mihi conſcius ſum. Verus & viuus
mihi deus es. Sed non aliud in eo qui ex te deus ẽ
credam ineſſe: q̄ tu es. Et in eo me iudica ſi crimen
mihi eſt: nimium me per filium tuum & legi & ꝓ
phetis & apoſtolis credidiſſe. Sed ceſſet ſermo te-
merarius: & ex iis in quæ demonſtrandẹ ſtultitiæ
hæreticẹ neceſſitate proruperat in reddendẹ po-
tius rationis myſterium decidat: vt ſi qui adhuc
ſalui eſſe poſſunt ad fidem: teneāt euangelicæ do
ctrinæ atq; apoſtolicẹ iter: ac verum dei filium nō
ex adoptione ſed ex natura intelligant. Hunc eñ
reſponſionis noſtræ eſſe ordinem conuenit: vt pri
mum dei filium eſſe doceamus: vt natura in eo di
uinitatis per ꝙ filius eſt: abſoluta ſit. Id enim ma-
xime hęreſis de qua nunc agitur elaborat: ne do-
minus noſter Ieſus chriſtus vere dei filius: deus ve
rus ſit. Vere dei filium vnigenitum dominum no
ſtrum Ieſum chriſtum eſſe ac doceri multis modis
cognitum eſt. Dum de eo teſtatur pater: dum de
ſe ipſe profitetur: dum apoſtoli prẹdicant: dum re
ligioſi credunt: dum dæmones confitentur: dum
Iudæi negantes fatentur: dum gẹtes in paſſione
cognoſcunt. Neq; enim ex cōmunione nuncupa-
tionis eſt. ꝙ de proprietatis fide dicitur. Et cū om-
nia quæ chriſtus dominus aut egit aut docuit: vl
tra omnia eorum ſint qui filii nuncupantur: & in
iis oībus quẹ prẹcipua chriſti ſunt: hoc vel potiſſi-
mū doceať eſſe ꝙ dei filius eſt: nō ẽ in eo filii ex ge
nerali familiaritate cognomen. Nō cōtamino ve
ritatis fidem: vt hoc verbis meis aſtruam. Loqua-
tur⁹ vt ſẹpe ſolitus ẽ: de vnigenito ſuo pater: ne ſub
conſummādi baptiſmi ſacramēti ſacramēto Ieſus
chriſtus ignorabilis poſſit eſſe per corp⁹. Hic ẽ fili
us meus dilect⁹: in quo bene complacui. Rogo in
quo veritas deperit: & in quo infirma fides profeſ-
ſionis eſt? Non annunciatus per angelū de ſpiritu
ſancto: partus ex virgine. Non index magis ſtellæ:
nec adorati in cunis honor: nec baptizādi ſub bap
tiſte profeſſione virtus: ſatis ad demonſtrationem
maieſtatis exiſtimantur. Pater de cẹlo loquitur: &
ita loquitur. Hic eſt filius meus. Quid ſibi vult nō
cognominum ſed pronominum fides? Cognomi
na eñ nominibus adduntur. Pronomina vero ob
tinent in ſe nominum virtutem. Proprietatis aūt
ſignificatio eſt: vbi & hic eſt: dictum eſſe auditur:
& meus eſt. Et intellige quæ ſit veritas & ratio di
ctorum. Legeras. Filios genui & exaltaui. Sed non
legeras filios meos genuerat enim eos ſibi per di-
uiſionem gentiū: & plebem hæreditatis in filios.
Ne igitur per communionem adoptiuẹ hæredita
tis cognomentum filii vnigenito deo adderetur:
naturæ veritas per ſignificationem proprietatis
oſtenſa eſt. Aſſignetur ſane hoc communionis in
chriſto nomen vt filius ſit: ſi de quoq̄ dictum repe
rietur. Hic eſt filius meus. Sin vero proprium ac
ſingulare ei eſt: hic eſt filius meus: quid calumniã
deo patri profeſſe de filio proprietatis afferimus?
Anne tibi in eo ꝙ dicitur: hic eſt: non hoc ſignifi-
cari videtur: alios quidem cognominatos ab eo
in filios: ſed hic filius meus eſt? Donaui adoptio-
nis plurimis nomen: ſed iſte mihi filius eſt? Ne quẹ
ras alium: ne non hunc eſſe credas: hunc ego tanq̄
indice digito ac verbi ſignificatione cōtingo qua
dico: & meus eſt: & hic eſt: & filius eſt. Quid poſt
hæc intelligentiæ poterit eſſe ne non eſſe creda-
tur? Et hæc quidem paternẹ vocis ſignificatio eo
fuit: ne qui ad implendam omnem iuſtitiam ba-
ptizandus eſſet: quid eſſet ignoraretur. Sed vt
qui ad ſacramentum ſalutis noſtræ homo cerne-
batur: dei voce noſceretur dei fili⁹. Et quia in fidei
huius confeſſione credētium vita eſſet: nō eñ alia
ẹternitatis vita eſt: niſi Ieſum xp̄m vnigenitū deū
ſciam⁹ eſſe dei filiū: vox de celſis rurſum ab apoſto
lis iteratæ huius ſignificationis auditur: vt id fir
mius crederetur ad vitā: qđ nō credidiſſe mors eſſet
Nam ꝓ cū dn̄s in monte maieſtatis ſuẹ habitu cō

ſtitiſſet moyſe atq; Helia aſſiſtentibus: & ad viſio
nis ac vocis fidem tribus columnis eccleſiarum te
ſtibus aſſumptis: hęc vox de cælo paterna eſt. Hic
eſt filius meꝰ dilectꝰ: in quo bene cõplacui: hũc au
dite. Non ad confirmationem honoris caritas cõ-
ſpecta ſatis fuerat: voce deſignatur. Hic filius me-
us eſt. Apoſtoli gloriam dei non ferunt: & morta-
les oculi hebetantur ad viſum: & conſternata ad
metum Petri & Iacobi & Ioãnis fides cõcidit. Ad
eſt autem auctoritatis paternæ profeſſio: & filius
hic per proprietatẽ ſignificantis oſtẽdit. Neq; ſo-
lum veritatis filii per hoc q; & hic & meus eſt inti
mat: ſed addit: hunc audite. Teſtimoniũ quidem
patris e cælo eſt: ſed teſtimonium filii confirmat
in terra: nam audiẽdus oſtẽditur. Et q̃q̃ ambigui
tas per profeſſionẽ paternã non relinquat: tamẽ &
filii de ſe profeſſio: de ſe credenda decernitur: & eo
uſq; veritas in eo filii docetur: vt paternę vocis cõ
firmatio audiendi a nobis filii poſtulet aſſequelã.
Igitur quia paternæ voluntatis hæc vox eſt: vt fi-
lius audiatur: audiamus filium de ſe quid ſit ipſe
profitentem. Neminem autem tam alienum a cõ
muni ſenſu exiſtimo eſſe: vt cum in omnibus eu-
angeliorum libris ex profeſſione filii aſſumptio-
nem corporeę humilitatis intelligat: cum ait. Pa-
ter clarifica me. Et rurſum frequentiſſime. Vide-
bitis filium hominis. Et illud. Pater maior me eſt.
Sed & hoc. Nũc anima mea turbata ẽ valde. Vel
etiam hoc. Deꝰ deus meus quare dereliquiſti me?
Et multa alia iſtiuſmodi de quibus ſuo ordine erit
ſermo: tamen in hac tam aſſidua humilitatis con
teſtatione inſolentię eum arguat: q; ſibi patrem de
um dicat: cum ait. Oĩs autem plantatio quam nõ
plantauit pater meus cæleſtis: eradicabitur. Vel
illud. Domum patris mei domũ negociatiõis. Et
vbicunq; ſemp̃ patrẽ ſibi deum nominat: temera-
rię p̃ſumptionis potius ſit: q̃ confidentis naturæ:
quæ conſcia natiuitatis ſuę teneat veritatis nomẽ
in patre. Humilitatis igit̃ profeſſio frequẽs nõ ha-
bet hoc inſolentiæ vitiũ vt ſibi aliena vendicet: &
non ſua defendat: & proprie deo coęquãda preſu-
mat. Nec pari temeritate qua patrem nũcupat: ſe
quoq; filium profiteat̃ dicens. Nec eñ miſit deus
filium ſuum in hunc mundum: vt iudicet mũdũ:
ſed vt ſaluus fiat mundus per eum. Vel iterum.
Tu credis in filium dei? Quid tunc agimus conce

dentes tantum Ieſu chriſto nomen adoptionis: p̃
quod & in patre ſibi deo nuncupando temerarię
eum arguimus præſumptionis? Paterna de cælo
vox eſt. Hunc audite. Audio. Pater gratias ago ti
bi. Audio. Dicitis quia blaſphemaui quoniam di-
xi filius dei ſum. Si non credo nominibus ſi natu-
ram vocabuli non intelligo: quid credendum &
intelligendum ſit: quęro. Non mihi relinquitur
alia ſuſpicio. Auctoritas de cælo paterna eſt. Hic
eſt filius meus. Profeſſio filii de ſe eſt. Domus pa-
tris mei: & pater meus. Profeſſio nominis ſalus ẽ:
cum interrogatio fidem poſtulat dicens. Tu cre-
dis in filium dei? Proprietatis nomina ſequuntur
vbi meus eſt. Tibi quęro hæretice vnde alia præ-
ſumptio ſit. Adimis patri fidem: filio profeſſionẽ
nominibus naturam: vim verbis dei affers: ne ſint
q̄d enunciant. Impietatis tuæ ſola impudẽtia eſt:
vt mentitum de ſe deum arguas. Quare q̃ igitur ſola
ſimplex confeſſio naturæ nomina oſtendat: vt de
quo dictum eſt. Hic eſt filius meus. Et ad quem di
ctum eſt. Pater meus: hoc ſint q̄d nuncupãtur: ta
men ne aut adoptionis nomẽ in filio ſit: aut hono
ris in patre: videamus quę proprietates per filium
ad filii nomen adiectę ſint ait. Omnia mihi tradita
ſunt a patre: & nemo nouit filium niſi pater neq;
patrem quiſq̃ nouit niſi filius & cui voluerit fili-
us reuelare. Ad id q̄d dictum eſt. Hic eſt filius me
us. Et pater meus. Vtrumne ſibi conuenit. Nemo
nouit filium niſi pater: neq; patrẽ quiſq̃ nouit ni-
ſi filius? Non enim niſi per mutuam teſtificationẽ
cognoſci vel per patrem filius vel per filium pater
potuit. Vox e cælis eſt: ſermo etiam filii eſt. Tam
ignorabilis eſt filiꝰ q̃ & pater. Oĩa ei tradita ſunt:
& in oĩbꝰ nihil itelligit̃ exceptũ. Si poteſtas ex ęq̃
ta eſt: ſi ſecretũ cognitionis ęquale eſt ſi natura in
noĩbꝰ eſt: q̄ro quomõ q̄d vocant̃ nõ ſũt: quorũ &
vis in p̃ãte & difficultas in cognitiõe nõ differt
Non fallit itaq; in vocabulis deus: nec ſe aut pa-
ter mentitur aut filius. Et accipe quæ in his fides
nominum ſit: ait enim. Operã enim quæ dedit mi
hi pater: vt perficiam ea: ipſa opera quæ facio te-
ſtimonium perhibẽt de me: q̃m pater miſit me: &
q̃ miſit me pater: ipſe teſtificatus eſt de me. Vnige
nitus deus non nominis tantũ teſtimonio ſed etiã
veritatis docet ſe eſſe filium. Opera enim eius
quæ facit teſtantur a patre ſe miſſum. Quare

quam rem opera teſtantur. Miſſum nãq; eſſe. Ita-
q; & filii obediētia & paterna auctoritas docetur
in miſſo: dum alterius opera eſſe non poſſunt quę
facit niſi eius qui miſſus a patre ſit. Sed opera non
ſufficiũt incredibilibus ad teſtimonium: ꝙ ſe pa-
ter miſerit: ſequitur namq;. & ꝗ miſit me pater ip-
ſe teſtificatus eſt de me. neq; vocē eius audiſtis ne
q; figuram eius vidiſtis. Quęro quod teſtimoniũ
patris de eo fuerit. Reuolue euangelica volumina
& totum eorum opus recenſe. Da teſtimoniũ pa-
tris prẽterq; ꝙ auditum eſt. Hic eſt filius me⁹ di-
lectus in quo complacui: & tu es filius meus. Hoc
ioannes licet nõ ignarus audiuit. Tamē ad doctri
nã noſtrã paternę vocis teſtimoniũ mittitur: nec
hoc ſufficit. Ioannes quidē dignus in deſerto hac
voce eſt. Sed & apoſtoli nõ fuerũt huius teſtimo-
nii auctoritate priuandi. Eadē de cęlo ad eos vox
adeſt. Sed accipiũt plus ioanne. Ioãnes eñ iam ab
vtero prophetans nõ eguit hac voce: hunc audi-
te: audiã plane: nec quẽq̃ pręter hunc audiam: ni-
ſi eum qui audierit vt doceret. Si nullum aliud pa
tris de filio teſtimonium exiſtat in libris q̃ ꝙ hic
filius ſuus ſit: teſtimonii huius veritas eſt. Vt ope
ra ipſa patris quę gerit: veritatē teſtimonii huius
affirment. Quid infertur hodie calũnia vt adop-
tio nominis ſit: vt mendax de⁹ ſit: vt nomina ina
nia ſint Teſtatus eſt pater de filio. Operib⁹ ſuis fi
lius teſtimonio ſe patris exęquat. Cur non videat
eſſe in eo quod eſt filii veritas quę & dicitur & pro
batur? Non eſt per deũ patrē filii nomen in chriſto
ex adoptiõe bonitatis. Neq; ſãctitate meruit hoc
nomē. ſicut plures poſt cõfeſſionē fidei: dei filii ſũt
Proprietatis. n. in his ſignificatio nulla eſt. Nomi
nis nãq; tantum quod deo dignum eſt: indulta di
gnatio ē. Aliud eſt: hic ē: & hic me⁹ eſt: & hunc au
dite. In hoc veritas eſt: natura eſt: fides eſt. Nec ſa-
ne quicq̃ de ſe minus filius hac paternę ſignificati
onis proprietate teſtatur. Vt enim in eo qđ ait pa
ter: hic eſt filius meus: naturę demonſtratio ē. Et
in eo quod ſubiecit: hũc audite. Sacramenti & fi-
dei ob quã de cęlis venit: auditio eſt: cũ eũ ad ſalu
tarē cõfeſſionis doctrinã admonemur audire. Ita i
eo filius natiuitatis veritatē docuit: & aduent⁹ di
cēs. Neq; me ſcitis: neq; vnde ſim noſtis. Nec eñ
a me veni: ſed verax ē qui me miſit: quē vos neſci
tis: ſed ego noui eum quoniam ab eo ſum: & ipſe
me miſit. patrē nemo nouit: & frequēs hinc profeſ
ſio filii eſt. Idcirco autem ſoli ſibi eſſe cognitum di
cit: quia ab eo ſit. Quęro autē vtrũ id quod ab eo
eſt: opus in eo creationis an naturam generatiõis
oſtēdat. Si opus in eo creationis eſt: vniuerſa quo
q; quę creãtur: a deo ſunt. Et quo mõ patrem nõ
vniuerſa nouerunt: cũ fili⁹ eũ idcirco quia ab eo ē:
nõ neſciat? Q3 ſi creatus potius q̃ natus videbitur
in eo ꝙ a deo eſt: cum a deo cuncta ſint: quo modo
nõ cum cęteris patrem quę ab eo ſũt ignorat? Sin
vero idcirco ei quia ab eo ſit proprium: quo modo
nõ hoc ei ꝙ ab eo eſt: erit proprium? Silicet vt ve
rus filius ex natura deo ſit: cũ idcirco deũ ſolus no
uerit: quia ab eo ſolus ſit. Habes igitur proprieta-
tē cognitionis de ꝓprietate generationis: & quod
ab eo eſt: nõ creaturę in eo virtutē nam oĩa a deo
per virtutem creationis exiſtũt: ſed natiuitatis ve
ritatē per quã ſolus patrē nouit: cũ cętera eũ quæ
ab eo ſunt ignorēt. Tamen ne forte id quod ab eo
eſt aduētus ſui tempus hęreſis ſuaderet: cõtinuo
ſubiecit. Quoniã ab eo ſum: & ipſe me miſit. Te-
nuit ordinē euangelici ſacramenti natum ſe ꝓfeſ-
ſus & miſſum: & quis eſſet & vnde eſſet: ſecũdum
ſuperiorem ſñiam noſceretur. Neq;. n. id ipſum ē:
ab eo ſum: & ipſe me miſit: ſicuti non idē eſt Neq;
me ſcitis neq; vnde ſim noſtis. Nũquid nõ omnis
homo ĩ carne licet natus ſecũdũ ſenſum commu-
nis opinionis ex deo ē? Et quo mõ negat ab his vl
ſe ipſum: vel vnde ipſe ſit ſciri? niſi id vnde eſt: ad
naturę ſuę referret auctorē? Qui idcirco ignorabi-
lis eſſet: quia ipſe eſſe dei filius ignoraretur. Diſcu
te infelix ſtultitia quid illud ſit neq; me ſcitis: ne-
q; vnde ſim noſtis. Oĩa vtiq; ex nihilo & vſq; adeo
ex nihilo vt etiam vnigenitum deum ex nihilo
ſubſtitiſſe ſis auſa mentiri. Quid ergo eſt impii &
chriſtum neſciunt & vnde ſit neſciunt Nam id
ꝙ vnde ſit ignoratur: naturam ex qua eſt dũ vn-
de ſit neſcitur oſtendit. Ignorari. n. vnde ſit nõ po
teſt quicquid ſubſiſtit ex nihilo: quia hoc ipſũ ꝙ nõ
ignoratur ex nihilo: ignorationē eius vnde ſit nõ
habet. Nõ ex ſe ē autem ille qui venit: ſed qui mi-
ſit illum: verax eſt: quem impii neſciũt. Iam ergo il
le qui miſit: ipſe eſt: qui miſiſſe ignoratur. Ab eo er
go qui miſit eſt ille qui miſſus eſt. Ab eo eſt: vnde
eſſe neſcitur: & ob hoc qui ſit ipſe neſcitur dũ igno
ratur a quo ſit. Non nouit xp̃m qui vnde chriſtus

ſit neſcit:nec filium confitetur:qui negat natum
nec natum intelligit qui putabit ex nihilo. Ex ni-
hilo aũt vſq; adeo non eſt: vt impii vnde ſit neſci
ant. Neſciunt plane neſciunt quia naturã nomini
adimũt: quia neſcientes nõ amãt ſcire: & audiunt
filiũ ſciẽtię huiꝰ ignorationem impiis exprobran
tẽ: tũ cũ ſibi patrem deũ iudęi dicerẽt. Ait.n. Si de
us pater veſter eſſet: diligeretis vtiq; me ego enim
a deo exiui & veni: nec.n. a me veni: ſed ille me mi
ſit. Religioſi nominis aſſuptionem dei filius ĩ his
qui ſe dei filiũ cõfitentes patrem ſibi deũ dicerent
nõ improbauit. Sed temerariam iudęorũ vſurpa-
tionem patrem ſibi deũ pſumẽtiũ p id qđ ſe nõ di
ligerẽt obiurgat. Si deus pater veſter eſſet: dilige-
retis vtiq; me ego enim a deo exiui & veni. Omni
bus quibꝰ per fidem deus pater eſt: per eam fidem
pater eſt: qua Ieſum chriſtum dei filiũ cõfitemur.
Confiteri autem filium ſecundũ generale ſancto-
rum nomen quid habet fidei: vt dicamus vnus ex
filiis eſt? Sed nũquid & cęteri in hac creaturę ſuę
infirmitate nõ filii ſunt? In quo ergo filium dei Ie-
ſum chriſtũ fides confeſſa pręcellit: cũ ei ſm filios
filii nõ natura ſed nomẽ ſit: Sed chriſtũ pfidia iſta
nõ diligit: nec hęc impia pfeſſio pie ſibi aſſumit de
um patrẽ: quia ſi ſibi pater deus eſſet: chriſtum ob
id diligerẽt quis exiſſet ex deo. Exiſſe ex deo: quid
ſit requiro. Nõ vtiq; dici poteſt id ipſũ eſſe ex deo
exire qđ & veniſſe. Nam vtrunq; ſignificat. Quo
niã a deo exiui & veni. Et oſtẽdẽs quid eſſet a deo
exiui: & quid eſſet & veni: continuo ſubiecit. Nec
eñi a me veni: ſed ille me miſit. Non ſe ſibi eſſe ori
ginem docuit: cũ ait. Nec.n. a me veni. Et rurſum
ſe ex deo exiſſe: & ab eo miſſum eſſe teſtať. Sed cũ
ab iis qui ſibi deũ patrẽ dicerẽt: idcirco ſe diligẽdũ
ait: qa ex deo exiſſet: cauſã dilectionis ex cauſa do
cuit eſſe naſcendi. Exiſſe.n. ad incorporalis nati
uitatis retrulit nomẽ: quia religio profitendi ſibi
patrẽ deũ ex dilectione chriſti qui ex eo genitꝰ eſt:
ſit merẽda. Nam cũ ait. Qui me odit: & patrẽ me-
odit: meũ cum ait: cõmunionẽ nõis p ſignificatio-
nẽ proprietatis excluſit. Ceterũ profitentẽ ſibi pa
trẽ deũ & ſe non diligẽtem: in paterni nõis vſurpa
tione cõdẽnat: quia qui ſe odit oderit & patrẽ: nec
in deum patrem ſit religioſus qui non diligat filiũ
cũ diligendi filii nõ alia cauſa ſit q̃ quod ex deo ſit
Ex deo igitur filius eſt: non aduentu ſed natiuita
te. Et dilectio in patrẽ hinc erit omnis: ſi filiꝰ ex eo
eſſe credatur. Teſtať hoc dñs dicens. Non dicam
quoniã ego rogabo patrẽ pro vobis. Ipſe enim pa-
ter amat vos quoniam vos me amatis & creditis
quoniã ego a deo exiui & a patre veni in hũc mun
dũ. Caret apud patrẽ interceſſionis neceſſitate: p
fecta de filio fides: quę quod a deo exierit credat at
q; amet: & per ſe ipſa iã & audiri meretur & amari
natum ex deo filiũ miſſumq; confeſſa. Natiuitas
itaq; eius & aduentus oſtendiť cũ abſolutiſſima
ſignificate proprietatis veritate. A deo ait exiui:
ne in eo aliqua natiuitas natura eſſe exiſtimareť:
cum exire a deo ideſt ex natiuitate ſubſiſtere: quid
aliud q̃ deus poſſit? Et a patre inquit veni in hunc
mundum: vt exitio illa a deo: natiuitas ſignificata
eſſe intelligeretur ex patre: a patre ſe in hunc mun
dũ pfeſſus eſt veniſſe. Alterum itaq; in diſpẽſatio
ne: alterum in natura eſt. Nec patitur exitionem
aduentũ exiſtimari: cũ poſt exitionẽ a deo: aduen
tum cõmemoratur a patre. A patre enim veniſſe
& ex deo exiſſe nõ ẽ ſignificationis eiuſdẽ: & quã
tũ inter eſt inter naſci & adeſſe: tantũ a ſe vterq; ſer-
mo diſcernitur: cũ aliud ſit a deo in ſubſtantia na-
tiuitatis exiſſe: aliud a patre in hũc mũdũ ad cõſũ
manda ſalutis noſtrę cauſa veniſſe. Et quidẽ ſm p
poſite a nobis reſponſionis ordinem opportuniſſi
mus hic nobis locus eſt: vt tertio nũc doceamꝰ fi-
liũ dei dominũ noſtrũ Ieſum chriſtum ab apoſto-
lis creditum nõ ex nũcupatione ſed ex natura: ne
q; ex adoptione ſed ex natiuitate. Q̃q̃ enim plu-
res & maxime adhuc vnigeniti de ſe dei extent p
feſſiones: quibꝰ generationis ſuę veritatẽ ſine leui
(ſaltẽ mentiendę licet calũnię) occaſione teſteť: ta-
men quia neq; legentiũ onerandus eſt ſenſus co-
ceruatis ad copiã dictis & cũ iã nõ nulla de pprie
tate natiuitatis oſtẽſa ſint: cętera omnia aliis erũt
quęſtionibus reſeruanda. Nũc vero quia hic ſmo
nis noſtri ordo inſtitutus eſt: vt poſt patris conſti
tutionem: poſt filii pfeſſionẽ: fidem quoq; apoſto
lorum de vero & ſecũdũ natiuitatẽ cõfitẽdo dei fi
lio doceremus: Videndũ eſt an in eo quod ait do
minꝰ: ex deo exiui: aliud in eo aliquid potiꝰ q̃ na-
turam intellexit natiuitatis. Poſt multas namq;
prouerbiorũ obſcuritates quibus ĩ parabolis locu
tus eſſet: quem iam añã chriſtum ſciebant ãnũcia
tum a moyſe & prophetis: confeſſum quoq; a Na

thanaele & dei filiū & regē iſrael: obiurgato etiā
philippo cū de patre requireret: cur per operū vir-
tutē patrem in ſe: & ſe in patre eſſe neſciret: cumq̧
ſe a patre miſſum frequētibꝰ dictis ante docuiſſet
tamen cum profitentem eum audiſſent ſe a deo
exiſſe: hęc eorum reſponſio fuit. Cōnexus eñ hic
ſibi ſermo eſt. Dicūt ei diſcipuli eius. Nūc palam
loqueris & prouerbiū nullū dicis: nūc ergo ſcimus
quia noſti omnia: & nō habes neceſſe vt aliquis te
īterroget. In hoc credimus quia a deo exiſti. Quæ
rogo hæc verbi huius admiratio eſt qui ſe exiſſe a
deo profeſſus ſit? Tanta & tā propria vos o ſancti
& beati viri ob fidei veſtræ meritum claues regni
cęlorum ſortiti: & ligandi atq̧ ſoluendi in cęlo & ī
terra ius adepti geſta eſſe p dominū noſtrū ieſum
chriſtū dei filiū videratis: & ad id quod a deo exiſ-
ſe dixit: nūc primū vos verꝰ intelligētiā aſſecutos
proteſtamini? Videratis vtiq̧ nuptiales aquas: &
ī eiſdē nuptiale vinū: & naturæ in naturam vel de
mutationē vel pfectū vel creationem. Quiq̧ etiā
panes ad cibū multitudinis fregeratis: & ſatiatis
omnibus in plenitudinem duodecim cophinorū
fragmenta panū creuerant: & naturæ paruitas fa
mem pellens pfecerat in eiſdē copiā naturæ. Re-
uixiſſe manus aridas conſpexeratis: & in vocem
mutorū linguas ſolutas: & in curſum claudorum
pedes alacres: & cęcorum oculos cernētes & mor
tuorum vitas reuertentes: fetens lazarus conſtite
rat ad vocem: & ſepultus vocatur in nullo inter-
uallo vocis & vitæ: cito fuerat egreſſus: & adhuc
odorem mortis in ſenſū variū ſpiritu agente ipſe
iam viuus extiterat. Taceo de cęteris magnarum
virtutum & diuinarum operationibꝰ. Nūc ergo
primum intelligitis quis ſit hic miſſus e cęlis poſt
q̄ audiſtis de patre exiui? Et hoc vobis primum iā
ſine prouerbio dictum eſt & per naturæ virtutem
ītelligitis verum eſſe q̧ a deo exiuit: cum volun-
tatum veſtrarū cogitationes tacitas ītuetur cum
de nonnullis tanq̄ ignarus interrogat: cum omni
um cognitor eſt. Per hęc enim omnia quę verita-
te ac natura dei agit: a deo exiſſe credendus ē. Nō
hic ſancti apoſtoli a deo exiſſe ideſt a deo miſſum
eē ītellexerūt. Nā oī ſupiori ſmone cōfitēt̄ miſſū ſe
eſſe frequenter audierāt: ſed audiētes a deo exiſſe:
naturam in eo dei operibus cernētes: naturæ veri
tatem per id q̧ a deo exiuit recognoſcunt cum di

cūt. Nūc ergo ſcimus quia noſti omnia & non ha-
bes neceſſe vt aliquis te interroget. In hoc credi-
mus q̧ a deo exiſti. Per id enim credunt q̧ a deo
exiit per quod ea quę dei ſunt poteſt atq̧ agit ple
naq̧ fide teſtificātur. Nō eñ naturam dei a patre
veniſſe ſed a deo exiſſe cōſūmat. Deniq̧ hoc quod
nūc primū audiūt cōfirmatur ad fidē. Nam cum
dominꝰ vtrūq̧ dixiſſet. Ego a deo exiui & a patre
veni in hūc mūdum. Nihil admirationis in eo ha
buerūt: quod frequēter audierāt. Et a patre veni ī
hūc mūdum. Reſponſio autē eorū fidē & intelli-
gētiā huiꝰ dicti cōteſtata eſt. Ego a deo exiui. Nō
ad id tantū reſpōſum eſt cū dicūt. In hoc credimꝰ
quia a deo exiſti. Neq̧ addūt & a patre veniſti in
hūc mūdū: & cū alterū in profeſſione alterū ī ſilen
tio eſt: profeſſionis cauſā dicti nouitas exegit. Pro
fitēdi eñ conteſtationem intelligētiam veritatis
elicuit. Sciebant quidē eū oīa vt deū poſſe: ſed nō
dum rationem natiuitatis acceperant & qui ſcie
bant a deo miſſum: exiſſe tamē a deo neſciebāt. In
enarrabilē illā & perfectam filii natiuitatem p vir
tutem dicti iſtius intelligentes: nūc primū cœpe-
rūt aduertere. Cum illum ſine prouerbiis pfitent̄
eſſe locutum. Non eñ p cōſuetudinem humani
partus deus ex deo naſcitur: neq̧ p elemēta origi-
nis noſtrę vt homo ex homine pͥpellitur. Integra
illa & perfecta & icōtaminata natiuitas eſt: cuius
a deo exitio potiuſq̄ partus ē. Eſt eñ vnꝰ ex vno
nō eſt portio nō eſt defectio nō eſt diminutio: nō
eſt diriuatio nō eſt protenſio nō eſt paſſio: ſed vi-
uētis naturæ ex viuēte natiuitas ē: & deꝰ ex deo
exiens: nō creatura in dei nomen electa: nō vt eēt
cœpit ex nihilo: ſed exiit a manēte: & exiiſſe ſigni
ficationē habet natiuitatis: nō habet ichoationis.
Nō eñ idem eſt ſubſtātiam cœpiſſe: & deū exiſſe
de deo. Et natiuitatis huius ſciētia licet nō ſubie-
cta verbis ſit: cum īenarrabilis ſit: habet tamē ī do
ctrina filii ī fidei ſecuritatem: a deo ſe manifeſtātis
exiſſe. Nō eſt euāgelica & apoſtolica fides filiū dei
nomīe potiuſq̄ natura crediidiſſe. Si eñ adoptio-
nis hęc nūcupatio eſt: & nō idcirco filius eſt: quia
exierit a deo: quęro vnde beatus Simō bariona eſt
cōfeſſus. Tu es chriſtus filius dei viui. An ne cum
omnibus poteſtas ſit per ſacramētum regenerati
onis in filios dei naſci? ſi ſecūdum hāc nūcupatio-
nem filius dei chriſtus eſt: interrogo quid illud ſit

qđ petro nõ caro neqꝫ ſanguis reuelauit ſed pater qui in cęlis eſt. Generalis profeſſio quid habet meriti? aut quę reuelatiõis eſt gloria in publica cõſciẽtia? Si ex adoptione filiꝰ ē: vnde hæc ĩ petro beata cõfeſſio eſt: hoc filio deferẽti qđ eſt cõmune ſãctorũ? Vltra humanã autẽ itelligẽtiã ſe fides apoſtolica protẽdit. Audierãt vtiqꝫ frequẽter: qui recipit vos me recipit: & qui me recipit: recipit eum qui me miſit. Miſſum ergo iam nõ ignorabat: & quẽ miſſum iam nõ ignorabat: audierat profitentem Omnia mihi tradita ſũt a patre. Et nemo nouit filiũ niſi pater: neqꝫ patrẽ quis nouit niſi filiꝰ. Quid iſtud eſt quod nũc in petro pater reuelat: quod beatę confeſſionis gloriã ſumit? Nunquid patris & filii nomẽ neſciebat? Atqꝫ frequenter audierat: ſed loqtur quod vox humana nõdũ ꝓtulerat. Tu es chriſtus filiꝰ dei viui. Nã tametſi in corpore manẽs dei filium ſe eſſet profeſſus: tamẽ apoſtolica fides nũc primũ ĩ eo naturã diuinitatis agnouit. Neqꝫ enim petro tãtũ ex confeſſo honore laus reddita eſt: ſed ex agnitione myſterii: quia non chriſtũ ſolum ſed chriſtum dei filiũ eſſe confeſſus eſt. Nam vtiqꝫ ad cõfeſſionẽ honoris ſuffecerat dixiſſe tu es chriſtus. Sed inane fuerat chriſtum ab eo cõfeſſũ fuiſſe: niſi dei filiũ confiteret. In eo eñ quod ait: tu es: virtutẽ & proprietatem naturalis veritatis explicuit. Et pater dicẽdo: hic eſt filius meꝰ: petro reuelauit vt diceret: tu es filiꝰ dei. Quia in eo quod dicit hic eſt: reuelãtis indiciũ eſt. In eo vero quod reſpondetur: tu es cõfitẽtis agnitio eſt. Super hãc igitur cõfeſſionis petram eccleſię ędificatio ē Sed ſenſus carnis & ſanguinis cõfeſſionis huiꝰ intelligẽtiam nõ reuelat. Hoc eſt diuinę reuelationis ſacramẽtũ xp̃m dei filiũ nõ ſolũ nũcupare ſed credere. Aut nũquid nũcupatio potiuſq̃ natura petro reuelata eſt? ſi nũcupatio: iam hanc a domino frequẽter audierat: ſe eſſe dei filiũ nõ nominis: cũ frequẽtata nominis profeſſio iam fuiſſet. Hæc fides: eccleſię eſt fũdamẽtũ: per hanc fidẽ infirmę aduerſus eã ſũt portę ĩferorũ. Hęc fides regni cęleſtis habet claues. Hęc fides quę in terris ſoluerit aut ligauerit: & ligata ſunt & ſoluta. Hæc fides paternæ reuelationis eſt munus. Xp̃m nõ creaturã nouit ex nihilo mentiri: ſed ſecũdum proprietatis naturã: dei filiũ cõfiteri. O miſerę ſtultitię furor impiꝰ nõ intelligens beatę ſenectutis fideiqꝫ martyrem: & martyrem petrũ: pro quo pater rogatus eſt: ne fides eius in tẽtatione deficeret: qui iterata a ſe dilectionis in deũ poſtulata ꝓfeſſione tentari ſe adhuc tanq̃ ambiguũ & incertum tertia interrogatione cõgemuit. Per id quoqꝫ a domino poſt tertiã tentationis purgationũ infirmitatem: paſce oues meas ter meritus audire: qui in cunctorũ apoſtolorũ ſilentio dei filiũ reuelatione patris intelligẽs vltra humanæ ĩfirmitatis modũ: ſupeminẽtem beatę fidei ſuæ cõfeſſione locũ ꝓmeruit. In quã nunc interpretãdę vocis ſuæ deducimur neceſſitatem Ille cõfeſſus eſt chriſtum filium dei. At mihi tu hodie noui apoſtolatꝰ mẽdax ſacerdotiũ ĩgeris chriſtum ex nihilo creaturã. Quã vi affers dictis glorioſis? filiũ dei cõfeſſus: ob hoc beatus eſt. Hæc reuelatio patris eſt: hoc eccleſię fundamẽtũ ē: hęc ſecuritas ęternitatis eſt: hinc regni cęlorũ habet clauẽ: hinc terrena eius iudicia cęleſtia ſũt. Sacramẽtum occultum a ſęculis per reuelationem didicit fidem locutus eſt: naturã enũciauit: dei filium cõfeſſus eſt. Hoc qui crearuram dei potiꝰ cõfitẽs negat: priꝰ eſt vt neget petri apoſtolarũ fidẽ beatitudinem ſacerdotiũ martyriũ: & poſt hęc ſe alienũ a chriſto eſſe intelligat: quia petrus eũ filium confeſſus hæc meruit. Anne o miſer quiſquis hodie es: o hęretice beatiorem petrum futurum fuiſſe exiſtimas ſi dixiſſet. Tu es chriſtus perfecta dei creatura: & ſupereminẽs facturis omnibus factura & q ex nihilo cœpiſti eſſe: & per bonitatem dei qui bonus ſolus eſt: nomẽ filii adoptione meruiſti: & q̃a non ex deo es natus? Et quęro a te quid auditurus fuerit hęc dicẽs qui audita paſſione reſpondens ꝓpitius tibi dominus: nõ erit iſtud: audierit, ſibi dici. Vade retro poſt me ſathanas: ſcandalum mihi es. Nec petro tamen humana ignorãtia ꝓficit ad crimen. Non enim ei pater ad huc omne paſſionis myſterium reuelauerat. Sed fides parua ſententiam damnationis excepit. Cur igitur nõ hanc confeſſionis fidem pater Petro reuelauit: creaturã ſcilicet & adoptionem? Inuidit credo hic petro deus vt in tẽpora poſteriora diſſimulãs: hęc nũc nobis vobis prędicatoribꝰ reſeruaret. Sit ſane fides alia: ſi alię claues regni cęlorum ſunt. Sit fides alia ſi eccleſia alia eſt futura: aduerſum quã portę ĩferi nõ pręualebunt. Sit fides alia: ſi erit alius apoſtolatus ligata & ſoluta per ſe in terra: ligans ĩ cęlo atqꝫ ſol

uēs.Sit fides alia:ſi chriſtus filiꝰ dei alius prater q̄
qui eſt prędicabitur.Sin vero hęc ſola fides cōfeſſa
chriſtum dei filium omniū beatitudinum gloriā
meruit in petro:neceſſe eſt vt ea quę creaturā po-
tius ex nihilo confitebitur claues regni cęlorū nō
adepta & extra fidem ac virtutē apoſtolicam con
ſtituta:nec eccleſia ſit illa nec chriſtus.Proferamꝰ
itaq; omnes apoſtolice fidei profeſſiones in quibꝰ
dei filium confitētes nō adoptionis in eo nomen
ſed naturę ꝓprietatem cōfitētur:neq; creationis ī
eo ignobilitatem ſed natiuitatis gloriā proteſtan-
tur.Loquatur ioannes ſic vſq; ad aduētum domi
ni manēs:& ſub ſacramēto diuinæ voluntatis re-
lictis deputatus: dū non neq; mori dicit̃ & mane-
re.Loquatur ergo ſua vt ſolet voce. Deum nemo
vidit vnq̄ niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu pa-
tris.Naturæ fides nō ſatis explicata videbatur ex
noīe filii: niſi proprietatis extrinſecus virtꝰ per ex
ceptionis ſignificātiam adderetur. Præter enim fi
lium: & vnigenitū nihil cognominās ſupitionem
poenitꝰ adoptionis execuit:cum veritatē nomi-
nis:vnigeniti natura pręſtaret. Nondum quęro
quid ſit :qui eſt in ſinu patris habet interrogatio
iſta ſuum ordinē.Quęro quid ſignificatio iſta vni
geniti ſibi poſtulet: & videamꝰ an hoc ſit quod tu
eſſe profiteris ideſt creaturam dei ꝑfectam:vt ꝑfe-
cta pertineat ad vnigenitū: creatura vero referat̃
ad filium.Sed deū vnigenitū filiū ioānes dixit nō
creaturam ꝑfectam.Non enim ignorauit hęc blaſ
phemię nomina dicēs:qui ē in ſinu patris. Et a do
mino ſuo audiēs.Sic eñ dilexit mūdum deꝰ :vt fi
lium ſuū vnigenitū daret : vt omnis qui credat in
eū nō pereat:ſed habeat vitam ęternā.Deꝰ mun-
dum diligēs:hoc dilectionis ſuę in eum teſtimoni
um protulit.vt vnigenitū filiū ſuū daret.Sed dile
ctionis hic fides ē creaturam creaturis preſtitiſſe:
& pro mūdo id quod mūdi ē dediſſe: & ad ea quæ
ex nihilo ſunt ſubſtituta redimēda:eū qui ex nihi-
lo ſubſtitit prębuiſſe:nō facit magni meriti fidem
vilis & ſpernāda iactura. Precioſa autē ſūt quę cō
mēdāt charitatem:& ingētia ingētibꝰ eſtimātur.
Deus diligēs mūdū filiū nō adoptiuū ſed ſuū ſed
vnigenitū dedit .Hinc pietas eſt:natiuitas eſt : ve
ritas eſt:nō creatio eſt:nō adoptio eſt:nō falſitas ē
Hic dilectionis & charitatis fides eſt:mūdi ſaluti
& filiū & ſuū & vnigenitū pręſtitiſſe pręteremitto

omnes de filio nūcupationes. Nō eſt dānoſa diſſi
mulatio:vbi deo copia eſt electio.Rei profectꝰ ſē-
per cauſa ē:& omne opꝰ manifeſtū habet ſuſcepti
negocii neceſſitatem.Scribēs vtiq; euāgeliſta:ſcri
bēdi afferre debuit rationē & videamꝰ quā oſten
derit dicēs.Hęc autem ſcripta ſūt vt credatis quo
niam ieſus eſt xps filius dei.Scribendi igit̃ euange
lii nō aliam ꝑtulit cauſam:q̄ vt omnes crederēt ie
ſum eſſe xp̄m filium dei.Si ſufficit ad ſalutē chri-
ſtū credere:cur adiecit filiū dei?Si vero chriſtū cre
dere ea demū fides eſt :nō chriſtum tm̄ modo:ſed
xp̄m filiū dei crediddiſſe.Nō ē nomē filii chiſto vni
genito deo ex adoptionis cōſuetudine:qđ ꝓpriū
eſt ad ſalutē.Si ergo ſalus in cōfeſſione nominis ē:
quęro cur ī noīe veritas eſt:quod ſi in noīe veritas
eſt:qua auctoritate creatio eſſe dicitur:cū nō crea
tionis cōfeſſio ſalutem ſit pręſtitura:ſed filii?Hæc
ergo igit̃ ſalus vera eſt:hoc ꝑfectū fidei meritū ie-
ſum chriſtū filiū dei crediddiſſe. Non.n. eſt ī nobis
dilectio ad deū patrem niſi per filii fidem. Et audi
amꝰ eū per epiſtolam loquētē. Omnis qui diligit
patrem:diligit eū qui ex eo natus eſt.Quid ē ergo
ex eo naſci?Nunquid id ipſum eſt quod ꝑ eū crea
ri?Aut cur euāgeliſta mētit̃:vt ex eo natum dicat
quē ꝑ eū creatum potius hęreticꝰ doceat?Et audi
amus omnes quid ſit hic doctor.Dictum nāq; eſt:
hic eſt antichriſtus:qui negat patrē & filiū. Quid
agis tu aſſertor creaturæ:& de nō extantibꝰ chri-
ſti nouus conditor?Si profeſſionem tenes: ꝓfiten
tis nomē recognoſce. An cum creatorē & creatu-
ram & filiū ꝑdicabis:per aſſimulatas nominū vo-
ces excludere te poſſe credis ne eſſe antichritus in
telligaris?Si in fide tua ꝑ naturā pr̄ ē: & per naturā
filiꝰ ē:maledicus ego ſū:opprobriū ī te alieni refe-
rēs noīs Si vero ſimulata omnia ſūt: & potiꝰ nūcu
pata q̄ ꝓpria:fidei tuę ab apoſtolo diſce cognomē
& audi quę ſit crediti filii fides:ſequit̃ eñ Qui ne
gat filium:nec habet patrem:qui confitetur filiū:
& filium habet & patrem.Negans filiū:caret pa-
tre.Confitēs filium atq; habens habet & patrem
Quęro hic quid adoptiua nomina loci habeant.
Nunquid nō naturę res iſta omnis eſt:& q̄ naturę
res ſit:accipe.Ait enim idem.Quia ſcimus quod
filius dei venit & cōcarnatus ē propter nos & paſ
ſus eſt & reſurrexit a mortuis: aſſūpſit q; nos,& de-
dit nobis intellectum optimum vt intelligamus

verum & ſimus in vero ſilio Ieſu xp̄o: hic eſt verꝰ
deus & vita ęterna & reſurectio noſtra. O infelix
intelligētia & ſpiritu dei carens & in ātixp̄i ſpiritū
ac nomen proficiēs. & neſciēs ad ſacramentum ſa
lutis noſtrę dei filiū veniſſe. Ac per hoc idigna op
timę huiꝰ intelligētię ſeſu: creaturę potius adop-
tiuū nomen q̄ verū filiū dei Ieſum xp̄m eſſe cōfeſ-
ſa. Quibuſnā hoc arcanorum myſteriorū ſecretis
edocta es? vel quis hodie nouꝰ huiꝰ ſciētię tuę au
ctor eſt: an ne ſecreto tibi hoc p familiaritatē amo
ris recumbēti in pectus ſuum dominus oſtendit?
Aut ſolus ad crucem ſequēs: inter cętera ſuſcipiē-
dę tibi in matrem marię precepta: hęc quoq; in illa
ſpecialis i te amoris cōteſtatione didiciſti? Vel ad
ſepulchrū prior quoq; petro currēs adeptꝰ es? Vel
intra conſeſſus angelorū & ſignatorum librorum
inſolubiles nexus: & ſignorum cęleſtiū multifor-
mes poteſtates & nouarum atq; incomprehēſibi-
liū cātionum hymnos ſempiternos tā pia tibi hęc
per agnum ducem reuelata doctrina eſt: ne pater
pr̄ ſit: ne filiꝰ filius ſit: ne natura natura ſit: ne veri
tas veritas ſit? Hęc.n. apud te omnia demutantur
in falſa. Apoſtolus conceſſa ſibi optima intelligen
tia verum dei filiū dicit: tu affirmas creationem:
tu p̄dicas adoptionem: tu negas natiuitatē: & cū
hic verꝰ dei filiꝰ nobis ſit: & vita ęterna et reſurre
ctio nec vita ęterna ē ei nec reſurrectio: cui ille nec
verꝰ ē. Et hęc q̄dē Ioānes diſcipulꝰ a dn̄o dilectꝰ.
Sed nihil ab his diſſile executor, apoſtolus et vas
electiōis p̄dicauit. Quis em̄ ſmo eiꝰ nō ſub filii cō
feſſione eſt? Quę epiſtola nō de ſacramēto verita
tis ipſius coepta eſt? in quo nomine nō ꝓprietatis
ſignificatio eſt? Cum enim dicit. Reconciliati ſu-
mus deo p mortem filii ſui. Et rurſus. Deus filium
ſuum miſit in ſimilitudinē carnis peccati. Et rur-
ſum. Fidelis deus per quem vocati eſtis in cōmu-
nionē filii eius. Quid hic hereticorū furto loci reli
ctum eſt? Filius ſuꝰ ē: filiꝰ eius ſit: nō adoptio eius
eſt nō creatura eiꝰ. Nō nomen naturam loquitur
veritatem proprietas enūciat: fidem confeſſio te-
ſtatur. Non intelligo quid addi poſſit ad naturā
filii q̄ q; filius eius eſt qui eſſe pater creditur: Non
incerta & infirma ille qui electionis eſt vas: locutꝰ
eſt. Nec magiſter gētium: & apoſtolus chriſti: ābi
guę doctrinę ſuę errorem reliquit. Scit qui ſint ad-
optionis filii: & qui hoc eſſe ac nūcupari p fidē me

riti ſūt: ait nāq;. Quotquot enim ſpiritu dei agū
ti filii ſunt dei: nō enim accepiſtis ſpiritū ſeruitutis
iterum i timore ſed accepiſtis ſpiritum adoptio-
nis in quo clamamꝰ abba pr̄. Fidei noſtrę p ſacra-
mētum regenerationis hoc nomē eſt: & profeſſio
noſtra nobis pręſtat adoptionē: filios em̄ dei: ope-
ra ſm̄ ſpiritū dei geſta cōnūcupāt: & clamat a no-
bis potius abba pr̄ q̄ ex naturę manet ꝓprietate:
quia extra naturę proprietatem eſt vocis officiū
& dici atq; eſſe nō idē eſt. At vero quę de filio dei
apoſtoli fides ſit intelligamus. Nā cū oī quem ha-
buit ad eccleſię doctrinam ſermone: nūq̄ patrē ſi-
ne filii confeſſione loqueret: tamen vt veritatē no
minis huius quāta poſſet humani ſermonis ſigni
ficatione moſtraret ait. Quid ad hęc? Si deus pro
nobis quis contra nos? qui proprio filio nō pepcit
ſed tradidit eū pro nobis. Nunquid nā etiam nūc
adoptionis in eo erit nūcupatio: in quo ꝓprietatis
eſt nomē? Apoſtolus enim volēs charitatem erga
nos dei oſtendere: vt magnificētia dei dilectionis
ex cōparationis genere dinoſceretur: nō pepercíſſe
deum proprio filio ſuo docuit. Neq; vtiq; p adop
tandis adoptiuo: neq; p pro creatis creaturę: ſed pro
alienis ſuo: p cōnūcupandis ꝓprio. Quęre virtu
tē dicti: vt magnitudinem charitatis intelligas.
Quid ſit ꝓpriū expende: ne ignores veritatem.
Nunc enim apoſtolus ad romanos proprium ait
filium: cum in multis vel ſuū vel eius ſępe dixiſſet
Et q̄uis multi codices per tranſlatorum ſimplicē
itelligentiā: in hoc loco p ꝓprio filio ſuū filiū con
ſcriptum habeant: tamē gręcitas qua lingua apo
ſtolus eſt locutus: proprium nūc magis q̄ ſuū nū
cupat. Et licet cōmunis intelligentię ſenſu nō ſa-
tis inter proprium & ſuū differat: verū apoſtolus
cum i cęteris dictis ſuū cōmēoraſſet filiū: qd̄ ē gręce τον εαυτου υιον tamen in hoc loco ſecundum
qd̄ ait ος γε του ιδιου υιου ουκ εφεισατο Qui
proprio filio ſuo non pepercit: naturę veritatem
ſignificanter expreſſit: vt qui ſuperius filios plu-
res per ſpiritum adoptionis demonſtraſſet: nunc
vnigenitū deū filium proprietatis oſtēderet. Nō
ē humanꝰ hic error: neq; i negādo dei filio vītiū ē
ignorātię: vbi ignorari nō licet quod negat. Cre
atura ex nihilo ſubſiſtēs: dei filiꝰ dicit: hoc ſi nec
pr̄ locutꝰ ē: nec filiꝰ teſtatꝰ ē: nec apoſtolꝰ p̄dica
uit tamē audere eloqui: hoc eſt chriſtum nō igno

tare tantummodo ſed odiſſe. Cum eñ pater de fi
lio ſuo dicat: hic eſt filius meꝰ: & filius de ſe dicat:
qui te cum loquitur: ipſe eſt: & petrus cõfiteatur:
tu es filius dei: & ioãnes teſtetur: hic verus eſt: ſed
paulus non deſiſtat prędicare de proprio: nõ itelli
go aliud q̃ negandi eſſe odiũ: vbi iperitię error nõ
excuſatur in crimine. Loquitur hęc interim: loqui
tur plane: per aduẽtus ſui ꝓphetas ac pręuios ipſe
ille qui poſtea erit in antixp̃o locuturus: ſalutarẽ fi
dei cõfeſſionẽ his tentamẽtis nouis inquietãs: vt
primum conſciẽtię noſtrę qua ita credimus: intel
ligentiam filii naturalis euellat: deinde ipſũ illud
quod adoptiuũ erit: reliquum nomẽ excludat. Nã
cum quibus creatura eſt xp̃s: neceſſe eſt vt cum iis
antixp̃s ipſe ſit chriſtus quia & filii proprietatẽ cre
atura nõ habet: & dei ſe ille filiũ mẽtiatur: & ꝑ hoc
a quibus hic dei filius iam negatur: ab iis tũc xp̃s
ille credatur. Quas oro ſpes inanis furor expetis?
& qua ſalutis tuę fiducia, creaturã eẽ xp̃m potiuſ
q̃ filiũ baſphemo ore contendis? Oportuerat te ex
euãgeliis noſſe ac tenere fidei huius ſacramẽtum:
Nam cũ dominus poſſet omnia: tamẽ in vno quo
q; eorũ qui orabãt operationis ſuæ affectũ: meri-
tum voluit eſſe cõfeſſionis. Neq; eñ ei virtutem
quia deus virtꝰ eſt: confeſſio orantis addebat: ſed
fidei erat p̃miũ: hoc mereri. Nãq; cũ martham ro-
gãtẽ ꝓ lazaro interrogaret: an eos qui i ſe credidiſ-
ſent: mori nõ crederet in ęternũ: at illa conſcientię
ſuæ fidẽ elocuta eſt dicens. Vtiq; domine ego cre
didi quia tu es xp̃s filius dei viui qui in hũc mũdũ
veniſti. Confeſſio hęc ęternitas eſt: & fides iſta nõ
moritur. Martha deprecans fratris ſui vitã interro
gata an ita crederet: credidit ita. Quã rogo vel a
quo vitam expectat hoc denegãs: cum ſola ſit vi-
ta ſic credere? Magnum eſt enim huius fidei ſacra
mẽtum: & perfecta cõfeſſionis iſtius beatitudo ẽ:
cęco a natiuitate dominus viſũ indulſerat: & na-
turæ damnum naturæ dñs exemerat: & quia cæ-
cus hic ad gloriam dei natus fuerat: vt in xp̄i ope-
re dei opus poſſet intelligi: nõ expectata ab eo fuit
fides cõfeſſionis. Sed qui in receptis oculis aucto-
rem ſibi tãti muneris neſciebat: meruit hoc poſtea
vt fidem diſceret. Non enim cęcitatis depulſio vi
tæ æternitatẽ afferebat. Ob q̃d dominꝰ iam ſanũ
& de ſynagoga eiectũ interrogat dicẽs. Tu credis
in filiũ dei? Ne damnũ ſibi putaret eſſe ſe carere ſy
nagoga: cui imortalitatẽ fides hęc cõfeſſa redhi-
beret. Et cũ ille incertus etiam nũc reſpõdiſſet: quis
eſt domine vt credam in eũ? ignorationẽ eius quẽ
poſt oculorũ recuperationem tantę fidei intelligẽ
tia munerabatur: nolens manere: ita ait. Et vidiſti
eũ: & qui loquit̃ tecũ: ipſe eſt. Nunquid ab hoc ſi-
cut a cęteris dominꝰ qui orabãt ſanitates: cõfeſſi-
onẽ fidei ad ſalutem merendã popoſcit? Nõ vtiq;.
Nam hęc iam ad cęcum vidẽtẽ locutꝰ eſt: ſed ob
id tantũ: vt reſponderet ille credo domine. Quia
reſpõſionis fides, nõ cęcitatis ſanitatẽ eſſet allatu
ra ſed vitæ. Et virtutem dicti huius diligẽter tetra
ctemus. Interrogat dñs. Tu credis in filium dei? Si
vti ꝑ ſola xp̄i qualiſcũq; cõfeſſio: fidei eſſet cõſũ-
matio. dictũ fuiſſet: tu credis in xp̃m? Sed quia hę
reticis pene omnibus hoc nomẽ in ore eſſet futu-
rum: vt chriſtum cõfiterent̃: & filiũ tñ negarẽt: id
q̃d xp̃o proprium eſt: ad fidem poſcit: ideſt vt cre-
datur in dei filiũ. Credidiſſe aũt in dei filiũ quid ꝓ
ficit ſi credatur in creaturam cũ a nobis fides ĩ chri
ſto nõ creaturæ dei filii dei poſtuletur? An ne hu-
ius nominis proprietatem dęmones neſcierũt? Di
gnum enim eſt hęreticos nõ iã apoſtolicis doctri-
nis ſed dęmonũ clamore cõuinci. Clamãt enim &
ſępe clamãt. Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili dei altiſ
ſimi? Inuitis veritas elicuit cõfeſſionem: & naturę
poteſtatem teſtatur dolor obediendi. Virtute vi-
cũtur: cum poſſeſſa diu corpora deſerunt: honorẽ
reddunt dum naturã cõfitẽtur. Dei ſe inter hęc fi
lium chriſtus & opere teſtatur & nomine. Vnde
tibi inter iſtas cõfitẽtium dęmonũ voces o hęreti
ce pręſumis nomẽ creaturæ & indulgẽtiam adop
tionis? Quid ſit chriſtus ab iis ſaltẽ qui neſciunt
diſce: vt impietatẽ tuã ipſa illa ignorãtium neceſ-
ſaria profeſſio arguat. Nãq; cũ iudęi chriſtum cor
poreum neſcirẽt: ſcirẽt tamen eum qui chriſtꝰ eſ-
ſet: eſſe filiũ dei: cũ falſis aduerſus eum teſtibꝰ ſine
vlla veritatis aſſertione vterentur: ſacerdos eum
ita interrogat. Tu es chriſtus filius dei benedicti?
Sacramẽtum neſcientes: naturam tamẽ nõ igno-
rant. Neq; interrogant an xp̃s filius dei ſit: ſed an
hic ſit xp̃s filiꝰ dei. Error in homine eſt: non in dei
filio. Nam nõ q̃ chriſtus dei filius ſit ambigitur:
atq; ita dum interrogatur an hic ſit: tamen q̃ xp̃s
ſit dei filius nõ negatur. Et qua tandem rogo tu
iſtud fide denegas quod ne ipſi quidem negant q

neſciunt. Cum eñ perfecta ſciētia ſit chriſtū dei fi
lium ante ſęcula manētē etiam ex virgine natum
noſſe: ipſum quoq; de maria natum neſciunt: dei
tñ filiū eſſe nō neſciūt. Et vide in quod te negan-
do filium dei: iudaicę impietatis cōſortiū miſcui-
ſti. Quā enim illi damnationis in eū cauſā detule
rint teſtantur dicentes. Et ſecūdū legē debet mori
qm̄ filiū dei ſe fecit. An ne nō hoc et ā īpię tuę vo-
cis opprobrium eſt: cur ſe filiū dei dicat quē tu aſſe
ris creaturam? Ille dei cōfitēdo ſe filiū: re⁹ mortis
ab iis iudicatur: tu eū dei filiū negādo: quęro quid
iudices. Profeſſio .n. ei⁹ ita iudęis vt tibi diſplicet
Interrogo an diuerſę ab eis ſententię maneas: a q-
bus non diuerſus ſis voluntate. Eadem enim filiū
dei eū eſſe impietate tu negas. Illi tamē eo crimine
minore q̄ neſciunt. Neſciunt enim de maria chri
ſtum: ſed xp̄m dei filiū eſſe non ambigūt. Tu quia
xp̄m nō potes neſcire de maria xp̄m: tñ dei filium
eſſe nō prędicas. Illis ī eo quod neſciūt: poteſt ad-
huc in tuto ſalus eſſe ſi credāt. Tibi iam oia clauſa
ſunt ad ſalutem: qui negas quod ignorare iam nō
potes. Nō .n. ignoras eſſe filiū dei: vſq; adeo vt ad
optionis nomē indulgeas: vt creaturam cōnūcu-
pandam filiū mentiaris. Naturā autem quātum
in te eſt auferēs: auferres quoq; ſi tibi liceret & no-
men. Sed quia id nō licet: nā nois nō relinqs: ne qđ
fi.li⁹ dicitur verus dei fi.li⁹ ſit. Habueras in confeſ-
ſione eorum vt crederes: quib⁹ deſęuiēte vēto &
turbato mari: in verbi iuſſu erat reſtituta tranquil
litas: vt & tu verum dei filiū confitereris: & eorū
voce vtereris. Vere filius dei eſt. Sed te ſęuiēs ſpiri
tus ī naufragiū vitę rapit: & mētis tuę motib⁹ tā-
q̄ fluctuoſo mari incumbēs procella dominatur.
Si tibi hęc nauigātiū ex eo incerta fides videbitur
quia exiſtimabitur eſſe apoſtolorū: mihi tamē etſi
minus pręſtat admirationis: plus tamen affert au
ctoritatis. Verūtamē etiā gentiū in eo fidē ſume:
audi enim inter ſęuas crucis cuſtodias romanę co
hortis edomitum ad fidē militem. Loquitur nāq;
conſpectis tātę virtutis operib⁹ cēturio. Vere dei
filius erat iſte. Hoc poſt emiſſū ſpiritū: diſciſſū tē-
pli velū: & mota terra: & ſciſſa ſaxa: & ſepulchra
patentia & mortui reſurgētes teſtantur: & homo
gentilis pfidię cōfitetur? virtutis naturam agno-
ſcit ingētis: naturę veritatem profitetur in nomi
ne. Tāta ratio veritatis & tanta vis fidei ē: vt vin-
cat voluntatem veri neceſſitas: & chriſtum domi
nū gloriæ ęternæ verę dei filium eſſe: nec qui cru-
cifixerat denegaret.

Explicitus eſt liber ſextus.

Incipit liber ſeptimus.

Septimus hic nobis aduerſū no
uę hereſeos veſanā temeritatē
liber ſcribitur: cęteris quidem
anterioribus numero poſteri-
or: ſed ad pfectę fidei ſacramen
tum intelligendū aut primus
aut maximus. in quo nō ignoram⁹ q̄ difficile at-
q; arduum iter doctrinæ euangelicę ſcandamus.
A quo q̄uis cōſcientiæ infirmitatis noſtrę trepida
tione reuocemur: tamē fidei ęſtu incitati: & hęre-
ticorum furore cōmoti & periculo ignorātium p
turbati qui loqui nō audemus: ſilere nō poſſum⁹.
Vtriuſq; diſcriminis metui ſubditi: ne deſtitutę
veritatis rea in nobis ſit aut taciturnitas aut præ-
dicatio. Incredibilibus etenim ſe corrupti ingenii
artib⁹ hęretica ſubtilitas circumegit. Primum vt
fingeret religionem: deinde vt omnium ſimpliciū
auriū ſecuritatem verbis falleret. Tum pterea vt
ſe prudētię ſęculi coaptaret. Poſtremo vt verita-
tis intelligentiam per ſpeciem editę rationis auer
teret. Nam proteſtata deum vnum: mētita pieta
tē eſt. Profeſſa rurſus dei filium audientes fefellit i
nomine. Dicens etiam nō fuiſſe anteq̄ naſceretur
mundi ſapientiæ ſatiſfecit. Indemutabilem quoq;
& incorporeum deum cōfitens: natiuitatem dei
ex deo per demonſtrationem ſubdolę rationis ex
cluſit noſtris aduerſum nos vſa doctrinis: & eccle
ſię fide contra eccleſię fidē pugnās: grauiſſimo ad
uerſus nos vel reſponſionis vel ſilētii periculo cō-
parato: dum per ea quę nō negātur: ea pdicat quę
negātur. Et quidem cęteris ſuperioribus libris ad
monitos a nobis legentes meminimus: vt totius
blaſphemiæ editionem pertractātes: animaduer
terent nihil aliud laborari q̄ vt dominus noſter ie
ſus chriſtus neq; dei filius neq; deus eſſe credatur
dum ei conceſſis tantum ex quadam adoptione
nominibus: & dei natura negatur & filii. Cū & in
demutabilis atq; incorporeus deus ſicuti & ē id-
circo affirmetur: ne filius natus ex deo ſit. Et de⁹
pater ob id tantum in confeſſione deus vn⁹ ſit: ne

In fide noſtra deus xp̄s ſit: quia nec natiuitatis in-
telligētiā natura incorporalis admittat: & dei ex
deo fidē vnus tantum nobis deus in cōfeſſione diſ
ſoluat. Sed ſuperioribꝰ iam libellis fallacem eorū
hāc atq; iutilē p̄dicationē ex lege ac prophetis do
cētes: eā reſponſionis formā tenuimꝰ: quę ī deo ex
deo p̄dicato: & vno ac vero deo ꝓfeſſo: neq; ī vniꝰ
veri dei vnione deficeret: neq; ad fidē dei alteriꝰ ex
cederet: dū neq; ſolitariꝰ nobis deꝰ in confeſſione
neq; duo ſunt. Et inter hęc vnū neq; negādo neq;
cōfitēdo: fidei cōſuata pfectio ē: dū & q; vnū ſūt:
refert ad vtrūq;: & vterq; nō vnus ē. Hoc igit̄ pfe-
ctę fidei indiſſolubile ſacramentū: euāgelicis atq;
apoſtolicis doctrinis abſoluturi: non aliud primū
q̄ dei filiū verę natiuitatis ſubſiſtētē natura: cogni
tioni audiētiū debuimꝰ intimare. Neq; aliūde ne
q; ex nihilo: ſed ex deo filiū eē manifeſtare. Q̄d q̄a
ſc̄m ea quę anteriori libro edita ſunt ambigi nō po
teſt: quin ceſſante adoptionis nomine: verus filiꝰ
ex natiuitatis veritate ſit: eā nūc quoq; ex euange
liis proferimus: vt qui filius verꝰ eſt: verus quoq;
deus eſſe noſcatur. Quia neq; verꝰ filius erit: niſi
verus & deus eſt: neq; verus deus: niſi verus & fili
us eſt. Nihil humanæ naturæ grauius eſt periculi
cōſcientia Nam ea quæ aut ignorata aut repen-
tina ſunt: habēt quidem mirabilem ſecuritatem:
ſed nō habēt metū futuri: q̄a nō ignaro accidenti
um: anxietas ipſa: poena patiendi eſt. Nō ego nūc
nauē e portu ſoluo naufragii ignarus: neq; iter in
eo infeſtos neſciēs latronibus ſaltus: nec libyę are
nas incertus ſcorpiones vbiq; & aſpides & baſili-
ſcos adeſſe tranſcurro. Nihil ſolicitudini meæ: ni
hil cōſciētię vacat: ſub ſpecula. n. omniū hęretico
rū ad occaſiones ſingulorū verborū ad os meū pē
dētiū loquor: & oīs ſ̄monis mei iter aut anguſtiis
p̄ruptū ē: aut foueis inciſū eſt aut laqueis p̄tēſum
eſt. Iam q; arduū aut difficile ſit minus cōqueror:
nō meis. n. ſed apoſtolicis ſcando gradibus. Mihi
vero aut anguſtiis decidere: aut in defoſſa īcidere
aut plagis illaqueari: ſemp in periculo ſemper in
metu ē. Prædicaturo. n. ſc̄m legē & pphetas & apo
ſtolos vnū deū: adeſt mihi Sabellius totū me ſub
verbi huiꝰ profeſſione tāq̄ deſideratū cibum mor
ſu ſęuiſſimo tranſuorans. Negantē me ruſum cō
tra ſabelliū vnum deum. & confitentem verū deū
dei filium; expectat me noua hæreſis: vt a me du-
os deos arguat p̄dicari. Natum quoq; dei filiū ex
maria dicturo hebion q̄d eſt photinus aſſiſtit au-
ctoritatē mendacii ſui ex profeſſione veritatis ſū-
pturus. De cęteris taceo qui ab omnibus extra ec
cleſiā nō ignorant̄. Hoc vero damnatū & abiectū
licet frequēter: ſed internū hodie adhuc malū eſt.
Impie multos ad vnius dei ꝓfeſſionē galatia nu-
triuit. Male ī totū pene orbē quos negat deos ſu-
os alexādria ꝓtulit. Peſtifere natū Ieſū xp̄m ex ma
ria panonia defēdit. Eccleſia īter hæc piclitat̄ veri-
tatē nō tenere p vera: dū ea ei ad irreligioſitatem
īgerunt̄ qbꝰ religio cōfirmat̄ & perit. Nō. n. vnū
deū pie poſſumus. p̄dicare: ſi ſolū: q̄a nō erit dei fi
lius in ſolitarii fide. At vero dei filiū ſicut ē: deū p̄
dicantes periclitamur fidē dei vniꝰ non tenere: &
eiuſdē periculi res eſt vnū deū negare: cuiꝰ ē & ſo
litariū cōfiteri. Et quidē mūdi ſtulta nō ſentiunt:
dū his neq; in nō ſolo ſignificari vnus videt̄: neq;
in vno nō ſolus itelligi. Sed eā vt ſpero eccleſia do
ctrinæ ſuæ lucem etiā imprudētię ſęculi iuehit: vt
licet fidei ſacramētū nō ſuſcipiat; tñ aduerſus hæ
reticos veritatē ſacramēti a nobis intelligat prędi
cari. Magna eñ vis eſt veritatis quę cū p ſe intelli
gi poſſit; p ea tñ ipſa quę ei aduerſantur elucet: vt
in natura immobilis manēs: firmitatē naturæ ſuę
quottidie dū attētatur acquirat. Hoc. n. eccleſiæ
propriū eſt: vt tū vincat cū lęditur: tum intelliga-
tur: cum arguit̄: tū obtineat: cum deſeritur. Om-
nes quidem illa ſecū atq; itra ſe vellet manere: nec
ex trāquilliſſimis finibus ſuis aliquos abiicere aut
pdere: dū idigni ſiūt tātę matris habitaculo. Sed
diſcedētibꝰ ex ea hęreticis vel abiectis quantum
amittit occaſionis largiendę ex ſe ſalutis tantum
aſſequit̄ ad fidē expetendę de ſe beatitudinis. Co-
gnoſci eñ hoc ex ipſis hæreticorū ſtudiis ꝓmptiſ
ſimū eſt. Nāq; cū a dño eccleſia iſtituta & ab apo-
lis cōfirmata vna oīm ſit ex q̄ ſe diuerſarū īpieta-
tū furēs error abſciderit: nec negari poſſit ex vicio
male itelligētię fidei extitiſſe diſſidiū: dū q̄d legit̄
ſēſui potiꝰ coaptat̄ q̄ lectioni ſēſus obtēperat. Tñ
dū ſibi ptes ſingulę aduerſant̄: nō ſolū ſuis ſed eti
am aduerſantiū ē itelligēda doctrinis: & dū aduer
ſus vnam eā oēs ſunt: impiiſſimum tñ errorē om-
nium per id q̄d ſola eſt atq; vna confutet. Hęretici
igitur omnes cōtra eccleſiam veniunt: ſed dū hę
retici oēs ſe inuicē vincunt: nihil tñ ſibi vincunt:

victoria enim eorum eccleſię triumphꝰ ex omni-
bus eſt: dum in eo hæreſis cõtra alteram pugnat:
quod in hæreſi altera eccleſiæ fides dam nat. Ni-
hil enim eſt q̃d hæreticis cõmune eſt. Et inter hæc
fidem noſtrã dum ſibi aduerſãtur affirmãt. Vnũ
deum ſabellius prædicat filii natiuitate ſublata:
dũ p naturæ virtutẽ quę opata in hoie eſt: deũ eſſe
nõ ãbigit. Sacramẽto etenĩ filii ignorato: p geſto-
rũ admirationẽ: fidẽ veræ generationis amiſit. Et
dũ audit q me videt videt & patrẽ: indiſcretę & i-
diſſimilis in pře & filio naturę impie eripuit vnio-
nẽ: nõ intelligẽs naturalẽ vnitatẽ: ſub natiuitatis
ſignificatione mõſtrari: cũ p id q̃ in filio př videt:
cõfirmatio diuinitatis ſit: nõ natiuitatis abolitio
Cognitio itaq̃ alterꝰ in altero ẽ: q̃a nõ differt al-
ter ab altero natura. Et in quo nihil differt: i eo dif
ferẽs cõtẽplatio eſt de pprietate naturę: Nec ſane
ãbigi poteſt quin ex ſe ſpeciem dei formę qui i for-
ma dei manebat oſtẽderet. Succedit quoq̃ ad hu
ius prauę opinionis ſtultũ furorẽ hoc dictũ domi-
ni. Ego & pater vnum ſumꝰ. Naturæ enim indiſ-
ſimilis vnitas irreligioſe ad vnionis profecit erro-
rem: & rationẽ dicti: virtus ſola intellecta nõ tenu
it. Non enim ſolitarium ſignificat: ego & př vnũ
ſumus. Nã cõiũctio ea quę ſignificat: & patrẽ: in-
telligẽtiã nõ admittit vnius: & illud q̃ ſumꝰ: nõ
patitur ſingularem. Hoc vero q̃ vnum ſumus:
non natiuitatem adimit: ſed naturam nõ diſcer-
nit in genere: dum neq̃ vnum diuerſitatis eſt: nec
ſumus vnius eſt. Compinge huius furoris præſen
tium hæreticorum furorem vt aduerſus ſabelli-
um ſibi adſint. Legiſſe ſe aſſerunt. Pater maior me
eſt. Et nihil vel ex natiuitatis ſacramento: vel ex
myſterio euacuati a ſe dei: & aſſumptę carnis ĩtel
ligentes naturę faciũt diminutionem profeſſione
maioris. Contẽdunt enim aduerſum Sabelliũ fili
um eſſe euſq̃ vt & minor patre ſit: & honorẽ prę
teritum repoſcat: & mori timeat: & mortuus ſit.
Contra vero ille naturam dei defendit in geſtis &
cum vnũ deũ nouella hęc nũc hæreſis nõ negabit
ne filiũ deũ credat: ſabellius tamen deum vnũ: ne
filius omnino extet: in profeſſione retinebit. Hic
filium operãtem ingerit: hic deũ in operibꝰ eſſe cõ
tẽdit: Hic vnũ dicet: hic vnũ deum negabit. Sabel
lius ſe ita tuebit̃ dicẽs. Opera quę geſta ſunt: pter
q̃ dei nãa nõ efficit: peccatorũ remiſſio: curatio
infirmitatum: claudorũ curſus: cęcorũ viſꝰ: mor-
tuorum vita a deo ſolo eſt. Nõ alia natura q̃ quæ
ſui conſcia eſt: diceret: ego & př vnũ ſumꝰ. Quid
me in ſubſtantiã alterã rapis? quid in deũ aliũ ſolli
citas? Geſta quę proprię dei ſũt deꝰ vnus hęc geſ-
ſit: clamabũt vero cõtra hęc: diſſimilẽ deo patri fi
liũ pdicantes nõ minꝰ ore vipereo. Sacramentum
ſalutis tuę neſcis. Credẽdus ẽ filiꝰ p quẽ ſęcula fa-
cta ſunt: p quem formatꝰ eſt hõ: q p angelos legẽ
dedit: q de maria natus ẽ: q miſſꝰ a patre ẽ: q cruci
fixꝰ ẽ: mortuꝰ & ſepultꝰ ẽ: q de mortuis reſurgẽs
in dextris dei eſt: qui viuorũ iudex eſt & mortuo-
rum. In hunc renaſcẽdũ eſt: hic cõfitendus eſt: hu
ius regnum eſt pmerẽdum. Vterq̃ hoſtis eccleſię
res eccleſiæ agit. Dũ ſabellius deum ex natura in
operibus prędicat. Hi vero ex ſacramẽto fidei filiũ
confitẽtur. Iam vero quæ fidei noſtræ victoria: he
bion q photinꝰ ẽ aut vincit aut vincit̃: dũ ſabelliũ
arguit: cur hominem neget filium dei: dũ ab arrio
manitis cõfutat̃: cur in hoie neſciat dei filiũ. Ad-
uerſũ ſabelliũ euãgelia ſibi ex filio marię defẽdit.
Arrius ei euangelia p ſolũ filiũ marię nõ relinquit.
Aduerſũ hunc qui filiũ negat: hõ ab eo vſurpatur
in filiũ. Ad hoc ei qui ante ſęcula filium neſciat: fi-
lius dei ſolũ negatur ex hoie. Vincãt vt volũt: q̃a
ſe inuicẽ vicẽdo vincunt̃. dũ & hi qui nũc ſunt de
natura dei cõfutãtur. Et ſabellius de ſacramento
filii refellitur. & photinus natũ ante ſęcula dei fili-
um vel ignorare arguit̃ vel negare. Sed iter hęc ec
cleſię fides euãgelicis atq̃ apoſtolicis fũdata do-
ctrinis & aduerſũ ſabelliũ tenet filii pfeſſionem &
aduerſꝰ arriũ dei naturã. & aduerſus photinum.
ſęculi creatorẽ. Et hoc verius q̃ hęc ab his inuicẽ
nõ denegantur. Naturã. n. dei in operibꝰ ſabelliꝰ
pdicat: ſed operantẽ filiũ neſcit. Hi vero filiũ nũ-
cupãt. ſed veritatẽ in eo naturæ dei non cõfitẽtur
Hominem aũt photinus vſurpat. ſed in vſurpato
ſibi hoie natiuitatẽ dei ante ſęcula ignorat. Itaq̃
dũ vnuſq̃ſq̃ defẽdit aut dãnat: veritatẽ fidei nřę:
hęc ipſa put ſũt: religioſe & defẽdentes & damnã
tes oſtẽdũt. Hęc igit̃ a me demonſtranda paucis
fuerũt: nõ copię ſtudio. ſed ratione cautelę: primũ
vt hęreticorũ incerta eſſe oia & erratica noſceren
tur tũ qm̃ ſibi pro nobis inuicem diffiderent: tum
deinde ne me horum qui nũc ſunt: blaſphemis p
feſſionibus obnitentem: & deum přem ac filiũ dei

deum pdicantem: deinde vnius atq; naturę indiſſimili genere diuinitatis: patrē & filium eſſe profitentē: quiſq; aut in duū deorum: aut cōtra in vnici ac ſolitarii dei teneret errore. Cū qñ neq; vnio in pdicato deo patre & deo filio reperiretur. neq; ſub indiſcrete naturę demōſtratione deorū diuerſitas cōueniret. Nūc qa negātib⁹ dei filiū a deo ex natiuitatis veritate ſubſiſtērē: libro ſuperiore ſm euāgelia reſpōſum eſt: demonſtrādum eſt eū qui vere ex natura filius dei eſt: vere quoq; p naturam deū eſſe: ita tn̄ vt neq; ad ſingularem neq; ad alterum deū fides noſtra depereat. Cum neq; vnū deū ſit ſic pdicatura quaſi ſolū: neq; quaſi non vnum ſit confeſſura: ne ſolū. Deum igitur dn̄m noſtrū ieſū xp̄m his modis nouimus: noīe: natiuitate: natura: poteſtate: profeſſione. Sed de nomine nihil puto ambiguitatis temāſiſſe. Legimus .n. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbū. Quid calūnię ē: vt non ſit quod nūcupat? Aut nūquid nomē nō naturę ſignificatio ē? Et qa cōtradictio omnis ex cauſa eſt: nunc hic negādi dei quæro cauſam. Simplex namq; nūcupatio ē & caret offēdiculo adiectionis alienę. Verbū .n. quod caro factū eſt: nihil aliud q̄ de⁹ eſt. Nō ē hic deputatę aut aſſūptę nuncupationis relicta ſuſpitio: vt ei quod de⁹ eſt: nō ex natura ſit nomē. Reſpice ad cæteras aut deputatiuas aut aſſumptiuas appellatiōnes. Ad moyſē dictū eſt. Dedi te deum pharaoni: Sed nunquid nō adiecta nominis cā ē: cum dicitur deum pharaoni? Aut nūqd dei naturā ei intulit & nō poti⁹ ī eū qui metueret terrorē: cū dracones magicos: draco moyſi mox. virga manēs deuorat. Cū cynomyā quā immiſerat abigit? Cum grandinē poteſtates qua euocauerat auertit? Cū locuſtas ea virtute q̄ inuexerat repulit? Cū in operationib⁹ ei⁹ magis cōfitētur digitū dei eē? Sic moyſes pharaoni deus datus eſt dū timeť: dum orať: dū punit: dū medeť. Et aliud eſt deū dari: aliud eſt deū eē. In pharaonē .n. deus datus ē: cæterū nō ei ē & natura & nomē vt deus ſit. Memini quoq; & alteri⁹ nūcupationis vbi diciť. Ego dixi dii eſtis. Sed in eo indulti noīs ſignificatio ē: & vbi referť ego dixi loquētis ē poti⁹ ſmo q̄ rei nomē qa rei nomē itelligētiā rei affert. Cęterū volūtas appellatōis ex alio ē. Et vbi ſe nūcupationis auctor oſtēdit: ibi p ſermonē auctoris ē nūcupatio: nō naturale nomē in genere. At vero hic verbū deus eſt: res exiſtit in verbo: verbi res enūciať in noīe: Verbi .n. appellatio in dei filio: de ſacramēto natiuitatis ē myſteriū: ſicuti ſapiētia: & virtutis eſt nomē. Quę cū ī deū filiū cū ſubſtātia veręnatiuitatis extiterit: deo tn̄ vt ſua ppria q̄uis ex eo in deū ſint nata: nō defūt. Nō .n. ſicut frequēter dictū a nobis eſt dei naturā diuiſam eē aſſerim⁹ ī filio: ſed natiuitatis ſacramētū pr̄dicam⁹. Nec ſeparatio fuit imperfecta: ſed pgenies pfecta: qa natiuitas nō habet detrimētū generādi: cū pfectū teneat naſcēdi. Et idcirco earum rerū vnigenito deo apta cognomina ſunt: quę cū eum ſubſiſtentē ex natiuitate cōſumment: tamē patri nō deſint ex indemutabilis virtute naturę. Vnigenitus .n. deus & verbū eſt: ſed inaſcibilis pater nūq̄ oīno ſine verbo eſt. Nō q̄ prolatio vocis: natura ſit filii: ſed ex deo deus: cū veritate natiuitatis ſubſiſtēs: vt a patre pprius & p naturæ indifferētiā īſeparabilis doceret: ſignificat⁹ in verbo eſt. Sicut xp̄s ſapiētia & virtus ē dei nō ille vt intelligi ſolet iternę poteſtatis: aut ſenſus efficax motus. Sed natura tenēs per natiuitatē ſubſtantiæ veritatem: his internarum rerum ſignificata nominibus eſt. Non .n. id quod naſcēdo ſubſtitit: poteſt id ipſum videri eē qd vnicuiq; ſemp internū eſt. Sed ex æterno deo pře vnigenit⁹ filius in ſubſiſtētem deum nat⁹: vt nō alienus eſſe a natura paternę diuinitatis poſſet intelligi: per hęc proprietatū noīa ſubſiſtens oſteſus ē: quib⁹ ex quo ſubſtiterat non carebat. De⁹ igitur q̄ eſt: nō eſt aliud q̄ deus. Nā cū audio: & de⁹ erat verbum: non dictum ſolum audio verbum: ſed demonſtratum intelligo eſſe qd eſt. Quia ſicuti ſuperius in moyſe deo: & in cognominatis diis pappellationem nomen adiectum ſit. Hic autem res ſignificata a ſubſtantia eſt: cum dicitur deus erat. Ecce enim non eſt accidens nomen: ſed ſubſiſtens veritas & manens cauſa & naturalis generis proprietas. Et videam⁹ an hanc euangeliſtę pdicatione apoſtoli thomę cōfeſſio conſequať cū ait. Dñs me⁹ & de⁹ me⁹. Deus igiť ſuus eſt: quē deū cōfiteť: & certe dictū nō ignorabat a dño. Audi iſrael Dominus deus tuus de⁹ vn⁹ eſt. Et quo mō apoſtolica fides principalis īmemor eſt facta mandati vt deū chriſtum confiteretur: cum in vnius dei eſſet cōfeſſione viuēdū? Sed apoſtol⁹ poti⁹ ſacramē

Deus

ti fidem p virtutē reſurrectionis intelligēs: cū fre-
quēter audiſſet. Ego & pr̄ vnū ſumus. Et oīa quæ
patris ſunt: mea ſunt.. Et ego in pr̄e & pater in me
iā ſine fidei periculo naturæ nomē cōfeſſꝰ ē. Quia
ab vnius dei patris pfeſſione religio nō excederet
deū cōfeſſa dei filium: cū in filio dei nō niſi pater-
næ naturę veritas crederet: neq̧ ſubalteriꝰ dei ipſa
confeſſione fides naturæ piclitaretur vniꝰ: quia
nō alterius dei naturam perfecta dei natiuitas at-
tuliſſet. Veritatem igit̄ euāgelici ſacramēti tho-
mas intelligēs: dn̄m ſuū & deū ſuū eſſe cōfeſſus ē.
Nō hic honoris ē nomē ſed naturę cōfeſſio eſt: re-
bus.n. ipſis atq̧ virtutibus deū credidit: & domi-
nꝰ profeſſionis huiꝰ religionē nō honoris eſſe do-
cuit ſed fidei dicēs. Quia vidiſti me credidiſti: bea
ti qui nō viderūt & crediderūt. Vidēs.n. thomas
credidit: ſed quid crediderit queris. Et qd aliud cre-
didit q̄ pfeſſus eſt: dn̄s meꝰ & deus meꝰ! Reſurre
xiſſe.n. p ſe ex mortuis in vitā niſi natura dei non
potuit & creditæ religionis fides hoc eſt pfeſſa: q̧
deꝰ eſt. An ne ergo nomē dei nō naturę res exiſti-
mabit̄: cū pfeſſio nominis fidē naturę credit̄ ſit ſe
cura. Nā vtiq̧ religioſus filius & q nō volūtatem
ſuam ſed eius qui ſe miſerat faceret: & qui nō ho-
norem ſuū ſed eius a quo venerat quęreret: hono
rem huius in ſe nominis recuſaſſet: ne qd̄ ipſe vnū
pdicauerat ſolueret. Sed veræ & apoſtolicæ fidei
myſterium confirmans: & naturæ in ſe pſnæ no-
men agnoſcens: beatos eſſe docuit: qui cū ſe reſur
gētem a mortuis non vidiſſent: deū tn̄ p reſurre-
ctionis intelligētiā credidiſſent. Nomen igitur na
turę: fidei noſtrę nōn deſerit pfeſſionem. Nomen
.n. qd̄ rem vnāquāq̧ ſignificat: rē quoq̧ eiuſdē ge
neris oſtendit. Etiam nō res duę ſunt: ſed res gene
ris eiuſdē eſt. Filius nāq̧ dei deus eſt: hoc.n. ſigni
catur ex nomine. Non duos deos cōnumerat vnū
nomē: quia vnius atq̧ indifferētis naturæ vnū de
us nomē eſt. Cum.n. & pater deus eſt: & filius de-
us ē: & ppriū natę diuinę nomē i vtroq̧ ſit vterq̧
vnū ſūt. Quia cū ſubſiſtat filius ex natiuitate na-
turæ: vnitatē cōſeruat in noīe: nec ad pfeſſionem
duū deorū natiuitas filii credētiū fidem cogit quę
prem & filiū vt vniꝰ naturę ita vnius pfitet̄ & no
minis. Eſt itaq̧ deo filio nomē ex natiuitate hic.n.
nobis ſecundus ad demonſtrationē gradꝰ ē: vt de
us ſit ex natiuitate. Q̄z q̄ mihi adhuc de proprieta
te nois ſuperſit apoſtolica auctoritas: ſed interim
euangelicū placet tractare ſermonē. Et primo quę
ro: quā natiuitas filii: naturæ nouitatē potuerit in
ferre: ne deꝰ ſit! Intelligētię iſtud humanę ſenſꝰ ex
cludit: vt aliqd a natura originis ſuę naſcēdo di-
uerſum ſit: niſi forte qd̄ ex naturarū diuerſitate cō
ceptū nouū aliquid in ſe: & ita ſit generis vtriuſq̧
q̧ neutrū ſit: veniat in vitā. Quod in pecoribus
ac beſtiis vſitatū ē: ſed ea ipſa nouitas nō ineſt: ni
ſi ex cognatis proprietatibus: ſub diuerſitate natu
ræ: & diuerſitatem eorū natiuitas nō intulit: ſed
accepit: dum id tenet qd̄ ex vtroq̧ ſibi vnū eſt. Et
cū hęc in his corporalibꝰ cauſis & paſſionibus ita
ſint q̄s rogo furor eſt: natiuitatē vnigeniti dei ad
degenerē ex deo referre naturā: cū natiuitas nois
ex proprietate naturæ ſit! & iam natiuitas nō erit
ſi pprietas naturæ i natiuitate nō inerit. Hinc ille
oīs ęſtus & furor ē: vt in filio dei non natiuitas ſit
ſed creatio: vt nō naturę ſuę originē ſubſiſtēs tene
at: ſed alienā a deo de nō extantibꝰ ſumat. Quia
ſm̄ qd̄ ait. Quod de carne naſcit̄: caro eſt: & qd̄ de
ſp̄u ſp̄us eſt: q̄a deus ſpiritus eſt. Nō ambiguū ſit
naſcenti diuerſū atq̧ alienū aliqd ab eo ex quo na
tū ſit: nō ineſſe. Natiuitas igit̄ dei deū pficit: vt de
us nō coeptꝰ intelligat̄ eē ſed natꝰ: q̄a & coeptū eē
poteſt nō id ip̄m eſſe qd̄ naſci: dū oē coeptū aut ex
nihilo i aliqd exiſtit: aut ex alio i aliud pficit: & de
finit: vt ex terra aurū: vt ex aq̄s aīātia: vt ex iaīmis
viuentia: vt ex ſolidis liqda: vt ex frigidis feruētia
vt ex albis punicea. Dei aūt filiꝰ neq̧ ex nihilo de
us coepit eē: ſed natꝰ ē: neq̧ aliud aliqd fuit anteq̄
deꝰ eēt. Atq̧ ita q i deū natꝰ ē: nec coepit q̧ deus:
nec q̧ deꝰ ē pfecit. Tenet itaq̧ natiuitas eā ex q̄ ſb
ſiſtit natā: & filiꝰ dei nō aliud q̄ q̧ deꝰ ē ſubſiſtit.
Aut q̄ſq̄s hic ābigit diſcat a iudęis itelligētiā na-
turę: vl' potiꝰ agnoſcat ab euāgelio veritatē nati
uitatis: i q̄ ſcriptū ē. Propter hoc magis q̄rebāt eū
iudęi iterficere q̄a nō ſolū ſoluebat ſabbatū ſed &
q̧ ppriū patrē dicebat deum: ęqualē ſe faciēs deo.
Nō nūc vt i cęteris ſolet iudęorū ſmo ab iis dictꝰ
refert̄: expoſitio potiꝰ hæc euāgeliſtæ ē cauſā de-
mōſtrātis cur dn̄m iterficere iudęi vellēt. Ceſſet er
go p ipietatē blaſphemātiſ viciē ſę itelligētię excu
ſatio: cū p apl̄i auctoritatē ſb ſignificatōe natiuita
tis: pp̄etas natalis oſtēſa ſit. Prēm ſuū dicebat deū
ęq̄lē ſe faciēs deo. An ne natalis natiuitas nō ē vbi

ꝑ nomē patris ꝓprii:naturæ ęqualitas demōſtratur? Nō.n.ābigit̄ qn ęqualitas nihil differat Quis porro dubitabit quin indifferentem naturam natiuitas cōſequatur? Hinc .n. eſt ſola illa quę vere poſſit eſſe ęqualitas: quia naturę ęqualitatē ſola poſſit ꝓſtare natiuitas. Aequalitas vero nuſq̄ ibi eē creditur:vbi vnio ē Nec tn̄ illic repiet̄ vbi differat.Ita ſimilitudinis ęqualitas nec ſolitudinē hēt nec diuerſitatē:qa oīs ęqualitas nec diuerſa nec ſola ſit. Qq̄ igitur huius intelligētię nr̄ę iudicia cū humani ſcſꝰ opinione cōmunia ſint :vt & natiuitas naturę hēat ęqualitatem:& vbi æqualitas eſt: neq̄ alienū a ſe aliquid poſſit eſſe nec ſolū :tamen ex ipſis dictis dn̄icis huiꝰ quoq̄ ſmōis nr̄i fides affirmāda eſt :ne temeritas cōtradicēdi:ſub libertate diuerſę in hominibus intelligētię audeat profeſſionibꝰ diuini de ſe teſtimonii cōtraire. Reſpōdebit.n.dominꝰ Nō poteſt filiꝰ a ſe facere qcq̄ niſi qd̄ viderit patrē faciētē :quęcūq̄ .n.ille facit eadē & filiꝰ facit ſimiliter. Pater .n. diligit filium et oīa demōſtrat ei :quę ipſe facit :& maiora horū opera demōſtrabit ei :vt vos admiremini. Sicut.n.pater ſuſcitat mortuos & viuificat ſic & filiꝰ quos vult viuificat. Nec.n.pr̄ iudicat quēq̄:ſed oē iudiciū dedit filio:vt oēs honorificent filiū ſicut honorificāt patrē. Qui nō honorificāt filiū nō honorificāt patrē qui miſit illū. Propoſitōnis quidē ordo id exigebat vt ſingula quęq̄ genera ſingularū quarūq̄ cauſarū ꝑtractarēt:vt qa deū eſſe dn̄m noſtrū ieſū xp̄m dei filium noīe natiuitate naťa poteſtate profeſſione docuiſſemꝰ:demōſtratio noſtra gradꝰ ſingulos diſpoſitionis propoſitæ ꝑcurreret. Sed id natiuitatis natura nō patit̄:quę in ſe & nomē & naturā & poteſtatē & ꝓfeſſionē ſola cōplectitur. Sine his.n.natiuitas nō erit:qa in ſe hęc oīa naſcēdo cōtineat. Hāc igit̄ tractātes incidimꝰ in eā neceſſitatē:vt ſupius cōmemorata ad ordinē tractatꝰ ꝓprii differre nō liceat. Reſpōdēs.n.dn̄s ad iudęos q̄ eū interficere ob hoc magis vellēt:qa patrē ſuū dicens deū:æqualem ſe deo feciſſet: oē ſacramētū fidei noſtræ dū impiis eorū motibꝰ cōtradicit:expoſuit. Dixerat.n. ſuperius cum paralytico curato violati ſabbati reꝰ:etiam mortis iudicio conſtitueretur:pater meꝰ vſq̄ adhuc operat̄ & ego operor:Et hinc oīs accēdebatur inuidia:q̄ ſe deo exęquaſſet:paterni nominis vſurpatione. Volens ita q̄ & natiuitatē ſuā cōfirmare: & naturę virtutē ꝓfiteri:ait. Nō poteſt quicq̄ a ſe facere filiꝰ:niſi qd̄ viderit patrē faciētē. Exordiū reſponſionis aduerſus iudęorū impiū motū:per quē vſq̄ ad volūtatē inferendę mortis exagitabāt̄:aptatū eſt. Nā ad violati ſabbati obiectū ſibi reatū:dixerat. Pater meus vſq̄ adhuc operatur:& ego operor. Vt vſurpaſſe hoc ex auctoritate itelligeret̄ exēpli: ſignificās tn̄ hoc qd̄ ipſe ageret:patris eē opꝰ itelligēdū:qa ipſe in ſe oparetur opante. Et rurſum aduerſū eā iudiam quę ſe ꝑ ꝓprii nomē deo exęquaſſet: hęc ſubdidit. Amen amen dico vobis:nō poteſt filius a ſe facere qcq̄:niſi qd̄ viderit patrē faciētē. Ne igitur exęquatio illa ꝑ nomē naturā q̄ filii fidem natiuitatis auferret:ait filium a ſe facere nihil poſſe:niſi quod patrē faciētem vidiſſet. Et vt maneret ſalutaris in patre & in filio cōfeſſionis noſtræ ordo:naturā natiuitatis oſtēdit:Quę poteſtatē efficiēdi: nō ꝑ incremēta idultarū ad vnūquod q̄ opus viriū ſumeret:ſed de cognitione ꝓſumeret: ꝓſumeret aūt nō aliquo operis corporalis exēplo:vt aliquid priꝰ pater faceret:ad quod poſtea filius facturus eſſet Sed cū natura de ꝗ̄ natura dei ſubſtitiſſet : ideſt ex patre filiꝰ natꝰ eſſet:per virtutis ac naturæ i ſe paternę conſciētiā:nihil ab ſe niſi quod patrē faciētē vidiſſet:filiū facere poſſe teſtatꝰ eſt. Et cum vnigenitus deꝰ paternę virtutis oꝑationibꝰ operaret̄ tantum ſibi ad faciēdū ꝓſumeret quātū i cōſciētia ſua eſſet:inſeparabilē a ſe dei patris : quā ꝑ legitimā natiuitatē obtinebat:poſſe naturā. Nō enim corporalibꝰ modis videt. ſed viſus ei omnis in virtute naturæ eſt Deniq̄ ſubiecit. Omnia enim quęcūq̄ pater facit eadem & filius facit ſimiliter. Similiter illud :ad ſignificationem natiuitatis adiecit Omnia vero & eadem:ad oſtendēdam naturæ veritatem locutus eſt. In his enim quæ & quęcunq̄ & eadem ſunt:nec diuerſitas poteſt eſſe nec reliquū. Atq̄ ita in natura eadē eſt:cui eadē oīa poſſe naturæ ſit. Vbi vero ſimiliter ꝑ filiū eadē oīa fiunt:ſimilitudo oꝑum ſolitudinē oꝑantis excluſit:vt omnia quæ pater facit eadem oīa ſimiliter faciat & filius. Hæc eſt verę natiuitatis intelligentia:& fidei noſtrę:quę ex naturę diuinæ vnitate:vnius indifferentiſq̄ diuinitatis veritatem i patre & in filio confitetur abſolutiſſimū ſacramētū vt eadē faciendo: filius ſimiliter faciat:& filii faciē

do: eadem ſint ipſa quę faciat: quia ſub vna hac ſignificatione teſtentur: & ſimiliter facta natiuitatē: & eadem facta naturam. Tenet itaqꝫ reſponſionis dominicę ordo eccleſiaſticę fidei integrū ordinē: vt nec diſcernat naturā: & ſignificet natiuitatē. Hoc nāqꝫ ſequit̃. Pater enim diligit filiū: & oīa demonſtrat ei quę ipſe facit: & maiora horum opera demōſtrabit ei: vt vos admiremini. Sicut .n. pater ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic & filius quos vult viuificat. An ne demonſtratio operum aliud hic nobis prӕter q̄ natiuitatis fidē ingerit: vt ſubſiſtētem filiū ex ſubſiſtēte deo patre credamꝰ? Niſi forte ꝑ ignorationē credēdus ē vnigenitus deꝰ doctrina demōſtrationis eguiſſe: ſed temeritas īpię huiꝰ exiſtimationis nō admittit̃. Nō .n. doceri eget quicquid qs docēdꝰ ſit: ſciat. Nā poſteaq̄ ait. Pater .n. diligit filiū: & oīa demonſtrat ei quӕ ipſe facit. Vt oſtēderet oēm hāc patris demōſtrationē: fidei noſtrę eſſe doctrinā: vt ſ. pr̄ nobis ī confeſſione eſſet & filiꝰ: & nequa hic ignoratio ī filio poſſit intelligi: cui pr̄ opera oīa quę ipſe faceret demōſtraret: cōtinuo ait. Et maiora horū opa demōſtrabit ei vt vos admiremini. Sic̄ .n. pr̄ ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic & filiꝰ quos vult viuificat. Demōſtratio ergo futuri opis nō ignoratur a filio cui hoc demōſtrādū ē: vt exēplo pr̄nę naturę mortuos viuificet. Ea .n. pr̄em demōſtraturū filio dicit: quę mirent̃ & quę eadē eēnt illa: mox docuit. Sicut pr̄ ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic & filiꝰ quos vult viuificat. Exęquata virtꝰ eſt ꝑ naturӕ indiſſimilis vnitatē. Et demōſtratio opū nō ignorationis īſtructio ē: ſed nr̄ę fidei. Quę non filio ſciētiā ignoratorū: ſed nobis cōfeſſionē natiuitatis inuexit. Cōfirmās eā ꝑ id ꝙ ſibi oīa eēnt demōſtrata quę poſſet: Neqꝫ .n. nō circūſpectū ſe cęleſtis ſmo egit: ne forte diuerſę naturę ſignificatio: ſub occaſione dicti ambigui ſubreperet: Demōſtrata .n. potiꝰ opa patris eē ait: q̄ ad operationem eorū naturā virtutis adiectā: vt demōſtratio ipſa natiuitatis eē ſubſtātia doceret̃: cui per dilectionē pr̄is opū pr̄norū quę ꝑ eū effici vellet: eēt cognata cognitio. Porro aūt ne ꝑ demōſtrationis pfeſſionē: ignorātis in eo naturę diuerſitas crederet̃: ea ipſa quę ꝓfitet̃ demonſtrāda: nō neſcit. Vſqꝫ adeo nō de exēpli auctoritate geſturꝰ ē vt viuificet quos velit. Velle .n. naturę libertas eſt: quę ad pfectӕ virtutis beatitudinē cū arbitrii voluntate ſubſiſtat: Ac ne deinceps ꝙ quos vult viuificat: non natiuitatis in ſe naturam habere videret̃: ſed nō natę potiꝰ iure poteſtatis ſubſiſtere: continuo ſubiecit. Nec .n. pr̄ iudicat quēq̄: ſed oē iudiciū dedit filio. Et in eo quod oē iudiciū datū ē: naturę demōſtrat̃ natiuitas qa & oīa habere ſola natura poſſit idifferēs: neqꝫ natiuitas aliqd poſſit habere: niſi datū ſit. Datū aūt oē iudiciū eſt qa viuificat quos vult. Neqꝫ adēptū pr̄i iudicium pōt videri: cū ipſe nō iudicet: qa filii iudiciū ex iudicio ſit pr̄no. Ab eo eīn datū oē iudiciū ē: ſed dati iudicii cauſa nō tacita ē: ſeqt̃ .n. Sed iudiciū oē dedit filio: vt oēs honorificēt filiū ſicut honorificant patrē. Qui non honorificat filiū: non honorificat patrē q eū miſit. Quid igit̃ oro derelictū ē ſuſpitionis: aut qd relictū eſt ad impietatē occaſionis? Pater nō iudicat quēq̄: ſed oē iudiciū dedit filio. Iudicii autē datio ea cauſa ē vt filius exęquati honoris ad patrē ſit: & inhonorificus filio: inhonorificꝰ & patri ſit. Et quo modo poſt hęc intelligit̃ natiuitatis differre naturā? quā non ſolū operatio virtꝰ honor ſed etiā contumelia negati honoris exęquat. Nihil ergo aliud q̄ ſacramentū natiuitatis: ſermo nūc diuinę reſpōſionis oſtēdit. Neqꝫ aliter aut debuit filiꝰ a pr̄e diſtingui: q̄ vt & natꝰ eſſet: nec tn̄ differēs doceret̃. Pr̄ igit̃ vſqꝫ mō opat̃: & filiꝰ opat̃. Habes naturę noīa: cū & pater operatur & filiꝰ: ītellige & naturā dei ꝑ quā deꝰ operatur: operātē. Ac ne forte duas operationes naturam diſſimiliū exiſtimes intelligendas: memento de cęco dictū fuiſſe. Sed vt manifeſtarentur opera dei in eo me oportet operari opera eiꝰ q miſit me. In eo ergo qđ operat̃ filiꝰ: opus patris eſt: & opꝰ filii: opus dei ē. Et de operibus ſmo adhuc ſequens eſt. Interī nūc nil aliud ſtuduit reſponſio q̄ vt omne opus referret ad vtrūqꝫ. Vtriuſqꝫ autem natura non differt operandi: cū in eo quod vſqꝫ adhuc pater operat̃: operatur & filiꝰ: ne qui dominꝰ ſabbati eſt: dominus eſt enim ſabbati filius hoīnis impie operari ſabbato crederetur: cuius opus natiuitatis naturā: pr̄ni in ſe opis eſſet auctoritas. Nō cōfūdit̃ itaqꝫ aut aboletur natura ne filius ſit. Nec tamen ruſum adimitur natura ne deus ſit. Nec diſcernuntur diuerſitate: ne vnum ſint: neqꝫ ꝙ vnum ſunt: id poteſt praeſtare: ne vterqꝫ ſit. Et primum filiū cognoſce: cum dicitur. Nō poteſt filius a ſe facere

quiceꝗ : niſi ꝗd viderit pr̄em faciētē. Habes natiui-
tatē filii quę ab ſe nihil poteſt facere: niſi vt videat
In eo autem ꝙ a ſe nihil poteſt: īnaſcibilitatis adi
mit errorē. Ab ſe enim non poteſt poſſe natiuitas.
Qꝫ autem videt: conſcientia I i ſe naturæ ſignifi-
catꝰ agnitio: & ī eo nūc veram dei cognoſce natu-
rā. Quęcūq; eīm ille facit: eadem & filiꝰ facit ſimi
liter. Per naturæ aūt virtutē: naturę p id īdiſſimi-
lis intellige vnitatē. Vt oēs honorificent filium: ſi
cut honorificant patrē qui miſit illū. Ac ne te na-
turę vnitas in ſolitarii vnione cōtineat ſacramen-
tū ī eo fidei diſce. Qui nō honorificat filiū nō ho-
norificat patrē q miſit illū. Cōcluſa ſūt oīa aduer-
ſū heretici furoris īgenia: filiꝰ eſt: quia a ſe nihil po
teſt: deus eſt: qa quęcūq; pr̄ facit: & ipſe eadē facit:
vnū ſūt: qa exęquatꝰ ī honore: & ęadē facit nō alia.
Nō eſt pr̄ ipſe: qa miſſus eſt. Habet igitꝰ hoc ſacra-
mēti ſola natiuitas: vt cōplectatꝰ ī ſe & nomē & na
turā & poteſtatē & profeſſionē: qa vniuerſa nati-
uitas nō pōt nō ī ea eē natura vnde naſcatꝰ. Nō af-
fert externi generis ſubſtātiā: qa ex vno nō ſubſi-
ſtit alienū. Quod aūt alienum a ſe nō eſt: id vnū ē
genere naturæ. Et quicquid vnū ē p natiuitatem:
nō habet ſolitudinē: qa & ſolitudo ſingularis eſt:
& natiuitatis ē vnitas ad vtrūq;. Et ſuper hoc aſci
ſcit ſibi diuinę de ſe ſētētię teſtimoniū. ait. n. Qui
ſūt ex ouibus meis: vocē meā audiūt: & ego noui
eas: & ſequuntꝰ me: & ego vitā ęternā do eis: & nō
perient in ſempiternū: nec qſq̄ rapiet eas de manu
mea. Pater quod dedit mihi: maiꝰ eſt oībus: & ne
mo poterit rapere de manu patris mei. Ego & pa-
ter vnū ſumus. Quis rogo intelligētiā noſtrā ſtu-
por hebetis mētis obtūdit: vt hęc in ſenſū noſtrū
tā abſolute dicta nō ſubeāt! Aut quis infirmitatē
humanā tumor animi inſolētis illudit: vt dei co-
gnitionē ex his adepti: deū putēt nō his intelligē-
dū eē qbꝰ cognitꝰ ē! Aut eīm alia ſūt euāgelia pro
ferēda quę doceant. Aut ſi de deo ſola iſta docue-
rūt: cur nō ita credimꝰ vt docemur! Quod ſi ex
his tm̄ ſūpta cognitio ē cur nō fides exīde fit: vnde
cognitio! Sed cū fides cognitioni eē aduerſa dete
gitꝰ: iā nō cognitiōis fides illa, ſed criminis eſt: irreli
gioſā ſibi fidē aduerſū religionem cōfeſſę cogniti
onis aſſumēs: Vnigenitꝰ igitꝰ deꝰ naturę in ſe ſuę
cōſcius natiuitatis proprię inenarrabile ſacramen
tū: ad fidei noſtrę cōfeſſionē: quāta poteſt verbo-
rum abſolutione ſignificat: vt & natꝰ intelligatꝰ:
& in dei natura eſſe credatur & cū patre vnū ſit &
vnū ſe pſitēdo cū patre: nō tm̄ vt ſolꝰ tm̄ atq; ipſe
pr̄ itellectꝰ. amittat eſſe quod filiꝰ eſt. Teſtatꝰ eīm
primū naturæ virtutē: & de ouibꝰ ſuis ait. Nec qſ
q̄ rapiet eas de manu mea. Conſcię poteſtatis hęc
vox ē: īperturbatę virtutis libertatē per id ꝙ nēo
oues de manu ſua abripiat: cōfiteri. At vero vt in
natura licet dei nature tm̄ ex deo ſit intelligenda
natiuitas: ſubiecit. Pater quod dedit mihi: ma-
ius eſt omnibꝰ. Nō occultat ex patre eſſe ſe natū
q d eīm a patre accepit: maius eſt omnibus: & qa ac
cepit: ē in eo quod accepit naſcēdo: nō poſtea: ta-
mē ex alio eſt: dū accepit. Sed qui ex alio accipit:
ne aliud quid potius & nō in eius intelligeretꝰ na-
tura: a quo accipit exiſtere ait. Nemo poterit rape
re de manu patris mei. De manu ſua nemo rapit:
quia a patre quod ē omnibꝰ maiꝰ: accepit. Quid
ſibi vult tā diuerſa pfeſſio: vt rurſū de manu pr̄is
ſui nemo rapiat! Filii manꝰ ē quę accepit a patre.
Patris manus eſt: quę dedit filio. Et quo mō quod
nō rapitꝰ de manu filii nō rapitꝰ de manu pr̄is! Quo
mō ſi quęris itellige. Ego & pr̄ vnū ſumꝰ. Manus
filii: manꝰ pr̄is ē. Non eīm degenerat p natiuitatē
natura ne eadē ſit. Neq; rurſum quia eadē eſt: itel
ligentiam natiuitatis offendit: quia natiuitas ni-
hil ī ſe admittit alienū. Vt vero per corporalem ſi
gnificationē: virtutē poſſis eiuſdē noſſe naturæ:
cōmemorata eſt filii manus: manus patris: qa na-
tura & virtꝰ pr̄is ē etiā in filio. Poſtremo vt per ſa
cramētū natiuitatis: veritatem; naturę īdifferētis
agnoſceres: dictū ē. Ego & pater vnum ſumus: vt
quod vnum ſūt: nec diuerſum nec ſolitariū crede
retur: non alia in vtroq; per natiuitatis & genera-
tionis proprietatem exiſtēte natura. Manet quan
tum intelligi licet: & mentium veſanarum volū-
tas: ceſſante licet voluntatis affectu. Et malignū
animum maliuolētiæ ſtudiū abſiſtēte mali operis
occaſione: nō deſerit. Nūc enim hęreticorum fu-
ror iam dominum in cęlis ſedētem: quia exemplo
iudęorū ī crucem agere nō poſſunt: pari tamē infi
delitate hoc eū quod ē denegāt: & cū nō poſſunt
negare quę dicta ſūt: tamen dictis nō obedientes:
odiū īpietatis exercēt: verborū lapides īiiciunt & ſi
poſſēt de throno eū ſuo ī crucē retraherēt: & de iu
dęis qdē ad dicti huiꝰ nouitatē cōmotis ita ſcribitꝰ.

Tulerunt igitur lapides iudei vt eum lapidarent. Reſpondit eis. Multa bona opera oſtendi vobis a pre: ppter qd eorum opus me lapidatis? Reſponderūt autē ei iudei. Pro bono ope nō lapidam⁹ te: ſed pro blaſphemia: & quia tu cū ſis hō: facis te deum. At tu vero heretice quid agas ac profitearis agnoſce: & eorum te intellige eſſe cōſorte: quorū i te refers pfidię exēplū. Ad id qd dictū ē: ego & pr vnū ſumus: iudei lapides eleuauerunt: & eorū impius dolor: ad ſacramētum fidei ſalutaris impatiens: vſq ad impetū inferēdę mortis erupit. Quid tu non habēdo quē lapides: negādo min⁹ efficis? Nō differt volūtas: ſed volūtatē tuā inefficiacem ęē cęleſtis thron⁹ efficit. Quātū tu irreligioſior iudęo? Lapides ille in corp⁹ eleuat: tu in ſpiritum: ille in hominē vt putabat: tu in deū: ille in diuerſantem in terris: tu in thrōno virtutis ſedentē: ille in ignoratū: tu in cōfeſſū: ille in moriturū: tu in iudicem ſeculorū. Ille dicit: cum ſis homo: tu dicis: cū ſis creatura. Vterq aūt dicitis: facis te deū: hoc cōmune in eū impii veſtri oris opprobrium ē. Negas eīn deū ex generatione dei. Negas enim filium ex natiuitatis veritate. Negas hoc quod ego & pater vnū ſumus. Confeſſionē vnius in vtroq atq cōſimilis eſſe naturę. Subiicis ſubſtātię nouę & externę & alienę deū vt aut alterius generis deus ſit aut omnino nec de⁹ ſit: quia non ex dei natiuitate ſubſiſtat. Sed quia ad ſacramentū dicti hui⁹ cōmotus es: Ego & pater vnum ſumus: vt iudęo dicēte cum ſis homo: facis te deum: tu impietate dicas: cum ſis creatura: facis te deū. dicis eīn nō ē filius ex natiuitate: nō eſt de⁹ ex veritate. Creatura es pręſtantior cūctis: ſed nō es in deū natus: quia ex incorporali deo nō natiuitatē admitto naturę. Non modo tu & pater nō vnū eſtis ſed nec fili⁹ es nec ſimilis es: nec deus es. Iudęis quidē dominus reſpondit: ſed magis ad impietatē tuā omnis hęc apta reſponſio eſt. Nonne ſcriptū eſt in lege. Quoniam ego dixi dii eſtis? Si ergo illos dixit deos ad quos verbum factū eſt dei: & nō poteſt ſolui ſcriptura quē pater ſanctificauit & miſit in hunc mūdū vos dicitis quia blaſphemaui quoniam dixi filius dei ſum? Si nō facio opera patris: nolite credere mihi. Si autē facio: & mihi nō vultis credere: operib⁹ credite vt ſciatis & cognoſcatis: quoniā pater ī me eſt. & ego in eū. Cauſa reſponſionis cauſā obiectę ei blaſphemię intulit. Id enim ad crimē deputabatur: q ſe cum homo eſſet: deum faceret. Deum autem ſe facere per id arguebatur q dixiſſet: ego & pater vnum ſumus. Demonſtraturus itaq hoc q ipſe & pater vnum eſſent: ex natiuitatis vſurpatū eſſe natura: in eo primū ineptiam ridiculi opprobrii confutat: cur in reatum vocaretur: ſecum homo eſſet: deum faceret. Cum enim lex hui⁹ nominis appellationem ſanctis hominib⁹ decerneret & ſermo dei indiſſolubilis cōfirmaret hāc impertiri nominis profeſſionem: quo modo hic quē pater ſantificaſſet: & quē in hūc mūdū miſiſſet: blaſphemus eſſet: dei ſe filiū cōfitēdo: cum cognominatos per legem deos indiſſolubilis dei ſermo ſtatuiſſet? Iam ergo nō eſt criminis q ſe deum cū homo ſit faciat: cū eos qui homines ſint: lex deos dixerit. Et ſic a cęteris hominib⁹ nō irreligioſa hui⁹ nominis eſt vſurpatio: ab eo nomine quē pater ſāctificauit: omnis enim hic de homine reſponſio ē: quia dei filius etiam hominis filius eſt: non imprudenter vſui pari videtur: q dei ſe filium dixerit: cum precellat ceteros qui cognominare ſe nō irreligioſe deos poſſunt: per id q ſanctificatus in filium eſt beato paulo ſcientiam nobis nominis iſtius intimante: cum ait. Qui ante promiſit per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo: qui fact⁹ eſt ei de ſemine dauid ſecundum carnem: qui predeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundū ſpiritum ſanctificationis. Ceſſat ergo blaſphemię crimen cum ſit homo: deum ſe faciat: cum hoc nomen plurimis dei ſermo detulit. Et ſanctificat⁹ ac miſſus a patre nihil aliud ſe q̄ dei filium ſit pfeſſ⁹. Nō ē relictus vt arbitror ābigendi locus: quin de natura natiuitatis dictum ſit. Ego & pater vnum ſumus. Nam cum iudei arguiſſnet illum q per hoc dictum homo ipſe cum eſſet: ſe ſe deū faceret: reſponſio eius confirmat: q dei ſe filium per id q ego & pater vnum ſumus oſtenderit. Primum nomine deinde natura: poſtremo natiuitate. Nā ego & pater rerum nomina ſunt. Vnum vero naturę profeſſio eſt: quia i eo quod eſt vterq nō differat. Sumus autem nō patitur vnionem. Et vbi q ſum⁹: vnio vnū non eſt: vnū eos efficit eſſe natiuitas: hoc enim totum ex eo eſt: dei ſe filiū ſanctificatus a patre profitet: & profeſſio dei filii hoc ego & pater vnū ſumus confirmat: quia natiuitas

non aliam poſſit niſi eã ex qua ſubſiſtit: afferre naturam. Conſũmauit autẽ totius fidei noſtrę ſacramẽtum: vnigeniti dei ſermo. Nãq; cũ reſpõſum ad id fuiſſet: cur ſe cum hõ eſſet: deũ faceret: vt dictum illud: ego & pr̃ vnũ ſumus: abſolutę & perfectę intelligẽtię ordinem ſumeret: hęc cõſequenter ſubiecit. Vos dicitis q̃a blaſphemaui: quoniã dixi: filius dei ſum. Si non facio opera patris: nolite credere mihi. Si autem facio: & mihi nõ vultis credere operibus credite: vt ſciatis & cognoſcatis quoniam pater in me eſt: & ego in patre. Infrenis audacię eſt deſperata iã ꝑ conſciẽtiam ſalus: & extra pudorẽ eſt: profeſſa omnis impietas. Nã iã q̃ſquis nec erubeſcit ſtultitię: vbi perdidit religionẽ ei nõ contradicere amẽtia potius q̃ ignoratio eſt. Dominꝰ dixerat. Ego & pater vnũ ſumus. Natiuitatis hoc ſacramẽtum eſt: vt pater & filius ĩ vnitate naturę ſint. Et quia naturę pręſumptio vocaretur in crimẽ: pręſumẽdi ratio docetur ex cauſa Ait enim. Si non facio opera patris: nolite credere mihi. Si nõ opera ꝫ patris facit: nõ credendũ ei eſt: ꝓfitẽdi dei eſſe ſe filium. Non habet ergo natiuitas nouã externãq; naturam: quia per id filius eẽ credendus eſt: ꝙ opera patris efficiat. Quid hic adoptio: quid indulgentia nomininis loci inuenit ne ex natura dei filius ſit cum dei filius ex naturę paternę operibus credendus ſit? Non exęquatur ac ſimilis ẽ deo creatura neq; ei naturę alienę poteſtas cõparatur. Sola ei natiuitas filii nõ impie ꝑ ſimilitudinẽ creditur ęqualis. Nam quicquid extra eum eſt: cum contumelia ei honoratę virtutis ęquabitur. Si enim aliquid quod nõ ex ipſo eſt: reperiri poteſt ſimile ei: ac virtutis eiuſdẽ: amiſit priuilegium dei ſub conſortio coęqualis. Iãq; nõ erit deꝰ vnꝰ: a quo in differens ſit deus alius. At vero nõ habet cõtumeliã: proprietatis ęqualitas: quia ſuũ eſt q̃d ad ſui ſimile eſt. Et ex ſe eſt: ꝙ ſibi ſimilitudinẽ compatur. Nec extra ſe eſt ꝙ quę ſua ſunt poteſt & profectus dignitatis eſt genuiſſe poteſtatẽ nec alienaſſe naturam. Opera patris efficit filiꝰ & per id credi ſe dei filium poſtulat. Non eſt ꝓſũptio arrogãs: quia probari ſe nõ niſi ex iis quę egerat poſcit. Gerere autẽ ſe nõ ſua ſed quę patris ſũt teſtatur: ne per magnificẽtiam geſtorum naturę natiuitas auferatur. Et quia ſub ſacramẽto aſſumpti corporis: & nati ex maria hominis: dei filiꝰ nõ intelligebatur: fides nobis intimatur ex geſtis: cũ ait. Si autem facio & ſi mihi nõ vultis credere: operibus credite. Credi ſibi primũ ꝙ dei: niſi filius ſit niſi ex operibus pr̃is: quę ipſe efficit: non vult. Qz ſi facit opera: & per humilitatem corporis: fide ꝓfeſſionis ĩdignus eſt: operum fidẽ poſtulat. Cur enim ſacramẽtum nati hominis: intelligẽtiam diuinę natiuitatis impediat: cum diuina natiuitas oẽ opꝰ ſuum: ſub myſterio aſſumpti hominis exequatur? Si igitur homini ꝑ opera non creditur ꝙ dei filius ſit credatur operibus ꝙ dei filii ſint: quia negari ꝙ dei ſint: non poſſunt. Omne enim in ſe filius dei habet naſcẽdo: quod dei eſt: & idcirco opus filii: opus patris eſt: quia natiuitas nec extra naturam eam eſt ex qua manet: & naturam eam in ſe habet: vnde ſubſiſtit. Faciens igitur opera patris: & poſtulans vt ſi ſibi non crederetur: vel ipſis crederetur: demõſtrare debuit quid eſſet operibꝰ credendũ: nẽpe quod ſequitur. Si autẽ facio: & ſi mihi non vultis credere: operibus credite: vt ſciatis & cognoſcatis. quoniam pater in me & ego in eum. Hoc eſt illud dei filius ſum: hoc eſt illud: ego & pater vnũ ſumus: hęc natiuitatis natura: hoc ſalutaris dei ſacramentum: nõ diuidere ꝙ vnum ſũt: nec natiuitatis adimere naturam & ex viuente deo viuẽtis dei veritatẽ cõfiteri. Non enĩ ex cõpoſitis atq; inanimis deꝰ qui vita eſt ſubſiſtit. Neq; qui virtꝰ eſt: ex infirmioribꝰ cõtinetur: neq; qui lux eſt: ex obſcuris coaptatur: neq; qui ſpiritꝰ eſt: ex diſparibus formabilis eſt. Totum in eo quod ẽ vnum eſt. Vt ꝙ ſpiritus eſt: & lux & virtꝰ & vita ſit. Et ꝙ vita eſt & lux & virtus & vita: ſpiritus ſit Nãq; qui ait. Ego ſum: non demutor. Non demutatur ex partibꝰ: nec ſit diuerſꝰ ex genere. Hęc enĩ quę ſupiꝰ ſignificata ſũt: nõ ex partibꝰ in eo ſũt ſed totũ hoc ĩ eo vnũ ꝑfectũ oĩa deꝰ viuẽs. Viuẽs igit̃ deꝰ: & naturę ęternę viuẽtis poteſtas eſt: & q̃d cum ſacramẽto ſciẽtię ſuę ex eo naſcit̃. non potuit aliud natũ eſſe q̃ viuens. Nam cum ait Sicut miſit me viuens pater: & ego viuo propter patrẽ: docuit vitam in ſe ꝑ viuẽtẽ patrem ineſſe. Deinde cũ didit. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic & filio dedit vitam habere ĩ ſemet ipſo. Oĩa viua ſua ex viuẽte teſtatꝰ eſt. Quod aũt ex viuo viuũ natũ eſt: habet natiuitatis ꝑfectũ ſine nouitate naturę. Non enim nouũ eſt: quod ex viuo ge

neratᷣ in viuũ:quia nec ex nihilo ad natiuitatẽ vi-
ta quę ſita eſt:& vita quę natiuitatẽ ſumit ex vita:
neceſſe ẽ per naturę vnitatẽ:& perfectę atq; ienar
randę natiuitatis ſacramẽtum: vt & in viuẽte vi-
uat et ĩ ſe habeat vitã viuẽtẽ. Admonuiſſe nos in
exordio ſermonis noſtri meminimꝰ humanas cõ
parationes diuinis nõ ſatiſfacere exẽplis:tñ ꝑ par
te intelligẽtiæ noſtrę ſenſum formis corporalibus
erudiri.Humanę natiuitatis conſciẽtiam cõſulo
vtrũ nõ intra patres maneat origo naſcentiũ. Nã
tametſi elemẽta illa inanima ac turpia qbꝰ naſcẽ-
di cauſę inchoantur:in hominẽ alterum effluant:
per naturæ tamẽ virtutem intra ſe inuicẽ manẽt:
dum & per datam a ſe naturę eiuſdẽ originem na
ſcentẽ ſequitᷣ ille qui gignit:& ꝑ acceptam natiui-
tatẽ eius virtus etſi deriuetur: nõ tamen auferatᷣ:
in gignente ſe manet ille qui naſcitur.Et hoc qui-
dem tantũ ad humanę natiuitatis intelligentiam
cõmemoratum a nobis ſit:non etiam ad perfectũ
in vnigenito deo natiuitatis exemplum:quia na-
turæ humanę infirmitas ex diſparibꝰ cõparatur:
nec ex inanimis cõtinetur ad vitam Nec ſtatim ĩ
ea quod gignitur, viuit:neq; totum viuit ex vita
cum in ea multa ſint:quę ſine naturæ ſuæ ſẽſu cũ
excreuerint deſecentᷣ.In deo vero totũ quod eſt vi-
uit.Deus enim vita eſt & ex vita nõ poteſt quicq̃
eẽ:niſi viuũ.Neq; ex deriuatione ſed ex virtute na
tiuitas eſt.Ac ſic dum totum quod eſt viuit:& dũ
totũ quod ex eo naſcitur:virtus eſt:habet natiui-
tatem non habet demutationem:& impertit pro
fectum:nec amittit naturã:dũ & natiuitatem quã
dedit:per indiſcretę naturę ſimilitudinẽ ſequitur:
& natiuitas eam quę viuens ex viuente eſt:natu-
ram naſcendo nõ deſerit.Affert autẽ pro parte fi-
dei huiꝰ ſignificationem:ignis in ſe ignem habẽs
& in igni ignis manẽs. Nã cũ ſit in eo ſplendor lu
minis: naturæ calor:virtus vrendi:mobilitas æſtu
andi :totum tamen ignis eſt.Et hęc vniuerſa:vna
natura eſt : habet quidem ex infirmitate quod ꝑ
materiam ſubſiſtit ac viuit: & ea per quam vixe-
rat deficit.Sed hoc quod incomparabile dei eſt cõ
paratione ex parte cognoſcimꝰ:vt non incredibi-
le ĩ deo ſit:quod pro parte aliqua ĩ terrenis reperia
tur elemẽtis.Quęro itaq; nũc vtrum diuiſio ac ſe
paratio ſit:cũ ignis ex igne eſt.Aut nũquid abſcin
ditur natura ne maneat aut nõ ſequitᷣ natura ne

inſit:cum accẽſo lumine ex lumine ꝑ quẽdã quaſi
natiuitatis profectum naturę nulla defectio ſit: &
tamẽ ſit lumen ex lumine? Aut nunquid hoc non
manet in eo quod ex ſe ſe ſine defectione ſubſiſtit?
Aut hoc nõ eſt in eo vnde nõ reciſũ eſt:ſed cũ vni
tate ſubſtãtię naturalis exiuit?Et quęro an ne nõ
vnũ ſint:cum lumẽ ex lumine nec diuiſione ſepa-
rabile ſit:nec genere naturę? Et hæc: vt dixi:ad in
telligẽtiam fidei tantum comparata ſint:nõ etiã
ad dei dignitatem:vt nos potius ad intelligẽtiam
inuiſibilium ex comparabilibꝰ ſumeremꝰ:nõ vti
q; vt aliquod naturæ dei ſatiſfaceret comparatio
nis exemplum:cũ dignũ & iuſtũ eſſet teſtãri de ſe
deo credere.Sed quia ſimpliciorũ fidem furor hę-
reticus turbaret :vt id de deo credi non oporteret
quod difficile niſi ꝑ corpoream comparationẽ poſ
ſit intelligi:idcirco ſecundum illud quod iam eti-
am ſuperius memoratũ a nobis eſt : domini dictũ
eſſe. Quod de carne naſcitᷣ caro eſt:qđ autẽ de ſpi-
ritu:ſpiritus eſt:quia deus ſpiritus eſt . Vtile exi-
ſtimauimus hęc pro parte ĩſerẽre comparationis
exẽpla:ne mentiri de profeſſione ſua exiſtimaretᷣ:
cũ diuinę nobis profeſſionis intelligẽtiã ex aliquo
naturalia creaturarum exempla præſtarẽt. Igitᷣ ex
viuente viuens dei filius:& ex deo deus:& naturę
inſeparabilis atq; indiſſimilis vnitatẽ & ſacramẽ
tum natiuitatis oſtendens:ait. Ego & pater vnũ
ſumꝰ. Et quia calumnia dicti tãq̃ inſolẽtiæ exiſte
ret: vt conſciẽtiã potius naturæ demonſtraret in
dicto:ſubiecit.Dicitis quia blaſphemaui : quoniã
dixi:filius dei ſum:vnitatem naturę ex natiuita-
te eſſe conteſtans.At vero vt natiuitatis fidem ꝓ
feſſio abſoluta firmaret: nec naturæ tamen affer-
ret natiuitas ꝓfeſſa diſſidiũ:hanc totius reſponſi-
onis ſuæ tenuit abſolutionem. Operibus credite
quoniam pater in me:& ego ĩ patre. Quid hic nõ
naturale ac proprium ſub ſacramento natiuitatis
oſtenſũ eſt?Inſunt ſibi inuicem dum nõ eſt niſi ex
patre natiuitas:dum in deumᷣ alterum natura vel
exterior vel diſſimilis non ſubſiſtit:dũ deꝰ ex deo
manens non eſt aliunde quod deꝰ eſt.Infer duos
ſi occaſio patet:fidei eccleſię deos.Aut ſolitarium
deum vel falſa ſaltem ementire rõne:filium ſi po-
tes:a patre abſq; natiuitatis tãtum confeſſa veri
tate diſcerne. Filiꝰ ĩ patre eſt:& in filio pr,non per
tranſfuſionem refuſionemq; mutuam:ſed per vi-

uētis naturę pfectā natiuitatē. Ita in deo patre & deo filio neq; duos connumerabis deos: quia vnū vterq; ſūt: neq; ſingularē prædicabis: quia vterq; nō vnus eſt. Non habet igiť fides apoſtolica duos deos: quia nec duos patres habet: nec duos filios. Cōfitēdo patrem confeſſa filium eſt. Credens in filium credidit & in patrē: quia & nomē patris habet in ſe filii nomē. Non enim niſi p filium pater eſt & ſignificatio filii: demōſtratio patris ē: q̃a non niſi ex patre ſit filius. In vni⁹ itaq; cōfeſſione non vnus eſt: dum & patrē & cōſūmat filius: & filii ex patre natiuitas eſt. Nō demutatur autem per natiuitatē natura: ne ſecundum ſimilitudinē generis ſui eadē ſit. Eadē autē ita eſt: vt p natiuitatem & generationem vterq; poti⁹ vnū cōfitēd⁹ ſit q̃ nō vnus. Duos itaq; pdicet deos: qui poteſt vnū prædicare ſine vno. Aut ſingularem deum doceat: qui poſſit negare vnū vni per naturę virtutem & p ſacramētū generationis & natiuitatis nō iceē. Naturā quoq; diuerſā deputet ad vtrūq; qui neſciat patrem & filiū q vnum ſint: prædicatos. Deleant hęretici euangelicam filii de ſe profeſſionē: ego in patre & pater in me: vt poſſint vel duos deos prædicare vel ſolum. Nō ſūt naturarū ſignificationes in naturæ vnius proprietate. Nec duos deos: dei ex deo veritas pficit: nec ſingularē deū dei patrē natiuitas: nec nō vnū ſūt: qui in iuicē ſūt. In īuicē aut ſūt: cū vn⁹ ex vno eſt: quia neq; vn⁹ vni: aliud p generationē q̃ q̃d ſuū ē dedit: ne p vn⁹ ab vno aliud per natiuitatē obtinet q̃ vnus. Apoſtolica igitur fides ſiue patrem prædicabit: prædicabit deum vnū: ſiue filium confitebiť: confitebitur deū vnū: quia eadem atq; īdiſſimilis dei natura ſit in vtroq;: q dum & pr deus: & fili⁹ deus ē: & vnū ſit naturæ nomē vtriſq;: vnū vtrūq; ſignificat. Nā ex deo de⁹: vel in deo de⁹ nec duos deos pficit: cū vnus ex vno in natura: & noīe vni⁹ maneat. Nec ī ſolitariū deū deficit: cū vn⁹ & vnus in ſignificatione nō ſolus ſit. Non incertā aut dubiā dominus tāti ſacramēti doctrinā reliquit: nec nos in ambiguę intelligētię deſeruit errore. Et audiam⁹ eum omnem fidei hui⁹ cognitionē apoſtolis reuelantem: ait enim. Ego ſum via & veritas & vita: nēo venit ad patrē niſi per me. Si ſcitis me: & patrē meum ſcitis: & amodo ſcietis eum: & vidiſtis eū. Ait illi philippus. Domine oſtende nobis patrem: & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus. Tāto tempore vobiſcū ſum: & nō cognouiſtis me? Philippe qui videt me: videt & patrem: quo modo tu dicis oſtēde nobis patrem? Nō credis mihi: quoniam ego in pře: & pater in me? Verba quę ego loquor vobis: nō a me loquor: ſed pater qui ī me manet: ipe facit opa ſua. Credite mihi: quoniam ego in patre: & pater in me ē. Sin autem: vel propter opera ipſa credite. Nō nos in erratica atq; ī inuia deducit ille qui via eſt: neq; illudit per falſa qui veritas eſt: neq; ī mortis relinquit errore qui vita eſt. Et q̃a hęc benigna ad ſalutem noſtram diſpenſationis ſuę nomina ipſe conſtituit: vt nos tāq̃ via in veritatē deduceret & veritas cōſtitueret ī vita cognoſcēdum eſt: q illud obtinendę vitę ſacramentum eſſe demōſtrarit. Nemo venit ad patrem niſi per me. Iter ad patrem p filiū eſt. Et quęrendum eſt vtrū hoc p doctrinę admonitionem an per naturæ fidem ſit: q̃a videri poſſumus per doctrinam filii potius ad patrem: q̃ per confeſſionem paternæ in eo diuinitatis venire. Intelligentiæ igitur ſenſum: in cōſequētibus requiram⁹. Non enim ſit ex arbitrio noſtro: ſed ex dictorum eſt ineunda virtutibus: nam hoc ſequiť. Si ſcitis me: & patrem meū ſcitis. Hō Ieſus chriſtus cernitur: & quo modo ſi ipſe cognitus ſit erit cognit⁹ pater: cum naturę ſuę ideſt hominis ī eo habitum: apoſtoli recognoſcāt: & liber a corporali de⁹ carne: non in hac corporalis carnis īfirmitate noſcendus ſit: ſed in ſacramento aſſūpti corporis: diuinitatis pſ nę naturam ipſe dominus cōfirmās: hunc ordinem tenuit. Si ſcitis me & patrē meum ſcitis: & amodo ſcietis eum: & vidiſtis eū. Tēpus viſionis ſeparauit a tēpore cognitiōis. Nā quem cognoſcendum ait: eundem iā dixit & viſū vt naturæ iam pridem in ſe conſpectę ſcientiā ex tempore nūc huius reuelationis acciperēt. Sed cōmouit apoſtolū philippū nouitas dictorū: hō cernit: dei ſe filium confiteť: cognito ſe cognoſcēdū patrem fateť. Patrem viſum ſe viſo eſſe dicit: & p id cognoſcendum eſſe quia viſ⁹ ſit: humani iſtud animi infirmitas nō capit: nec fidem ſumit tam diuerſarum rerum profeſſio: vt qui nūc viſus ſit nō cognoſcendus ſit: cum vidiſſe: cognitio ſit vt fili⁹ cognitus ſit: & pater cognitus ſit: cum cognitionem filii ipſe ſecundū hominem corporalis & viſus & tact⁹ igeſſerit. Cognitionem autem ex eo

patris ipſa illa differens ab eo cõſpecti hominis na
tura nõ præſtet. Et frequenter filius patrem a ne-
mine viſum eſſe teſtatꝰ ſit. prorupit igitur apoſto
lica familiaritas & conſtãtia dominũ interrogans
Domine oſtẽde nobis patrẽ: & ſufficit nobis. Non
fides nunc periclitatur: ſed ignorationis hic error
eſt. Viſum enim iam & amodo cognoſcendũ do-
minꝰ patrem dixerat. Sed viſũ eſſe apoſtolus non
intellexerat. Deinde nõ viſum negauit: ſed oſten-
di ſibi rogauit. Neq; oſtenſionem veluti corpora-
lis cõtemplationis deſiderauit: ſed demonſtratio-
nem ĩtelligendi eius qui viſus eſt: poſtulauit. Fili
um enim hominis in habitu viderat: ſed quo mo-
do per id patrem viderit neſcit. Nã ad id quod di-
xerat. Domine oſtẽde nobis patrem: vt oſtenſio il
la intelligendi potius eſſet demonſtratio q̃ viden
di: ſubiecit. Et ſufficit nobis. Nõ adẽpta eſt fides
dicto: ſed cognoſcendi demõſtratio eſt poſtulata:
quæ ſufficeret ad fidem dicti. Quia p domini pro
feſſionem auctoritas eſſet nõ ĩcerta credendi. Hic
autem oſtendendi patris petitio orta eſt: quia di-
ctum eſſet viſum eſſe: & per hoc noſcendũ eſſe qa
viſus ſit. Nec ĩpudens erat oſtenſionem eiꝰ qui vi
ſus eſt poſtulare. Dñs itaq; dictis philippi hęc red
didit. Tanto tempore vobiſcũ ſum: & nõ nouiſti
me philippe? Arguit apoſtoli in cognoſcendo ſe
ignorationem: quia ſuperiꝰ ſe cognito: patrẽ quo
q; cognitum eſſe dixiſſet. Sed quid illud eſt quod
querit ſe tanto tempore cognitum nõ fuiſſe? ſili-
cet & qa ſe cognito: paternę in ſe naturæ eſſet ĩtel
ligenda diuinitas. Cum. n. ea quę gereret propria
deo eſſent calcare vndas: iubere ventis intellecta
demutatione vini: incrementoq; panum cum ge
ſtorum fide gerere: fugare dæmones morbos de-
pellere damna corporum rependere: emendare vi
cia natiuitatis: peccata dimittere: vitã mortuis
reddere: & hęc agere carnalem: & dei ſe filium in-
ter iſta profitentem. Hic querelę omnis orta con
quæſtio eſt: q; in ſacramento natiuitatis huma-
nę geſſiſſet hęc: In homine aſſumpto: dei non ĩtel-
lecta natura eſt: & idcirco arguens: cur cum hæc
tanto tempore gereret: agnitus non fuiſſet: poſtu
lantibꝰ vt ſibi patrem oſtenderet ait. Qui me vi-
det: videt & patrem. Non hic ille cõtemplationẽ
corporeã: & viſum oculorum carnaliũ ſignificat:
ſed eorum de qbus dixerat. Nõne vos dicitis: quo
niam adhuc quattuor menſes ſunt: & meſſis ve-
nit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros: & aſpi
cite regiones quia albę ſunt iam ad meſſem. Nec
tempus patitur: nec albentiũ ad meſſem regionũ
ſignificatio permittit: aliquid terrenum hic & cor
poreum intelligi: ſed ad pfectorũ fructuũ beatitu-
dinẽ contuendam: ĩtelligẽtię iuſſit oculos eleuari
vt nũc dicens. Qui me videt: videt & patrẽ. Non
enim hoc quod ex partu virginis carnale ẽ: ad cõ-
templandam in eo dei formam & imaginem pro
ficit: neq; ad incorporalis dei naturam videndam
aſſũpti hominis ſpecies ĩ exemplo eſt. Sed agnitꝰ
in eo deus eſt: ſi quibus tamen ipſe agnitus eſt: ex
virtute naturæ: & intellectus deus filius id præ-
ſtat: vt intellectus & pater ſit: dũ ita imago eſt: vt
nõ differat genere: ſed ſignificet auctorem. Imagi
nes autem cęterę: ex diuerſis metallis aut fucis ãt
generibus: aut artibus: reddũt eorum ſpecies quo
rum ſunt imagines inſtitutę. Sed nunquid vt ima
gines verę ſint: exęquari poſſunt inanima viuenti
bus? Et vt vel picta vel ſculpta vel fuſa natiuis. Fi
lius autem patri non ſecundum hęc imago eſt: qa
viuẽtis: viuẽs imago eſt: & ex eo natus nõ habet
naturæ diuerſitatem: & in nullo diuerſꝰ tenet na
turæ eius ex qua non diuerſus eſt poteſtatẽ. Qui
ergo imago eſt: eo pficit: vt deum patrem vnige-
niti dei ſignificet natiuitas. Significet autẽ: vt for
ma ipſa & imago inuiſibilis dei: & p hoc non amit
tat naturę vnitam ſimilitudinem: quia nec careat
virtute naturę: & hinc illud eſt. Tanto tẽpore vo
biſcũ ſum: & nõ noſti me philippe? qui videt me:
videt & patrem. Quomodo tu dicis oſtende no-
bis patrem? Non credis mihi quia ego in patre: &
pater ĩ me eſt. Nõ relictus eſt hominum eloquiis
de dei rebus alius præter q̃ dei ſermo. Omnia reli
qua & arcta & cõcluſa & impedita ſunt & obſcu-
ra. Si aliquis aliis verbis demonſtrare hoc q̃ qbus
a deo dictum eſt volet: aut ipſe non intelligit: aut
legentibus non intelligendum relinquit. Domi-
nus dixit cũ rogaretur: vt oſtenderet patrẽ. Qui
me videt: videt & patrem. Hoc demutare anti-
chriſti: hoc negare: iudęi eſt: hoc neſcire gẽtilis eſt.
Sed forte ĩtelligẽtiæ ſenſus in crimine ſit ſi ĩ fide no
ſtra viciũ: ſi in dictis dei reſedit obſcuritas. Nã nec
ſolitarium ſermo ſignificat: & indifferentem ta-
men naturam profeſſio docet. Viſum enim in fi-

lio pa trem: nec ſingularis poteſt eſſe: nec diſparis
Per hũc ille viſus: neq; nõ vnum ſunt ĩ ſacramen-
ti profeſſione: neq; vnꝰ. Et quęro quid ſignificaſſe
in eo dominꝰ creditur: cũ dicit. Qui me videt: vi
det & patrẽ? Non tenes vnionem vbi per cõiũctio
nem ipſam paterni nominis ſignificat adiectio. Et
enim cũ dicit: & patrẽ: excluſa ſingularis atq; vni
ci intelligẽtia: & quid reliquũ ẽ: niſi p naturę vni-
tam ſimilitudinem vt pater per filiũ viſꝰ ſit? Et ne
hoc incertum nobis ad fidẽ relinqueret: dominus
ſubiecit. Quo modo tu dicis: oſtẽde nobis patrẽ?
quę enim ignorandi patrem aut oſtendendi igno
rantibus neceſſitas relinquebatur: cum pater in fi
lio viſꝰ eſſet? Viſus autem adeo eſt: ex proprieta-
te naturæ: dum ex in differentia atq; ingenere ve
ritatis: vnum ſunt natꝰ & generans: vt hic domi-
ni ſmo ſequitur. Non credis quia ego in patre: &
pater in me ẽ? Inſeperabiles eſſe per naturalẽ ſimili
tudinem patrem & filium: non poſſumꝰ aliis ver
bis docere niſi filii. Non. n. hic per demutationem
nominũ atq; ſpecierũ filius qui via & veritas & vi
ta eſt: mimis theatralibus ludit: vt in aſſũpto ho-
mine ſe filium dei nũcupet: in natura vero deum
patrẽ: & vnꝰ ac ſolus pſonali demutatione ſe nũc
in alio mentiatur. Non itaq; ipſe ſolitarius: nũc ſi
bi filius eſt: nunc ſe ſibi profitetur ĩ patrem. Et na-
turę nomina inſert ceſſãte natura. Alia hic verbo
rum ſimplicitas eſt: Nam & pater: pater eſt: & fili
us: filius Sed in his nominibus ac rebus nihil no-
uum nihil diuerſum nihilq; peregrinum eſt Te
net enim naturæ proprietas veritatis proprieta-
tem: vt qd ex deo eſt: deus ſit: & nec diminutionis
ſit natiuitas nec diuerſitatis: dum & filius nõ ĩ na
turam externam ac diſſimilem patri deo ſubſiſtit:
nec pater alienũ quid a ſe natiuitati vnigeniti ac-
quirens: ſed vniuerſa potiꝰ quę ſua ſunt ſine dam
no impertientis indulſit. Atq; ita nec natura dei
caret: dum nõ aliundę q̄ ex deo deus eſt: nec a deo
differt: dum non aliud ipſe q̄ deus eſt: quia & na-
tiuitatis dei conſiſtit in filio: nec per natiuitatem
dei amiſit eſſe dei natura quod deus eſt. Pater igit
in filio eſt: & filius in patre. deus in deo. Non p du
plicem conuenientium generum coniũctionem:
neq; per inſitiuam capacioris ſubſtãtię naturam:
quia per corporalem neceſſitatẽ exteriora fieri his
quibus continentur: interiora non poſſunt. Sed p
natiuitatem viuentis ex viuente naturæ. Dũ res
non differt: dum naturam dei non degenerat na
tiuitas: dum nõ aliud aliquid q̄ in deum ex deo de
us naſcit. Dum nihil in his nouũ eſt: nihil alienũ
nihil ſeparabile. Dum ĩ patre & filio credere duos
deos impium eſt: dum patrem & filiũ ſingularem
deum prædicare ſacrilegum eſt. Dũ deum ex deo
q; in ſimilitudine generis vnũ ſint negare blaſphe
mum eſt. Ac ne dubium hoc atq; ambiguũ ſacra-
mentum fides euangelica ſuſciperet: hunc doctri
nę ſuę dominus ordinem tenuit. Non creditis mi
hi quoniam ego in patre: & pater in me eſt? Verba
quę ego loquor vobis: non a me loquor: ſed pater
qui in me manet ipſe facit opera ſua. Quibus ro-
go aliis in patre & filio naturę proprietas demon-
ſtrari q̄ his ipſis verbis potuit & poteſt: natiuita-
tis tñ in omnibus ſignificatione prælata? Cum enĩ
ait: verba quę ego loquor vobis: non a me loquor
non exemit perſonam neq; ſe filiũ denegauit: nec
naturam in ſe paternę virtutis abſcondit. Nã dũ
loquitur: ipſe in ſubſtantia manens loquitur. Dũ
autem non ab ſe loquitur: natiuitatem in ſe dei ex
deo patre teſtatur: ipſe inſeparabilis ab eo atq; in-
diſſimilis vnitate naturę: ga q̄uis ab eo loquatur:
ipſe tamen loquit. Nam qui non a ſe loquit & ta-
mẽ loquitur: non poteſt non eſſe dũ loquit. Et dũ
non a ſe loquit: oſtendit: non ſuũ tantũ eſſe quod
loquitur ſubiecit enim. Sed pater qui ĩ me manet:
ipſe facit opera ſua. Manere in filio patrem: non ẽ
ſingularis atq; vnici. Operari vero per filium pa-
trem non eſt differentis aut exteri. Sicuti non vni
us eſt: nõ ab ſe loqui qui loquit. Neq; rurſum alie-
ni ac ſeparabilis ſit: loqui per loquentem: ſed hoc
horum ſacramentum eſt: qui vnum ſũt. qui vter-
q; non aliud ſunt: qui per naturę proprietatem in
ſeſe ſunt. Quorum hæc vnitas eſt: vt loquẽs nõ
a ſe loquatur: neq; qui non a ſe loquitur: nõ loqua
tur. Et quia in ſe patrem & loqui & operari docue
rat. perfectæ huius vnitatis fidem ſtatuit dicens:
Sed pater qui in me manet: ipſe facit opa ſua. Cre
dite mihi quia ego in patre & pater in me. Sin au-
tem vel propter opera ipſa credite. Pater opera-
tur in filio: ſed & filius opus patris opatur. Ne er-
go per virtutis efficientiam & non p naturę quæ
ſecundum natiuitatem eſt: proprietatem: pater ĩ
filio & operari crederetur & loqui: ait. Credite mi

hi quoniam ego in patre: & pater in me Quid eſt iſtud rogo: credite mihi: certe ad id refertur q̄d dictū eſt. Oſtēde nobis patrē. Fides confirmat ex credendi præcepto: & ea fides qua patrē ſibi oſtēdi popoſcerat. Non enī ſuffecerat dixiſſe qui me videt: videt & patrē: niſi intelligētiam noſtrā euſq; protenderet: vt cū patrē noſcerem⁹ in filio: filiū tamē eſſe meminiſſemus in patre: ne trāſfuſio poti⁹ alteri⁹ in alterum exiſtimaretur: q̄ per generationē natiuitatēq; vnitas eiuſdē in vtroq; naturę. Credi itaq; ſibi dn̄s vult: ne forte per aſſumpti hominis diſpenſationem fidei cōſcientia periclitaret. Certe ſi quid afferat ābiguitatis caro & corpus & paſſio: vel operib⁹ credatur: deū in deo eſſe: & ex deo deū eſſe: vnum eos eſſe: dū naturæ virtute vterq; in ſe eſt: & neuter ſine altero eſt. Dum & pater nihil ex ſuis amittit in filio: & filius totum ſumit ex patre q; filius eſt. Non eſt corporalium naturarū iſta cōditio: vt inſint ſibi inuicem: vt ſubſiſtentis naturę habeant perfectam vnitatē: vt manēs vnigeniti natiuitas: a paternę diuinitatis ſit inſeperabilis veritate. Vnigenito tantū iſtud deo propriū eſt & in ſacramento verę natiuitatis fides iſta ē: & ſpecialis virtutis hoc opus eſt: nihil differre & eſſe & ineē: ineſſe autē nō aliud ī alio vt corp⁹ ī corpore: ſed ita eſſe ac ſubſiſtere: vt inſubſiſtēte inſit: ita vero ineſſe: vt & ipſa ſubſiſtat. Nam vterq; ſubſiſtens: per id nō ſine alio ē: dū ſecūdū generationē & natiuitatē ſubſiſtēs natura nō alia eſt: hic enī illud ē. Ego & pater vnum ſumus: & qui me videt: videt & patrem. Et ego in patre & pr̄ in me. Quia nō differt nec degenerat natiuitas: quia vnius in patre & filio diuinitatis ſacramētum natiuitatis natura cōſummat: dum dei filius nō aliud q̄ de⁹ eſt. Et idcirco nō ī deos duos vnigeniti generatio deputatur: quia in deū filius dei naſcēs: naturam in ſe dei ſe gignētis exhibuit.

Explicitus eſt liber ſeptim⁹.

Incipit octauus.

BEatus apoſtolus paul⁹ formā conſtituēdi epiſcopi figens: & plane nouum eccleſię hominē præceptis ſuis condens: hanc veluti ſummā cōſūmatarum in eo virtutum eſſe docuit dicens. Obtinentem ſecundum doctrinam fidei verbum vt potēs ſit exhortari ad doctrinam ſanā: & contradicentes reuincere. Sunt enim multi & nō ſubditi: vaniloqui & ſeductores. Ita enim quę propria diſciplinę ac morum ſunt: ad ſacerdotii meritum vtilia eſſe ſignificat: ſi etiam hęc quę ad docendę actuendę fidei ſciētiam neceſſaria ſunt: inter reliqua non deerunt. Quia nō ſtatim boni atq; vtilis ſacerdotis eſt: aut tātūmodo inocēter agere: aut tantūmodo ſcienter prædicare: cum & innocēs ſibi tantū proficiat: niſi doctus ſit: & doct⁹ ſine doctrinæ ſit auctoritate: niſi innocēs ſit. Non .n. apoſtolicus ſermo probitatis honeſtatiſq; præceptis hominem tantum ſęculo conformat ad vitā. Neq; rurſum per doctrinę ſciētiam ſcribam ſynagogę inſtituit ad legem: ſed perfectū eccleſię principem perfectis maximarum virtutū bonis inſtruit: vt & vita eius ornetur docendo: & doctrina viuēdo. Deniq; ipm illum ad quem ei ſermo erat: Titū: iſtius modi decreto cōſummandę religionis inſtruxit. In omnibus te ipſum bonorum factorum prębens exemplum: dicēte cū veneratione verbū ſanum: irrepręhēſibile: vt aduerſarius reuereat nihil habēs turpe āt malū de nobis dicere. Nō ignorauit doctor hic gentiū & ex conſcientia loquentis atq; habitantis in ſe chriſti eccleſię electus magiſter: morbidi eloquii graſſatura eſſe contagia: & aduerſum ſanitatem verborum fidelium: deſęuiturā doctrinę peſtiferę corruptionem. quæ impię intelligētię ſuę virus vſq; ad ipſam ſedem animæ demergens: pfundo ſerperet malo. Ex iis enim aliquorum ſermo vt cancer ſerpit: latēti ſemper ſubrepentiq; cōtagio ſanitatem puaſę mentis inficiens: ob quod ſani ſermonis in epiſcopo voluit eſſe doctrinam: fidei conſciētiā: & exhortationum ſcientia: aduerſum impias & mendaces & veſanas contradictiones obnitētem. Multi enim ſunt qui ſimulantes fidem non ſubditi ſūt fidei: ſibiq; fidē ipſi potius conſtituūt: q̄ accipiunt: ſenſu humanę inanitatis inflati: dum quę volūt ſapiūt: & nolūt ſapere quę vera ſunt: cum ſapiētię hęc veritas ſit ea interdum ſapere quę nolis. Sequitur vero hāc volūtatis ſapientiam: ſermo ſtultitiæ. Quia neceſſe eſt q̄d ſtulte ſapitur: ſtulte & prædicetur. Iam vero ſtulta prædicatio quātum malū ē audientium: cum ſeducūtur in ſentētiam ſtultitiæ ſub opinione ſapientiæ. Et idcirco apoſtolus hunc de

his ordinem tenuit dicēs. Sunt enim multi & nō ſubditi: vaniloqui & ſeductores. Contradicendū itaq; eſt: & impietati inſolēti: & inſolentiæ vaniloquę: & vaniloquio ſeducēti: & cōtradicēdum p doctrinæ ſanitatē: per fidei veritatem: per verborum ſinceritatē: vt & ſinceritas veritatis ſit: & veritas ſanitatis. Ac mihi quidē ea nūc cōmemorādæ huius ſentētiæ apoſtolicæ fuit cauſa: qa hoīes mēte peruerſi: & profeſſione fallaces: & ſpei inanes: & ſermone viperei: contradicendi nobis neceſſitatē impoſuit: dum letales doctrinas: & morbidas intelligentias: & corruptas voluptates: ſimplicitati audientiū per ſpeciē religionis inſinuāt. Id apud eos prętermiſſa apoſtolicę prędicationis ſinceritatem agentes: ne pater pater ſit: ne filius filius ſit: ne deus deus ſit: ne fides fides ſit. Quorum veſanis mēdacijs renitentes: vſq; eo iam ſermonē reſponſionis noſtræ extendimꝰ: vt cū deum & deū & verū deū in vero deo demōſtraſſemꝰ ex lege: tum deinde perfectā ac verā vnigeniti dei natiuitatē ex euāgelicis atq; apoſtolicis doctrinis oſtēderemus: poſtremo vt verum deū dei filium & indifferētis naturę a patre: eodem prædicationis noſtrę curſu doceremus: ita vt nec ſingularem deū fides eccleſiæ nec duos deos profiteretur: cum nec natiuitas dei ſolitarium deum fineret: nec natiuitas pfecta diuerſarum naturarum nomina: in dijs duobus admitteret. Duplex autem nobis in refellēdis eorū vaniloquijs cura eſt: vt primū quę ſūt ſancta & pfecta & ſana doceamꝰ. Neq; ſermo noſter per deuios deflexꝰ quoſdā atq; āfractꝰ oberrās: & ex deuiis atq; erraticis cuniculis emergēs veritatē potiꝰ quęrat q̃ oſtēdat. Tūde inde vt quę ab illis inaniū ad fallaciā ſētētiarū argutis ad ſpeciē veri blandiētis aptant: ea ipſa cōſciētiæ omniū ridicula eſſe & inepta pandamꝰ. Non eñ ſufficit nobis docuiſſe quæ pia ſunt: niſi pijſſima ea eſſe per id intelligātur: dū quæ impia ſunt refellunt. Vt vero bonis & prudētibꝰ viris naturę ac ſtudii eſt: totos ſe ad beatę ſpei alicuius obtinēdam vel rem vel tempus prępararene in aliquo minor ſit expectatione procinctus: ita iſtis heretico furore amētibꝰ ſollicitudinis maximę eſt toto aduerſus pię fidei veritatem: impietatis ſuę īgenio laborare: vt aduerſꝰ eos q religioſi ſūt eē: vicāt eē irreligioſi & vltra ſpē vitę noſtrę: vitę ſuę deſperatione potiores ſit & plꝰ īpēdāt cogitationis ad falſa: q̃ nos doctrinę optamꝰ ad vera. Pijs eñ fidei profeſſionibꝰ: has impiæ perfidię ſuę contradictiones elaborauerūt: vt primum requirant: vtrumne nobis in fide deus vnus ſit: deinde ſubiiciāt: an etiam chriſtus deus ſit: poſtremo: an pater maior ſit filio. Vt cum audierint in profeſſione deum vnū: vtant ea ad id: ne chriſtus deꝰ ſit. Non enim de filio quęrunt an deus ſit: ſed in tantū volūt de chriſto interrogādo ne filꝰ ſit: vt ſimplicis fidei hominem captantes: per vniꝰ eū dei fidem: a chriſti dei confeſſione depellant. dum iam nō vnus deus ſit: ſi ſit deus cōfitendus & chriſtus. Iam vero hic quāta ſęcularis īgenii ſubtilitate cōtendunt: cum dicūt. Si vnus eſt: quiſq; ille aliꝰ vt debitur eſſe: iam non erit. Q; ſi alius eſt: iam vnꝰ hic nō erit: cū natura nō ſinat: vt vbi alius eſt: ibi vnus ſit. Aut vbi ſit vnus: ibi alius ſit. Dehinc cū facilitatem credētis atq; audiētis: arte ſubdolę huius aſſertionis eluſerint: tum id tāq̃ iam faciliore via obtineant vt deus xp̄s ex noīe potius q̃ ex natura ſit: quia hoc generale in eo nomē in nullo eā quę vera ſola eſt: vniꝰ dei fidem deſtruat: & p hoc pater filio maior ſit: quia differēte natura: cū non niſi deus vnꝰ eſt maior pater ſit proprietate naturæ: ſitq; hic nūcupatꝰ filiꝰ: & creatio ex dei volūtate ſubſiſtens: quia & minor patre ſit: & deꝰ nō ſit: quia deꝰ vnus deum āliū eſſe non parit. Et qui minor eſt neceſſe eſt vt naturæ: ab eo qui ſe eſt maior alienę ſit. Et hi quidem q̃ ridiculi in eo ſūt præſcribētes deo: cum aſſerūt: ex vno naſci nihil poſſe: quia vniuerſarum rerum ex duarum cōiūctiōe natiuitas eſt. Deū autē īdemutabilē nullā ex ſe natiuitatem tribuere poſſe naſcēti: quia nec acceſſioni id quod nō demutatur: obnoxium ſit: nec ſolitarii atq; vnius natura id in ſe habeat conditionis vt generet. Nos autē euāgelicam atq; apoſtolicā fidem doctrinis ſpiritualibꝰ aſſecuti: & beatę ęternitatis ſpē in patris & filii cōfeſſione ſectantes: demōſtrato dei & dei ex lege ſacramēto: neq; vnius dei fidem excedentes: neq; nō & deū chriſtum prędicantes: hunc ex euangeliis reſponſionis ordinē ſumpſimus: vt veram ex deo patre natiuitatē vnigeniti dei doceremus: quia p eam & deꝰ verꝰ eēt: neq; a natura vnius dei veri eſſet alienꝰ. Ac ſic neq; deus negari poſſet: neq; ipſe alius deus dicit: qa & deum natiuitas pręſtaret: & natura in eo vniꝰ

dei: ex deo eum in deũ alterum nõ ſepararet. Et q̄
q̄ ad id nos cõmunis intelligentię ſenſus impelle-
ret: ne in natura eadem naturarũ nomina cõueni
rent: & nõ vnũ eſſent: quibus id qd̄ ſunt nõ differ
ret in genere: tñ ipſis hoc domini nũc profeſſioni-
bꝰ placuit oſtendi: qui cum frequẽter fidei ac ſpei
noſtræ deum vnum intimaſſet: vt ſacramẽtũ vni
us dei ſe quo ꝓ deo p̄ſeſſo probatoq; firmaſſet: di
xit. Ego & pater vnum ſumꝰ. Si ſcitis me: ſcitis &
patrẽ meum. Et qui me videt: videt & patrem. Et
pater qui in me manet: ipſe facit opera ſua. Et cre
dite mihi: quia pater in me. & ego in patre. Sin au
tem: vel propter opera credite. Natiuitatẽ ſuã in
noĩe patris expreſſit: cognoſci patrẽ in ſe cognito
docet. Vnitatẽ naturæ fatet̃: cũ pater in ſe viſo vi
detur. Inſeparabilem ſe a patre teſtatur: cũ in ma-
nente ſe manet pater. Fiduciam cõſcientiæ tenet:
cum his dictis ſuis credi poſtulet ex operatione
virtutis. Atq; ita in hac perfectæ natiuitatis bea-
tiſſima fide: viciũ omne & duum deorũ & dei ſin-
gularis extinguitur: cũ qui vnũ ſunt: nõ ſit vnus:
& qui nõ vnꝰ eſt: nõ tamẽ ab eo qui ẽ: ita ex aliquo
differat. vt vterq; nõ vnum ſint. Hęc igit̃ qa hære
tici negare non poſſunt: quippe cum ſint tã abſo-
lute dicta atq; intellecta: tñ ſtultiſſimo impietatis
ſuæ mendacio: negando corrumpunt. Id eñ q̄d
ait. Ego & pater vnum ſumus: tentant ad huma-
nitatis referre conſenſum: vt voluntatis ĩ his vni
tas ſit: non naturæ. Ideſt vt non per id ꝙ idem ſũt
ſed per id ꝙ idem volunt: vnum ſint. Et illud qd̄
eſt in actibus apoſtolorũ: huic diffinioni ſuæ ap-
tãt. Multitudinis autem credentium erat anima
vna & cor vnum: vt animarum & cordium diuer
ſitas: in cor vnum atq; animã: per conuenientiam
eiuſdem voluntatis vnitas ſit. Vel illud quod ad
Corinthios ſcribitur. Qui plãtat autẽ & qui rigat
vnum ſunt: vt non differente miniſterio ad ſalu-
tem: & in eiuſdẽ ſacramẽti profectũ: volũtatis ſit
vnitas in duobus. Vel id quod dominus ad ſalu-
tẽ crediturarũ in ſe gentium a patre poſtulans ait.
Non pro iis rogo tantum: ſed & pro iis qui credi-
turi ſunt per verbum eorum in me: vt omnes vnũ
ſint: ſicut tu pater ĩ me & ego ĩ te: vt & ipſi vnum
ſint in nobis. Vt quia homines refundi in deũ nõ
poſſunt: vel ipſi inuicem in vnum atq; indiſcretũ
aceruum coire: id ꝙ vnũ ſũt ex vnitate ſit volũta

tis: cum & omnes deo placita agant: & ipſi nõ diſ
ſidentibus inter ſe animorum motibꝰ coeant. At
q; ita vnũ eos eſſe nõ natura efficiat: ſed voluntas
Neſcit ſane ſapere: q deũ neſcit: & cũ ſapiẽtia xp̄s
ſit: neceſſe eſt vt extra ſapientiam ſit qui chriſtum
aut ignorat aut odit: vt iſti qui maieſtatis domi-
nũ & regem ſeculorũ: & vnigenitum deũ creatu-
rã dei volunt potius eſſe q̄ filiũ. Et cum ſtulte mẽ
tiantur: ſtultius tñ in defenſione mendacii ſui ſa-
piũt. Dilata eñ paululum etiã nũc ea quæ in deo
patre & in deo filio eſt vnitatis proprietate: ex iis
ipſis quibꝰ vtũtur refellendi ſunt. Nãq; quorum
aĩa & cor vnũ omniũ erat: quęro vtrũ per fidẽ dei
vnũ erat. Vtiq; per fidẽ: per eã eñ aĩa & cor vnũ
omnium erat. Et interrogo vtrũ fides vna: an ne
altera ſit? Vna certe etiam ipſo apoſtolo authore:
vnam fidẽ ſicuti vnũ dominũ & vnũ baptiſma &
vnũ ſpiritum & vnũ deũ prædicante. Si ergo per
fidem ideſt per vniꝰ fidei naturã vtiq; vnum om
nes erant: quomodo nõ naturalem in iis ĩtelligis
vnitatem: qui per naturã vnius fidei vnũ ſũt? Oẽs
enim renati erant ad innocẽtiam ad immortalita
tem ad cognitionẽ dei ad ſpẽ fidei. Et nõ poſſunt
hęc ſibi eſſe diuerſa: quia & ſpes vna ẽ: & deꝰ vnus
eſt: ſicuti & dominus vnꝰ eſt: & baptiſma regene
rationis vnũ eſt. Si hæc aſſenſu potius vnũ ſunt q̄
natura: iis quoq; qui in hæc renati ſũt: vnitatẽ vo
luntatis aſcribe. Sin vero regenerati in vnius vitę
atq; ęternitatis naturã ſũt: per quod aĩa eorum &
cor vnũ eſt: ceſſat in iis aſſenſus vnitas qui vnum
ſunt in eiuſdem regeneratione naturę. Nõ noſtra
loquimur: neq; ad illudendas audientium aures
corrupto dictorum ſenſu aliqua ex his emẽtita cõ
pingimus: ſed ſanæ doctrinę formam tenẽtes quę
ſincera ſunt ſapimus: & prædicamus. Docet eñ
apoſtolus ex natura ſacramentorum eſſe hanc fi-
deliũ dei vnitatem: ad galathas ſcribens. Quot-
quot eñ ĩ chriſto batizati eſtis: chriſtum ĩduiſtis:
nõ ineſt iudęus neq; gręcus: nõ ineſt ſeruus neq; li
ber: non ineſt maſculꝰ neq; fœmina: omnes enim
vos vnũ eſtis in chriſto Ieſu. Qd̄ vnũ ſunt in tan-
ta gẽtium conditionum ſexuum diuerſitate: num
quid ex aſſenſu volũtatis eſt: aut ex ſacramẽti vni
tate: quia iis & baptiſma ſit vnum: & vnum chri-
ſtum induti omnes ſunt? Quid ergo hic animarũ
concordia faciet: cũ per id vnũ ſint ꝙ vno chriſto

per naturam vnius baptiſmi induātur? Aut cum
qui plantat & qui rigat: vnum ſint nunquid nō ꝑ
hoc vnum ſunt: quia ipſis in vno baptiſmo renatis
vna vnius regenerationis baptiſmi diſpēſatio ſit?
Nunquid nō & idem agunt? nunquid non in vno
vnum ſunt? Itaq; qui per rem eandem vnum ſunt
natura etiam vnum ſunt: non tantum voluntate:
quia & ipſi res eadem effecti ſunt: & eiuſdē rei atq;
efficientię ſunt miniſtri. Proficit autē ſemp cōtra-
dictio ſtultorū ad ſtultitiæ demōſtrationem: quia
quę ingenio inſipientis aut peruerſę intelligentiæ
aduerſus veritatē coaptātur: dum & incōcuſſa &
immobilis eſt: neceſſe eſt: vt quæ ediuerſo ſunt: &
falſa intelligātur & ſtulta. Laborantes enim hære
tici fallere ꝑ id qd̄ dictū eſt: ego & pater vnū ſumꝰ:
ne naturæ in iis vnitas & īdifferēs diuinitatis ſub
ſtātia crederet: ſed ex dilectiōe mutua & ex volūta
tū cōcordia vnū eēnt exēplū vnitatis iſtiꝰ vt ſupe
rius demonſtrauimꝰ: etiam ex dictis dominicis ꝑ-
tulerūt: vt omnes vnum ſint ſicut tu pater in me
& ego in te: vt & ipſi ſint in nobis. Extra euangeli
ca promiſſa eſt: quiſquis extra fidem eorum eſt: &
impię intelligentiæ crimen ſpem ſimplicem perdi
dit. Habet enim nō tam veniam ꝙ premium igno
rare qd̄ credas; quia maximū ſtipēdiū fidei eſt; ſpe-
rare quæ neſcias. At vero vltimę impietatis furor
eſt: aut intellecta nō credere: aut intelligentiā cor-
rupiſſe credendi. Sed licet ipſum intelligentiæ ſuę
ſenſum impietas demutet: nō tamen poteſt intel-
ligentia non extare dictorum. Dominꝰ patrē orat
vt qui in ſe credituri ſint: vnū ſint: ſicut ipſe in pa-
tre eſt, & pater in eo eſt: ita omnes in iis vnum ſint.
Quid hic equanimitatē: qd ꝑ volūtatis aſſenſum:
aīę & cordis vnitatē introducis? fuerat nāq; in ver
borū copia & ꝓprietate: vt ſi volūtas vnū eſſe eos
faceret: dñs ita ꝑcaret. Pr̄ ſicut nos vnū volumꝰ
ita & illi vnū velint & vnū per cōcordiā ſimꝰ oēs.
Aut forte qui verbum ē: ſignificationē verbi igno
rauit? & qui veritas eſt: loqui vera neſciuit? & qui
ſapientia eſt: in ſtultiloquio errauit? & q virtus eſt:
in ea fuit infirmitate: ne poſſet eloqui: quæ vel-
let intelligi? Locutus plane ille eſt vera & ſynce-
ra fidei euāgelicę ſacramēta; Neq; ſolū locutus eſt
ad ſignificationē: ſed etiā ad fidē docuit ita dicēs.
Vt oēs vnū ſint: ſicut tu pater in me & ego in te:
vt & ipſi vnū ſint i nobis. Pro iis primū ꝑcatio ē de

quibus dicitur vt omnes vnum ſint. Tum deinde
vnitatis profectus exēplo vnitatis oſtendit: cū ait.
Sicut tu pater in me & ego in te: vt & ipſi vnū ſint
in nobis. Vt ſicut pater in filio: & filius in pře ē: ita
per huius vnitatis formam: in patre & filio vnum
omnes eſſent. Sed quia ſoli patri & filio ex natura
proprium eſt vt vnū ſint: quia deus ex deo & vni-
genitus ex innaſcibili: nō poteſt niſi in originis ſuę
eſſe natura: ita vt & in ſubſtantia natiuitatis ſuę q
vnigenitus eſt exiſtat: neq; aliam ac diuerſam diui
nitatis natiuitas habeat: ꝙ ex qua profecta eſt: veri
tatem. Nihil nobis ambiguū dominꝰ ad fidē relin
quens: abſolutę vnitatis huiꝰ toto conſequēti ſer
mone docuit naturā. Id em̄ ſequitur: vt & mūdus
credat: quia tu me miſiſti. Per id ergo mundus cre
diturus eſt filiū a patre miſſū eſſe: qd̄ oēs q credituri
ri in eum ſunt: vnum in patre & filio erunt: & quo
modo erunt: mox docemur. Et ego honorē quem
dediſti mihi dedi eis. Et nunc interrogo vtrum id
ipſum ſit honor qd̄ volūtas: cū volūtas motus mē
tis ſit: at vero honor naturę aut ſpēs aut dignitas.
Honorē ergo acceptū a patre filius omnibus q in
ſe credituri ſunt: dedit: nō vtiq; volūtatē: quę ſi da
ta eſſet: non haberet fides præmiū: cū fidem nobis
neceſſitas affixe volūtatis inferret. Accepti aūt ho
noris datio: quo proficeret: oſtendit. Vt ſint vnū
ſicut & nos vnum ſumus. Ob eam ergo cauſam ac
ceptus honor datus eſt: vt omnes vnum ſint: Iam
igitur vnum ſunt omnes in honore quia non aliꝰ
ꝙ qui acceptus eſt honor datus eſt. Neq; ob aliud
datus eſt ꝙ vt omnes vnum eſſent. Et cū per hono
rem datum filio & a filio præſtitū credentibus: oēs
vnū ſunt: quęro quo mō filiꝰ diuerſi honoris a pře
ſit: cū credētes oēs honor filii ad vnitatem paterni
honoris aſſumat? Et inſolēs quidē hic forte huma
nę ſpei erit ſermo: ſed non erit infidelis: quia ꝙuis
hoc ſperare temerarium ſit: tamen non credidiſſe
irreligioſum eſt: cum idem atq; vnus nobis & ſpei
auctor ſit: & fidei. De hoc quidem planiꝰ & copio
ſius ſuo: vt congruit: loco tractabimus. Interim tū
etiā ex pňti ſermone neq; inanis neq; temeraria eē
hęc ſpes noſtra intelligitur. Per acceptū igit̄ & da-
tū honorē: vnū omnes ſunt. Fidē teneo atq; cauſā
vnitatis accipio: ſed nondū apprehendo rationem
quo modo datus honor vnum omnes eſſe perfici-
at. Sed dominus nihil fidelium conſcientiæ incer

tum relinquens:ipſum illũ naturalis efficientię do
cuit effectum dicẽs:vt ſint vnũ ſicut & nos vnum
ſumꝰ.Ego in iis & tu in me:vt ſint perfecti in vnũ
Eos nũc qui inter patrem & filium volũtatis inge
runt vn.tatem:interrogo vtrũne per naturę veri-
tatem hodie chriſtꝰ in nobis ſit:an per cõcordiam
volũtatis.Si eñ vere verbũ caro factũ eſt:& nos ve
re verbum carnẽ cibo dominico ſumimus:quomõ
non naturaliter manere in nobis exiſtimandꝰ eſt:
q & naturã carnis noſtræ iã inſeparabilẽ ſibi hõ na
tus aſſumpſit:& naturam carnis ſuæ ad naturam
æternitatis ſub ſacramento nobis cõmunicandæ
carnis admiſcuit! Ita enim omnes vnum ſumus:
q̃a & in chriſto pater ẽ:& chriſtꝰ in nobis eſt.Quiſ
q̃s ergo naturaliter patrẽ ĩ Chriſto negabit:neget
prius non naturaliter vel ſe in chriſto:vel chriſtũ
ſibi ineſſe:quia in chriſto pater:& chriſtus in nobis
vnũ in iis eſſe nos faciunt.Si vere igiť carnẽ corpo
ris noſtri chriſtus aſſumpſit:& vere homo ille:qui
ex maria natus fuit:chriſtus eſt:noſq; vero ſub my
ſterio carnem corporis ſui ſumimus:& per hoc v-
num erimꝰ:quia pater in eo eſt:& ille in nobis quo
modo volũtatis vnitas aſſeritur:cum naturalis p
ſacramẽtũ proprietatis:pfectę ſacramẽtũ ſit vnita
tis:Nõ eſt humano aut ſęculi ſenſu in dei rebus lo
quẽdũ:neq; per violẽtã atq; impudẽtẽ prædicatio
nem cęleſtiũ dictorũ ſanitati:alienę atq; impiæ in-
telligentię extorquenda peruerſitas eſt.Quæ ſcri
pta ſunt legamus:& quę legerimus intelligamus:
& tũc perfectę fidei officio fungemur De naturali
eñ in nobis chriſti veritate quę dicimus:niſi ab eo
diſcimus: ſtulte atq; impie dicimus:ipſe enim ait
Caro mea vere eſt eſca & ſanguis meꝰ vere ẽ potꝰ
Qui edit carnẽ meã & bibit ſanguinẽ meũ:in me
manet & ego ĩ eo.De veritate carnis & ſanguinis
non relictus ẽ ambigẽdi locꝰ.Nũc eñ & ipſius do
mini profeſſione & fide noſtra vere caro eſt:& ve-
re ſanguis eſt. Et hęc accepta atq; hauſta id effi-
ciũt:vt & nos in chriſto:& chriſtꝰ in nobis ſit.An
ne hoc veritas nõ eſt?Contingat plane iis verũ nõ
eſſe:qui chriſtũ ieſũ verũ eſſe deũ negant.Eſt ergo
in nobis ipſe p carnẽ:& ſumꝰ in eo:dũ ſecũ hoc q̃d
nos ſumus:in deo eſt.Q̃ aũt in eo per ſacramẽtũ!
communicatę carnis & ſanguinis ſimus:ipſe teſta
tur dicẽs.Et hic mundꝰ iam me nõ videt:vos aũt
me videbitis quoniã ego viuo:& vos viuetis:quo
niã ego in patre meo:& & vos in me:& ego in vo-
bis.Si voluntatis tantum vnitatem intelligi:vel-
let:cur gradũ quendã atq; ordinẽ conſummandæ
vnitatis expoſuit:niſi vt cũ ille in patre per naturã
diuinitatis eſſet:nos contra in eo per corporalẽ eiꝰ
natiuitatem:& ille rurſum in nobis per ſacramen
torũ ineſſe myſteriũ crederetť:ac ſic perfecta p me-
diatorẽ vnitas doceretť:cũ nobis in ſe manentibus
ipſe maneret in patre:& in patre manens ipſe ma-
neret in nobis:& ita ad vnitatem patris proficere
mꝰ:cũ qui in eo naturaliter ſecundũ natiuitatem
ineſt:nos quoq; in eo naturaliter ineſſemus:ipſo in
nobis naturaliter permanente.Q̃ autem in nobis
naturalis hæc vnitas ſit:ipſe ita teſtatus eſt. Qui
edit carnẽ meã & bibit ſanguinem meũ:in me ma
net:& ego in eo.Non eñ quis in eo erit:niſi in quo
ipſe fuerit:eius tantum in ſe aſſumptã habens car
nem qui ſuã ſumpſerit.Perfectę autẽ huius vnita-
tis ſacramentũ ſuperius iam docuerat dicẽs.Sicut
miſit me viuens pater:& ego viuo per patrẽ & qui
mãducat meã carnẽ & ipſe viuet per me. Viuit er
go per patrẽ:& quo modo per patrẽ viuit:eodem
modo nos per carnem eius.Omnis enim compara
tio ad intelligentiæ formam præſumitur:vt id
de quo agitur:ſecundũ propoſitũ exemplum aſſe
quamur.Hæc vero vitæ noſtrę cauſa eſt:q̃d in no-
bis carnalibus manentẽ per carnẽ chriſtũ habemꝰ
victuris nobis per eum ea cõditione qua viuit ille
per patrẽ.Si ergo nos naturaliter ſecũdũ carnem p
eũ viuimꝰ:ideſt naturã carnis ſuæ adepti:quo mo
do nõ naturaliter ſecundũ ſpiritũ in ſe patrẽ habe
at cũ viuat ipſe per patrem? Per patrem aũt viuit:
dum natiuitas non alienam ei intulit diuerſamq;
naturam:dum quod ẽ:& ab eo eſt:nec tamẽ ab eo
per aliquã incidentẽ naturæ diſſimitudinem ſepa-
ratur:dum in ſe habet patrẽ per natiuitatẽ in vir-
tute naturæ.Hęc aũt idcirco a nobis cõmemorata
ſunt:quia voluntatis tantũ inter patrem & filiũ
vnitatem hæretici mentientes:vnitatis noſtrę ad
deum vtebãtur exemplo:tanq̃ nobis ad filium &
per filiũ ad patrem obſequio tantũ ac volũtate re
ligionis vnitis:nulla per ſacramẽtum carnis & ſan
guinis naturalis cõmunionis proprietas indulge-
retur:cum & per honorem nobis datum dei filii:&
per manentẽ in nobis carnaliter filium:& in eo no
bis corporaliter & inſeparabiliter vnitis:myſteriũ

vere ac naturalis vnitatis ſit prædicandũ. Reſpõſũ igitur a nobis eſt ſtultitiæ furentium ad demõſtrationem tantum inanis mendacii ne imperitos fallerent vanę ac ridiculę aſſertionis errore. Ceterum fides euangelica reſpõſionis noſtræ neceſſitate nõ eguit. Vnitatem noſtrã ad deum domin⁹ precatus eſt. Suam vero obtinet ille: & in ea manet. Nec per ſacramentũ diſpenſationis vnũ ſunt: ſed p naturæ natiuitatẽ: dũ nihil in eo ex ſe deus eũ gignẽdo degenerat. Vnũ ſunt dũ quę de manu ei⁹ nõ rapiunt: nõ rapiũtur de manu patris: dum eo cognito pater cognitus eſt: dum eo viſo pater viſus eſt: dum quæ loquitur: pater in ſe manẽs loquitur dũ in operante ſe operatur pater: dum ipſe in patre ẽ & pater in eo eſt. Hoc nõ præſtat creatura ſed natiuitas: non efficit voluntas ſed poteſtas: nõ loquit̃ vnanimitas ſed natura. Quia nõ eſt vnũ creari & naſci: neq; velle id ipſum eſt qđ & poſſe: neq; cõcordare idẽ eſt quod manere. Non negam⁹ igit̃ vnanimitatẽ inter patrem & filiũ: nam hoc ſolent hęretici mentiri: vt cũ ſolum cõcordiam ad vnitatẽ non reſpicim⁹: diſcordes eos a nobis affirmari loquatur. Sed audiãt q̃ a nobis vnanimitas non negetur. Vnũ ſunt pater & filius, natura, honore, virtute. Nec natura eadẽ poteſt velle diuerſa. Et audiãt ad hoc naturæ ſibi cũ patre vnitatẽ filium teſtantem: ait enim. Cum venerit aduocat⁹ ille quẽ ego mittam vobis a patre ſpiritum veritatis qui a patre meo procedit: ipſe teſtificabit̃ de me. Aduocatus veniet: & hunc mittet filius a patre: & ſpiritus veritatis eſt qui a patre procedit. Excutiat igeniũ ſui aculeos omnis hęreticorũ ſchola: & quærat nũc quod vel mentiri ab ignorantibus poſſit: & doceat qđ ſit hoc qđ filius mittat a patre. Qui mittit: poteſtatẽ ſuã in eo qđ mittit: oſtendit: ſed qđ a patre mittit: qđ itelligim⁹: vtrũ acceptũ ac dimiſſum aut genitũ? Nam horum neceſſe eſt vnũ aliqđ ſignificet qđ a patre miſſurus eſt: & miſſurus a patre ẽ eum ſpiritum veritatis qui a patre procedit. Iam ergo nõ eſt acceptio: vbi demonſtrata pceſſio eſt. Supereſt vt cõfirmem⁹ in eo ſentẽtiã noſtrã: vtrũ in hoc cõſiſtentis egreſſionẽ: an geniti pceſſionẽ exiſtimem⁹. Neq; ĩ hoc nũc calũnior libertati intelligentię: vtrum ex patre an ex filio ſpiritũ paracletũ putent eſſe. Nõ eñ in incerto dominus reliquit: nam ſub iiſdem dictis ita locut⁹ eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare illa modo. Cũ venerit ille ſpũs veritatis: diriget vos ĩ oĩ veritate. Nõ. n. loquet̃ a ſemetipõ: ſed quecũq; audierit loquet̃: & futura anũciabit. Ille me honorificabit qm̃ de meo accipiet & anũciabit vobis. Oĩa quecũq; habet pater: mea ſunt. ppterea dixi de meo accipiet & anũciabit vobis. A filio igit̃ accipit q & ab eo mittit̃: & a p̃re pcedit. Et iterrogo vtrũ id ipſũ ſit a filio accipere: quod a patre pcedere. Quod ſi differre credit̃ iter accipere a filio: & a patre pcedere: certe id ipſũ atq; vnũ eſſe exiſtimabit̃: a filio accipere: qđ ſit accipere a patre: ipſe enim dñs ait. Quoniã de meo accipiet: & anũciabit vobis. Oĩa quecũq; habet pater: mea ſunt. propterea dixi de meo accipiet & anũciabit vobis. Hoc quod accepit ſiue poteſtas ẽ: ſiue virtus: ſiue doctrina eſt: filius a ſe accipiẽdũ eſſe dixit. Et rurſũ hoc ipſũ ſignificat accipiẽdũ eſſe a patre: Cũ enim ait Omnia quecũq; habet pater: ſua eſſe: & idcirco dixiſſe ſe de ſuo accipiendũ eſſe: docet etiã a patre accipienda: a ſe tñ accipi: quia oĩa quę p̃ris ſunt nõ ſua ſũt habet hæc vnitas diuerſitatem: nec differt a quo acceptũ ſit: qđ datum a patre: datum referatur a filio. Nunquid & hic voluntatis vnitas affertur. Omnia quæ habet pater: filii ſunt: & omnia quę filii ſunt: patris ſunt. Ipſe enim ait. Et mea omnia tua ſunt: & tua mea. Nondum loci eſt: vt demonſtrem cur ita dixerit: quoniam de meo accipiet. Futuri enim temporis ſignificatio eſt: vbi accepturus eſſe oſtenditur. Nunc certe ideo a ſe accepturum ait: quia omnia patris ſua eſſent. Diſſeca naturæ huius (ſi potes) vnitatẽ: & aliquã diſſimilitudinis infer neceſſitatẽ: per quã filius non ſit in vnitate naturæ. A patre enim procedit ſpiritus veritatis: ſed a filio mittitur a patre omnia quę patris ſunt: filii ſunt: & idcirco quicquid accipiet: a filio accipit ille mittendus quia filii ſunt vniuerſa quæ patris ſunt. Natura itaq; in omnibus tenet ſuam legem: & q; vnũ ambo ſunt eiuſdẽ in vtroq; per generationem natiuitatẽ p diuinitatis ſignificatio eſt: cum id qđ accipiet a patre ſpiritus veritatis: id filius dandum a ſe fateatur. Non permittenda itaq; ad impię intelligentiæ libertatẽ hæretica peruerſitas eſt: vt dictum hoc domini qđ quia oĩa quæ patris ſunt: ſua ſunt: idcirco a ſe accipiet ſpiritus veritatis: non ad vnitatem confiteatur referẽ-

dum eſſe naturæ. Loquatur enim ille qui electiõis
eſt vas & gentium prædicator: ſecundum verita-
tis intelligentiam fide Romanæ plebis ante lauda
tæ: volens eñi naturæ vnitatẽ in patre & filio doce
re: ita ait. Vos aũt non eſtis in carne: ſed in ſpiritu
ſi quidem ſpiritus dei in vobis eſt. Siquis aũt ſpiri-
tum chriſti nõ habet: hic nõ eſt eius. Si aũt chriſtꝰ
in vobis eſt: corpus quidem mortuũ eſt per pecca-
tum ſpiritus aũt vita eſt per iuſtitiã. Si aũt ſpiritꝰ
eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis: habitat in vo
bis: qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis: viuificabit &
mortalia corpora veſtra propter ſpiritum ſuũ qui
habitat in vobis. Spirituales omnes ſumꝰ: ſi in no
bis eſt ſpiritus dei. Sed hic ſpiritus dei: & ſpiritus
chriſti eſt. Et cum chriſti ſpiritus in nobis eſt: cuiꝰ
tñ ſpiritus in nobis eſt qui chriſtũ ſuſcitauit a mor
tuis: & qui ſuſcitauit chriſtum a mortuis: corpora
quoq; noſtra mortaliã viuificabit propter habitã-
tem ſpiritum eius in nobis. Viuificamur ergo pro
pter habitantem in nobis ſpiritũ chriſti: per eum q
chriſtũ ſuſcitauit a mortuis. Et cũ eius qui ſuſcita
uit chriſtũ a mortuis: in nobis ẽ ſpiritꝰ: q in nobis
eſt: diſcerne igiť o hæretice ſpiritũ chriſti ab ſpiri-
tu dei: & excitati a mortuis ſpiritũ xpi ab ſpiritu
dei chriſtũ a mortuis excitantis: cũ qui inhabitat
in nobis ſpũs xpi ſpũs dei ſit: & cũ ſpiritus chriſti a
mortuis excitati: ſpiritus tamẽ dei ſit Chriſtum a
mortuis excitãtis. Et q̃ro nũc in ſpũ dei: vtrũ natu
rã an rem naturę ſignificatã exiſtimes. Non idem
eſt eñi natura q̃d naturæ res. Sicuti non idẽ eſt ho-
mo: & q̃d hoĩs ẽ. Nec idẽ eſt ignis: & q̃d ignis ipſiꝰ
eſt: & ſecũdũ hoc: non idem eſt deus: & q̃d dei eſt.
Memini eñi in ſpiritu dei ita filium dei ſignificari:
vt in eo deus pater demõſtratus eſſe intelligatur:
& ad cuiuſꝑis demonſtrationem poſſe ſignificatũ
dei ſpiritum ptinere: neq; tantũ hoc ex ꝓphetica
ſed ex euangelica auctoritate monſtrari: cum dici
tur. Spiritꝰ domini ſuper me: propterea vnxit me
Et rurſum. Ecce puer meus quem elegi: dilectus
meus in quo cõplacuit animę meę ponam ſup eũ
ſpiritũ meũ. Et ipſo de ſe domino teſtante. Si autẽ
in ſpiritu dei ego eiicio dæmonia: vtiq; appropia-
uit in vobis regnum dei. Hæc enim videntur non
ambigue vel patrem ſignificare vel filiũ virtutẽ ta
men naturæ manifeſtantia. Nãq; idcirco dictũ ex
iſtimo in vtroq; ſpiritũ dei: ne ſecundũ corporales
modos ita ineſſe filiũ in patre: vel patrẽ in filio cre-
deremꝰ: ſcilicet ne loco deꝰ manẽs nuſq̃ alibi extra
re videreť a ſeſe. Hõ eñi aut aliq̃d aliud ei ſiť: cum
alicubi erit: tñ alibi nõ erit: q̃a id q̃d ẽ illic: contineť
vbi fuerit: infirma ad id natura eius: vt vbiq; ſit: q
iſiſtẽs alicubi ſit. Deꝰ aũt imẽſę virtutis viuẽs ptãs
q̃ nuſq̃ nõ adſit nec deſit vſq̃: ſe oẽm ꝑ ſua edocet
& ſua nõ aliud q̃ ſe eſſe ſignificat: vt vbi ſua inſint
ipſe eẽ intelligať. Nõ aũt corporali modo: cũ alicu
bi non ſit nõ & vbiq; eſſe credatur: cũ per ſua in oĩ
bus eẽ nõ deſinat. Non aliud aũt ſint: q̃ q̃ eſt ipſe:
q̃ ſua ſunt. Et hæc q̃dẽ ad naturę intelligẽtiã dicta
ſunt. In ſpũ autẽ dei patrẽ deũ ſignificari ita exiſti-
mo intelligi oportere: q̃d ſpiritũ domini ſup ſe eſſe
dñs Ieſus chriſtus ꝓfeſſus ſit: propter q̃d eũ vngat
& mittat ad euãgelizãdũ. Paternę.n. naturę virtꝰ
in eo manifeſtať. Naturę ſuę cõmunionẽ in filio et
incarnato per ſacramẽtũ ſpiritualis huius vnctio-
nis oſtẽdẽs: cũ poſt cõſummati baptiſmi natiuita-
tem: hęc ꝓprietatis ſignificatio ẽ audita: voce te-
ſtante de cęlo. Filiꝰ meꝰ es tu: ego hodie genui te.
Nõ eñi vel ipſe ſup ſe eſſe: vel ſibi de cælis adeẽ vel
ipſum ſe cognominaſſe ſibi filiũ: intelligẽdꝰ ẽ Sed
omnis hæc fidei noſtræ fuit demonſtratio: vt ſub
perfectę ac verę natiuitatis ſacramẽto: vnitatẽ na
turę paternę manẽtis in filio qui etiã homo eſſe cę
perat: noſceremꝰ. Et patrẽ quidẽ in dei ſpiritu: ita
ſignificari repertũ eſt. Filiũ vero hoc modo demõ
ſtratum intelligamꝰ cũ dicit. Q; ſi in ſpiritu dei
ego eiicio dæmones: vtiq; appropiauit in vobis
regnũ dei: ſe ſcilicet ideſt naturę ſuę poteſtate dę-
mones eiicere demõſtrãs: q nõ niſi dei ſpiritu eii-
ci poſſint. Eſt aũt & in ſpũ dei ſpũs paracleti ſigni
ficatio: neq; ſolũ ꝓphetica ſed apoſtolica auctori-
tate cum dicitur. Sed hoc eſt q̃d dictum eſt per pro
phetam. Erit in nouiſſimis diebꝰ dicit dñs effun-
dam de ſpiritu meo in omnem carnem: & prophe
tabũt filii eorũ & filię eorũ. Cõſummatũ hoc tunc
in apoſtolis totũ fuiſſe doceť: cũ miſſo: ſpiritu ſan-
cto omnes linguas gentiũ ſunt locuti. Hæc aũt id
circo ſunt demõſtrata neceſſario: vt in quãcunq;
ſe licet partem hæretica falſitas contuliſſet: fini-
bus tamen atq; præſcripto veritatis euangelicæ
concluderetur. Habitat enim in nobis Chriſtus

& habitante chriſto habitat deus: & cũ habitat in nobis ſpiritusſanctus habitat tñ in nobis ſpiritus chriſti: nõ aliꝰ tñ ſpiritus habitat q̃ ſpiritꝰ dei. Qꝫ ſi per ſpiritũſanctũ chriſtus in nobis eſſe intelligit̃ hunc tñ ita ſpiritũ dei vt ſpiritũ chriſti eſſe noſcendum eſt. Et cũ ꝑ naturã dei natura ipſa habitet in nobis: indifferens natura filii eſſe crederetur a patre: cum ſpũſſanctus qui & ſpiritus chriſti & ſpiritus dei eſt: res naturæ demonſtrat̃ vnius. Quæro nũc igit̃ quomodo nõ ex natura vnũ ſũt. A patre ꝓcedit ſpiritꝰ veritatis: a filio mittit̃: & a filio accipitur. Sed omnia q̃ habet pater: filii ſunt: & idcirco q ab eo accipit: dei ſpiritꝰ ẽ: ſed idẽ & ſpiritꝰ chriſti eſt. Res naturę filii eſt: ſed eadẽ res: & naturę patris ẽ: & dei excitantis chriſtũ a mortuis ſpiritus eſt. Sed idẽ ſpiritꝰ chriſti ẽ a mortuis excitati. In aliquo differat chriſti & dei natura: ne eadẽ ſit: ſi præſtari poteſt vt ſpiritus q dei eſt: nõ ſit & chriſti. Sed te hæretice furẽtẽ & ſpiritu doctrinę mortiferę circũactum tenet & coartat apoſtolus: chriſtũ nobis fundamentum ponens fidei: dicti huiꝰ quoq; dominici nõ neſcius. Si qs diligit me & ſermonẽ meũ ſeruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemꝰ: & mãſionẽ apud eũ faciemꝰ. Per id eñ ſpiritu in nobis chriſti manẽte: dei ſpiritum in nobis manere teſtatꝰ ẽ: nec diuerſum a ſe eſſe ſpiritum a mortuis excitati Ieſu & ſpiritum a mortuis excitãtis Ieſum. Veniunt eñ atq; habitant in nobis. Et rogo vtrũ comitatu diuerſitatũ venient: mãſionẽ q; faciẽt: an vnitate naturę. Sed obnitit̃ doctor gẽtiũ nõ duos ſpiritꝰ dei ſcilicet & chriſti: ſed ſpiritũ chriſti qui & ſpiritus dei eſt: ineſſe credentibꝰ. Nõ eſt cohabitatio: ſed habitatio eſt. Sub ſacramento tñ cohabitationis habitatio: dũ neq; duo habitãt: neq; ab alio diuerſus habitator ẽ. Eſt eñ i nobis ſpiritus dei: & eſt in nobis ſpiritus chriſti: & cũ ſpiritꝰ chriſti ineſt: ineſt ſpiritꝰ dei. Ita cũ qd dei ẽ: & chriſti eſt: & cũ qd chriſti eſt: & dei eſt: non poteſt aliud quid diuerſum chriſtus eſſe: q̃ deꝰ eſt. Deus igitur chriſtus eſt: vnus cũ deo ſpiritꝰ. Et illud euangelicũ. Ego & pater vnũ ſumus. Docet apoſtolus vnitatem eſſe naturę: non ſolitudinẽ vnionis ſcribẽs corinthiis. Propter qd notũ vobis facio qd nemo in ſpũ dei loquens dicit anathema Ieſu. Sis ne nũc hæretice in quo ſpiritu dicas chriſtum creaturam Cum eñ in anathemate ſint qui ſeruierunt creaturę potius q̃ creatori: chriſtum creaturam cõfitẽs qd ſis intellige: & q nõ ignoras qn in maledicto ſit religio creaturæ: & qd ſequat̃ aduerte. Nemo põt dicere Ieſum niſi in ſpiritusſancto. Sentiſne qd tibi deſit: chriſto negando qd ſuũ eſt? Si per naturã dei chriſtus tibi dñs eſt: habes ſpiritũſanctum. Si vero per adoptiuum nomẽ hic dominus eſt: ſpiritusſancto carens ſpiritu erroris animaris: quia nemo niſi in ſpiritusſancto dominũ Ieſum poteſt dicere: & tu creaturã eum potius q̃ deum dicis? Dominũ licet nuncupes: dominum tñ eſſe nõ dicis: quia tibi ex cõmuni genere potiꝰ & familiari nomine q̃ ex natura ſit dominus. Sed a Paulo diſce naturam: ſequtur eñ. Diuiſiones aũt donorum ſunt: idẽ autẽ ſpiritus eſt: & diuiſiones miniſteriorum ſunt: idẽ aũt dominus. Et diuiſiones operationũ ſunt: idẽ autẽ deus qui operat̃ oĩa in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad id qd vtile eſt. In pñſenti ſermone quadrimoda ſignificatio intelligit̃: cum in diuiſione donorum idẽ ſpũs eſt: & in diuiſione miniſteriorum: idem ipſe dominus eſt: & in diuiſiõe operationũ idẽ deꝰ eſt. In vtilitatis datione: manifeſtatio ſpũs eſt. Atq; vt datio vtilitatis in manifeſtatiõe ſpũs noſceretur: continuo ſubiectũ eſt. Huic quidẽ ꝑ ſpm̃ dat̃ ſermo ſapientiæ: alii aũt ſermo ſcientiæ ſecũdũ eũdem ſpm̃. Alii autẽ fides in eodẽ ſpiritu. Alii donũ curationum in eodem ſpiritu. Alii operatio virtutũ. Alii prophetia. Alii diſcretio ſpirituum. Alii genera linguarum. Alii interpretatio ſermonum. Et qdem id qd quartum eſſe diximus: id eſt in datione vtilitatis: ſpiritus manifeſtationem: abſolutam habet intelligentiam. Commemoratum eſt enim per quas dationum vtilitates: hæc eſſet ſpiritus manifeſtatio. In his nanq; diuiſionum virtutibus non incerta doni huius oſtenſio eſt: de quo dominus ad apoſtolos dixerat. Præcipiẽs iis ne ab hieroſolymis diſcederent: ſed expectarent promiſſionẽ patris: quã audiſtis ex ore meo. Quoniã Ioãnes baptizauit aqua vos autem ſpũſancto tingemini: quẽ & accipietis non poſt multos hos dies. Et ruſum. Sed accipietis virtutem ſuperuenientem ſpiritusſancti in vos & eritis mihi teſtes in hieruſalẽ & i oñi Iudæa & ſamaria & vſq; ad vltimũ terræ. Promiſſionem patris quæ de ore eius audita eſt: expectari iubet. Certe etiã nũc paternę eiꝰ promiſſionis eloquiũ ẽ.

Per has igiť virtutum efficiētias manifeſtatio ſpi-
ritus eſt: neq; enī in occulto eſt ſpūs donū: vbi ſer-
mo ſapiētiæ eſt: & verba vitę audiuiť. Vel vbi diui-
nę cognitiōis ſciētia ē ne pecudū mō p ignoratio-
nē dei: vitę nřę ignoremꝰ auctorē: vel p fidē dei: ne
nō credētes euāgelio dei: extra euāgeliū dei ſimꝰ:
vel p donū curationū: vt gratiā eiꝰ q̄ hęc tribuit: i-
firmitatū curatiōe teſtemur: vel p opationē virtu-
tū: vt qd agimꝰ: dei eſſe virtutis intelligať: vel p p-
phetiā: vt per doctrinā intelligamꝰ ex deo erudiri
vel per diſcretionem ſpiritus: ne non ignari ſimus:
ſancto an peruerſo ſpiritu quis loquatur: vel p ge-
nera linguarum: vt in ſignum dati ſpūs: linguarū
ſermo donetur vel in interpretatione linguarum
ne ignoratione fides audiētium periclitetur: cum
linguā ignorantibꝰ linguę interpretator abſoluat.
In his igitur omnibꝰ modis ad vtilitatem vnicui-
q; diuitiis manifeſtatio ſpūs ē per has ſ. datę vnicui-
q; vtilitatis adminiſtratione dono ſpiritus non la-
tente. Tenuit autem beatus apoſtolus Paulus in
hoc difficillimo ad humanam intelligentiam cæ-
leſtiū ſacramentorū myſterio & abſolutam demō-
ſtratiōem & ſollicitā cautelam: vt per ſpiritum in
ſpiritu dari hæc diuiſionum dona monſtraret: ne
forte non per chriſtum & in chriſto omnia crede-
rētur: q̄a datio doni quę obtinetur in ſpiritu & ta-
mē indulta per ſpiritum ſit: cōſummat aūt has da-
tionum diuiſiones hoc modo: hæc aūt omnia ope-
ratur vnus & idē ſpiritus diuidens vnicuiq; prout
vult. Non igitur quęro qui hic ſpiritus operetur
diuidens vnicuiq; prout velit. Vtrum Ieſus chri-
ſtus deus ſpiritus per quem & in quo donorum di-
uiſio eſt. Quod ſi non id ipſum ſignificatum eſſe
loqui aliquis audebit: cōtradicit apoſtolus: cur ſe
vicioſe lector intelligat: ait enim ſuperius. Et diui-
ſiones operationū ſunt: idem autem deus qui ope-
ratur omnia in omnibꝰ. Alius eſt ergo qui diuidit
& aliꝰ ē in quo indulta diuiſio eſt. Et intellige ope-
rantē hæc oīa ſemp deū: ita tamē vt chriſtꝰ opere-
tur: vt paterno ope operatus filius fungať. Et ſi in
ſpiritu ſancto Ieſum dominum confiteris: intellige
tripartitę ſignificationis in apoſtolo virtutē: cū di-
uiſionibus donorum idē ſpiritus eſt: & in diuiſio-
nibus miniſteriorum idem dominus eſt: & in diui-
ſionibus operationum idem deus eſt. Et rurſum
omnia opera vnus ſpiritus vnicuiq; ſicut vult di-
uidens. Et apprehende ſi potes dominum in diui-
ſione miniſteriorum: & deum in diuiſione opera-
tionum: hunc eundem vnum eſſe ſpiritum: & hęc
inoperantem & prout vult diuidentem: quia in di-
uiſionibus donorum vnus eſt ſpiritꝰ: & idem ope-
ratur & diuidit. Aut ſi diſplicet in deo & in domi-
no vnus hic eiuſdem per natiuitatis ſacramen-
tum: & diuinitatis ſpiritus: oſtende quis ſpiritꝰ:
& in quo ſpiritu has nobis diuiſiones & operetur
& diuidat. Sed nihil aliud q̄ q; fidei noſtrę eſt oſtē-
dis: quia apoſtolus qui eſſet intelligendus oſten-
dit: dicens Sicut enim vnum eſt corpus: membra
autem habet multa: omnia autem mēbra ex vno
corpore cum ſint multa: vnum eſt corpus: ſic &
Chriſtus. Diuiſiones ergo chariſmatum ex vno
domino Ieſu Chriſto qui corpus eſt omnium: eſſe
ſignificat: quia cum oſtendiſſet dominum in mi-
niſterio: oſtendiſſet etiam deum in operationibꝰ,
vnum tamen hęc omnia ſpiritum & operari & di-
uidere demonſtrat membra hęc gratiarum in per-
fectionem vnius corporis diuidentem: niſi for-
te nō tenuiſſe rationem vnitatis in eo apoſtolum
exiſtimas qd dixit. Et diuiſiones miniſteriorum
ſunt: idem autem dominus. Et diuiſiones ope-
rationum ſunt: idem autem deus. Vt quia mini-
ſteria ad dominum retulit: & operationes ad de-
um. non vnū atq; idipſum in miniſteriis atq; ope-
rationibus videatur intelligi. Accipe q̄ hæc mē-
bra miniſteriorum membra operationum ſunt cū
ait. Vos eſtis corpus Chriſti & membra. Et quoſ-
dam quidem poſuit deus in eccleſia primum apo-
ſtolos: in quibus eſt verbum ſapientiæ. Secundo
prophetas: in quibus eſt donū ſcientiæ. Tertio ma-
giſtros: in quibus eſt doctrina fidei. Deinde virtu-
tes: in quibus ſunt curationes infirmitatum: au-
xiliorum poteſtates gubernationes prophetalis
& dona genera linguarum vel loquendi vel inter-
pretandi. Certe hæc eccleſiæ & miniſteria ſunt &
operationes: in quibus eſt corpus chriſti: & hęc de-
us ſtatuit. Aut profitere non per Chriſtum ſta-
tuta: quia ea deus ſtatuit: ſed audies ipſum dicen-
tem. Vnicuiq; autem noſtrum data eſt gratia ſe-
cundū menſurā donationis chriſti. Et iterū. Qui
deſcendit: ipſe eſt & qui aſcēdit ſuper oēs cælos vt
adimpleat omnia: & ipſe dedit quoſdā apoſtolos
quoſdam aūt prophetas: quoſdam aūt euangeli-

ꝓſites quoſdam autē paſtores & doctores: ad con-
ſummationem ſanctorum in opus miniſterii. Nū
quid miniſteriorū dona non xp̄i ſūt: cū tamen &
inoperātis dei dona ſint! Sed ſi id ſibi vſurpauit
impietas: vt quia ait: idem dominꝰ & idem deus
nō ſint in vnitate naturę. Adiūgā vero huic intel
ligentię tuę vt putas firmiora p̄ſidia: ipſe enim apo
ſtolus ait. Sed nobis vnꝰ deꝰ pater eſt: ex quo om
nia & nos in ipſo: Et vnus dominꝰ ieſus p quē om
nia: & nos per ipſū. Et rurſum. Vnus doinꝰ vna
fides: vnum baptiſma. Vnus deꝰ & pater oīm qui
ſuper oia & p oēs & in oībus nobis. Per id .n. quod
dicitur vnꝰ deꝰ & vnus dominꝰ deo tm̄ quaſi vni
deo ꝓpriū deputari videt̄: vt deus ſit: cū ꝓprietas
vnitatis cōſortiū n̄ patiat̄ alterꝰ. O plane rara ac
difficilia chariſmatū dona: & vere ī hac vtilitatū
datione: manifeſtatio ſpiritꝰ cōſtituta: & merito
hic diuidendarū gratiarū ordo ſeruatꝰ eſt: vt pri
cipalis eſſet ſermo ſapientię. Vere enim illud eſt:
& nemo poteſt dicere dominum ieſum niſi in ſpū
ſcō. Quia niſi per hoc ſapiētię verbum xp̄s dn̄s nō
poteſt intelligi. Tum deinde ſequens eſſet ſermo
ſciētię: vt quod ſapimꝰ: ſciēter loquamur: ita vt
ſapiamꝰ ſapiētię verbum. Tertiū vero donum in
fide eſſet: quia illa principalia & ſuperiora vtilita
tem doni niſi deꝰ crederetur: amitterent: vt nunc
in huius maximi & pulcherrimi dicti apoſtolici ſa
cramēto: hereticis oībꝰ nec verbū ſapiētię eſt: nec
ſermo ſciētię: nec religionis fides. quia ipietas quę
non capit itelligētiā: extra ſermonis ſciētiam & ex
tra ſimplicitatem fidei eſt. Nec enim quiſq̄ quod
ſapit loqtur: nec qd̓ loqui nō poteſt: pōt credere
Vnū itaq̄ deū apoſtolꝰ p̄dicans: & ex lege veniēs
atq̄ in euāgeliū xp̄i vocatꝰ pfectę fidei tenuit con
feſſionē. Et ne aliquam hereticis occaſionem tāq̄
incauti ſermōis ſimplicitas p̄ſtaret: vt natiuitatē
filii p vniꝰ dei predicationē negarent: vnū deum
ſub ꝓprietatis ſignificatione cōfeſſꝰ eſt: dicēs ita.
Vnꝰ deꝰ pater ex quo oia: & nos in ipſo. Vt qui ē
& deꝰ pater crederetur. Dehinc quia nōdum hoc
in vnum deum credere: non proficeret ad ſalutem
ſubiecit. Et vnꝰ dominꝰ noſter ieſus xp̄s p quem
oia: & nos per ipſū Sinceritatem fidei ſalutaris in
vniꝰ dei & in vniꝰ dni prædicatione demōſtrans:
vt nobis & vnꝰ deꝰ pater & vnꝰ dn̄s ieſus xp̄s in
fide eſſet. Nō enim dictum ignorabat ad dominū

Hæc eſt enim voluntas patris mei: vt oīs qui vi-
det filium & credit in eū habeat vitā æternā. Sed
fidei eccleſiaſticę ordines ponens: fidē noſtrā in pa
tre & filio ſtatuens: inſeparabilis illius atq̄ indiſſo
lubilis vnitatis & fidei ſacramētum locutꝰ eſt di-
cens. Vnus deꝰ & vnus dn̄s. Ac primū extra apo
ſtolicum ſpiritum viuens: ſtultitiā tuā hæretice in
tellige. Si enim profeſſionem vnꝰ dei ad id vſur
pas: ne deus chriſtus ſit: qa vbi vnus eſt: ſolitarꝰ
ſit intelligendus: & id q̄ vnus eſt: proprium ei ſit
& ſingulare: q qd̓ vnus ē: quid de eo profiteberis q̄
ieſus Chriſtus vnus eſt dn̄s! Si eīn ſecūdum te qd̓
vnꝰ pater deus eſt: Chriſto non relinquit vt deus
ſit: neceſſe eſt: vt etiam ſecundum te vnꝰ dn̄s deo
nō relinquat vt dn̄s ſit: qa qd̓ vnum eſt: proprium
ei velis eſſe qui vnꝰ eſt. Si eīn itaq̄ vnum dominū
chriſtum eſſe etiā deum negabis: vnum quoq̄ de-
um patrem eſſe negabis & dominum: Et quid erit
in dei virtute: niſi dominus eſt! & in domini pro-
prietate niſi deꝰ eſt! cum deum perficiat: id eſſe qd̓
dominus eſt: dominū id conſtituat eſſe qd̓ eſt! Sed
ſacramentum dicti dominici apoſtolus tenens qd̓
eſt: ego & pater vnum ſumꝰ: dum vterq̄ vnum p
fitetur: vnum vtrunq̄ ſignificat non ad ſolitudi-
nem ſingularis: ſed ad ſpiritꝰ vnitatem: quia vnꝰ
deus pater & vnus chriſtus dominus. Cum vter-
q̄ & dominus & deus ſit: duos tamē in fide noſtra
nec deos patiūtur eſſe nec dominos. Vnus igitur
vterq̄ eſt & vnus cum ſit: vterq̄ non ſolꝰ eſt. Nec
loqui ſacramentum fidei: niſi apoſtolica voce po-
terimus. Vnus eſt deus & vnus eſt dominus. Et
per id quod vnus eſt deus & vnus eſt dominus in
deo demonſtratur dominus: ſicut deus demon-
ſtratur in domino. Non tenens vnionem: vt deus
ſingularis ſit: nec tamen diuidis ſpiritum: vt vter
q̄ non vnum ſint: neq̄ in vno deo & in vno domi
no diſcernere poteris poteſtatem: ne qui dominꝰ
eſt: non deus ſit: vel qui deus eſt: non ſit & domi-
nus. Cauet enim apoſtolus per eloquia nomi-
num duos vel deos prædicare vel dominos: &
idcirco vſus eſt eo genere doctrinæ: vt in vno dn̄o
chriſto vnū ſignificaret & deū: & in vno deo patre
vnū ſignificaret & dn̄m. Ne tn̄ impiū nobis ad pi-
mendam vnigeniti dei natiuitatem inueret vnio
nem: & patrē profeſſus eſt & chriſtū. Niſi forte eo-
uſq̄ vltimæ deſperatiōis furor audebit erumpere

vt quia chriſtum dominum apoſtolus dixerat: ne-
mo aliud eum prater q̃ dominum debeat cõfite-
ri: & habens domini proprietatẽ: nõ habeat dei ve-
ritatem. Sed non ignorat Paulus chriſtum domi-
nũ dicẽs. Quorũ patres & ex quibus chriſtus: qui
eſt ſuper omnia deus. Non hic creatura in deũ de-
putatur: ſed creaturarum deus eſt q ſuper oĩa deus
eſt. Qꝫ vero ſuper omnia deus & inſeparabilis ſit
a patre ſpiritu: diſce etiam de hoc ipſo de quo nũc
agitur apoſtoli dicto. Confeſſus eñ vnũ deum pa-
trẽ ex quo omnia ſunt: & vnũ dñm Ieſum chri-
ſtum: per quẽ omnia: quero quid diuerſitatis attu-
lerit dicẽs: ex deo omnia: per chriſtũ omnia! An ne
poſſit ſeparabilis a ſe natura & ſpiritus intelligi ex
quo & per quem omnia: omnia eñ per filium ex ni-
hilo ſubſtiterũt: & ad deũ ex quo omnia: ad filium
vero ꝑ quẽ oĩa apl's retulerit. Et nõ inuenio quid
differat: cũ vtrũqꝫ appoſuit virtutis eiuſdẽ. Si eñ
ad vniuerſitatis ſubſtãtiã ꝓpriũ ac ſufficiẽs creatu-
ris eſſet ꝙ ex deo ſũt: quid habuit neceſſitatis me-
morare ꝙ quæ ex deo ſũt: per xp̃m ſint: niſi ꝙ vnũ
idẽqꝫ eſt: ꝑ chriſtũ eẽ & ex deo eſſe! Sed quẽadmo-
dũ dñm & deũ vtriqꝫ eoꝝ vt mutuũ eſſet: aſcriptũ
eſt: ita ex quo & ꝑ quẽ: relatũ ad vtrũqꝫ ẽ: & ad de-
mõſtrationẽ vnitatis vtriuſqꝫ: nec ad intelligentiã
ſingularis. Nõ patet ad occaſionẽ impietatis plus
ſermo: & apoſtolica ſides nõ eſt extra prædicatio-
nis diligẽtiã. His eñ ſe verborũ ꝓprietatibꝰ tẽpe-
rauit: quibꝰ nec duos deos intelligeret ſignificare
neqꝫ vnicum: dum & vnionẽ deteſtatur: nec ſepa-
rat vnitatẽ. Hoc eñ ex quo omnia & per quẽ oĩa li-
cet nõ ſingularẽ cõſtitueret in poteſtate virtutis
non tamen diuerſũ demonſtraret in efficientię po-
teſtate: cũ ex quo oĩa eiuſdẽ naturę: ad id demõ-
ſtraret auctorem. Vtrũqꝫ autem eiuſdem naturæ
proprium eſſe declarat. Nãqꝫ poſt illud diuitiarũ
ſapientiæ & ſcientiæ dei proteſtatũ profundũ: &
inſcrutabilium iudiciorum confeſſam intelligen-
tiam: & inueſtigabilium viarũ demonſtratã igno-
rationẽ: humanæ tamẽ fidei vſus officio: hũc ho-
norẽ inueſtigabilium & perſcrutabilium cæleſtiũ
ſacramentorũ profundo reddidit dicens. Quoniã
per ipſum & ex ipſo & in ipſo ſunt omnia: ipſi glo-
ria in ſęcula ſęculorũ. Id nũc ad vnius naturę ſigni-
ficationẽ referens: qđ nõ niſi opus vnius poſſit eſſe
naturę. Cum enim ſpecialiter deo id aſcripſerit: vt
ex eo omnia: vt ꝓpriũ chriſto detulerit: vt ꝑ eũ om-
nia: & nũc honor dei ſit ꝙ ex ipſo & per ipſum &
in ipſo ſint omnia: & ſpiritus dei idem ſit & ſpiritꝰ
chriſti: vel cũ in miniſterio domini & in operatiõe
dei: ſpiritus vnus operetur & diuidat: nõ poſſunt
non vnum eſſe quorũ propria vnius ſunt: cum in
eodem domino filio: & in eodem deo patre vnus
atqꝫ idem ſpiritus in eodem ſpiritu diuidens: vni-
uerſa perficiat. O dignus ille magnorum & cæle-
ſtium arcanorum conſcientia: & aſſumptus ſecre-
torum diuinorũ electuſqꝫ particeps: & ipſa illiciti
eloquii ſilentio neceſſario ſtatuens: & vere apoſto-
lus chriſti quali humanę peruerſitatis ingenia ab-
ſoluti ſermonis ſui prędicatione concluſit. Vnum
patrem deũ: & vnum dominũ Ieſum chriſtũ confi-
tendo: vt inter hęc nec duos quiſq̃ poſſit prędica-
re neqꝫ vnicũ cum qui non vnicus eſt: nõ in duos
profiteretur. Nec qui duo nõ ſunt: ſolitariꝰ poſſet
intelligi: & inter hæc perfectam chriſti natiuitatẽ
pater demonſtratus oſtenderit. Extendite nũc vi-
bratas ſibilis linguas hæretici ſerpentes: ſiue ſabel-
lii: ſiue photini: ſiue qui nunc creaturam eſſe vni-
genitum deum prędicatis. Audiat vnum deũ pa-
trem: quiſquis negat filium: qa cũ pater nõ niſi ꝑ
filium pater ſit: filius per id ſignificatur in patre.
Qui vero vnitatem naturæ indifferentis filio adi-
mit: cognoſcat vnũ dominũ Ieſum chriſtũ: niſi. n.
per vnitatem ſpiritus vnus eſt dominus: deo patri
non relinquitur vt dominus ſit. Atqui de tempo-
re atqꝫ ex carne filium deputat: cognoſcat quia ꝑ
eũ omnia: & nos per ipſum: & extra tẽpora ſit: con-
dens omnia intemporalis imenſitas. Et interea re-
legat quia vna ſpes vocationis vnum baptiſma &
vna fides. Et poſt hæc aduerſans: prædicatiõe apo-
ſtoli ipẽ anathema cõſtitutꝰ: cũ aliter ex ſenſu ſuo
capiat: nec vocatus nec baptizatus eſt: nec fidelis
quia in vno deo patre: & in vno dño Ieſu xp̃o vniꝰ
ſpei atqꝫ baptiſmi fides vna ſit. Nec doctrinarũ di-
uerſaꝝ eẽ poterit gl'ia: q̃ vniꝰ & dei & dñi & ſpei
& baptiſmi ſit & fidei. Vna igit̃ fides ẽ pr̃em ĩ filio
& filiũ in patre ꝑ inſeꝑabilis naturę vnitatẽ cõfite-
ri: nõ cõfuſã ſed indiſcretã neqꝫ ꝑmixtã ſed indif-
ferentem: neqꝫ cohęrentem ſed exiſtentem: neqꝫ
inconſummatam ſed perfectam. Natiuitas eſt
enim non diuiſio: & filius eſt: non adoptio: & deus
eſt: non creatio. Neqꝫ alterius generis deus eſt:

ſed pater & ſilius vnum ſunt:non enim innouata
eſt natura naſcēdo:vt ab originis ſuę proprietate
eſſet aliena. Tenens hanc itaq; manentis in patre
& ſilii: & patris in filio fidem:vnum deum patrem
& vnū dominū chriſtum ſibi eſſe apoſtolus prędi-
cat:cum in domino chriſto & deus eſſet: & in deo
patre eſſet & dominus: & vnū eſſet vterq; qd deꝰ
eſt: & vnum eſſet vterq; qd dominus eſt:quia im-
perfectum eſſet deo:niſi dominus ſit: & domino ī
telligatur deeſſe niſi deus ſit. Atq; ita cum vterq;
vnus eſt: & vnus ſignificatur in vtroq;: & non eſt
vterq; ſine vno non excedit euangelicam prędica
tionē apoſtolus docēs:nec loquens in Paulo chri-
ſtus diuerſus ab his eſt:qui incorporeus in mūdo
manens locutus eſt. Dixerat enim in euāgeliis do
minꝰ Operamini eſcam quæ nō interit:ſed eſcam
quę p̄manet in vitam ęternam quā ſilius hominis
dabit vobis. Hunc enim pater ſignauit deus. Di-
xerunt igitur ad eum:quid faciemꝰ vt operemur
opera dei? Et dixit illis. Hoc eſt opꝰ dei:vt creda-
tis ei quem miſit ipſe:Sacramētum & cōcorpora-
tionis & diuinitatis ſuę dominus exponit: fidei
quoq; noſtrę & ſpei doctrinā locutꝰ eſt:vt eſcā nō
pereuntem ſed permanētem in ęternum operemur
vt hanc ęternitatis eſcam dari nobis a filio homi-
nis meminiſſemus:vt filium hominis ſignatum a
deo patre ſciremus:vt hoc eſſe opus dei noſcere-
mus credere in eum quē miſiſſet. Et quis ē quē pa
ter miſit? nempe quem ſignauit deus: & qs ē quē
ſignauit deus:filiꝰ vtiq; hominis eſcam ſcilicet p̄
bens vitę ęternæ: & qui tandem ſunt quibus pręs-
bet eam? illi nanq; qui operabuntur eſcam non in
tereuntem. Atq; ita quę opera eſca eſt. eadem ope
ratio dei: ī eum ſcilicet credidiſſe quem miſit. Sed
hęc loquitur filius hominis. Et quo modo eſcā vi-
tę ęternæ filius hominis dabit? Sed ſacramentum
ſalutis ſuæ neſcit filium hominis dantem eſcam ī
vitam:a deo patre eſſe ſignatum. Hic nunc quęro
qui tandem intelligentiæ ſenſus ſit:filium homi-
nis a patre ſignatū deo. Ac primū cognoſci opor-
tet deū nō ſibi ſed nobis locutum: & in tm̄ ad in-
telligentiam noſtrā eloquii ſui temperaſſe ſermo-
nem:quantum compræhendere ad ſentiendum:
naturæ noſtræ poſſit infirmitas. Nanq; cum ſupe
rius a iudæis increpatus fuiſſet: cur ſe æqualem
deo filium ſe dei profitendo feciſſet:reſpōdeat oīa
ſe quæ faceret pater:facere: & omne ſe a patre ade
ptum eſſe iudicium:etiam ſe vt patrem honoran
dum. Et in his omnibus profeſſus ante ſe filium
patris exęquauerat:honore poteſtate natura. De-
hinc dixerat vt patrem vitam in ſe habere:ita eū
filio vitam in ſe habendam dediſſe:in quo ſignifi-
cauerat naturæ eius per ſacramentum natiuita-
tis vnitatem:Per id enim quod habet pater: ipſū
illud ſignificat habendo:quia nō humano modo
ex compoſitis deus eſt:vt ī eo aliud ſit qd ab eo ha
bet: & aliud ſit ipſe qui habeat. Sed totum qd eſt:
vita eſt. Natura. ſ. perfecta & abſoluta & infinita
& non ex diſparibus conſtituta: ſed viuens ipſa p
totum:quę cū ęqualis habetur:talis & data ē: &
ſi natiuitas eius intelligatur ſignificari cui data ē:
non tamen diuerſitatem generis affert: cum talis
data eſt:qualis & habetur. Poſt hanc ergo tā mul
tiplicem ac propriam demonſtrandę in ſe pater-
næ naturæ ſignificationem ad apoſtolos vſꝰ hoc
dicto eſt. Hunc eñ ſignauit pater deus. Signacu- Ioā 6.c.27
lorum natura eſt:vt omnem impreſſę in ſe ſpeciei
explicent formā: & nihil minus ex eo in ſe habeāt:
vnde ſignentur: & dum totum accipiunt qd im-
primitur:totum ex ſe pręferunt quicquid impreſ
ſum eſt. Verbum hoc ad diuinæ natiuitatis non
proficit exemplū:qa ī ſignaculis & materies ſit &
diuerſitas & īpreſſio:p quā mollioribꝰ naturis va
lidiorum generum ſpecies imprimuntur. Vnige-
nitus vero deus: & per ſacramentum ſalutis no-
ſtræ:hominis filius:volens proprietatis nobis pa
ternæ in ſe ſignificare ſpeciem;ſignatum ſe a deo
ait & hoc ideo:quia vitę æternæ eſcam filius ho-
minis eſſet daturus:vt per hoc poteſtas in eo dan
dę ad ęternitatem eſcę intelligi poſſit:quia omnē
in ſe paternę formę plenitudinem ſignantis ſe dei
contineret:vt qd ſignaſſet deus:non aliud ex ſe q̄
formam dei ſignantis efferret. Hæc quidem domi
nus ad iudæos ob infidelitatem ſuam dicti iſtius
incapaces locutus eſt. Sed nobis euangelii pręi-
cator proprietatis huius intelligentiam ſpiritus
xp̄i p ſe loquentis inſinuat dicens. Qui cum in for
ma dei eſſet:non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęq̄-
lem deo:ſed ſe exinaniuit formam ſerui accipiens
Quem enim ſignauerat deus aliud præterq̄ dei
formam eſſe nō potuit Et ideo qd ſignatum ī dei
forma eſt:hoc neceſſe eſt totum in ſe coimagina-

tum haberet qd̄ dei eſt. Et idcirco apoſtol⁹ eū quē ſignauit deus: in dei formā manentem deum prędicauit. Nam aſſumpti & connati in eo corporis ſacramentum locuturus ait. Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiens. Q; enim in forma dei erat: per ſignantē ſe deum deus manebat. Sed quia ſuſcipienda erat forma ſerui: & obediens eēt futurus ad mortem non ſibi rapiens eſſe ſe ęqualē deo ad ſuſceptionem formę ſeruilis: per obedientiam exinaniuit. Nō exinaniuit ſe ex dei forma: id eſt eo q̄d ęqualis deo erat. Non tamen ęqualem ſe deo per rapinam exiſtimans: q̄uis in forma dei: & ęqualis deo: per deum ſignatus extaret. Nūc non quęro vtrum alterius generis de⁹: & qui in forma dei deus maneat: vt ſecundum conſignatas cōſignatiteſq; ſpecies in ſignaculis cernimus: cum impreſſum plumbo ferrum: & gēma cerę ſpeciem vł concauę in ſe imaginis fingat: vel extantis de ſe exprimat formę. Sed ſiquis extiterit tā ſtultus & vecors vt putet ꝙ aliud ex ſe deus in deum q̄ deum formet & qui in forma dei ſit: aliud aliquid totus ipſe q̄ deus ſit: poſt ſacramēta hominis & per obedientiam conſūmate vſq; ad crucis mortem humilitatis: audiet cęleſtium & terreſtrium & infernorũ & omnis linguę confeſſionem: Ieſum in gloria dei patris. In hac igitur gloria ſi cum iam forma ſeruilis fuerit manebit: tūc cū in forma dei eſſet: quęro qd manſerit vtrūne i natura dei: quę ſignificat: i gl̄a xp̄i ſpus fuerit cū i gl̄ia dei pſis xp̄s ieſ⁹ id eſt hō extabit? Tenet in oīb⁹ beat⁹ apoſtol⁹ fidei euāgelicę indemutabilem prędicationē: ita dominū noſtrum Ieſum chriſtum deū prędicans: vt neq; p alterius generis deum: in duos deos fides apoſtolica deperéat: neq; inſeparabilis a patre fili⁹ de⁹ vnici ac ſingularis dei prędicandi occaſionem impiā prębeat. Dicēs eñ in forma dei & in gloria dei patris: neq; differre docuit, neq; nō exiſtētem exiſtimare permiſit. Nam qui in forma dei eſt: neq; in alterum deum profeſſit: neq; etiam ipſe non deus eſt quia nec ſeparari poteſt a dei forma: cum in ea ſit: nec qui dei eſt forma: nō deus eſt. Sicut qui in dei gloria ē: nō poteſt aliud eſſe q̄ deus ē: & dum i gloria dei deus eſt: alterius dei atq; a deo diuerſi non habet prędicationem: quia per id qd̄ in gloria dei eſt: ex eo in cuius gloria eſt habet in ſe naturale qd̄

deus eſt. Non periclitatur per plures prędicationes fides vna: ne vna ſit. Euangeliſta enim dictū a dño docuerat: q̄ me videt: videt & patrē. Sed nunquid doctor gentium paulus virtutem dicti dominici aut ignorauit aut tacuit dicens: qui ē imago dei inuiſibilis? Et interrogo vtrū viſibilis deus & vtrū infinitus de⁹ per formā circunſcriptam & imaginem coimaginari poſſit ad ſpeciem. Imago enim formam neceſſe eſt ei⁹ reddat: cuius imago ē. Qui volunt autē alterius generis filio eſſe naturā conſtituant cuius modi in filii imaginem eſſe inuiſibilis dei velint. An ne corpoream & cōtemptibilem: & ex locis in loca motu iceſſuq; circumuagā. Meminerint tñ ſecundum euāgelia & pphetas: & xp̄m ſpiritū et deū ſpm. Qui ſi circūſcriberēt hūc ſpiritum formabili & corporali mō: nō erit inuiſibilis dei imago corporea. Nec idefinite ſpecies: definitę moderatio. Sed neq; dominus incertum reliquit. Qui me videt: videt & patrē. Neq; apoſtolus tacuit qualis eſſet: qui eſt imago dei inuiſibilis. Dominus enim dixerat. Si non facio opera patris mei: nolite mihi credere. Hinc videri in ſe patrem docens: qd̄ opera eius efficeret: vt intellecta naturę virtus naturam intellectę virtutis oſtenderet. Per qd̄ apoſtolus hanc imaginem dei eſſe ſignificās: ait. Qui eſt imago dei inuiſibilis: primogenitus omnis creaturę: quia in ipſo conſtituta ſunt omnia in cęlis & in terra viſibilia & inuiſibilia: ſiue throni ſiue principatus ſiue poteſtates ſiue dominationes: omnia per ipſum & in ipſo cōdita ſūt: & ipſe eſt caput corporis eccleſię: qui eſt initium primogenitus ex mortuis: vt fieret in omnibus ipſe primatū tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem habitare & per ipſum recociliari omnia in eum. Per horum igitur operū virtutem imago dei ē. Nam vtiq; inuiſibilium cōditor non eſt in ea naturę neceſſitate: vt inuiſibilis dei imago viſibilis dei imago viſibilis ſit. Ac ne formę potius q̄ naturę imago eſſe intelligeretur: idcirco inuiſibilis dei imago eſt: natura in eo dei p naturę ſuę virtutem intelligenda: ſed non viſibilis qualitate. Primogenitus itaq; omnis creaturę eſt: quia in ipſo oīa creata ſunt. Et ne qd̄ in ipſo oīa creata ſunt: non ad ipſum quiſq̄ auderet referre. Omnia per ipſum & in ipſo condita ſunt: & ipſe ē ante omnes: & omnia ipſi conſtant: quia ante oīa

eſt: & in quo omnia ſunt. Et hæc quidem ad exor
dia pertinent creaturarum. Cæterum ob diſpen-
ſationem corporis noſtri ait. Et ipſe eſt caput
corporis eccleſiæ: qui eſt initium primogenitus
ex mortuis: vt fieret in omnibus ipſe primatum
tenens: q̄a in ipſo complacuit omnem plenitudi-
nē habitare: & per ipſum oīa recōciliari in eū. Red
didit apoſtolus ſpiritualibus ſacramentum com-
parationis. Nam quæ imago dei inuiſibilis eſt: ip
ſe eſt caput corporis eccleſię. Et qui primogenit⁹
omnis creaturæ eſt: idest initium: primogenit⁹ ex
mortuis eſt: vt in omnib⁹ teneat primatum: dum
nobis corporalis eſt: qui dei imago eſt: dū qui pri-
mogenitus ad ęternitatem eſt: & cui ſpiritualia de
bent: in primogenito creata q̄ maneant: ei & hu-
mana debeant: q̄d in primogenito ex mortuis re-
naſcantur ęternę. Ipſe eſt enim initium: qui cū fili
us ſit imago dei eſt. Primogenitus quoq; oīs crea
turæ eſt: cōtinens in ſe vnitatis exordium. Et rur-
ſum ipſe caput corporis eccleſiæ eſt: & primogeni
tus ex mortuis: vt in omnib⁹ teneat ipſe primatū
capitis. Et quia omnia ei conſtant: in ipſo compla
cita plenitudo conſiſtit: dum in eo per ipſū: & i eū
recōciliantur omnia. In quo per ipſū: & in ipſo oīa
ſunt creata. Sentiſne iam quid ſit eſſe imaginem
dei? Creati vtiq; oīa in eo & per eū cū i eo creātur
omnia intellige etiam eum cuius imago eſt crean
tē in eo oīa. Cū autē quę i eo creant̄ p ipſū creant̄:
ſ. hoc quoq; q imago ē naturā ei⁹ cui⁹ imago ē co
gnoſce. Et per ſe enim creat quę in ipſo creantur.
Sicuti per ipſum reconciliātur in eo: apprehende
naturam reconciliantem ſibi in eo omnia. Et cum
per eum reconciliantur omnia: ipſum patri recon
ciliantem in ſe omnia quę per ſe reconciliat intel-
lige: ait enim idem apoſtol⁹. Omnia autem a deo
qui reconciliauit nos per chriſtum: & dedit nobis
myſterium recōciliationis: quoniam quidem de⁹
erat in chriſto mundum reconcilians ſibi. Confert
cū his omne euangelicę fidei ſacramētū. Qui eīm
videtur in viſo: qui operatur in operante: qui loq-
tur in loquente: idem in reconciliante reconciliat
& idcirco in eo & per eum reconciliatio eſt quia p
indifferentem naturam pater in eo manens mun
dum ſibi ipſe per eum & in eo reconciliatione red-
debat. Conſulens itaq; humanę infirmitati deus:
nō in ęgra verborum nuditate fidem docuit. Nā
q̄ cum credendi neceſſitatē dicti dominici aucto
ritas ſola pręſtaret: tamen ſenſum noſtrum per in
telligentiam editę rationis inſtituit: vt id q̄d dixe
rat: ego & pater vnum ſum⁹: per cauſam ipſā vni
tatis expoſitę noſceremus. Dicens enim ſe per lo-
quentē loq;: & per operantē opari: & p iudicantem
iudicare: & p viſū videri: & p reconciliantē recōci-
liari: & p manere ſe i eo q̄ i ſe maneret q̄ro quo alio
ad intelligentiæ noſtræ ſenſum expoſitionis ſuæ
vti potuerit apertiori ſmone: vt viuū eē ītelligerē
tur: q̄ iſto quo per natiuitatis veritatem & naturę
vnitatem: quicquid filius ageret: & diceret: id in
filio pater & loqueretur & ageret? Non eſt hoc ita
q̄ naturæ ſpecie a ſe alienę per creationem in deū
comparatę: neq; per expoſitionem dei in deū natę
ſed perfectę natiuitate in deum pfectum genitę di
uinitatis: cuius hæc natura ſit cōſcientiæ fiducia
eſt: v dicat. Ego in patre & pater in me. Et rurſum
Omnia quę patris ſunt: mea ſūt Nihil. n. ei ex deo
deeſt: quo operante & loquēte & viſo: deus & ope
ratus & locutus & viſus ſit. Non ſunt duo in vni
us vel operatione vel ſermone vel viſione ſolitari
us deus eſt qui i operante & loquente & viſo deo
deus & operatus & locutus & viſus ſit. Hoc eccle
ſia intelligit: hoc ſynagoga non credit: hoc philo
ſophia non ſapit vnum ex vno: & totum a toto:
deū & filium: neq; per natiuitatem patri ademiſ-
ſe q̄d totus eſt: neq; hoc ipſum totum non ſecūdū
naſcendo tenuiſſe. Et q̄ſq̄s in hac infidelitate ſtul
titiæ detinebitur: aut iudęorum ſectator aut gen
tiū eſt. Vt autem dictū domini intelligas q̄d ait.
Omnia quę patris ſūt: mea ſunt. Apoſtoli & do-
ctrinam & ſidem diſce dicentis. Videte ne q̄s vos
ſeducat per philoſophiā & inanem deceptationē
ſecundum traditionem hominum: ſecundum ele
menta mūdi: & non ſecundum xp̄m: quia in ipſo
inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporali coloſ. 2.
ter. De mundo eſt qui doctrinam hominum ſapit
& philoſophiæ preda eſt: quiſquis chriſtum verū
deum neſcit: quiſquis in eo plenitudinem diuini
tatis ignorat. Humana mens hoc ſolum ſapit q̄d
intelligit: & mundus hoc tantum q̄d poteſt cre-
dit. Secundum elementorū naturam: id tantum
poſſibile exiſtimās: q̄d aut videret aut ageret. Ele
mēta eīm mūdi ex nihilo ſubſtiterūt: ſed xp̄s nō de
ſubſtētib⁹ manet: nec cœpit ab origine ſed origi

nem ab origine ſumpſit ęternã. Elementa ẽm mũ
di inaĩa ſũt aut in animam pſeceruñt: ſed chriſt9 vi
ta eſt ex deo viuẽte in viuentem deum natus. Ele
menta mundi ex deo ſunt inſtituta: non deus ſũt
Chriſtus ex deo deus: ho: totũ eſt ipſe qd̃ de9 eſt.
Elementa mundi cum intra ſint: nõ poſſũt a ſe ex
tare ne intra ſint. Deum ſub ſacramento in ſe ha-
bens chriſtus in deo ẽ. Elementa mũdi cũ ex ſe ſui
generis generant ad vitam: per corporales quidẽ
paſſiones prębent ex ſe initia naſcendi. Cæterum
non inſunt viua ipſa naſcẽtibus. Omnis vero cor
poraliter: plenitudo diuinitatis in xp̃o eſt. Et iter-
rogo cuius in eo diuinitatis plenitudo eſt. Quæ
ſi non patris eſt: mihi deum alium vnius dei fallax
prædicator imponis: cuius diuinitatis plenitudo
habitet & in xp̃o. Si vero patris eſt: edoce quo mo
do corporaliter hæc in in eo inhabitet plenitudo.
Si enim corporali modo patrem ĩ filio recludis: pa
tet in filio habitans non extabit in ſe. Sin vero qd̃
eſt potius: corporaliter in eo manẽs diuinitas: na
turę in eo dei ex deo ſignificat vnitatem: dum ĩ eo
deo deus eſt: non autem per dignationem: aut per
voluntatem: ſed per generationem verus & tot9
corporalis ſecundum ſui plenitudinem manens:
dum qd̃ ipſe eſt: id etiam per natiuitatem dei ĩ de
um natus eſt: neq; diuerſum aut diuiſum aut dif-
ferens aliquid: deus in deo eſt: cum id qd̃ eſt: cor-
poraliter: habitet ĩn chriſto aut et qoqd inhabitat
corporalit̃ id ipſum ſecũdum diuinitatis eſt pleni
tudinem: quid humana ſectaris? quid inaniũ dece
ptionum doctrinis inheres? quid mihi affers vni-
tatem: concordiam: creaturam? Plenitudo diuini
tatis in chriſto ẽ corporaliter Tenuit autem etiã
in hoc apoſtolus fidei ſuę legẽ: vt corporaliter in
xp̃o ĩhabitare plenitudinem diuinitatis doceret:
ne ad vnionem impium: fidei ſermo decideret: ne
in alterius naturæ intelligentiam furor irreligio-
ſus erumperet. Habitans enim in chriſto plenitu-
do diuinitatis corporaliter: nec ſingularis nec ſe-
parabilis eſt: dum nec ſe patitur a corporali pleni-
tudine corporalis plenitudo diſcerni: nec habitãs
diuinitas: ea ipſa ĩtelligi poteſt eſſe diuinitatis ha
bitatio. Atq; ita chriſtus eſt: vt corporaliter pleni-
tudo diuinitatis in chriſto ſit. Sicq; vero in chri-
ſto ſit diuinitatis corporaliter plenitudo: vt in eo ĩ
habitãs nihil aliud intelligatur eſſe q̃ chriſtus. Fu
rate quas voles verborum occaſiones: & irreligio-
ſi ingenii aculeos exagita. Emẽtire ſaltẽ cui9 ple-
nitudo diuinitatis in chriſto inhabitet corporali
ter. Eſt enim chriſtus: eſt & inhabitans in eo diui-
nitatis corporaliter plenitudo. Et quę ſit ſi quęras
habitatio corporalis: intellige quid ſit loqui in lo-
quẽte: & in viſo videri: & in operãte operari: & in
deo deũ: & ex toto totum: & ex vno vnum: & ita
corporalis diuinitatis plenitudinem recognoſce
Cuius hęc diuinitatis coporaliter inhabitans ple
nitudo ſit: memento apoſtolum non tacere dicẽ
tem Ea ẽm quę inuiſibilia eius: a cõſtitutione mũ
di p ea quę facta ſũt: intellecta conſpiciuntur: ęter-
na quoq; eius virtus & diuinitas. Huius itaq; di-
uinitas: corporalis in chriſto eſt: non ex patre: ſed
tota: neq; portio: ſed plenitudo: ita corporalit̃ ma
nẽs vt vnum ſint: ita vnum ſint: vt adeo non diffe
rat deus: ita indifferens a deo deus: vt pfectum de
um ſubſtituerit perfecta natiuitas: ita autem per-
fecta natiuitas ſubſiſtat: q̃a in deo ex deo nato cor
poraliter diuinitatis inhabitet plenitudo.

Explicitus eſt liber octauus.

Incipit nonus.

TRactante ſuperiori libro de in
differenti natura dei patris &
dei filii: & id qd̃ dictũ ẽ: ego &
pater vnum ſumus: demõſtrã
tes non ad ſolitarium deum p
ficere: ſed ad vnitatẽ indiſcre-
tę naturæ: ſecundum generationem diuinitatis:
dum neq; aliũde q̃ ex deo deus natus eſt: & ex deo
de9 non poteſt non id eſſe qd̃ deus eſt: percurſiſq;
& ſi non omnibus tamen ad intelligentiam ſuffi
cientibus dictorum diuinorum atq; apoſtolicorũ
teſtimoniis: quibus inſeparabilis naturæ ac pote-
ſtas patris ac filii docebatur: vſq; ad hũc apoſtoli-
cę fidei locum venimus: quo ait. Videte neqs vos
ſeducat per philoſophiam & inanem deceptionẽ
ſecundum traditionem hominum: ſecundum ele
menta mundi: & non ſecundum xp̃m: quia i ipſo
inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporali-
ter. In quo p corporaliter habitantem in eo diuini
tatis plenitudinem: verum & perfectum & pater-
nę naturæ deum demõſtrari docuimus: ita vt vbi
habitans plenitudo nec diuerſum intelligeretur
ſignificare: neq; vnicũ: cum & incorporalis dei: &

corporalis habitatio proprietatem naturalis vni-
tatis in deo qui ex deo ſubſtitiſſet doceret. Et ha-
bitãs in chriſto deus ſubſiſtẽtis xp̃i natiuitatẽ: dũ
eius eſt habitator oſtẽderet: per q̃d impietati corũ
ſatis ſuperqꝫ arbitror fuiſſe reſponſum: qui id ꝙ a
dño dictũ eſt. Qui me videt: videt & patrẽ. Et pa-
ter in me & ego in patre. Et ego & pater vnum ſu
mus. Et omnia quę patris ſunt: mea ſunt: ad vni-
tatẽ & concordiam voluntatis referrent: vt quia
dicti fides maneret: dicti tamen intelligẽtiam fal-
lacis doctrinæ religio ementita corrũperet. Et cũ
negari non poſſit voluntatum aſſenſus in iis in q̃-
bus naturæ vnitas prædicatur: ad abolendã tamẽ
eam quę ſecũdũ natiuitatem eſt vnitatẽ: ſocietas
tantum concordia crederetur. Sed beato apoſto-
lo poſt multa naturalis veritatis non ambigua p̃-
conia: corporaliter habitantis diuinitatis plenitu
dinẽ ĩ chriſto docente: abſciſa eſt omnis ĩpię terne
ritatis aſſertio: cum naturalem vnitatem incorpo
ralis diuinitatis habitatio corporalis efficeret: vt
id q̃d non ſolus filius eſt: ſed ꝙ in eo manet pater:
neqꝫ ſolum manet ſed & operatur: & loquitur: ſed
& videtur non ſint nuncupatiua ſed vera: dũ hẽt
in ſe per ſacramentũ natiuitatis: & virtus virtutẽ
& poteſtas poteſtatẽ & natura naturã: tenens per
natiuitatem ipſa q̃d ſuũ eſt: & ex ſe ſẽper ipſi⁹ ima
ginẽ referens q̃d in ſe eſt: dum & imago eſt aucto-
ris & veritas: quia perfecta natiuitas perfectã ima
ginem pręſtat: & plenitudo diuinitatis corporali-
ter inhabitans: naturalem obtinet veritatem. Et
hęc quidem q̃uis ita ſe vt ſint habeant: quia natu
ralis ex deo deus non poteſt niſi in ea natiuitatis
ſuæ natura eſſe q̃ q̃d deus eſt: & viuẽtis naturę in-
differens vnitas: inſeparabilis a ſe eſt ſub viuentis
natiuitate naturę: tamẽ per fidei euangelicę ſalu-
tarem confeſſionem ſubrepſit hęretici in aduerſi-
tatis excidium: vt naturalem filio detrahant vni-
tatem: dum aliter atqꝫ in aliud dicta: aliter atqꝫ in
aliud intelligẽda componunt. Negãtes itaqꝫ dei
filium vtuntur ea auctoritate qua dixerat. Quid
me dicis bonum? Nemo bonus niſi vnus de⁹. Vt
quia vnum deum profeſſio eius locuta ſit: quicq̃d
illud in dei nomine erit: non in natura dei maneat
quia deus vnus eſt. Atqꝫ vt id q̃d ipſe deus dicitur
nũcupatione potius q̃ veritate ſit: hinc confirma-
re nituntur quia dixerit. Hæc eſt autem vita æter
na: vt cognoſcant te ſolum & verum deum. Et vt
extra proprietatem veri dei ſit: id adiiciunt. Non
poteſt filius ab ſe facere quicq̃ niſi q̃d viderit patrẽ
facientẽ. Teneant quoqꝫ & illud. Pater maior me
eſt: Poſtremo iam tanq̃ indiſſolubili abnegatę di-
uinitatis profeſſione: ſubuertiſſe ſe fidem eccleſiæ
gloriantur: cum relegunt. De die autem illa & ho
ra nemo ſcit neqꝫ angeli in cęlis: neqꝫ filius: niſi pa-
ter ſolus. Non enim videtur exęquabilis per nati-
uitatem eſſe natura: quę ignorationis ſit neceſſita
te diuerſa: & pater ſciendo ac filius neſciendo ma-
nifeſtent diſſimilitudinẽ diuinitatis: q̃a & ignora
re de⁹ nihil debeat: & ignorãs nõ cõparãd⁹ ſit ad
ſciẽtẽ. Sed hęc oĩa: nec ratione intelligentes nec tẽ
porib⁹ ndiſcerẽtes nec ſacramẽtis euãgelicis aprę
hendentes; nec dictorũ virtutib⁹ ſentiẽtes: ſtulto
atqꝫ imperio furore aduerſus diuinitatis naturam
loquuntur: adimplentes aures ignorantium: ſola
hęc & nuda memorantes aut abſolutionibus eo-
rum tacitis aut cauſis: cum dictorum ĩtelligentia
aut ex prępoſitis aut ex conſequentibus expectet:
Atqꝫ horum quidem ſuperius memoratorũ ratio
nem: ex ipſis vel euangelicis vel apoſtolicis profeſ
ſionib⁹ preſtituri: admonẽdos eſſe omnes cõmu-
nis fidei exiſtimamus: vt in qua confeſſione æter-
nitas vitę eſt; in eadem ſit intelligẽtia ęternitatis.
Neſcit plane vitam ſuã neſcit: qui Ieſum chriſtũ
vt verum deum ita & verum hominem ignorat:
Et eiuſdem periculi res ẽ: chriſtũ Ieſum vel ſpiri-
tum deum vel carnem noſtri corporis denegare.
Omnis ergo inquit qui confitebitur me coram ho
minibus: confitebor & ego eum corã patre meo q
eſt in cęlis. Qui autem negauerit me coram homi
nibus: negabo & ego eum coram patre meo qui ẽ
in cęlis. Verbum caro factum loquebatur: & ho-
mo Ieſus xp̃s domin⁹ maieſtatis docebat. Media
tor ipſe in ſe ad ſalutẽ eccleſiæ cõſtitut⁹. & illo ip
ſo inter deũ & hoĩes mediatoris ſacramẽto vtrũqꝫ
vn⁹ exiſtẽs: dũ ipſe ex vnitis in idipſũ naturis: na
turę vtriuſqꝫ res eadem eſt: ita tamẽ vt neutro ca
reret in vtroqꝫ: ne forte deus eſſe homo naſcendo
defineret: & homo rurſum deus manendo non eſ
ſet. Hęc itaqꝫ humanę beatitudinis fides vera eſt:
deum & hominem prędicare: verbum & carnem
confiteri: neqꝫ deum neſcire q̃d homo ſit: neqꝫ car
nem ignorare q̃d verbum ſit. Cum autem contra

naturam ſenſus noſtri: deus manens homo naſcit
iam non eſt contra naturam ſpei noſtræ: vt natus
homo deus maneat: cum potior natura in inferio
rem nata fidem preſtet inferiorem in naturam na
ſci poſſe potiorem. Et quidem ſecundum legē &
conſuetudinem mundi: promptior magis ſpei no
ſtræ q̄ diuini ſacramenti effectus eſt. Nanqꝫ mun
dus in iis quæ naſcuntur habet incrementi virtu-
tem: non habet diminutionis poteſtatē. Gramen
arbores ſata pecudes ipſum quoqꝫ participē ratio
nis hominē cōtuere: ſēper pficit augmento: nūq̄
vero diminuiōe cōtrahit: nec ſe ſe caret qđ excre
uit ſeſe ſe. Nā tametſi ... ętate marceſcat: aut mor
te p imat: habet quidē aut demutationem in tem
pore: aut finem in conſtitutione viuendi. Cęterū
hoc qđ fit, non habet in veritate non ineſſe: vt no-
uum ſe per imminutionem condat ex eodē: ideſt
vt ex ſene decidat in paruulum. Naturæ ergo no-
ſtræ neceſſitas in augmentum ſemper mundi le-
ge prouecta non imprudenter profectum naturæ
potioris expectat: cui & incrementum ſecundum
naturam eſt: & imminutio cōtra naturam ē. Deo
itaqꝫ propriū fuit eſſe aliud q̄ manebat: nec tamē
non eſſe qđ manſerat. Naſci in hominem deū: nec
tamen deum eſſe deſinere: cōtrahere ſe vſqꝫ ad cō
ceptum & cunas & infantiam: nec tamen dei po-
teſtate decedere: hoc non ſibi ſed nobis eſt ſacra-
mentum. Neqꝫ aſſumptio noſtra deo profectus ē:
ſed cōtumelię ſuę voluntas: noſtra pueċtio eſt: dū
nec amittit ille qđ deus eſt: & homini acquirit vt
deus ſit. Natus igitur vnigenitus deus ex virgine
homo: & ſecundum plenitudinem temporum in
ſemetipſo prouecturus in deum hominem, hunc
per omnia euangelici ſermonis modum tenuit, vt
ſe filium dei credi doceret: & hominis filiū prędica
ri admoneret: locutꝰ & gerēs homo vniuerſa quæ
dei ſūt. Loquēs deinde & gerēs deꝰ vniuerſa quæ
hominis ſūt: ita tamē vt i ipſo illo vtriuſqꝫ generis
ſermone nūq̄ niſi cū ſignificatione & hominis lo
cutꝰ & dei ſit: vno tamē deo patre ſēper oſtēſo &
ſe in natura vnius dei per natiuitatis veritatem
profeſſo: nec tamē ſe deo patri & filio honore &
hominis cōditione ſubdēte: cū & natiuitas oīs ſe
referat ad auctorē: & caro ſe vniuerſa ſecundum
deū profiteatur infirmā. Hinc itaqꝫ fallendi ſimpli
ces atqꝫ ignorātes hęreticis occaſio eſt: vt quæ ab

eo ſecūdū hominē dicta ſūt: dicta eſſe ſecūdū natu
ræ diuinæ infirmitatē mētiātur. Et quia vnꝰ atqꝫ
idē eſt loquēs oīa quæ loquitur: de ſemetipſo oīa
eū locutū eſſe cōtēdat. Nec ſane negamꝰ totū illū
qui eiꝰ manet: naturæ ſuæ eſſe ſermonē. Sed ſi Ie
ſus xp̄s & homo & deꝰ eſt: & neqꝫ cū homo: tū pri
mū deꝰ; neqꝫ cū & homo: tū non etiā & deꝰ: neqꝫ
poſt hominē i deo non totꝰ homo: totꝰ deꝰ: vnū
atqꝫ idē neceſſe eſt dictorum ſacramētum eiꝰ eſſe
quod generū. Et cū i eo ſecundū tēpus diſcernis
hominē a deo: dei tū atqꝫ hominis diſcerne ſermo
nem: & cum deum atqꝫ hominem in tempore cō
ſiteberis: dei atqꝫ hominis in tempore dicta diiudi
ca. Cum vero ex homine & deo: rurſū totiꝰ homi
nis totiꝰ etiā dei tempus intelligis. Si quid aliud
ad demōſtrationem eiꝰ temporis dictum eſt: tem
pori coaptato quæ dicta ſunt: vt cum aliud ſit āte
hominē deꝰ: aliud ſit homo & deꝰ. aliud ſit poſt
hominem & deum totꝰ homo totꝰ deus: non cō
fūdas tēporibꝰ & generibꝰ diſpēſationis ſacramē
tum: cū pro qualitate generum ac naturarū: aliū
ei in ſacramēto hominis neceſſe eſt ſermonē fuiſſe
non nato: aliū adhuc morituro: aliū iā ęterno. No
ſtri igitur cauſa hec omnia ieſus chriſtus manens
& corporis noſtri homo natus ſecundum conſue
tudinem naturæ noſtræ locutus eſt: non tā omit
tens naturæ ſuæ eſſe qđ deus eſt. Nam tāetſi in p
tu ac paſſione morte: naturæ noſtræ rem perege-
rit: res tamen ipſas omnes virtute naturæ ſuę geſ
ſit: dum ſibi ipſe origo naſcendi eſt: dum pati vult
qđ eum pati non licet: dum moritur qui viuit. Et
tamen cum hæc deus per hominem agit: ex ſe na-
tus per ſe paſſus & ex ſe mortuus: nonne hominē
ſe non egit dum & natus & paſſus & mortuus ē?
Hæc autem iam ante conditionem mundi ſacra-
menta ſunt cęleſtium myſteriorum cōſtituta: vt
vnigenitus deus hō naſci vellet: manſuro i æter-
num in deo homine vt deus pati vellet: ne paſſio-
nibus humanæ infirmitatis diabolus deſęuiens le
gem in nobis peccati deo infirmitatem noſtram
aſſumēte retineret: vt deus mori vellet: ne qua in-
ſolens poteſtas aduerſus deum eſſet. Neqꝫ creatę
in ſe virtutis poſſet vſurpare naturam: cum ſe im
mortalis deus intra legem mortis habuiſſet. Na-
ſcitur itaqꝫ deus aſſumptioni noſtræ: patitur ve-
ro innocentiæ: poſtremo moritur vltioni: dum &

homo noſter in deo permanet: & infirmitatũ no-
ſtrarum paſſiones deo ſocię ſunt: & ſpiritales ne-
quitię ac malitię poteſtates triumpho carnis deo
per carnem moriente ſubduntur. Huius igitur ſa
cramenti apoſtolus conſcius: & per dominum ip-
ſum fidei ſcientiam adeptus cũ non ignoraret in
capacem eſſe eius & mundum & homines & phi-
loſophiam ait. Videte ne quis vos ſeducat per phi
loſophiam & inanem deceptionem ſecundũ tra-
ditionem hominum: ſecundum ęlementa mundi
& non ſecundum xp̃m quia in ipſo inhabitat ple-
nitudo diuinitatis corporaliter: & eſtis in illo re-
pleti qui eſt caput omnis principatus & poteſta-
tis. Expoſita itaq; habitantis corporaliter diuini-
tatis in eo plenitudine: ſacramentum aſſumptio
nis noſtræ continuo ſubiecit dicens. Et eſtis in
eo repleti. Vt enim in eo diuinitatis eſt plenitu-
do: ita in eo & nos ſum⁹ repleti. Neq; ſane ait eſtis
repleti: ſed in eo eſtis repleti: quia per fidei ſpem in
vitam ęternam regenerati ac regenerandi omnes
nunc in chriſti corpore manent: replendis poſtea
ipſis non in eo ſed in ipſis ſecundum temp⁹ illud
de quo apoſtolus ait. Qui trãſfigurauit corp⁹ hu
militatis noſtræ conforme corpori claritatis ſuæ.
Nũc igit̃ eo in repleti ſum⁹ ideſt per aſſumptio-
nem carnis eius: in qua diuinitatis plenitudo cor
poraliter inhabitat. Et huius ſpei noſtræ non exi-
gua in eo poteſtas eſt. Nãq; q̃d repleti in eo ſumus
hoc eſt caput ac principiũ omnis poteſtatis ſecun
um illud. Vt in nomine ſuo omne genu flectat
cęleſtium terreſtrium & infernorum & omnis lin
gua cõfiteat̃ q̃a dñs ieſ⁹ xp̃s in gl̃ia ẽ dei p̃ris. Cõ-
feſſio itaq; hęc erit ieſum in gl̃ia dei p̃ris: & natum
in homine: iam non in infirmitate corporis noſtri
manere ſed in dei gloria. Et hoc linguã omnis cõ-
ſitebitur. Et cum cęleſtia & terreſtria genu flectẽt
hoc caput omnis principatus & poteſtatis eſt: vt
ei vniuerſa genu flectendo ſubiecta ſint: in quo ſu
mus repleti. Et qui per habitantem in ſe corpora-
liter diuinitatis plenitudinem in dei patris gloria
eſt confitendus. Demonſtrato autẽ & naturę ſuæ
& aſſumptionis noſtræ ſacramento: cum in eo ple
nitudine diuinitatis manente: nos in eo per id q̃d
homo natus eſt repleamur: reliquam diſpẽſationẽ
humanæ ſalutis exequitur dicens. In quo & circũ
ciſi eſtis circũciſione non manufacta i diſpoliatio-
ne corporis carnis: ſed in circũciſione xp̃i cõſepul-
ti ei in batiſmate. in quo & conſurrexiſtis per fidẽ
operationis dei qui excitauit eum a mortuis. Cir-
cũcidimur itaq; nos non circũciſione carnali ſed
circumciſione xp̃i: ideſt in nouum hominem rena
ti. Cum enim ſepelimur batiſmate eius: mori nos
neceſſe eſt ex vetere homine: quia regeneratio ba-
ptiſmi reſurrectionis eſt virtus: & hæc circumci
ſio xp̃i eſt: nõ expoliari carne preputii: ſed totos cõ
mori ei: & per id totos poſtea ei viuere. In eo enim
reſurgimus per eius dei fidem qui eum ſuſcitauit
a mortuis. Credendus ergo deus eſt: cuius opera-
tiõe xp̃s excitat⁹ a mortuis eſt: quia fides iſta cor-
reſurgit in chriſto. Conſummatur deinde ita om-
ne hominis aſſumpti ſacramentũ. Et vos cũ mor-
tui eſſetis in delictis & p̃putio carnis veſtræ viui-
ficauit cum illo donatis vobis omnib⁹ delictis: de
lens q̃d aduerſum nos erat chyrographum in ſen-
tentiis q̃d erat contrarium nobis: & ipſum tulit e
medio affigens illud cruci: exutus carnem & po-
teſtates oſtentui eſſe fecit triũphatis his i ſemet-
ipſo. Apoſtolicam fidem ſęculi homo nõ capit: &
ſenſus ſui dicta alius pręterq̃ ipſius ſermo non ex
plicat. Deus chriſtũ a mortuis excitat: & chriſtum
in quo corporaliter diuinitatis plenitudo inhabi-
tat. Sed conuiuificauit nos cum illo donans no-
bis peccata & delẽs chyrographum legis peccati
q̃d per ſententias anteriores cõtrariũ nobis erat
Hoc tollẽs de medio: & cruci affigens mortis le-
gi carne ſe ſpolians: poteſtates oſtentui reddens
his i ſemetipſo Et de triumphatis poteſtatibus in
ſemetipſo atq; oſtẽtui redditis: deleto ꝑ chyrogra
pho viuificatiſq; nobis: iam ſuperius tractauimus
Hoc vero ſacramẽtũ quis vel apprehendet vel lo
quetur! Suſcitat operatio chriſtum a mortuis: &
hæc eadẽ dei operatio nos viuificat cum chriſto:
Et hæc eadem operatio donat peccata: chyrogra
phum delet & affigit cruci. Carnem ſe exuit: po-
teſtates oſtẽtui reddidit: ac de his in ſemetipſo tri
umphatis. Habes operationem dei: chriſtũ a mor
tuis excitatum: habes & chriſtum hæc ipſa in ſe
quę deus operatur operantem. Chriſt⁹ enim mor
tuus eſt carne ſe ſpolians. Tene ergo xp̃m hominẽ
a deo ex mortuis excitatum tene deũ xp̃m homi-
nem ſalutis noſtræ operatione cum eſſet moritu-
rus operantem. Et cum hęc deus operatur in chri

ſto: operans licet deus: ſpolians ſe tamẽ xp̃s carne moriturus ſit: Et cum mortuus eſt chriſtꝰ operãs ante mortem deus: mortuum tamen xp̃m operatio dei excitet: cum ipſe ſit chriſtus a mortuis excitatus qui eſt ante mortem xp̃s operatus: & idẽ ſit ſpolians ſe carne moriturus. Iã ne fidei ſacramẽtũ intelligis? Iã ne xp̃m heres cognitum? Quero enĩ a te quid ſit carne ſe ſpoliãs: & quæ ſit caro illa ſpoliata. Duplicis enim intelligentiæ ab apoſtolo teneo ſignificationem: ſpoliatę carnis ſeq; carne ſpoliantis. Et inter hæc chriſtum audio per operationem dei a mortuis excitatum. Et cum ſit chriſtũ a mortuis excitans deus: ſitq; & xp̃s excitatꝰ a mortuis: interrogo quis eſt carne ſe ſpolians: & quis ẽ xp̃m a mortuis excitans noſq; viuificans cũ chriſto? Si enim non idem eſt chriſtus mortuus qui eſt caro ſpoliata: carnis expoliatę nomen oſtende. Et rurſus: naturam eius qui ſe carne ſpoliauit expone: & rurſum ſpoliatam carnem chriſtũ eſſe a mortuis excitatũ. Deĩde pricipatus & poteſtates oſtẽtui reddentem: & triũphantem reperio in ſemetipſo. Intelligis ne hunc triumphantem poteſtates in ſemetipſo? Sentis ne q̃ a ſe nõ differat caro ſpoliata: & carne ſe ſpolians? In ſemetipſo enim triumphat id eſt i ea qua ſe carne ſpoliauit. Vides ne ita deum & hominem p̃dicari: vt mors homini: deo vero carnis excitatio deputet? Non tamẽ vt alius ſit qui mortuus eſt: & alius ſit per quem mortuus reſurgit. Spoliata enim caro chriſtus eſt mortuus Et rurſus chriſtum a mortuis excitans: idem chriſtus eſt carne ſe ſpolians. Naturam dei: in virtute reſurrectionis intellige. Diſpenſationem hominis in morte cognoſce. Et cum ſint vtriuſq; ſuis geſta naturis vnum tamen chriſtum Ieſum eum memẽto eſſe qui vtrũq; eſt. Q̃z enim memineri frequẽter ad deum patrem per apoſtolum referri: chriſtũ a mortuis eſſe ſuſcitatum: ſed non eſt apoſtolꝰ extra euangelicam fidem: dicti ſui ipſe cõtrariꝰ: maxime domino dicente. Propter hoc me pater diligit: q̃d ego pono animam meam et iterum recipiam eã. Nemo tollet eam a me: ſed ego pono eam a me. Poteſtatem habeo ponendi eam & poteſtatem habeo iterum accipiendi eam. Hoc mandatũ accepi a patre. Vel cũ poſtulatum ab eo eſſet: vt ſignum ad fidem de ſe oſtenderet ait de templo corporis ſui. Soluite templum hoc: & ego ĩ triduo excitabo illud. Cum enim p̃ accipiendę animę poteſtatem & per ſuſcitandi templi virtutẽ ipſum ſe ſibi reſurrectionis ſuę deũ doceat: totũ hoc tamen ad mandati paterni refert auctoritatem. Non cõtrarie intelligitur apoſtolus chriſtũ dei virtutẽ & dei ſapiẽtiã p̃dicaſſe: omnẽq; operis ſui magnificẽtiã p̃ id ad patris gloriã retuliſſe: quia q̃cq̃d chriſtus gerit: virtus dei & ſapiẽtia gerit. Et q̃cq̃d virtus dei & ſapiẽtia gerit: ſine dubio deꝰ gerit: cuiꝰ & ſapientia eſt chriſtus & virtus. Deniq; nũc p̃ operationẽ dei excitatus xp̃s a mortuis ẽ q̃a p̃ opera dei p̃ris ipſe naturæ a deo nõ differentis operatꝰ ẽ. Et in eo reſurrectiõis fides ẽ q̃ xp̃m ſuſcitauit a mortuis. Hãc igit̃ beatꝰ apoſtolꝰ geminę in xp̃o ſignificationis tenuit p̃dicationẽ: vt infirmitatẽ in eo hominis & virtutẽ dei & naturã doceret: ſecundũ illud corinthiis dictũ. Nã & ſi crucifixus ẽ ex ĩfirmitate nr̃a: ſed viuit ex virtute dei. Mortẽ ĩfirmitatis humanę: vitã vero dei virtutis oſtẽdẽs. Et illud ad romanos. Qui enim mortuꝰ ẽ peccato: mortuus eſt ſemel. Qui autẽ viuit viuit deo. Sed & vos deputatę vos mortuos q̃dẽ eẽ peccato: viuere autẽ deo in chriſto ieſu. Mortẽ peccato id eſt corpori noſtro aſcribẽs: vitã autẽ deo: cui ẽ naturale q̃d viuit. Et p̃ id nos corpori noſtro mori oportẽret: vt deo viuamus in chriſto Ieſu: qui peccati noſtri corpꝰ aſſumens: totus iã deo viuit: naturæ noſtrę ſocietate ĩ cõmunionẽ diuinę immortalitatis vnita. Hęc igitur demonſtranda a me paucis fuerint vt vtriuſq; naturæ perſonã tractari in domino Ieſu xp̃o meminiſſemꝰ: quia qui in forma dei manebat formã ſerui accepit: p̃ quã obediẽs vſq; ad mortẽ fuit obedientia enim mortis non eſt in dei forma: ſicuti nec dei forma ineſt in forma ſerui. Per ſacramẽtum autem euangelicę diſpenſationis non alius eſt in forma ſerui: q̃ qui in forma dei eſt. Cũ tamen ſerui formam accipere: & in forma dei manere nõ idem ſit: cum accipere formam ſerui niſi per euacuationem ſuam non potuerit qui manebat ĩ dei forma: non conueniente ſibi formę vtriuſq; concurſu. Sed non alius atq; diuerſus eſt qui ſe exinaniuit & qui formam ſerui accepit. Accepiſſe enim non poteſt eius eſſe qui nõ ſit: quia eius ſit qui ſubſiſtat accipere. Ergo euacuatio formę non eſt abolitio naturæ: quia q̃ ſe euacuat: nõ caret ſeſe: & qui accipit manet. Et cum ipſe ſit euacuans & accipi-

cipies: habet quidem in eo ſacramentū qđ ſe eua-
cuat & accipit: nō habet tamen interitum: ne nō
extet euacuans: & ne non ſit accipiens. Itaq; eua-
cuatio eo proficit: vt proficiat forma ſerui: non vt
xp̄s qui in forma dei erat: chriſtus eſſe nō maneat:
cū formam ſerui non niſi chriſtus acceperit. Qui
cum ſe euacuauerit vt manēs ſpiritꝰ chriſtus idē:
xp̄s homo eſſet in corpore: demutatio habitꝰ & aſ
ſumptio naturæ naturā manētis diuinitatis non
peremit: quia vnꝰ atq; idē chriſtꝰ ſit: & demutans
habitū & aſſumens. Oſtenſa itaq; ſacramētorum
diſpēſatiōe p quā hęretici ignorātes quoſq; falle-
rēt vt ea quę per aſſūpti hominis naturā dicta ge-
ſtaq; ſunt omnia infirmitati diuinitatis aſcriberēt
& formę dei deputarent quicquid formę ſerui pro
priæ aptatum eſt: nūc ipſis propoſitionibus eorū
reſpondendum ē. In totum enim iam dictorū ſin-
gulorum genera diiudicabūtur: cū verbum & car
nem idest deum & hominem & Ieſū chriſtū ſola fi
des ſit confiteri. Deum igitur dominū noſtrū Ie-
ſum chriſtū ex eo negandū per naturam hæretici
exiſtimāt q̄a dixerit. Quid me dicis bonū? Nēo
bonꝰ ē niſi vnꝰ deꝰ. Ois reſpōſionū ratio neceſſe ē
vt ex iterrogationū cauſis pficiſcat. Ad id. n. reſpō
debit: vnde quętit. Et primū tegro a dicti hꝰ calū-
niatore: vtrum ne id arguere dominum exiſtimet
cur bonus dictus ſit: quia ſe ſe maluerit malum di
ci. Id enim ſignificari videatur hoc dicto: quid me
bonū dicis? Non opinor quiſq̄ tam vecors erit vt
maliciæ profeſſionē ei velit aſcribere qui dixerit.
Venite ad me omnes qui laboratis & hōorati eſtis
& ego reficiā vos. Tollite iugum meū ſuper vos:
& diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde: &
inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enī
meū ſuaue eſt & onus meum leue eſt. Mitem ſe p
fitetur & humilem: & iraſci creditur; cur bonꝰ di-
ctus ſit? Profeſſionum hæc diuerſitas diſſidet: vt
bonitatis ſuæ teſtis nomē in ſe bonitatis accuſet.
Non ergo iraſci intelligitur ſe bonum dici. Que-
rēdum eſt quā aliā de ſe profeſſionem arguet: qui
non credēdus eſt nomen in ſe bonitatis arguere.
Videamus itaq; quid prætet bonum interrogans
dixerit: ait enim Magiſter bone quid boni faciam?
Duas igiť res cōnūcupauit & bonum & magiſtrū
Et quia non arguit bonum ſe dici: hoc neceſſe eſt
arguat qđ magiſter bonꝰ dictus ſit. Ita aūt arguit
ſe magiſtrū bonum dici: vt fidē iterrogātis potius
q̄ vel magiſtri in ſe vel boni nomen argueret. Iu-
uenis enim inſolēs p obſeruātiā legis: & finē legis
qui xp̄s eſt neſciens: & iuſtificatū ſe i operibus exi
ſtimās: & nō itelligēs veniſſe eum ad oues pditas
domꝰ iſrael: & i poſſibile eſſe legi per fidem iuſtifi
catiōis ſaluare credētes: tanq̄ communium præ-
ceptorū & in lege ſcriptorū magiſtrū interrogat
dominū legis & vnigenitū deum. Deteſtatꝰ itaq;
dominꝰ hāc de ſe irreligioſæ fidei pfeſſionē quod
tāq̄ magiſter legis iterrogaretur reſpōdit. Quid
me dicis bonū? Atq; vt ſignificaret quatenꝰ itelli
gēdꝰ & pfirēdꝰ bonꝰ eēt: ſubiecit. Nemo bonus
niſi vnꝰ deꝰ. Non reſpuit bonitatis nomē: ſi ſibi
hoc tāq̄ deo deputaretur. Deniq; oſtēdēs ſe magi
ſtri i ſe boni per fidē eiꝰ q tanq̄ hominē iterrogat:
nomē arguere: poſt iactātiā iuuenis & gloriā legis
iplete ita reſpōdit. Vnū tibi deē. Vade vēde quæ
habes: & da paupibꝰ & habebis theſaurū in cęlo &
veni ſequere me. Nō refugit bonitatis de ſe nomē
q cæleſtē theſaurū pollicet: nec magiſtrum ſe non
vult videri qui ducē ſe perfectę huiꝰ beatitudinis
pſtat. Terrenæ autē de ſe opinionis fidē arguit bo
nitatē in ſolo deo docēs eē. Et vt ſe deū bonū ſigni
ficaret: bonitatis eiꝰ vſus officiis: cęleſtes theſau-
ros pādēs: & ſe ad eos premiū tribuēs. Ita & quę ſi
bi tanq̄ homini tantū deferebanť: deteſtať neq; ſe
ab iis quę deo deputabat: profeſſus alienū eſt cum
vnū deū bonū confitēs ea ipſa loquereť atq; ageret
quę vnꝰ dei virtutis: bonitatis atq; naturæ ſunt.
Qz igitur nō bonitatis nomen refugerit. ſed neq;
magiſtri honorē recuſauerit. ſed fidē eius qui in ſe
nihil niſi corporeum & carnale ſapuiſſet arguerit:
hinc intelligitur: qđ aliter ad apoſtolos magiſtrū
ſeſe confitentes locutus eſt dicens. Vos me voca-
tis magiſtrum & dominum: & benedicitis: ſū et-
enī. Et alibi cum dixiſſet. Ne vocemini magiſtri:
quia magiſter veſter chriſtꝰ eſt. Vbi cum fide ma-
giſter eſt: ibi adeo laudat: vt & profiteatur hoc no
mē. hic vero boni magiſtri nomē non recognoſcit:
vbi nec dominus intellectus eſt eſſe nec chriſtus:
ſolum vnum deum bonum prædicans: non ſe vel
q; a deo ſecernens: qui & dominum ſe profeſſus &
chriſtum ducem cæleſtis theſauri oſtendat. Te-
nuit autem hunc ſemper dominus fidei eccleſia-
ſticæ admodū: vt patrē deū vnū pdicās: ſacramēto ſe

dei non ſepararet vnius: dum per naturam natiui
tatis neq̃ alium ſe deum profiteretur eſſe neq̃ ip-
ſum: quia cum nec diuerſi generis deum eē natu-
ra in eo vni⁹ dei patrif: neq̃ natiuitas admittit nō
pfectū ei eē qđ fili⁹ eſt. Ita nec ſeparabilis a deo po
teſt eē: neq̃ ipſe ē. Per qđ ita omnē ſmonis ſui ſigni
ficationē tēperat: vt quicqđ deo patri honoris p-
teſtaret: id modeſtiſſima confeſſione etiā ſibi pro-
priū eſſe demōſtraret. Cum enim ait. Credite i de
um: & in me credite: quero in quo ſe in natura di-
ſcreuerit: q nō diſcreuit i honore. Dicēs eīn & i me
credite: cū dixiſſet & in deū credite. An ne p id qđ
ait: & in me: non & ſuā intelligitur ſignificaſſe na-
turam? Naturā plane ſepara: ſi fidē ſeparas. Si cre
didiſſe ſine chriſto in deum: vita ſit: chriſtū a dei &
nomine & proprietate diuelle. Q2 ſi vitā perficit
credere in chriſto eos qui in deum credunt: verbi
virtutē diligēs lector expendat. Credite in deū &
in me credite: cum enim ait credite in deum & in
me credite vniens ſe fidei dei: & naturæ eius vni-
uit. Cum memorato deo in quē credi oporteret: &
in ſe docuerit eſſe credendum deum ſe per id do-
cens cum credendum in eum ſit ab iis qui in de-
um credant. Occaſionem tamen irreligioſe vni-
onis excluſit: quia cū & in deum in ſe credendum
profeſſus ſit: fidem de ſe ſolitarii non reliquit. Q2-
q̃ igitur in pluribus ac pene omnibus dictis ſacra-
menti huius preſtiterit abſolutionem: ne quando
confeſſus deum patrem: ab eius ſe vnitate diſcer-
neret: neq̃ ſe in vnitate ipſius collocans: eundem
tamen vnum & ſolitarium profiteretur: tamē eti
am ex hoc vel maxime intelligitur ſacramentum
& vnitatis & natiuitatis doceri: cum ait. Ego au-
tē habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera enim
quæ dedit pater mihi vt perficiam ea: ipſa opera
quę facio teſtimonium perhibēt de me: quoniam
pater me miſit: & qui miſit me pater: ipſe teſtifica
tus eſt de me. Neq̃ vocem eius vnq̄ audiſtis: neq̃
figuram eius vidiſtis: & verbum eius non habetis
in vobis manens: quoniam me miſit ille: huic vos
nō creditis: Patrem teſtatum eſſe de filio quo mo-
do vere intelligitur: cum nec ipſe viſ⁹ ſit: nec vox
eius audita ſit? Memini quidem de cęlis auditam
vocem fuiſſe dicentis. Hic eſt filius meus dilect⁹
in quo mihi bene complacui: hūc audite. Et quo
modo vox dei audita non eſt: cum paternę vocis
ſignificatione in ſe vox audita contineat? Sed for-
te in hieroſolymis manentes non audierunt: quia
in deſertis Ioannes ſolus audierit. Querendum ē
ergo in hiroſolymis quo modo teſtatus eſt pater.
Non enim teſtimonio iam Ioannis vtitur vocem
e cęlo audientis: ſed habet teſtimonium maius Io
anne: & qđ hoc eēt: cōtinuo ſubiecit. Opa eīn quæ
dedit mihi pater vt perficiam ea: ipſa opera quæ
facio: teſtimonium perhibent de me: quoniam pa
ter me miſit. Agnoſco teſtimonii auctoritatem:
neq̃ enim quiſq̄ niſi filius a patre miſſus hæc age
ret. Opus ergo ſuum: teſtimonium eſt. Sed quid
tandē ſequitur? Et qui me miſit pater: ipſe teſtifica
tus eſt de me. Neq̃ vocē eius vnq̄ audiſtis: neq̃ fi
gurā eius vidiſtis: & verbū ei⁹ nō habetis in vobis
manens: extra crimē ergo ſūt ignorantes teſtimo-
niū pr̄is: qui i iis nūq̄ audit⁹ ac viſ⁹ ſit: & in iis nō
maneat verbū ei⁹: Sed non ſūt ſub venia incogni
ti ſibi teſtimonii: quia teſtimoniū de ſe pr̄is: operū
ſuorū teſtimonium eſſe profitetur. Opera igitur
de eo teſtantur qđ a patre ſit miſſ⁹. Sed hoc operū
teſtimoniū patris eſt. Et cū operatio filii patris te-
ſtimonium ſit: eam neceſſe eſt operari i chriſto na
turā intelligendam eſſe per quā teſtis & pater eſt.
Atq̃ ita chriſtus operans: & in eius opere pater te
ſtans: oſtenduntur inſeparabilis ſecundum nati-
uitatem eſſe naturæ: cum dei de chriſto teſtimoni
um: ea ipſa chriſti eſſe ſignificetur operatio. Non
ſunt itaq̃ extra reatum non cogniti ſibi teſtimo-
nii: cum opus chriſti teſtimonium: de eo patris ſit
Neq̃ in eo q̃ tātantis vocem non audierint: &
figuram non viderint: & verbū ei⁹ manēs nō ha-
buerit: idcirco ſine teſtimonii ſūt cōſciētia. Ad id
eīn qđ dictum eſt: neq̃ vocem eius audiſtis: neq̃
figuram eius vidiſtis: & verbum eius manens nō
eſt in vobis. Et cum teſtatus de eo pater fuiſſet: vt
cauſa tamē neq̃ vocis auditæ: neq̃ viſę figuræ: &
verbi in iis non manentis poſſit: continuo ſubie-
cit. Quoniā quē miſit ille: huic vos non creditis.
Sed credito: & vocem dei audiendam & figuram
videndam: & verbum eius in iis q credēt ineſſe de
monſtrans cum per naturæ vnitatē in ſe pater &
loqueretur & videretur & haberetur. Nunquid
non & patrem ſignificat: cum miſſ⁹ ab eo eſt? Nū
quid ſe per aliquam naturæ differentiam a patre
diſcreuit: cum hinc pater teſtans de eo: neq̃ audi

tus ſit: neqꝫ viſus ſit: nec intellectus ſit quia miſſo
ſibi a patre non creditū ſit? Non ſe ergo vnigeni-
tus deus a deo ſeparat patrem deum confitēs: ſed
ꝑ ſignificationē patris deo pr̄e demōſtrato ſe quo
ꝙ in dei honore conſtituit. Nanqꝫ in hoc ipſo eo-
demqꝫ ſermone in quo operibus ſuis teſtari ſe miſ
ſum a patre docet: & patrē teſtātē ꝙ ab eo miſſꝰ
ſit ſignificat: cum dixiſſet: & honorem eius qui ē
ſolus deus non queritis: non tamen hoc dictū nu-
dū non antea ad vnitatis fidem preparatum reli-
quit. Superiꝰ eñ ita ait. Non vultis venire ad me
vt vitam habeatis: honorē ab hoībus non accipio
ſed cognoui vos quoniā dilectionē dei non habe-
tis in vobis. Ego veni in nomine patris mei & nō
accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo: illū
recipietis. Quo modo poteſtis vos credere qui ho
norem ab hominibꝰ accipitis & honorē eius qui ē
ſolus deus non queritis? Honorem improbat ho-
minū: quia honor potius quaerendus a deo eſt: &
infidelium eſt honorem ab altero accipere. Quid
eñ homo homini honoris impartiet? Cognitum
itaqꝫ ſibi ait: dilectionē dei ī iis nō eſſe: & nō manē
tis in iis dilectionē dei: hāc docet cauſā: quia ſe ve
nientē in noīe patris ſui nō accipiūt. Quid ergo ē
in noīe patris eū venire? Nunquid aliud q̄ in noīe
dei? Aut nūquid non idcirco in iis dilectio dei nō
eſt: quia nō ſuſceptꝰ ſit in nomine dei veniēs? Aut
nūquid in ſe nō & naturā dei ſignificauerat dicēs.
Non vultis venire ad me vt vitam habeatis? Nā
& in eodem ipſo ſermone iam dixerat. Amen amē
dico vobis quoniā venit hora & nūc eſt: in qua au
dient mortui vocem filii dei: & qui audierit viuēt
Cū in nomine patris venit: neqꝫ ipſe pater eſt: nec
tamen non in ea eſt diuinitatis natura qua pater ē
quia & filio & deo propriū eſt in noīe dei patris ve
nire. Deinde accipiendus eſt alius: in nomine eo-
dem veniens. Sed hic homo eſt: a quo ſibi honorē
homines ſperabūt: & cui honorē reddent viciſſim
cum tamē ſe idem in nomine patris veniſſe fallet.
Et hic quidem antichriſtum ſignificari non obſcu
rum eſt mēdacio paterni nominis gloriātē. Et cū
hunc honorabūt: atqꝫ ab eo honorabūtur: tūc eñ
ſpiritū erroris excipiēt: honorē eius qui eſt ſolꝰ de
us non querēt. An ne cum ob hoc dilectionem dei
non habeāt: quia venientem ſe in noīe pr̄is nō ac-
ceperunt: & rurſum venientē alium in eodem no-
mine recipientes: & honorem ab alterutro accipi-
entes: honorem eius qui ſolus deꝰ eſt nō requirāt:
ſeparare ſe xp̄s ab honore vnius dei poterit intelli
gi: cum idcirco nō queratur honor ſolius dei quia
antichriſtum ſuſcipiendo nō ſit ille ſuſceptꝰ? Nā
cuius repudiatio: honoris ſolius dei praetermiſ-
ſio eſt: in huius honore neceſſe eſt honorem ſolius
dei eſſe. In cuius ſi ſuſceptione manſiſſent: hono-
rē ſolius dei queſiſſent. Et hic idē ipſe ſermo teſtis
eſt nobis: in cuius exordio continet̄: vt omnes ho-
norificēt filium ſicut honorificant patrē. Qui nō
honorificat filiū non honorificat patrē qui miſit il
lū. Nunq̄ enim natura alia exequatur in honore:
neqꝫ exequatus honor ſeparat honorandos: cū ſa
cramēto natiuitatis poſcit̄ honoris aequalitas: cū
filius ita honorandus vt pater ſit. Et cum eius qui
ſolus eſt deus: honor nō queritur: non eſt extra ſo
lius dei honorem: cuius honor idem atqꝫ vnus &
dei eſt: quia vt non honorificans filium nō hono-
rificat & patrem: ita & ſolius dei honorem nō que
rēs: nō querit & chriſti. Inſeparabilis itaqꝫ eſt a dei
honore honor xp̄i. Et q̄ vnus atqꝫ idē vtriuſqꝫ ſit:
etiā ex eo docet cū ait nūciata ſibi lazari infirmita
te. Infirmitas haec nō eſt vſqꝫ ad mortē ſed ꝓ glo-
ria dei eſt: vt honorificet̄ filius dei ꝑ eū. Pro gloria
dei lazarus morit̄: vt filiꝰ dei glorificetur per laza
rū. Nūquid ambigitur: in gloria filii dei eſſe gloriā
dei: cū mors lazari quae deo ſit glorioſa: gloriā ſit
dei filio paritura? Atqꝫ ita & naturalis per natiui-
tatē vnitas dei patris in chriſto docetur: cū infir-
mitas lazari pro dei gloria eſt: & ſacramentum ſi
dei retinetur: cum per lazarum glorificādꝰ eſt dei
filiꝰ deo perinde dei filio intelligēdo: neqꝫ ita deo
intelligendo: vt nō etiā dei filio confitendo: cum
glorificando per lazarū deo: dei ſit filius glorioſꝰ.
Inſeparabilis ſacramēto diuinę naturae eſt viuētis
a viuēte natiuitas: nec demutationem generis ac
cipit filius dei: ne non in eo paternae naturae veri-
tas maneat. Nā & iis ipſis ſignificationibꝰ quibus
confeſſo vno tantum deo abnegaſſe in ſe dei natu
ram videtur: ſub ſolius demonſtratione: in vnita-
te ſe tamen paternae naturae vnius dei fidem non
conuellēs locauit. Interrogatus enim a ſcriba qđ
in lege eſſet pricipale mandatum? reſpōdit. Audi
iſrael: dominus deus tuus: deus vnꝰ eſt. Et diliges
dominū deū tuū ex toto corde tuo & ex tota ani-

ma tua & ex totis viſceribus tuis & ex tota virtu-
te tua. Hoc eſt primum mandatũ. Secundũ autẽ
ſimile eſt huic. Diliges proximũ tuum tanq̃ te ip-
ſum. Maius autẽ horũ mãdatorũ non eſt. Alienãſ
ſe ſe a natura & religione vniꝰ dei exiſtimat: cũ pri
cipalis mandati hæc ſit profeſſio. Audi iſrael dñs
deus tuus: deus vnus eſt. Deinde ne in conſequen
tis ſe quidem mandati religione conſtituat: cũ ad
proximos dilectionẽ lex ſicut ad vnius dei fidem
vocaret. Et quidem reſponſio ſcribę nõ eſt negli-
genda dicentis. Benedixiſti magiſter in veritate:
qđ vnus ſit deus: nec eſt alius præter illum. Ita di-
ligendus ex toto corde & ex totis virtutibus & ex
tota anima: & diligere proximũ tanq̃ ſe ipſũ hoc
maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrifi-
ciis. Reſponſio ſcribę videtur cum dictis domini
conuenire vnius dei charitatem intimam internã
q̃ profitentis. & dilectionem proximi ſecundum
proprię dilectionis veritatem pollicentis & ſupra
ſacriſiciorum holocauſtomata charitatẽ in deum
atq̃ hominem eſſe intelligentis. Sed quid ſequit:
videndum eſt. Videns autem Ieſus q̃ ſapiẽter re
ſpondiſſet: dixit illi non es lõge a regno dei. Quid
ſibi vult tam moderatæ reſponſionis profeſſio? cũ
hominem ad cęlorum regnum fides iſta cõſũmet
vnum deũ credere: & eum tota anima & totis vir
tutibus & toto corde diligere: proximum quoq̃
ita vt ſeipſum amare. Scriba hic non iam in regno
dei fit: ſed non longe a dei regno fit? Alia iſtud ſi-
gniſicatione nudum veſtientibus & eſurientem
alentibus: & ſitientem potantibus & egrotum vi
ſitantibus & clauſum carcere frequentantibus da
tur. Venite benedicti patris mei: poſſidete prępa-
ratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Vel
illis quibus hæc pauperis ſpiritus merces eſt. Bea
ti pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum
cęlorum. Perfectus hic fructus eſt: & abſoluta pro
feſſio eſt: & præparati regni non incerta traditio.
Aut nũquid adoleſcens minus aliquid horum cõ
fitebatur? Nam exęquata ad amorem ſuum dile-
ctione proximi quid de boni operis conſumatiõe
non egerat? Interdum enim indulgẽtem officio-
ſumq̃ eſſe non perfectę eſt charitatis: perfecta au
tem charitas omne huiuſmodi indulgentiæ im-
plebit officium: cum non reliquerit qđ alteri debe
at: qui tantum alteri quantũ ſibi reddat. Sed igno
ratione conſummati ſacramenti detentum ſcri-
bam: per profeſſionem fidei dominꝰ collaudans
& non longe eum a dei regno eſſe reſpondens: nõ
tamen eum in ipſa iam beatæ ſpei poſſeſſiõe cõſti
tuit. Tendebat enim fęlici curſu etſi ignoranti. Et
plata omnibꝰ dilectione dei: & charitate proximi
ſuæ ipſius dilectioni exęquata: cũ tñ ei ipſi p̃ximi
charitati amorẽ dei p̃tuliſſet: iã nõ holocauſtoma
tum & ſacrificiorũ p̃ceptis continebatur. Nõ erat
longe iſtud ab euangelico ſacramento. Et cur nõ
lõge a dei regno ſit: qui futurus magis ĩ dei regno
ſit: ex ipſis dictis dñi ĩtelligẽdũ eſt. Seqt̃ eñi & nẽo
audebat iã eũ interrogare. Et reſpõdẽs Ieſus dixit
docẽs in tẽplo. Quo modo dicunt ſcribę chriſtũ fi
liũ eẽ Dauid? Ipſe enim Dauid dicit in ſpũſancto.
Dixit dominꝰ dño meo ſede a dextris meis donec
ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ. Ipſe
dauid dicit eũ dominũ: & vnde eſt filius eius? Nõ
longe igitur a dei regno eſt ſcriba vnũ deũ cõfitẽs:
qui vltra oïa eſſet diligẽdꝰ. Sed admonetur ſua ip
ſius p̃feſſione cur ſacramẽtũ legis ignoret: & chri
ſtũ dominũ filiũ dei neſciat per natiuitatis natu-
rã: in fide vnius dñi cõfitẽdũ. Et quia per vniꝰ dñi
ſacramẽtũ manere nõ relinqui videbat: ſcribã ad-
monet: quo modo chriſtũ dauid filiũ diceret: cum
dauid eum dominũ ſuũ eſſet p̃feſſus. Nec natura
fineret: vt qui tantum patriarchæ eſſet filius: eſſet
& dñs. Hoc ideo: vt ſcriba ſecundũ carnem & par
tum marię q̃ ex dauid eſſet: ſolũ eũ intelligẽs: do
minũ potiꝰ ſecũdũ ſpiritũ dauid meminiſſet eſſe
q̃ filium. Et id qđ dictũ eſt: audi iſrael: dominꝰ de
us tuus: deus vnus eſt: a domini vnius ſacramen-
to non ſepararet: cum tantus patriarcha & pro-
phetes eum qui ex vtero domini ante luciferum
genitus fuiſſet: dominum ſibi profiteretur. Non
vtiq̃ immemor legis neq̃ ignorans dominum ali
um non confitendum: ſed eum qui ſacramento
naturali natiuitatis ex ĩcorporali dei vtero ſubſti
tiſſet: abſq̃ violatę legis fide: dominum eſſe in-
telligendum: cum vnus ex vno per vnius domi-
ni naturam haberet in ſe naturale quod dominꝰ
eſt. Quis ergo etiam nunc relictus eſt ambigen
di locus? Dominus ipſe præcipuum mandatum
legis in vnius domini confeſſione ac dilectione do
cens eſſe non ſuo ad ſcribam ſed prophetę teſti-
monio eſt vſus: eſſe ſe dominum: dominũ ſe tñ ſe-

per per id q̄d dei filius eſt eſſe ſignificās. Per id eñ
in ſacramento dei vnius per natiuitatē manet: q̄a
dei in ſe naturam dei natiuitas tenēs in deū alteri
non excedat diuerſitate naturæ. Et veritas gene-
rationis nec patri adimat ne non deus ſit: nec filio
non perficiat ne non ſit & dominus. Atq̧ ita neq̧
auctoritatē pater amittit: nec naturam filius non
tenet: per q̄d nec deus pater non dominus vnꝰ eſt
neq̧ vnigenitus deꝰ dominus ſeparatur ab vno:
cum ex vno domino vnus ipſe ſubſiſtat ī dominū
Dominum vnum ita ex lege docēs vt ſe quoq̧ do
minum propheta teſtante confirmet. Tendat per
cæteras impii furoris propoſitiones fidei euange-
licę reſponſio: & iis ipſis quibus impugnatur repu
gnet: & armis excidii ſui vincens: vnius ſpiritꝰ di
cta vnius quoq̧ fidei demonſtret eſſe doctrinam
Neq̧ enim alius eſt chriſtus q̄ q eſt prædicatus:
deus ſcilicet verus: & in dei vnius veri gloria ma-
nens. Et ſicut ſe dominum ex lege dum negare vi
deretur profeſſus: ita & in euāgeliis verum ſe deū
dum nō confiteri exiſtimatur oſtendens. Hoc eñ
ſe dicto eius ne eum verum deum eſſe hæretici cō
fiteātur excuſant. Hæc eſt autem vita æterna vt
ſciant te ſolum verum deum & quem miſiſti ieſū
chriſtū. In eo nāq̧ q̄d ait te ſolum verum: ſeparare
ſe a veritate dei per exceptionē ſolitarii exiſtima-
tur: cum ſolus verus deus niſi ſe tantum ſolitariū
deū nō patit̄ itelligi. Et vere iſtud fides apoſtolica
non patitur duos veros deos credi: q̄a naturę vni-
us dei nihil alienum naturæ eiuſdem exequandū
ſit veritati. Non erit enim in dei vnius veritate de
us vnus: ſi extra naturam vnius: dei veri: alterius
generis & non ſecundū natiuitatem naturalis fi-
bi deꝰ: verus deus exiſtat. Sed vt in hoc ipſo eodē
dicto non ambigue ipſe ſe in vniꝰ dei veri naturā
deum verum profeſſꝰ eſſe intelligatur: a ſuperiori
bꝰ huic tamen dicto continuatis atq̧ iunctis pro
feſſionibꝰ reſponſionis noſtræ ſermo deſcendat:
vt per gradus demōſtratę fidei iam in ipſo apice
veri dei chriſti: libertatis noſtræ fiducia conquie-
ſcat. Poſt ſacramētum itaq̧ ſermonis eius quo di-
xerat. Qui me videt: videt & patrem: & non cre-
ditis mihi q̧ ego in patre & pater in me eſt. Ver-
ba quę ego loquor vobis: nō a me loquor: ſed pr̄ q̄
me manet ipſe facit opa ſua. Credite mihi quoniā
ego in patre: & pater ī me eſt: ſin autem vel ꝑpter
opera ipſa credite. Poſt multiplicem ergo hunc in
gentium myſteriorum ſermonem ſequitur reſpō
dentium diſcipulorū ſermo iſte. Nunc ergo ſcimꝰ
quia noſti omnia & non habes neceſſitatem vt ali
quis te interroget: in hoc credimꝰ quoniam a deo
exiſti. Virtutibus in eo dei naturam quoq̧ dei in-
tellexerunt neq̧ enim noſſe omnia & cordiū cogi
tationes ſcire: miſſi potius a deo poſſet eſſe q̄ nati.
In hoc ergo credere ſe profitērur: q̧ a deo exierit:
q̄a naturæ in eo dei eſſet poteſtas. Intelligentiā au
tem eorū collaudans dominus reſpondit non vti
q̧ q̧ miſſus eſſet: ſed q̧ a deo exiſſet: profectū na
tiuitatis ex incorporali deo ſub exitionis ſignifica
tiōe teſtātium. Nam & ipſe natiuitatē ſuā ſub ex
itionis demōſtratione fuerat elocutꝰ dicens. Vos
me amatis & creditis quoniā a deo exiui: & a pr̄e
veni ī hūc mūdū. A pr̄e eñ in hūc mūdū venerat
qui a deo exierat. Nā vt natiuitatē ſuā in exitione
ſignificaſſe intelligeret̄: ſubiecit ſe a pr̄e veniſſe. Et
cū ꝑ id a patre venerit quia a deo exierit: exitio eiꝰ
a deo: abſoluta natiuitas ē: quā paterni nominis ē
confeſſio cōſecuta. Intelligentibus itaq̧ apoſtolis
hoc exinanitionis ſacramētū hęc locutus eſt. Mo
do creditis. Ecce venit hora: & venit vt diſpergat̄
vnuſquiſq̧ in ſua & me ſolū relinquatis. Sed non
ſum ſolus quoniam pater mecum eſt. Vt exitio-
nem illam non alienationem a deo patre doceret
eſſe: ſed de natiuitate naturam in ſe dei patris na-
ſcendo retinentem: ſubiecit non ſe ſolum eſſe ſed
patrem ſecum eſſe virtutem vtiq̧ atq̧ vnitate na
turæ: cum ſecum pater in ſe manēs: eſſet in loquē-
te ſe atq̧ operante & inoperans & loquens. Dein
de vt cauſam totius huius ſui ſermonis oſtēderet
adiecit. Hæc locutꝰ ſū vobis vt in me pacem ha-
beatis: In hoc autem ſęculo tribulatōnē habebitis
ſed animi equi eſtote quia vici ego mundū. Locu-
tus ergo iſta eſt: vt pacifici in eo manerēt: neq̧ diſ
ſenſionum ſtudio ſuę ꝑfidię diſcertationibꝰ diſſi-
derent: cum qui ſolus relinqueretur non ſolus eēt
& qui a deo exiſſet: deū in ſe haberet. Deinde in ſę
culo vexati patientes promiſſionum eius eſſent:
qui mundum a deo exeundo & deum ſecum ha-
bendo viciſſet. Poſtremo totius myſterii fidem
elocuturus eleuatis in cęlum oculis ait. Pater ve-
nit hora honorifica filium tuum vt & filiꝰ tuꝰ ho
norificet te. Sicut dediſti illi poteſtatē ōis carnis:

vt omne qđ dediſti illi: det ei vitam ęternam. An
ne tibi infirmus videť: cum honorificari ſe rogat?
Sit plane infirm⁹: niſi honorificari ſe idcirco poſtu
lat: vt ipſe honorificet honorantē. De honore ac-
cipiendo & reddendo: libro alio tractauim⁹: & ea
dem reuoluere admodum ocioſū ē. Certe nō ābigi
tur gloriā idcirco poſci: vt glorificeť ipartiēs: ſed
forte in eo ībecillis eſt: ꝙ poteſtatē oīs carnis acce
pit. Sit quoqꝫ acceptio poteſtatis ībecilla: niſi po-
tens eſt illis quos accipit: vitæ tribuere ęternitatē
Sed in eo ipſo quoqꝫ qđ accipit: naturæ aliqua in-
firmitas arguitur. Sit plane acceptio infirmitatis:
niſi chriſt⁹ ex natiuitate potius q̄ ex innaſibilitate
deus verus eſt. Q; ſi acceptio poteſtatis: ſola eſt
ſignificatio natiuitatis: in qua accipit id qđ eſt: nō
eſt infirmitati datio deputanda: quę totū hoc naſ
centem cōſummat eſſe qđ deus eſt. Cum enim in
naſcibilis de⁹ ad perfectā diuinæ beatitudinis na
tiuitatem vnigenito deo auctor ſit: auctorē nati-
uitati eſſe ſacramentū paternum eſt. Caeterū non
habet cōtumeliam quę auctoris ſui exprimit ima
ginem ꝙ enim pater dedit poteſtatem in hoc fili
um genuit: ꝙ fili⁹ accepit: natiuitatem cōſūmat
Dedit enim ei poteſtatem omnis carnis: & ad id
dediſſe: vt det eis vitam ęternam. Habet in dante
qđ pŕ eſt: & in accipiente qđ de⁹ eſt: cum & in eo ſi-
gnificetur pŕ eſſe qđ dederit: & in eo filius de⁹ ma-
neat: qđ vitæ æternæ dandæ ſumpſerit poteſtatē.
Naturalis igiť filio dei & congenita omnis pote-
ſtas eſt: quę cum data ſit: non alienata eſt per id ab
auctore quia data eſt: cum qđ ſit auctoris: hoc da-
tum ſit: date ſcilicet vitam ęternam: & corruptio
nē in icorruptionē mutare. Dedit itaqꝫ pater om-
nia & accepit fili⁹ oīa neqꝫ ambiguū ē cū dixerit
oīa quę patris ſunt: mea ſunt. Et hic quidem non
creationum ſpecies neqꝫ elementorum diuerſita-
tes ſubſtitutionis pręſens ſermo ſignificat: ſed be
atæ atqꝫ abſolutæ diuinitatis nobis gloriam pan-
dens: deum in iis oſtendit intelligendū eſſe quæ
ſua ſunt in virtute in æternitate in prouidētia in
poteſtate. Non qđ hoc deus ita habeat: tāq̄ aliud
quid extra iſta eſſe credēdus ſit: ſed quod in his ad
aliquantulam ſenſus noſtri opinionē: ſignificatus
ſit ipſe quę habeat. Vnigenitus igitur in iis ſe do-
cēs ſubſtitiſſe quę patris ſunt: cum ex ſe ſumptu
rum eſſe ſanctum ſpiritum dixiſſet adiecit. Om-
nia quę patris ſunt: mea ſunt: ꝓpterea dixi de meo
accipiet. Omnia quę patris ſunt: ſua ſunt: tradita
vtiqꝫ & accepta. Sed data non infirmant natiuita
tē: quę in iis eum conſtituunt eſſe quibus pater ē.
His igitur nūc gradib⁹ premiſſę de ſe intelligētię
vſus eſt: vt cum ſe a deo exiſſe docuiſſet: ſecumqꝫ
eſſe patrē profeſſus eſſet: ſeqꝫ mundum viciſſe te-
ſtatus eſſet: & honorandus a patre: patrē eſſet ho
noraturus: & accepta poteſtate in danda vniuer-
ſæ carni vitę ęternitate eſſet vſurus: tum poſtre-
mo omnia hæc tali abſolutione concluderet. Hoc
eſt autē vita ęterna vt ſciant te ſolum deum verū:
& quem miſiſti Ieſum chriſtum. Vitæ æternę fi-
dem vel loqui o hæretice diſce vel crede: & ſepara
a deo chriſtum ſi potes: a patre filium: a deo vero
ſuper omnia deum: a ſolo vnum. Vnus enim do-
minus eſt Ieſus chriſtus. Si vita æterna eſt in deū
ſolum verum crediſſe ſed non ſine chriſto: ſepa
rato chriſto a ſolo deo vero in confeſſione ſoli⁹ dei
veri: vita æterna non capitur. Non intelligo quo
modo nobis a deo vero ſeparandus ad fidem ſit:
qui non ſit ſeparabilis ad ſalutem. Q̄ꝫ q̄ igitur ſci-
am moroſas difficilium queſtionū abſolutiones
legentium deſideriis graues eſſe: tamen dilata ad
modicum totius veritatis demonſtratione: indul
geri mihi exiſtimo non ſine aliquo fidei profectu
iis ipſis dictis euangelicis tecum hæretice luctan-
ti. Audis profeſſionem domini dicentis. Hæc eſt
autē vita æterna vt ſciant te ſolum verum deum
& quē miſiſti Ieſum chriſtū. Quęro quid ſit qđ ſen
ſum moueat ne verus deus chriſtus ſit. Non enī
tibi nūc quid de chriſto credideris ſignificatio ali-
qua alia ſubiecta demonſtrat. Non habes quicq̄ ꝑ
ter q̄ Ieſum chriſtum: non filium hominis vt ſe ſo
let dicere: non filium dei: vt profiteri ei de ſe vſita
tum eſt: non deſcendentē panē viuum de cęlis: qđ
cum multorum ſcandalo de ſe frequentet aſſerit:
ſed dicens te ſolum verum deū & quē miſiſti Ieſū
chriſtum omnē pręnominum & cognominū ſuo-
rū vel naturaliū vel aſſūptorum conſuetudinem
pręteriniſit: vt cum cōfitendus ſolus verus deus
& chriſtus Ieſus æternitatem pręſtarent: ſine du-
bio in ea Ieſus chriſtus eſſet ſignificatione qua de
us eſt. Sed forte qđ ait te ſolum: communionē atqꝫ
vnitatem ſuam a deo ſeparet. Separat ſane: ſi non
ad id qđ ait te ſolum: verū deū: continuo ſubiecit:

& quem miſiſti Ieſum chriſtũ. Et ſenſum audien-
tis interrogo quid credendus ſit Ieſꝰ chriſtꝰ: cum
ad id qđ pater ſolꝰ deꝰ verus credendus ſit: credē
dꝰ & chriſtus eſt? Sed ſolus forte pater deus verꝰ
chriſto nõ reliquit vt deus ſit. Nõ reliquit ſane: ſi
vnus deus pater chriſto vt vnus ſit deus nõ relīqt
Q; ſi vnus deꝰ pater chriſto non adimit vt vnus
ſit deꝰ: ita ſolus deꝰ pater verus chriſto Ieſu non
auferat vt verus deꝰ ſit: cũ ad vitæ æternę meritũ
hoc proficiat: vt cũ credatur ſolꝰ verꝰ deꝰ: credatꝰ
& chriſtus. Quid nũc rogo ſtultitiæ ſenſu chriſto
deputas heretice: vt cum credatur & chriſto quia
vitam æternã tribuit quia honorificandꝰ a patre
patrē honorificauit quia mũdũ vicit: quia ſolꝰ re
linquēdꝰ nõ ſolus eſt: ſed ſecum habet patrem qa
a deo exiuit: atq̧ a patre venit? Quid igitur in tan
tis dei virtutibꝰ nato: naturæ ac veritatis impar-
ties? Solum enim verũ deum patrē inutiliter cre-
dimꝰ: niſi credamꝰ & quē miſit Ieſum chriſtum.
Quid hęres? quid moraris? quid chriſtꝰ cõfitendꝰ
ſit doce: nam qui quę ſcripta ſunt negas: quid re-
ſtat niſi vt quę non ſcripta ſũt credas: O infelix vo
luntas: o veritati obnitens falſitas: cum in fide &
confeſſione veri dei patris chriſtus viuitꝰ eſt: rogo
qua fide verus deus negatꝰ creatura eſſe dicit: cũ
fides nulla ſit in ſolũ verũ deũ credidiſſe ſine chri-
ſto? Sed anguſtũ te heretice & diuini ſpiritus inca
pacem cęleſtium dictorũ nõ adit ſenſꝰ: & vipereo
inſpiratꝰ errore chriſtũ verũ deũ neſcis in fide ſo-
lius veri dei ad vitæ æternitatē cõfitendum. Sed
eccleſię fides ſolum verum deum patrē cõfeſſa cõ
fitetur & chriſtũ; neq̧ verum chriſtum deũm con
fitēdo nõ & ſolũ deum patrē confitetur. Neq̧ rur
ſum ſolum verũ deũ patrem cõfeſſa nõ cõfitetur
& chriſtũ. Per id enim chriſtum confeſſa deũ verũ
eſt: q ſolum verum deũ cõfeſſa ſit patrē. Ita q ſo
lus pater deus verus eſt: deum verum eſſe confir-
mat & chriſtum. Non enim vnigenito deo natu-
ræ demutationē naturalis natiuitas intulit: & qui
ex ſubſiſtente deo ſecũdũ diuinę generationis na
turã deꝰ ſubſiſtit: ab eo qui ſolus verꝰ deꝰ eſt inſe
parabilis eſt veritate naturæ. Tenuit enim natura
veritatis ſuæ ordinē: vt natiuitatis veritatē veri-
tas naturalis inueheret. Nec alterius ex ſe gene-
ris deum deus vnꝰ afferret. Atq̧ ita ſacramentũ
dei nec in ſolitudine nec in diuerſitate ſubſiſtit:
cũ neq̧ alter deꝰ deputetꝰ q ex deo cũ naturæ ſuæ
proprietate ſubſtiterit: neq̧ i vniõe maneat neq̧ quē
patrē natiuitatis veritas doceat: cõfitēdo natã de
ſeruit. Igitur natus deus naturæ ſuæ proprietate
& naturali in eo virtute eſt: cuius in ſe tenet natu
rali natiuitate naturã. Non eñ in eo deus aut de-
mutatus aut degener eſt: cũ ſi qđ viciũ natiuitas
intuliſſet ei potius naturæ contumeliã p quã na-
tiuitas ſubſiſtebat: iferret: dum qđ ex ſe eſt: deſine
ret eſſe qđ ſuum eſt. Atq̧ ita non eum demutatio
corrumpebat: eo qđ in ſubſtãtiam nouam natiui-
tate ſubſiſterat: ſed eum qui in natiuitate filii ipo-
tens naturæ ſuæ tenere conſtantiã: externum ali-
quid a ſe alienumq̧ genuiſſet. Non eſt autē vt ſe-
pe iam commemorauimꝰ in vnitate dei patris &
dei filii humanarũ viciũ opinionũ: vt ſit vel exten
ſio vel ſeries vel fluxus vt aut riuum fons effun-
dat ab origine: aut ramum arbor teneat in caudi-
ce: aut calorem ignis emittat in ſpacium. Hęc eñ
inſeparabili protenſione manent potius de re q̃ ſi
bi ſunt: dum & calor in igne eſt: & in arbore ramꝰ
eſt: & riuus in fonte eſt. Et hæc ipſa res ſola ſibi eſt
potius q̃ res ex re ſubſtituta eſt: quia non aliud ar-
bor q̃ ramus: neq̧ ignis q̃ calor: neq̧ fons poſſit eē
q̃ riuus. At vero vnigenitus deus ex perfecta atq̧
inenarrabili natiuitate ſubſiſtēs deus eſt: & vera p
genies innaſcibilis dei eſt: & incorporalis naturæ
generatio incorporalis: deus viuꝰ & verꝰ a viuen
te deo vero: & iſeparabilis a deo naturę deꝰ: dũ ſb
ſiſtēs natiuitas nõ alteriꝰ naturę deũ pficiet: neq̧ ge
neratio quę ſubſtãtiã pducebat: ſubſtãtię naturã
demutauit i genere: ſed diſpenſationē aſſũptę car
nis: & p exinaniendi ſe ex dei forma obediẽtiã: na-
turæ ſibi nouitatē chriſtꝰ hõ natꝰ intulerat: non
virtutis naturęq̧ damno: ſed habitꝰ demutatiõe
exinaniens ſe. Igitꝰ ex dei forma: ſerui formã natus
acceperat. Sed hãc carnis aſſumptionem: ea cum
qua ſibi naturalis vnitas erat patris natura non ſi
neret. Et nouitas temporalis licet maneret in
virtute naturæ: amiſerat tamen cum forma dei
naturæ dei: ſecundum aſſumptum hominē: vni-
tatem. Sed ſumma diſpenſationis hæc erat: vt
totus nunc filius homo ſcilicet & deus per indul-
gẽtiã pſnę volũtatis: vnitate pſnę naturę: maneret:

quoq; in genere naſcę. Id enim homini acquireba-
tur vt deus eſſet. Sed manere in dei vnitate aſſum
ptus hō nullo mō poterat niſi p vnitatē dei ī vnita
tē dei naturalē euaderet. Vt p hoc q̄d in naſcā dei
erat deus verbum: verbū quoq; caro factū in natu
ra dei ineſſet. Atq; ita homo Ieſus chriſt⁹ maneret
in gloria dei patris: ſi in verbi gloria caro eſſet vni
ta: rediretq; tunc in naturę etiā ſecundū hominē
vnitatē: verbū caro factū: cum gloriā verbi caro aſ
ſūpta tenuiſſet. Reddenda igitur apud ſeipſū pa-
tri erat vnitas ſua: vt naturę ſuę natiuitas: ī ſe rur
ſum glorificanda reſideret: quia diſpēſationis no-
uitas offenſionē vnitatis intulerat: & vnitas vt p-
fecta antea fuerat: nulla eſſe nunc poterat: niſi glo
rificata apud ſe fuiſſet carnis aſſumptio. Et idcir-
co tanto antea pręparato ad fidei huius intelligē
tiam ſenſu: cum dixiſſet. Hęc eſt autem vita ęter
na: vt cognoſcát te ſolum verum deum & quem
miſiſti ieſum chriſtum ſubiecit ſecundum diſpen
ſatiōis ſuę obedientiā. Ego te glorificaui ſup terrā:
opus cōſūmaui q̄d dediſti mihi vt facerē. Poſtq; vt
meritum obedientię & ſacramētū totius diſpen-
ſationis intelligeremus adiecit. Et nunc glorifica
me tu pater apud temetipſum gloria quā habebā
anteq̄ ſeculum eſſet apud te. Qui manere chriſtū
in natura dei denegat: & inſeparabilem eſſe atq; ī
differentem a ſolo deo vero non credit: reſponde-
at quę huius petitionis ſit ratio. Et nunc glorifica
me tu pater apud temetipſum. Quid enim cauſę
eſt: vt pater eū glorificet apud ſemetipſū? aut quę
verbi huius ſignificatio eſt? quiue ſignificationis
effectus eſt? Pater nāq; non eget gloria: nec ſe exi-
nanierat de forma glorię ſuę. Quo modo ergo
apud ſemetipſum glorificaturus eſt filiū: & ea glo
ria quā habuit apud eum āte mūdi conſtitutionē
Sed apud eum habere quis ſenſus eſt? Non enim
ait gloria quā habebā anteq̄ ſeculū eſſet cū eſſē
apud te: ſed gloria quā habebā apud te. Eſſe enim
apud te: conſiſtentē ſignificat. Habere autē apud
te naturę ſacramentū docet. Glorifica vero apud
te non idem eſt q̄d glorifica me: non eñ ſemetip-
ſum glorificari tantum ita vt ſibi aliquid ſit pro-
prium glorię rogat. Sed apud ſemetipſum patrē
glorificari ſe ab eo precatur. Vt eñ in vnitate ſua
maneret: vt manſerat: glorificatur⁹ eum apud ſe
p̄ferat: q̄a glorię ſuę vnitatē per obedientiam diſ-

penſationis exceſſerat: ſilicet vt in ea natura per
glorificationem ruſ⁹ eſſet: in qua ſacramēto erat
diuinę natiuitatis viut⁹: eſſetq; patri apud ſemet
ipſum glorificatus: vt q̄d apud eum ante habebat
maneret: neq; abalienaret ab eo formę dei naturā
formę ſeruilis aſſumptio: ſed apud ſemetipſū glo
rificaret formam ſerui: vt maneret dei forma: quia
qui in forma ſerui māſerat: idem erat ī forma dei.
Et cum ſerui forma glorificāda eſſet in dei forma:
apud eum ipſum glorificanda erat in cuius forma
formę ſeruilis erat habitus honorandus. Non no-
ua vero hęc neq; nunc primum euāgelicis doctri
nis conſignata: vox domini eſt: & hoc ipſum glo-
rificandi filii apud ſemetipſū dei patris ſacramen
tum pulcherrima illa ſpei ſuę gratulatiōe teſtatus
eſt: tunc cum in Iuda ad proditionem exeūte: gau
dio conſumandę ſuę diſpenſationis elatus hęc di
xit. Nunc honorificatus eſt filius hominis & de⁹
honorificatus eſt in eo. Si deus honorificatus eſt ī
eo: & deus honorificauit eum in ſe: & deus proti-
nus honorificauit eum. Quid limoſi corporis gra
uis animę: & ſordente peccatis conſcientia fetidę
cœnoſęq; vſq; ad iudicium diuinę de ſe profeſſio
nis inflatur? et arbitror nos naturę cęleſtis depu-
tantes: impiis ad deum calumnię noſtrę diſputa-
tionibus fallimus. Quanta potuit enim domin⁹
verborum ſimplicitate euangelicam fidem locu-
tus eſt: & in tantum ad intelligentiam noſtrā ſer
mones aptauit: in q̄tum naturę ferret infirmi-
tas: non tamen vt quicq̄ minus dignum naturę
ſuę maieſtate loqueretur. Et primam quidem di-
cti ſui ſignificationem non ambiguam exiſtimo:
cum ait. Nunc honorificatus eſt filius hominis.
Gloria enim omnis non verbo ſed carni acquire-
batur: ideſt nō natiuitati dei ſed nati hominis diſ
penſationi. Hoc vero quod ſequitur quid ſignifi-
cet interrogo. Et deus honorificatus eſt in eo. Ho
norificatum enim in eo deum audio & quid iſtud
ſit ſecundum intelligentiam tuam hęretice igno
ro. Deus in eo honorificatus eſt: in filio vtiq; ho-
minis. Et quęro an filius hominis idem ſit & fi
lius dei: & cum non aliud ſit filius hominis: neq;
aliud filius dei: verbum enim caro factum eſt: &
cum qui filius dei eſt: ipſe & hominis ſit filius:
requiro quis in hoc filio hominis: qui & filius
dei eſt: glorificatus ſit deus: quia in filio homi-

niſ:qui & filius dei eſt:glorificatꝰ deus eſt? Videa
mus quid ſit hoc quod tertio ſubditur. Si deus glo
rificatus eſt in eo:deus glorificauit eum in ſe. Q̃d
illud rogo ſacramēti myſteriū eſt? Deus in filio ho
minis glorificato glorificatum deū glorificat in ſe
In filio hominis dei gloria eſt: & gloria dei gloria
filii hominis. Deus glorificat eum in ſeſe: homo
vtiq; nō per ſe glorificatur. Neq; rurſum qui in ho
mine glorificatur deꝰ: licet gloriā accipiat: non tñ
aliud ipſe q̃ deꝰ ē. At vero cū glorificato filio homi
nis: glorificans deum: deus glorificat in ſeſe: inue-
nio naturæ gloriam in gloriam naturæ: naturam
glorificātis aſſumi. Non eñ ſe deus glorificat: ſed
glorificat eū in homine glorificans in ſeſe. Q̃ aūt
glorificat in ſeſe: licet nō ſe glorificet: tamen in na
turę ſuę gloriam naturam glorificātis aſſumit. Et
cum glorificās deum deus: quia glorificatus in ho
mine fit: glorificat in ſeſe eum quem glorificauit
in ſeſe: ineſſe demonſtrat cum eum glorificat: in ſe
ſe. Affer nunc quiſquis es hæretice flexuoſę doctri
nę tuę voluoiles quæſtiones: quæ cum ſe nodis ſu
is illigent: in nullo tamen agmine hęrendi moleſti
am cōtinebūt. Filius eñ hoīs glorificatur: & glori-
ficatur in eum deus & glorificatum eum in homie
glorificauit in ſeſe. Non eñ idipſum eſt glorificari
filiū hominis: q̃d & glorificare in filio hominis deū
vel glorificare in ſeſe: glorificatū in homine deū.
Loquere hoc ſecūdum impietatis tuæ ſenſum ver
bis tuis: quid velis eſſe glorificare in filio hominis
deum. Vtiq; aut chriſtum neceſſe eſt eſſe: qui glo-
rificatur in carne: aut patrē qui glorificatur in chri
ſto. Si chriſtus eſt deus: certe chriſtus eſt qui glori-
ficatur in carne. Si pater eſt: ſacramentū vnitatis
eſt: cum pater glorificatur in filio. Aut chriſtū con
fitendo deum: etiam inuitꝰ loqueris: aut patrem
deum intelligendo: naturam dei patris non nega-
bis in chriſto. Atq; hæc de glorificato filio homi-
nis glorificato in eodem deo dicta ſint. De eo vero
q̃d glorificatum in filio hominis deum deus glori-
ficat in ſeſe: in quo tandē tibi relictā facultatē exerē
dę impietatis exiſtimas: ne ſecundum naturæ ve
ritatem verus deus chriſtus ſit? Chriſtū enim deꝰ
natum hominem clarificat in ſeſe: nunquid extra
ſe eſt quem clarificat in ſeſe? Reddit enim in ſe chri
ſto gloriam: quā apud ſe habuit: & cū in forma dei
aſſumptio formę ſeruilis aſſumitur: in ſe glorifica-
tus glorificatur in homine deus: qui ante natiuita
tis diſpenſationē in ſeſe erat & per formam ſui: &
per naturam natiuitatis vnitus. Natiuitas eñ nō
nouę neq; alienæ naturę deum fecerat: ſed natura
lis filius patri naturali generatione ſubſtiterat. Et
cum poſt natiuitatem hominis glorificatus in ho
mine: in naturæ ſuæ rurſum gloriā clareſcit: in ſe
cum deus clarificat: cum in naturæ paternæ glori
am: ab ea diſpenſationem euacuatus aſſumitur.
Concludit aūt audaciſſimum impietatis tuę furo
rem apoſtolica fides: ne quo licentia liberę intelli-
gentię euageris: cum ait. Omnis lingua confitebi-
tur quia dñs Ieſus in gloria eſt dei patris. Quē eñ
in ſeſe pater glorificauit: in eius gloria cōfitendꝰ ē
& q̄ i pr̄is gl'ia cōfitēdꝰ ē quē in ſe pr̄ glorificauit: in
hiis ſine dubio intelligēdus eſt eſſe: quibus pater
eſt: cum & in ſe eum glorificauerit: & in gloria eius
ſit confitendus. Non eñ hic nunc tantummodo
in gloria dei eſt: ſed in gloria dei patris ē. Neq; glo-
rificauit gloria exteriore: ſed glorificauit gloria in
ſeſe: in eam eum quę ſua eſt gloriam reſumēdo: &
in eam gloriam quā apud eū habuit: eum & apud
ſe glorificat & in ſeſe. Atq; ita inſeparabilis a fide
huiꝰ coniunctione intelligitur etiam ſub hominis
humilitate ſic dicens. Hæc eſt aūt vita æterna: vt
cognoſcāt te ſolum verū deū: & quē miſiſti Ieſum
chriſtum. Cū & ſine chriſto: ſolo deo patre cogni-
to vita æterna non ſit: & chriſtus glorificatꝰ in pa
tre ſit. Si autem ea demum vita ęterna eſt: ſolum
verum deum verum noſſe: & quē miſit Ieſum chri
ſtum: non exiſtimeſ plane verus deus chriſtꝰ: ſi vi
ta ſit i deum credidiſſe ſine chriſto. Et q̄ ſolus deꝰ
pater deus verus eſt: non pertineat ad deum chri-
ſtum niſi gloria chriſti omni in ſolo vero deo patre
eſt. Si eñ in eum glorificat pater: & ſolus pater de
us verus eſt: non extra ſolum verum deum chriſtꝰ
eſt: quia glorificatū in deū chriſtū glorificet pater
verꝰ deus ſolus in ſeſe. Et q̃d a ſolo vero glorifica-
tur in ſeſe: non alienatur a ſolo vero: quia in ſe ſolo
glorificatur a vero. Sed forte pię huic fidei noſtræ
impię perfidię tuæ occurrat aſſertio: vt aliena ab
intelligentia dei veri ſit hęc neceſſitatis confeſſio.
Amen amen dico vobis: non poteſt filius a ſe face-
re quicq̃ niſi q̃d viderit patrem facientem. Niſi du
plicem reſponſionem duplex iudęorum indigna-
tio exigit: ſit hęc plane infirmitatis profeſſio: nihil

ab ſe facere filium poſſe: niſi qđ viderit patrem facientē. Q₂ ſi iudæis & violati ſabbati reatum obiicientibus: & æqualitatē in chriſto dei per profeſſum ſibi deum patrem non ferentib⁹: ſub eodem dicto ad vtrunq₃ reſponſum eſt. Putas ne per confeſſionem reſpōſionis poſſe dictorum occuli veritatem? Et q̄q̄ in alio libello tractatus hic a nobis locus fuerit: tamen quia modo non obeſt: ſed etiam ad religionem proficit: fidem retractari: eundem ipſum quia cauſa poſtulat reuoluamus. Hinc autem primi reſponſionis neceſſitas orta eſt. Et propter hoc pſequebantur iudæi Ieſum: & quærebāt eum interficere: quoniam hæc faciebat ſabbato. Ira itaq₃ eorum vſq₃ ad cupiditatem interficiendi eum accendebatur propter opa ſabbato geſta. Sed videam⁹ quid dominus reſpōderit. Pater meus vſq₃ modo operatur & ego operor. Qđ rogo illud op⁹ patris eſt: hæretice demonſtra. Per filium enim & in filio omnia ſunt viſibilia & inuiſibilia. Et tu qui vltra euangelia ſapis: neceſſe eſt vt aliquibus arcanorū doctrinis cognitionem paterni operis adept⁹: operantem nobis patrem oſtendas. Q₂ ſi pater operatur in filio: ſecundum quod ipſe ait: verba quæ ego loquor vobis: non ego loquor: ſed pater qui in me manet: ipſe facit opera ſua. Vides ne quid hoc ſit: pater meus vſq₃ modo operatur? Hoc enī ideo ait: vt paternę in ſe naturę intelligeretur maieſtas in ſabbati operæ poteſtatis ſuæ vſa natura. Cum enim in ſe operante operetur pater: ipſe neceſſe eſt patre operetur operante: atq₃ ideo ait. Pater meus vſq₃ modo operatur: vt ipſum illud præſens dictorum atq₃ geſtorum per ſe opus: paternæ in ſe naturæ exiſtimaretur operatio. Id enim qđ vſq₃ modo operatur: vnum atq₃ idem dicti temporiſq₃ momentum eſt. vt non aliud aliquod opus eſſe patris q̄ ſuum hoc qđ agit crederetur: cum per id qđ vſq₃ modo pater operatur: hæc ipſa eſſet patris ſub eodem tempore ſermonis operatio. Ac ne ſi des intra cognitionem tantum patris relicta a vitæ ęternæ ſpe abeſſet: continuo ſubiecit: & ego operor. Vt hoc ipſum quod modo operatur pater operetur & filius. Ac ſic perfectam fidem docuit cum id qđ modo eſt: eiuſdem temporis opus ſit: & id qđ operatur pater & filius: extra ſingularis ſit vnionem. Sed geminatus eſt audientium dolor. Propter hoc magis quærebant eum iudæi interficere: quod non ſolum ſoluebat ſabbatum: ſed & patrem ſuum proprium dicebat deum: ęqualem ſe faciens deo. Et hic rurſum admonebo & euangeliſtæ iudicio: & communi humani generis ſenſu filiū in paternæ naturæ ęqualitate eſſe. Aequalitatem autē non niſi ex eadem eſſe natura: quia natiuitas non habet aliunde quod maneat. Et omnis generatio a generante ſe non ſit aliena: dum ad id quod manet: ſubſiſtit ex eodē. Huic igitur duplicatæ indignationi videamus quid domin⁹ reſpōdeat. Amē amē dico vobis: nō poteſt fili⁹ a ſe facere quicq̄: niſi qđ viderit patrem facientem. Quæcunq₃ enim ille facit: eadem & filius facit ſimiliter. Niſi dicta propoſitionis propria ſunt: vim dictis præſumptione propriæ & infidelis intelligentiæ afferimus. Si autem iratum cauſis ſubiecta reſponſio eſt: fides noſtra potius loquitur qđ docetur: q̄ irreligioſa peruerſitas impietatis ſuę defendit errorem. Quæramus ergo an de ſabbati opere: hæc ipſa reſponſio ſit. Non poteſt filius facere quicq̄: niſi qđ viderit patrem facientem. Ait enim ſuperius. Pater meus vſq₃ modo operatur & ego operor. Si paternę in ſe naturæ auctoritate qđ gerit: gerente patre agit: qui vſq₃ modo operatur in ſabbato: extra crimen eſt operis filius: in quo paternæ operationis præfertur auctoritas. Non enim ad infirmitatem retulit: nō poteſt: ſed ad auctoritatem. Nam ab ſe non poteſt niſi videat: neq₃ enim præſtat vidiſſe virtutem. Et cum non præſtet viſus virtutē: naturā non infirmat non poſſe ſine viſu: ſed auctoritatē oſtēdit ex viſu. Id cū qđ ait: niſi videat: conſcientiam ſignificat in viſu: ſicut ad apoſtolos in euangelio ait. Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros: & videte regiōes q̄a albę ſunt ad meſſem. Conſcientia igitur in ſe naturæ paternæ quæ in ſe operatur operante: ne violaſſe ſabbatum dominius ſabbati crederetur ait. Non poteſt filius ab ſe facere quicq̄ niſi qđ viderit patrē facientē: vt id qđ operatur: ex cōſcientia naturę in ſe operātis oſtenderet: cū & in ſe ſabbato operante vſq₃ modo pater operetur in ſabbato. Ad alterius vero indignationis dolorē conſequētis dicti retulit cauſā. Quæcūq₃.n. pr̄ facit: eadē & fili⁹ ſimiliter facit. Ex ꝓbra infirmitatē dei filio: adime quoq₃ naturę ęqualitatē ſi nō q̄cūq₃ facit pater: eadem & filius facit ſimiliter. Si diſcrimē aliquod paternæ virtutis atq₃ ope

rationis admittitur. Si qđ ad ęqualitatem virtutis
naturęq; ꝓpriū eſt: honoris ęqualitas nō poſtulaṫ.
Ipſe eñ in cōtinuis ait. Vt oēs honorificant filiū ſi
cut honorificāt patrē? Qui nō honorificat filiū nō
honorificat patrem qui miſit illū. Diſcerne ęquali
tatem: in honore non diſpari. Infirma naturam in
eadem operatione virtutis. Quid reſpōſionis cau
ſam ad contumeliam diuinitatis inuadis? Ad ope
rationem ſabbati reſpondit: nō ſe quicq̃ facere poſ
ſe: niſi qđ patrem facientē vidiſſet. Ad demonſtra
tionem vero æqualitatis: quęcunq; pater faceret:
facere ſe profeſſus eſt. Tene qđ ad ſabbatum perti-
net: ad opprobriū infirmitatis: ſi nō quęcūq; facit
pater: eadē & filiꝰ facit ſimiliter. Si autē ſunt ſine
exceptione quęcūq; ſunt: quo tandem infirmitas
reperietur: cum nulla quæ pater poſſit nō poſſit &
filius? Aut in quo tandem per intercesſionem infir
mitatis negatur ęqualitas: cum vnꝰ atq; idem po
ſtuletur ad vtrunq;? Q; ſi eadem eſt virtus operā
di: & eadem eſt religio honorandi: non intelligo
in quo tandē natura infirmis contumelia relinqua
tur: cum eadem ſit in patre & in filio & virtutis po
teſtas & honoris ęqualitas. Et hęc quidem q̃uis cū
ipſa rerum abſolutione tractata ſint: tamen neq̃
in eo qđ ait dominꝰ: nō poteſt filius facere a ſe qcq̃
niſi qđ viderit patrem facientem: ad infirmandæ na
turæ eius impietatem proficiat: potius q̃ ad demō
ſtrande paternæ in ſe naturæ conſciētiam: per quā
ex auctoritate operatus in ſabbato eſt: dicti quoq;
dominici ad id pertinentis demonſtrāda cognitio
eſt: quo ait. Et a me facio nihil: ſed vt docuit me pa
ter: hęc loquor. Et qui me miſit: mecum eſt: & non
reliquit me ſolum: quoniam ego quæ ſunt ei placi
ta facio ſemp. Sentis ne quid ſit: nō quicq̃ poſſe fa
cere filium: niſi videat patrem facientem? Et quod
ſacramētū dictū ſit: & a me facio nihil? Et rurſum.
Non reliquit me ſolum: quoniam ego quæ ſunt ei
placita: facio ſemper? Si enim ideo nihil ab ſe facit:
quia in ſe manet pater: quomodo rurſum ideo ſe
ſolum pater non reliquit: quia quæ ſunt ei placita
facit? Non concordat ſm ſenſum tuū hæretice di-
ctorum diuerſitas: vt nihil faciat a ſe niſi doctus a
manente in ſe patre. Et rurſum: idcirco in ſe pater
maneat: quia quę ei ſunt placita gerit. Si enim ni-
hil ab ſe facit propter manentem in ſe patrem: quo
modo hinc vt in ſe pater maneat: meritꝰ eſt: qđ ea
quæ ei placeant agit? Non enim meritū aliquod ē,
non ab ſe gerere quæq; agat. Et contra: quo modo
patri quæ filius agat placita ſūt: cum ea ipſa agat
manēs in filio pater? In Anguſto es impietas: & te
munitiſſima fidei noſtrę pietas concludit. Agit ali
quid filius aut non agit? Si non agit: quo modo
in iis quę agit placet? Si autē agit: quo modo agit
in iis quæ ab ſe nō agit? cum & proprium ſit egiſſe
quæ placeāt: & ſine merito ſit non ab ſe egiſſe quę
geſſerit? Sed naturę cui cōtradicis: hæc vnitas ē, vt
ita per ſe agat: ne a ſe agat: & ita a ſe non agat: vt ꝑ
ſe agat. Intellige agentem filium & per eum agen
tem patrem. Non ab ſe agit: cum pater in eo mane
re monſtratur. Per ſe agit cum ſecundum filii nati
uitatem agit ipſæ quæ placita ſunt. Infirmꝰ ſit nō
ab ſe agendo: niſi adeo ipſe agit: vt quæ agit place
ant: Nō vero ſit in vnitate naturę: ſi nō q̃ ipſe agit:
& i qbꝰ placet: nō ab ſe agit: ſed manēs i eo ad agē
dum pater edocet. Ita & manendo docet pater: &
filius agendo non ab ſe agit: & non ab ſe agens fili
us: cum quę placita ſunt facit ipſe agit. Ac ſic uni-
tas naturæ retinetur in agendo: dū & ipſe operans
nō operaṫ ab ſe: & ipſe ab ſe nō opatꝰ operaṫ. Adiū
ge quoq; huic illud qđ opprobriū īfirmitatis vſur
pas. Oē qđ dat mihi pr̄: ad me veniet & veniētē ad
me non repello: quia deſcendi de cælo: nō vt faciā
voluntatem meam ſed volūtatem patris qui me
miſit. Sed forte ſine voluntatis libertate ſit filius:
vt ei naturę infirmitas impetret neceſſitatem. Ideo
aūt neceſſitati ſit ſubditus non voluntati: vt da-
tos ſibi venientes a patre nō repellat. Sed ſacramē
ti vnitatem in his dominus ſignificans dum nō re
pellit ſibi datos: dum non ſuam ſed mittentis agit
voluntatem: poſt repetitā hāc eadem Iudæis mur
murantibus vocem: intelligentiæ noſtræ ſenſum
confirmat dicens. Omnis qui audiuit a patre & di
dicit venit ad me: non q; viderit patrem quiſq̃: ni
ſi qui eſt a deo: hic vidit patrem. Amen dico vobis
qui credit in me: habet vitam æternam. Et quæro
primum: vbi auditus ſit pater: vbi docuerit audiē
tes. Sed patrem nemo nouit: niſi qui a deo eſt. Et
quo modo eū quiſq̃ audierit: quē nemo vidit? Au-
diens ergo a patre ad filium venit. Et cum filiꝰ au
ditur & docet: naturæ in eo paternæ proprietas &
audirę & docentis oſtenditur: vt hoc qđ docet fili
us & auditur: paternę doctrinę intelligatur audi-

tio. Nam cum nemo viderit patrem: & ad filiũ ve-
niens: a patre audiat atq; diſcat vt veniat: admo-
nemur intelligere quid ſit & in loquẽte filio prẽm
docere: & in cõſpecto filio patrem qui a nemine ſit
viſus: audiri: quia naturę paternæ proprietatẽ na-
tiuitas filii in ſe perfecta contineat. Volens igitur
vnigenitus deus auctoritatem paternam: ſalua in
ſe naturæ vnitate teſtari: & datos ſibi a patre non
repellet: & voluntatem non ſuam ſed eiꝰ qui ſe mi
ſit efficit: nõ q̃d nõ velit quę agit: aut q̃d nõ ipſe au
diatur quæ docet: ſed vt eum qui ſe mittat: & ſe q
miſſus eſt: ſub proprietate naturę indifferẽtis oſtẽ
deret: cum quæ vult agit: & loquitur ea: & volunta-
tem & opera & dicta patris eſſe ſignificet. Q̃d aũt
ſit libere voluntatis: non ambigue oſtendit cũ ait.
Sicut eñi pater ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic &
filius quos vult viuificat: cum ęqualis in patre & fi
lio & virtutis poteſtas & honoris dignitas manife
ſtatur: ibi & libertas voluntatis oſtenditur. Cum
aũt vnitas demoſtratur: ibi paternæ voluntatis ſi
gnificatur affectio. Quæ enim vult pater: ea facit
filius: facere autem plus eſt: q̃ volũtati obedire q̃a
obedire voluntati: habet exterioris neceſſitatem:
facere volũtatem: proprium eſt vnitati: cum factũ
ſit voluntatis. Et cum filius voluntatẽ patris facit
docet per naturæ indifferẽtiam: naturalem ſibi vo
luntatem eſſe cum patre: cũ voluntas eius ſit: om
ne quod faciat. Vult plane filius omnia quæ pater
vult: nec naturalis diſſentit voluntas. Nanq; cum
hæc voluntas patris ſit quã oſtendit dicens. Hæc
eſt enim voluntas patris mei: vt omnis qui videt
filium & credit in eum: habeat vitam æternam: &
ſuſcitem eum in nouiſſimo die. Audi nunc an filii
a patre diſſentiens ſit volũtas cum ait. Pater quos
mihi dediſti volo vt vbi ego ſum: & illi ſint mecũ
Non ergo ambigitur filium velle. Nam cum pater
velit credentes in filio vitam æternam habere: fili-
us vult illic vbi ipſe ſit: eſſe credentes: niſi forte co
habitare chriſto non ſit ęternitas: aut non perfecta
& beata in ſe credentibus tribuat chriſtus. Hæc di
cens: nemo nouit filium: niſi pater neq; patrem q̃s
nouit niſi filius & cui voluerit filius reuelare. An-
ne non in libertate eſt voluntatis volens nobis ſe-
creti illius paterni tribuere conſcientiam: & adeo
voluntas ei libera eſt: vt cognitionem ſui atq; p̃ris
quibus voluerit impartiat. Atq; ita inter patrem

& filium & natiuitatis & vnitatis demonſtrata na
tura eſt: cum ſic liber in voluntate ſit filius: vt q̃d
volens agit: factum paternæ ſit volũtatis. Neſciẽs
plane diſpenſationem fidei: extra intelligentiã ſa-
cramentorum eſt: & doctrinam euangelii nõ ade-
ptus: ab ſpe euangelii peregrinatur. Credendus ẽ
pater in filio: & filius in patre: per naturę vnitatem
per virtutis poteſtatem: per honoris ęqualitatem
per natiuitatis generationem. Sed contraria forte
huic noſtræ profeſſioni eſt domini teſtatio: cũ ait.
Pater maior me ẽ. Hoc ne hæreticæ impietatis tuę
telum eſt: hæc furoris tui arma ſunt! Excidit ne ti
bi eccleſiã duos innaſcibiles neſcire & duos patres
non confiteri! Oblitus es mediatoris diſpenſatio-
nem: & in ea partum cunas ętatem paſſionẽ mor-
tem crucem! Et renaſcens non confeſſus es ex ma-
ria filium dei natum! ſi in his omnibus manẽs ait.
Pater maior me eſt. Ignorandum exiſtimas hãc diſ
penſationem ſalutis tuæ exinanitione formę dei
eſſe! Et patrem extra hanc humanarum paſſionũ
aſſumptionem: in illa incontaminatę naturæ ſuæ
beata ęternitate ſine carnis noſtrę ſuſceptione mã
ſiſſe! Nos eñi vnigenitum deũ in forma dei manẽ
tem in natura hominis manſiſſe profitemur: neq;
vnitatem formę ſeruilis in natura diuinę vnitatis
ſtatim refundimꝰ: neq; rurſum corporali inſinua-
tione patrem in filio prædicamus: ſed ex eo eiuſdẽ
generis genitam in ſe naturam naturaliter in ſe gi
gnentem ſe habuiſſe naturam: quæ in forma natu
ræ ſe gignentis maniens formam naturæ atq; infir
mitatis corporalis acceperit. Erat eñi humanæ na
turę proprietas: ſed non dei forma iam non erat q̃a
per eius exinanitionem ſerui erat forma ſuſcepta.
Neq; eñi defecerat natura ne eſſet: ſed in ſe humi-
litatem terrenæ natiuitatis manens ſibi dei natu-
ra ſuſceperat generis ſui poteſtatẽ in habitu aſſũ-
ptę humilitatis exercens: & ex deo deus natus: in
forma dei homo repertus deum ſe virtutibꝰ agẽs:
neq; deꝰ non erat quem geſtis ſuis docebat. Neq;
eñi in cuius habitu repertus eſt non manebat. Et
idcirco in hoc eodem ſuperiore ſermone: naturæ
ſibi cum patre vnitatem conteſtatꝰ dixerat. Qui
me videt: videt & patrem: & ego in patre & pater
in me. Quæ vtiq; differentiam non habet ex qua-
litate natura: cum contemplatio filii viſum com-
pleſſet & patrem & vnus in vno manẽs vnum nõ

diſcernat ab vno: ac ne per contemplationem corporalem referre ex ſe paternæ contemplationis viſum exiſtimaretur ſubiecerat. Credite in me: quoniam ego in patre & pater in me. Sin autẽ vel propter opera credite. Vt cum virtus naturæ res eſſet & operatio ipſa virtutis ſit poteſtas: ꝑ virtutis poteſtatem naturæ in ſe paternę vnitas noſceretur: cum in quãtũ ſe quiſq̃ deum cognouiſſet in naturæ virtute: in tantũ deum patrem cognoſceret in poteſtate naturæ. Et cum tantus quãtus eſt pater filius videndũ in ſe patrem pręſtaret & in geſtis: indifferens per id pater in filio cognoſceretur: per intelligentiam indifferentis pro poteſtate naturæ.

Impleturus itaq; vnigenitus deus carnis diſpenſationem: & acceptę formæ ſeruilis ſacramentũ conſummaturus: vſus eſt demonſtrandæ fidei noſtræ profeſſione dicens. Audiſtis quoniam dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis quoniam vado ad patrẽ: quia pater maior me eſt. His ita quæ ad naturam diuinitatis ſpectant: explicitis: hoc eodẽ ſupiore ſermone: nunquid profeſſio hæc aufert filio naturæ æqualitatem quã natiuitas generata conſummat? Aut nunquid vnigenito deo contumelia eſt patrem ſibi innaſcibilẽ deum eſſe: cum ex innaſcibili deo natiuitas vnigenita in naturam vnigenitam ſubſiſtat? Non enim ſuæ originis eſt filius neq; natiuitatem ſibi non extans ipſe conquiſiuit ex nullo: ſed ex viuente natura viuens natura extans tenet in ſe naturę poteſtatem profeſſa auctoritate naturę: vt & honorem teſtetur: & gratiam ſumptę natiuitatis in honorem. Et hoc quidem patri debitũ reddens vt obediẽtiã ſuam mittentis deputet voluntati: non tamen vt naturę vnitatem obedientia humilitatis infirmet factus obediens vſq; ad mortẽ. Nũ tamẽ poſt mortem non ſuper omne nomẽ eſt? Sed ſi forte hinc inæqualis videtur: quia ei poſt euacuationem formę dei donatur hoc nomen: calumnia hæc ſacramentum aſſumptæ humilitatis ignorat. Si eñ natiuitas hominis naturã nouam intulit: & humilitas formam demutauit ſub aſſumptione ſeruili: nunc donatio noĩs: formę reddidit ęqualitatem. Quid eñ donatum ſit quęre. Si eñ hoc donatum qđ dei eſt: naturę huius donũ ignobilitatẽ diuinæ illi nõ inuehit naturæ. Deniq; hoc nũc qđ donatur ei nomen: etſi habeat doni ſacramentum non tamẽ habet in dono nominis nomẽ alienum. Donatur eñ Ieſu vt ei cæleſtia & terreſtria & inferna genu flectant: & omnis lingua confiteatur: quia dominus Ieſus xp̃s in gl'ia ẽ dei patris. Cõfeſſionis ergo huius honor donatur: vt in gloria dei patris ſit confitendꝰ. Audis itaq; Pater maior me eſt. Scito eum de quo ob meritũ obedientię dictum eſt. Et donauit ei nomen qđ eſt ſuper omne nomen. Audi rurſum. Ego & pater vnum ſumus. Et qui me videt: videt & patrẽ. Et ego in patre & pater in me. Honorem donatę confeſſionis intellige: quia dominꝰ Ieſus in gloria eſt dei patris. Quando igitur illud ẽ pater maior me eſt? nempe tũ cum donatur ei nomen: ſuper omne nomen. At contra quando eſt: ego & pater vnum ſumus? nempe cum omnis lingua cõfiteatur quia dominus Ieſus Chriſtꝰ in gloria eſt dei patris. Si igitur donantis auctoritate pater maior eſt: nunquid per doni confeſſionem minor filius eſt? Maior itaq; donãs eſt: ſed minor iam non eſt: cui vnum eſſe donatur. Si nõ hoc donat: Ieſus vt confitendus ſit in gloria dei patris: minor patre eſt. Si autem in ea gloria donatur ei eſſe qua pater eſt: habes & in donantis auctoritate: quia pater maior eſt: & in donati confeſſione quia vnum ſunt. Maior itaq; pater filio eſt: & plane maior cui tantum donat eſſe quantus ipſe eſt. Cui innaſcibilitatis eſſe imaginem: ſacramento natiuitatis impertit: quem ex ſe in forma ſua generat: quem rurſum de forma ſerui in forma dei renouat: quem in gloria ſua ſecũdum ſpiritum chriſtum deum natum donat rurſum eſſe in gloria ſua ſecũdum carnem Ieſum chriſtum deum natum mortuum. Cauſam igitur oſtendit cur ſi eum diligerent gauderẽt: ꝙ ad patrem vadit: quia pater maior me eſt. Gaudiũ hoc vtiq; ex dilectione docens eſſe: quia lætaretur dilectio Ieſum eſſe in gloria dei patris confitendũ: & glorię huius reſumendę meritum continuo ſubiecit dicẽs. Venit eñ princeps mũdi huiꝰ & in me habet nihil. Nihil in eo princeps mũdi huiꝰ habet quia vt homo habitu repertus: extra peccatũ carnis manebat in ſimilitudinẽ carnis peccati: de peccato peccatum in carne cõdemnans. Totum autẽ hoc ad paterni mandati referens obediẽtiam: ſubiecit. Sed vt ſciat mundus quoniam ego diligo patrem: & ſicut mãdatum dedit mihi pater: ſic facio ſurgite eamus hinc. Ad conſummandũ corporeæ

paſſionis ſacramētum:per dilectionem efficiendi
mandati paterni feſtinat exurgens:corporeç tamē
aſſumptionis ſtatim myſterium pandens:per quā
ei tanq̄ in vitę modo palmitis ineſſemus fructum
nobis vt palmitibus:niſi ille vitis eſſet effectꝰ: vti
lem non daturis. Atq; idcirco manere nos in ſe per
fidem aſſumpti corporis monet:vt qui verbum ca
ro factum eſt: naturæ carnis ſuæ tanq̄ viti palmi-
tes ineſſemus:a corpore huius humilitatis aſſum
tione formam paternæ maieſtatis alienans: tū cū
ſe ad vnitatem palmitum vitem profeſſus:agrico
lam patrē curioſum huius vitis oſtendit: cuius in
utiles atq; inferaces palmites deſecans deputaret
arſuros:dicens ita. Qui me videt:videt & patrem
et verba quæ ego loquor non a me loquor: ſed pa-
ter qui in me manet:ipſe facit opera ſua. Et credi-
te mihi quoniam ego in patre & pater in me ē: vt
ſacramētū natiuitatis & myſterium aſſumpti cor
poris manifeſtaret per cōtinentiā dictorū ad id ve
niens ait. Quia pater maior me eſt. Et cōfeſtim vt
abſoluta dicti rō ſubeſſet:& agricolę & vitis & pal
mitū ſubiecit exēplū:aſſūptionē p id corporeç hu-
militatis oſtēdēs. Et hinc cauſam eūdi ad patrē:&
dilectiōis lętitiā cū ad patrē iret docēs eſſe oporte-
re quia pater maior ſe eſſet:a quo ſcilicet eſſet glo-
riam reſumpturus:apud quem:& in quo eſſet glo
rificandus: non nouello honore ſed priſtino: neq;
alieno ſed quem apud eum habuit. Si itaq; non in
ipſo glorificandus eſt:id eſt vt ſit in gloria dei pa-
tris:contumeliam aſcribe naturæ. Si vero quod ab
eo glorificatur auctoritas eſt: patrem maiorem in
glorificandi auctoritate cognoſce. Quid diſpenſa
tionem ad impietatem trahis? Quid ſacramentū
noſtræ ſalutis inuadis ad mortem? Glorificaturus
filium pater maior eſt. Glorificatus in patre & fili-
us minor non eſt. Aut quo modo minor eſt qui in
gloria dei patris eſt? Aut nunquid pater maior nō
eſt? Maior vtiq; pater eſt:dū pater eſt. Sed filius dū
filꝰ eſt:minor non eſt. Natiuitas filii patrem cōſti
tuit maiorem:minorem vero filiū eſſe natiuitatis
natura non patit. Maior pater eſt: dū gloriā aſſum
pto homini rogatur vt reddat:filius minor nō eſt:
dum gloriam reſumit apud patrem. Atq; ita & ſa
cramentum natiuitatis & diſpenſatio corporatio
nis impletur. Nam & pater dū & pater eſt:et glori
ficat nūc filium hominis: maior ē. Et pater & filiꝰ

vnū ſūt:dum ex patre natus filius poſt aſſūptione
terreni corporis glorificatur in patre. Non habet
itaq; natiuitas naturæ ignobilitat ē:qa ī forma dei
eſt:qui ex deo naſcitur. Et cū differre ſignificatio-
ne ipſa exiſtimetur innaſcibilitas a natiuitate:na-
tiuitas tamē non eſt extra innaſcibilitatis naturā:
quia non ſumpſit aliunde quod ſubſiſtit. Nam &
ſi non cōſecuta ſit:vt coinnaſcibilis effecta ſit: ac-
cepit tamen ex innaſcibili deo eſſe q̄d deus eſt. Fi-
des igitur noſtra & ſi initiū natiuitatis non appræ
hendens:vnigenitū deū ſemper profiteatur: quia
natura nō ferat vt cœpiſſe aliqn̄:cōfiteat: cuiꝰ na
tiuitas omne initii tempus excedat: ſed quē ſemp
eſſe & ante tempora confitetur:natum tamē in tē
porali infinitate non ambigit:eum tamen exinni-
tiabilis intelligentiæ natiuitate confeſſa. Sed hoc
hæretici ad naturæ contumeliā ſumūt quia dictū
eſt. Pater maior me eſt. Vel illud De die autem &
hora nemo ſcit neq; angeli in cælis:neq; filius:niſi
pater ſolus. Ignoratio ergo diei atq; horę obiicitur
vnigenito deo:vt deus ex deo natꝰ nō ſit in ea na-
turę pfectione qua deus eſt:cū neſciendi neceſſita
te dn̄ante iam vis aliqua exterior eo potior ſit:quę
tanq̄ aduerſum ſe imbecillū in ignorantię eū infir
mitate detineat. Quinetiā ad huiꝰ nos intelligē-
tię ipietatē hæreticorū furor iure neceſſarię quodā
cōfeſſionis compellit:vt ita credendū ſit quia & a
domino dictum ſit ita. Et videri irreligioſiſſimum
profeſſionis eiꝰ de ſe proteſtationem diuerſa intel
ligentię noſtræ opinione corrumpi. Ac primū an-
teq̄ dicti ratio & cauſa memoretur:ſenſu commu
nis iudicii ſentiendum eſt: an credibile eſſe poſſit
vt aliquid ex omnibus neſciat: qui omnibus ad id
quod ſunt atq; erunt:auctor eſt. Si enim omnia p
chriſtum & in chriſto & ita per ipſum vt omnia in
ipſo ſunt: id q̄d neq; extra eum neq; nō per eum ē:
quo modo non etiā in ſcientia eius ſit:cū plęrunq;
ſcientia ea etiam quæ neq; in ſe neq; per ſe ſint:per
virtutē naturæ nō neſciēs apprę hēdat? At vero q̄d
cauſam niſi ex eo nō ſumit:& motū ad id q̄d eſt ex
terior eritq;:niſi intra ſe nō capit:quo modo extra
eius naturæ ſcientiam eſt: per quā & in qua id q̄d
efficiendum ſit continetur? Cogitationes nanq;
humanas non tātum pręſenti motu incitatas ſed
etiam inſtinctu futuræ voluntatis agitandas do-
minus Chriſtus non ignorat euangeliſta teſtan-

te. Sciebat enim Ieſus ab initio qui eſſent non cre-
dentes: & qui eſſet traditurus eum. Naturæ ergo
eius virtus quę cognitionem rerum non extantiũ
capit: & quieſcentiũ adhuc animorum ſubiturus
inquietudines non ignorat: id q̃d per ſe intraq; ſe
eſt: neſciſſe exiſtimabit: & alieni potens ĩpotẽs ſui
eſſe! de quo dictum meminerimus. Oĩa per ipſum
& in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes. Vel il
lud. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudi-
nem inhabitare & per ipſum reconciliari omnia in
ipſo. Cum igitur omnis in eo ſit plenitudo: & om-
nia per ipſum & in ipſo reconciliantur: & dies illa
reconciliationis noſtrę expectatio eſt: hanc ille diẽ
ignorat: cuius: & in ſe tempus eſt: & per ſacramen
tum eius eſt! Et enim aduentus ſui dies iſta eſt: de
qua apoſtolus ait. Cum autem chriſtus apparue-
rit vita veſtra tunc & vos cũ eo apparebitis in glo
ria. Nemo itaq; q̃d per ſe & intra ſe eſt neſcit. Chri
ſtus aderit: & aduentus ſui diẽ ignorat! Dies ſuus
eſt ſecũdum eũdem apoſtolum: quia dies domini
ſicut fur in nocte adueniet. Et ignoratione eius de
tineri intelligendus eſt! Humanæ naturæ q̃d age-
re diffiniunt: quantũ in ſe eſt præſciunt: & ſequiẗ
gerendorum cognitio volũtatẽ agendi. Deus ve-
ro natus q̃d in ſe & per ſe eſt: neſcit! Per eũ eñ tem
pora: & in eo dies eſt: q͂a & per ipſum futurorũ cõ-
ſtitutio eſt: & in ipſo aduentus ſui diſpenſatio eſt.
Et erit in ea hebetudine: vt q̃d ſibi cõſtat: ſenſu na
turæ torpentis ignoret! ferarum beluarumq; mo-
do quę extra rationem conſilii prouidentis anima
te ipſum quod agũt neſciũt: cum quodã motu ſtu
pidę volũtatis agitatę fortuito ad aliquid & incer
to feruntur ingreſſu. Quomodo etiam dominus
glorię aduẽtus ſui ignorabili die naturę eſſe in cõ-
poſitę & imperfectę creditur: quæ & neceſſitatem
habeat adueniendi: & ſcientiam aduent⁹ ſui non
adepta ſit: p q̃d potior ſit ignoratio deo: quę ei au-
ferat cognitionis habere virtutẽ! Iam vero quanta
impietatis generatur occaſio per infirmitatẽ Chri
ſti: etiam deo patri vitium deputabitur: vt vnige-
nitum deum & dilectionis ſuę filium huius cogni
tione fraudauerit: malignitatiſq; affectu ſcientiã
futurę cõſummationis inuiderit. Et cũ nõ ignora
bilem ei eſſe paſſionis & diem & horam voluerit:
diem virtutis & clarificandi in ſanctis ſuis horam
negauerit: & ademerit beatitudinis cognitionem

cui moleſtis indulſerit præſcientiã! Humanæ iſtud
conſcientiæ non poteſt ferre trepidatio: vt hoc ſi-
bi de deo arbitrium præſumat: & ei vicia humanę
demutatiõis aſcribat: vt aut aliquid filio pater de
neget aut aliquid deus natus ignoret. Neſcit autẽ
deus aliud aliquãdo q̃ dilectio ẽẽ: neq; aliud q̃ etiã
pater eſſe. Et qui diligit: nõ inuidet: & qui pater ẽ:
non etiam non pater totus eſt. Non eñ admittit
hoc nomen portionem: vt ex aliquo pater ſit: & ex
aliquo pater nõ ſit. Pater eñ vniuerſitatis ei⁹ quæ
in ſe eſt: pater eſt. Omnem ſe in eo habens: cui non
ſit ex portione q̃d pater eſt: nõ q; ſibi eorũ quę ſua
ſũt pr̃ ẽ: ſed q; in iis q̃bus ipſe eſt: ei q ex ſe eſt: pater
totus ſit. Et cum ſecũdum humanorũ corporum
naturas quæq; ex diſparibus cõueniũt: & ex cõpo
ſitis cõſiſtũt: nõ poſſit niſi omnium ſuorũ quis pa-
ter eſſe: Aut q; in vnoquoq; eſt generũ ac partiũ:
id in filio natiuitas perfecta cõſeruet. Omnium er
go ſuorum quis pater eſt: dum ex omnibus nati-
uitas & in omnibus manet. Et cum deo non ſint
corporalia ſed abſoluta: neq; particulata ſed tota:
& vniuerſa nõ viuificata ſed viua: totus viuens &
vnum totum deus: dũ nõ ex portione compoſitus
eſt: ſed ex ſimplicitate perfectus eſt. Neceſſe eſt vt
ſecundũ q; eſt pater ipſe ſit omniũ ſuorũ ei⁹ quem
ex ſe genuit pater totus: dum eum patrem ex ſuis
omnibus natiuitas filii perfecta conſũmat. Si igiẗ
proprius filio pater eſt: in ea neceſſe eſt filium ma-
nere ꝓprietate qua pater eſt. Manere autem quo-
modo exiſtimabitur: ſi extra pręſcientiæ naturam
ſit: & aliquid natiuitati eius ex auctoritate defue-
rit! Deerit eñ prope totum: ſi q̃d proprium deo ẽ
nõ habeat. Propriũ autem deo quid aliud q̃ cogni
tio futurorũ eſt! vt res nondum manẽtes manſu-
raſq; poſteri⁹ inuiſibilium ac nõdum extantiũ ge
nerum capax natura contineat. Nõ patitur autẽ
in nobis doctor gentium Paulus hanc impii erro
ris profeſſionem: vt ignoraſſe aliquid vnigenitus
deus exiſtimetur: ait enim. Inſtituti dilectione in
omnes diuitias adimpletionis intellectus in agni-
tionem ſacramenti dei chriſti: in quo ſunt omnes
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconſi. Deus chri-
ſtus ſacramentũ eſt. & omnes ſapientiæ & ſcientię
in eo theſauri latent. Portioni vero & vniuerſitati
non poteſt cõuenire: quia neq; pars omnia intelli-
gi: & omnia partem non patitur intelligi. Fili⁹ eñ

ſi diem neſcit:iam non omnes in eo ſcĩetiæ theſau
ri ſunt. Quod ſi in eo omnes ſcientiæ theſauri ſũt:
diem non ignorat:omnem in ſe ſcientiæ theſaurũ
continẽs. Sed meminiſſe nos cõuenit occultos in
eo iſtos ſcientiæ theſauros eſſe:neqꝫ idcirco q̃a oc-
culti ſint non ineſſe:cum per id qđ deꝰ eſt:in eo in-
ſint. Per id vero qđ ſacramentum eſt occultantur
Nõ occultum autem neqꝫ ignoratum nobis eſt ſa
cramẽtum dei chriſti:in quo abſconſi omnes ſcien
tiæ theſauri ſunt. Et quia ſacramentum ipſe eſt:vi
deamus an in iis quæ neſcit:ignorans ſit. Si eñ in
cæteris profeſſio ignorandi nõ habet neſciendi in-
telligentiam ne nunc quidem quod neſcit ignorat
Nam cum ignoratio eius ſecũdum qđ omnes the
ſauri in eo ſcientię latent:diſpẽſatio potius q̃ igno
ratio ſit. Habes cauſam ignorandi ſine intelligen-
tia neſciendi. In omnibus eñ quæ ignoraſſe deus
loquitur:ignorãtiam quidem profitetur:ſed igno
ratione tamen non detinetur:dum ad id qđ neſcit
non neſciendi infirmitas eſt:ſed aut tempꝰ eſt nõ
loquendi:aut diſpenſatio eſt non agẽdi. Loquitur
ad Abraham deus dicens. Clamor ſodomorum &
gen. 18 c. 21 Gomorre impletus eſt:& peccata eorum magna
valde. Deſcendam ergo & videbo:ſi ſecundũ cla-
morem eorum conſummantur:qđ ſi non vt ſciam
Habemus ergo neſcientem deum:quod tamẽ nõ
neſciat:nam cum peccata magna valde ſciat eſ-
ſe:& rurſum deſcendit vt videat: an conſummati
ſint: etſi nondum conſũmati ſunt vt ſciat:intelli-
gimus eum non ea tunc ſcire quia prius neſciat
ſed tunc ſcire quia tempus ad agendum ſit. Scire
ergo deum non eſt ignorantię diminutio:ſed tem
poris plenitudo. Expectatur eñ ad hoc vt ſciat. Et
cũ neſcimꝰ id de eo intelligere qđ neſciat:cũ tamẽ
adhuc expectet vt ſciat:neceſſe eſt: vt id qđ ſciens
neſcit:& neſciens ſcit:nihil aliud q̃ vel loquẽdi diſ
penſatio ſit vel agendi. Non ergo ambigi licet dei
ſcientiam ex tempore potius eſſe q̃ ex demutatio-
ne:cum ad id qđ deus ſcit:profitendæ potiꝰ ſcien-
tiæ tempus ſit:q̃ adeptę:vt etiam ex hoc docemur
qđ ad Abraham dictum eſt. Ne iniicias manũ tuã
in puerum:& ne facias illi quicq̃ nunc eñ cogno-
ui quia times dominum deum tuum:& non ꝑper
ciſti filio tuo dilecto propter me. Deus itaqꝫ modo
ſcit. Modo autem ſcire:anterioris ignorantiæ pro-
feſſio eſt. Quod cũ in deũ non cadat:neqꝫ vt igno

rauerit ante fidelem ſibi eſſe Abraham:de quo di-
ctum eſt. Credidit Abraham deo & deputatum ẽ
ei ad iuſtitiam. Hoc qđ nũc cognouit tempus quo
Abraham teſtimonium accepit:nõ etiam deꝰ ſci-
re coepit. Abraham eñ holocauſto filii dilectionẽ
quã ad deum habebat docuerat. Deus tũc cogno-
uit cum loquitur. Et quia ante neſcire non intelli-
gendus eſt: neceſſe eſt idcirco tunc intelligatur co
gnouiſſe quia loquitur. Et de plurimis quidẽ quæ
de ſcientia dei teſtamento veteri continentur:hęc
tantum exempli cauſa demonſtrata a nobis ſunt:
vt id qđ neſcit deus:non ignorationis cauſa intelli
geretur eſſe ſed temporis. In euãgeliis vero domi-
num multa ſcientem neſcire inuenimꝰ:operarios
iniquitatis in virtutibus multis & in nomine eius
gloriantes non nouit dicẽs. Et tũc iurabo quia nõ
noui vos. Diſcedite a me omnes qui operamini ini
quitatem. Etiam cum iureiurando eos non nouit
quos tamen iniquitatis operarios eſſe non neſcit.
Neſcit ergo non idcirco quia neſciat: ſed quia co-
gnitione eius per iniquitatem operationis indigni
ſint:fidẽ dicti etiam iurandi religione confirmans
& habẽs in naturę virtute ne neſciat:& retinens in
ſacramento volũtatis vt neſciat. Neſcit quoqꝫ vni
genitus deus virgines ſtultas:& comparandi ſibi
olei incurioſas:glorioſi aduentus ſui thalamũ in-
greſſus ignorat. Nanqꝫ & adeũt & rogant & vſqꝫ
eo non ignorantur:vt iis rex reſpondeat. Amen di
co vobis quia neſcio vos. Nã & occurſus & depre-
catio non ignorabiles eſſe eas patitur:ſed neſcien-
di reſponſio non naturæ potius q̃ volũtatis eſt:dũ
ab eo qui nihil neſcit: indigne ſunt quæ ſciantur.
Deniqꝫ ne per infirmitatẽ ignorare exiſtimaretur:
continuo apoſtolis ita locutus eſt. Vigilate itaqꝫ
quia neſcitis diem neqꝫ horam. Vt cũ vigilare eos
ob ignorationẽ diei atqꝫ horæ monet:per id neſci-
ri ab eo virgines noſcerentur: qꝫ ſopite & negli-
gentes indigne aditu thalami ſui oleo indigendo
manſiſſent. Non eſt igitur dominus Ieſus chriſtꝰ,
qui ſcrutãs corda:& renes deus eſt:in ea naturę in
firmitate ne neſciat:cum hoc ipſum ex naturę ſciẽ
tia intelligatur eẽ qđ neſciat. Qđ ſi qui forte igno-
rationem ei deputabunt:ab eo qui ſciat cogitatio
nes eorum:dici ſibi metuant. Quid cogitatis ma-
la in cordibꝰ veſtris? Nam cum cogitationum ge-
ſtorumqꝫ non ignarus cognitor interdum de cogi

tatis geſtiſ. ꝑ quaſi ignarus interrogat: velut de ta
ctu fimbriæ mulierem: vel de dictorum diſſenſio-
ne apoſtolos: vel de ſepulchro Lazari flentes: nõ ne
ſciens intelligendus eſt neſcire: ſed loquens. Neq
eñ natura fert vt qui in abſenti Lazarum mortuũ
ſepultumq̃ ſciat: ſepulchri locũ neſciat. Et qui co-
gitationes videt: mulieris fidem non cognouerit.
Et qui neceſſitatẽ non habet de aliquo interrogan
di: diſſenſionẽ apoſtolorũ ignorauerit. Sed ei q no
uit omnia ea ipſa quę nõ neſcit: diſpenſatio eſt ali-
quando neſcire ſe loqui: dum aut apud Abraham
ſcientia diſſimulatᷓ in tempꝰ: aut apud ſtultas vir
gines: & iniquitatis operarios cognitio negatᷓ indi
gnis: aut in ſacramento filii hominis: interrogatio
ignorantis ex homine eſt. In iis ſe omnibus verita-
te corporeæ natiuitatis accõmodans: quibꝰ natu
ræ noſtræ infirmitas detinetur: non vt infirmus eſ
ſet ex natura q deus eſt: ſed infirmitates ſibi homi
nũ deus homo natus aſſũpſerit. Aſſumpſerit autẽ
ita non vt in naturã infirmam natura indemuta-
bilis ſit redacta: ſed vt ĩ naturę demutabilis ſuſce-
ptione eſſet ſacramentũ: dũ & q erat deꝰ: homo ẽ:
nec deus deſtitit manere qui homo eſt. Agẽs itaq
ſe atq conformans hominẽ natũ: manẽs deus ver
bum: ſępiſſime in ea eſt profeſſione quã homo eſt:
cum tamẽ & proteſtatio dei ea ſit ſæpe quæ homi
num: cum ea neſcit quæ aut nõ ſint in tempore cõ
fitenda aut non agnoſcuntur ad meritũ. Intelligẽ
dũ itaq eſt cur profeſſus eſt diem ſe neſcire. Si om
nino neſcire creditur: apoſtolus ita contradicit. In
ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientię abſcon-
diti. Eſt ergo abſconſa ſciẽtia quæ quia abſcondita
eſt: interdũ & neſciẽtia cõfitenda eſt: vt eſſe poſſit
abſcondita. Nam ſi erit in proteſtatione: non etiã
in ſecreto manebit. Negat ergo ſe ſcire: vt ſcientia
poſſit eſſe abſcondita. Qđ ſi idcirco neſcit vt ſcien
tia maneat abſconſa: non per naturã neſcit omnia
ſciens: qđ idcirco tantum vt abſconſum ſit neſcit.
Cur aũt dei ſcientia abſconſa ſit: nõ in obſcuro eſt.
Nãq dũ monet nos iremiſſa fide intẽtos ſemper
manere: ſecuritatem cognitiõis ademit: vt pendu
lę expectationis incerto mẽs ſollicita feſtinãs: & ad
uẽtus diẽ ſemp expectãs: ſemper expectando ſperet
curãq ꝑpetuilegem incertũ ipſum nõ ambigẽdi ta-
men temporis detineret. Ita eñ dominus ait. Ideo
& vos eſtote parati quia neſcitis qua hora filius ho
minis ventꝰrus ẽ. Et rurſum. Beatus ille ſeruꝰ: quẽ
veniens dñs eius inuenerit vigilãtẽ. Ignoratio nõ
ad errorẽ fuit neceſſaria: ſed ad perſeuerantiã. Nec
negatũ id ad detrimẽtũ eſt: qđ ignoratũ tribuit in
crementũ: ne ſcientię ſecuritas negligẽtiã fidei diſ
ſimulatę nõ exerceret. Sed præparationẽ iremiſſã
expectatio indefinita retineret: q̃ mõ furis metuẽ-
do ſemper caueret. Illo eligẽte omne tẽpꝰ ad furtũ
patrefamilias vero domus dãni ſemper timore vi-
gilante. Quũ ĩgiᷓ non obſcurum ſit: ignorationẽ
dei nõ ignorationẽ eſſe ſacramentũ: dũ per diſpen-
ſationẽ agendi aut ꝓſtãdi aut demõſtrãdi ſic ne
ſciat vt ſciat: & ſic ſciat vt neſciat: tamẽ videndũ ẽ
ne forte & vita infirmus ſit: vt ea quę pater ſcit ſci
re nõ poſſit: potẽte quidẽ eo cogitationes hũano-
rum cordiũ noſſe: qa natura potior motibus ſe na-
turę inferioris admiſceat: eamq tanq̃ imbecillã ve
hemẽti virtute trãſcurrat: ſed impotẽs ſit vehemẽ
tiorẽ ſe naturã infirmior ipſa penetrare: quẽadmo
dũ leuibꝰ grauia: & raris dẽſa: & ſolida liquidis nõ
rędũt. Ita cõtra: grauibus leuia: & rara dẽſis: & liq-
da ſolidis ſũt peruia: quia cum nõ pateãt valida in
firmioribus: validis tamẽ infirma penetrãtur. Ob
id ergo cogitationes dei patris ignorare filiꝰ ab im
piis diciᷓ: qa iſirmꝰ ipſe cũ ſit: nõ adeat ineſido po
tiorẽ: nec valentẽ ĩualidus tranſcurrat. Quæ ſiqs
non modo ore temerario loqui audebit de vnige-
nito deo: verũ etiã corde impio cogitare: apoſtolũ
ita de ſpũſancto ad corinthios ſcribentẽ credidiſſe
cognoſcat. Nobis aũt reuelauit deꝰ per ſpũm ſuũ:
ſpũs eñ oĩa ſcrutatᷓ etiã altitudines dei. Quis eñ
ſcit hominũ quæ ſũt hoĩs quæ in ipſo ſunt niſi ſpi-
ritꝰ qui in ipſo eſt? Ita & quę in deo ſunt: nemo no
uit niſi ſpiritus dei. Sed hæc inania corporaliũ re-
rum exempla ſpernẽtes: deum de deo: & ſpiritum
de ſpiritu: virtutibus ſuis potius q̄ terrenis condi-
tionibus ęſtimemus. Aeſtimemꝰ autem nõ ſenſu
noſtro: ſed profeſſione diuina: & credamus ei q ait
Qui me videt: videt & patrẽ. Nec ignoremꝰ eum
dixit. Vel opibus meis credite: quia pater in me &
ego in patre. Nec ignoremus eum qui locutus eſt:
ego & pater vnum ſumus. Si enim ſenſum noſtrũ
rerum nomina ſecundum humanam intelligẽtiã
cõmemorata confirmant: non habet ab eo naturę
differentiam: in quo per intelligentiam quiſq vi
detur. Nec differt in genere qui manentem in

ſe habens:ineſt in manēte. Nec diuerſi ſunt ꝗ vnū
ſunt. Intellige vnitatē: dū non diuidua natura eſt.
Naturæ vero rurſum indiuiduę ſacramentum ap
præhende: dum tanꝗ̄ ſpeculum vnus vnius ē. Spe
culum autem ita: vt non imaginē tam ſpeciem ex
terioris naturæ ſplendor emittat: ſed dum viuens
natura viuentis indifferens eſt. Quippe quæ ex to
ta tota ſit: quæ dū vnigenita eſt: patrē in ſe habeat
& maneat in patre dum deus eſt. Hæc itaqꝫ ad ſi-
gnificādum natiuitatis ſacramentum a domino
prædicata hęretici quia negare non poſſunt: ita
conantur eludere: vt ad voluntatis concordiam
referant: vt in deo pr̄e & in deo filio nō diuinitatis
ſit vnitas ſed voluntatis Tāqꝫ diuinę doctrinę in-
ops ſermo ſit: neqꝫ aut dici a domino potuerit: ego
& pater vnum volumus. Aut eiuſdem intelligen-
tiæ ſit: ego & pater vnum ſumus: vel loquendi im
peritus nō dixerit: qui videt voluntatē meā: videt
& volūtatē patris mei. Et id ipſū ſit: qui me videt:
videt & patrē. Vel certe nō fuerit in vſu eloquii di
uini voluntas patris mei in me eſt: & volūtas mea
in patre meo eſt. Sed cōueniens huic dicto ſit: ego
in patre & pater in me. Quę ꝗ̄ꝗ̄ omnia fœda & in
epta & impia ſint: neqꝫ ſenſus humanꝰ in hāc ſtul
tę opinionis ſententiam cōcedat: vt aut nō potue
rit dominus loqui qd̄ volebat: aut aliud locutꝰ ſit
ꝗ̄ locutus eſt. Qui ꝗ̄ꝗ̄ reperiatur parabolicis &
allegoricis dictis vſus eſſe: ſed aliud eſt vel exem-
plis dicta firmare: vel prouerbiorum ſignificatio-
nibus rerum ſatiſfacere dignitati: vel temporū pro
feſſionibus ſe coaptare: tamē ipſe id eſt vnitatis de
qua tractatur: locus non patit̄ in dictis aliud ꝗ̄ ſo-
nant verba: eſſe credēdū. Si enim per id vnum ſūt:
quia vnum volunt: vnum autē velle naturę ſepa-
rabiles non poſſunt: quę diuerſitatem generis diſ-
ſidentis in diuerſas neceſſario voluntates naturæ
diuerſitate diſſentiūt: quomodo vnum velle poſ-
ſunt: quibus ſcire non vnum eſt: cū ſciētia & igno-
ratio voluntatis vnius impediat vnitatem? Cū ita
qꝫ ſcientiæ in ſciētia aduerſa ſit: vnum velle aduer
ſa nō poſſūt. Sed forte id qd̄ ſolū patrem filius ait:
ſcire filium qui ſe neſcire dixerit: neſcire confirmet
Niſi plane patrem ſolum ſcire dixiſſet: maximi pe
riculi res intelligentiæ noſtrę relinqueretur: ne for
te exiſtimaret̄ ipſe neſcire. Nam cum in eo qd̄ ne-
ſciat: diſpenſatio ei potius abſcondirę ſciētiæ ꝗ̄ na
tura ſit neſciēdi per id quoqꝫ nūc qd̄ ſolus pater nō
ignorare credēdus eſt: qꝛ ſicut ſuperius docuimꝰ
ſcientia apud deū nō cognoſcēdi id qd̄ neſcierit in
telligētiæ eſt: ſed loquēdi. Et ꝑ id ꝙ ſolus pater ſcit
filius nō intelligit̄ neſcire: cū filiꝰ idcirco neſcire ſe
dicat: ne & alii ſciant patrē ob id ſolū dicat ſcire: ne
& ipſe nō neſciat. Si em̄ tūc cognouiſſe deus dicit̄:
amari ſe ab Abrahā: cū hoc nō cęlauit Abrahæ: ne
ceſſe ē: vt & pater diē ob id ſcire dicat̄ qꝛ nō cęlaue
rit filiū: deo ſciētiā nō de repētina cognitiōe ſumē-
te ſed in tempore proteſtāte. Si itaqꝫ diē filiꝰ ſecun
dū ſacramētū neſcit: vt taceat: econtrario neceſſe
eſt: ideo diē pater ſolꝰ oſtendat̄ ſcire quia nō tacet
Abſit aūt corporaliū demutationum nouitates in
patre & filio exiſtimari: vt aliqñ pater filio aut loq̄
tur aut taceat. Nobis quidē nonnūꝗ̄ miſſam vocē
de cęlo meminimꝰ: vt ſacramētū apud nos filii pa
terni dicti ſignificatio firmaret: ſicut dominus ait.
Nō propter me vox hęc venit de cœlo ſed propter
vos. Cæterū natura dei nō eget cōpoſitis humani
officii neceſſitatibꝰ: linguę motu: tēpamēto oris:
ſpūs nixu: aeris pulſu. Deꝰ ſimplex ē religione nr̄a
intelligēdꝰ eſt: pietate profitendꝰ ē: ſenſu vero nō
perſequēdꝰ eſt: ſed adorādus: quia natura modera
ta & infirma naturę infinitę & potētis ſacramētū
intelligētię opinione nō occupat. Nō ē itaqꝫ diuer
ſis cōpoſitę ſubſtātię diuinitatis partibus: vt ſit in
eo aut poſt ſtuporē volūtas: aut poſt ſilētiū ſermo
aut poſt ociū opꝰ: vt aut velle aliqd: niſi ad volen-
dū motus ſi nō putet̄: aut loqui qd niſi poſt ſilētiū
ſonēt verba: nō poſſit: aut agere aliquid niſi ī opus
exeat: nō intelligat̄. Non ſubiacet naturę legibus:
a quo legē om̄is natura ſortit̄. Neqꝫ in aliquo infir-
mitate aut demutatione efficiēdi detinet̄: qui ex-
tra modū ē poteſtatis ſecūdū domini dictū. Pater
poſſibilia tibi omnia ſunt. Vt quātū ſenſus huma
nus nō capit: tātū deus poſſit. Sed ne ipſum quidē
ſe omnipotētię virtute fraudauit dicens. Oīa quæ
cunqꝫ facit pater: eadem & filiꝰ facit ſimiliter. Nō
eſt difficultas vbi nō eſt infirmitas: qꝛ difficultati
ſubiacet impotens efficiēdi poteſtas. Difficultatis
em̄ natura in infirmitate virtutis eſt: quę cū nō ha
bet modum poteſtatis: nō tenet̄ lege infirmitatis.
Hoc idcirco demonſtratū a nobis eſt: ne aut deus
poſt ſilentiū locutus ad filiū: aut filius poſt ignora
tionem ſcire exiſtimaretur. Sed intelligentiam no

ſtram naturæ noſtrę eſſe ſignificationibus inſtruē-dam: quæ demonſtrati aliquid: niſi per loquentem non intelligeret: & non neſciri aliquid niſi ſciendo non exiſtimaret. Filius itaq; diem: idcirco quia tacet: neſcit: & patrem ſolum idcirco ſcire ait: quia ſolus vni ſibi nō tacet. Sed non expectat vt dixi has naturæ difficultates: vt tunc ſciat: cū ignorare deſtiterit: tunc audiat cum loqui pater cœperit. Naturæ ſuæ cum eo tanq̄ vnigeniti vnitatem nō ambigue docuit dicens. Omnia quę patris ſunt: mea ſunt. Non eñ ille nunc de obtinendo locutus eſt: quia aliud eſt extrinſecus ſubſiſtētia ſua eſſe aliud eſt in ſuis: atq; id ipſum ſe eſſe: quorū vnum eſt poſſidere cœlum terras mundumq; totum: aliud eſt ſe ipſum in iis ſignificare quę ſua ſunt. Sua autem ita nō tanq̄ externa ſubiacent: ſed qđ ex ſuis ipſe ſubſiſtat. Nunc ergo cū omnia quę patris ſunt: ſua ſunt diuinitatis ſignificat naturam: nō obtentorū communionem. Nam ad id qđ de ſuo accepturum ſanctum ſpiritum loquebatur ait. Omnia quæ patris ſunt mea ſunt: & ideo dixi de meo accipiet. Vt dū de ſuo accipit: nō etiā nō de patris accipe exiſtimaret. Vel cū de patris ſumeret: nō etiā nō de ſuo ſumere intelligeret. Neq; eñ de creaturis ſumebat ſpiritus ſanctus: quia dei ſpiritꝰ eſt: vt ex iis videatur accipere: quia ea omnia dei ſunt. Sed ideo omnia quę patris ſunt: ſua ſunt vt qđ ſumit ex filio: ne etiam non de patris ſumere videretur: cū omnia q̄ patris eſſent: eſſe intelligerentur & filii. Hæc igiť natura nō eguit vel demutatiōe vel interrogatione vel allocutione: vt poſt ignorantiā ſciat: poſt ſilentiū interroget: poſt interrogationē audiat. Sed perfecta in ſacramento vnitatis ſuę manens: vt habuit de deo natiuitatem: ita habet & vniuerſitatē. Vniuerſitatē: aūt habēs nō etiā nō quę vniuerſitatis ſunt tenuit: ſcientiam. ſ. & voluntatem: ne qđ ſcit pater: per interrogationem filius ſciret: vel qđ vult pater: per ſignificationē filius vellet. Sed cū omnia quę patris ſunt: ſua eſſent: in ea eſſet proprietate naturę: ne alīd aliquid q̄ pater aut vellet aut ſciret. Ad demonſtrationē vero natiuitatis plęrunq; demonſtratio eſt adhabita perſonę: cū diciť. Nō veni volūtatē meā facere ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Patris voluntatē nō ſuā facit: dū per voluntatem eiꝰ qui ſe miſit: ſignificat & patrē. Quod autem id ipſum velit: non ambigue oſten-dit dicēs. Pater quos mihi dediſti: volo vt vbi ego ſum: & ipſi ſint mecum. Cum ergo pater velit nos cum chriſto eſſe: in quo ſecundum apoſtolū elegit nos ante mundi conſtitutionē: & ipſum illud filiꝰ velit ſcilicet eſſe nos ſecum: voluntas ad naturam eadem eſt: quę ad natiuitatis ſignificationē diſtinguitur in volente. Non itaq; ignorat filius qđ non ignorat pater: neq; quia ſolus pater ſcit: idcirco neſcit & filius: cum in vnitate naturæ pater & filius maneant. Qđ aūt filius neſciat: in quo omnes theſauri ſapiētię & ſciētię abſcōditi ſūt: tacēdi diſpēſatio ſit: ſicut ipſe dñs teſtatꝰ eſt: cū quęrētibus apoſtolis de tēporibus reſpōdit. Non eſt veſtrum ſcire act. i. tempora vel momenta quę pater poſuit in ſua poteſtate. Cognitio negať: neq; ſolū negať: ſed & ſolicitudo cognitionis inhibetur: cū ſcire hęc tēpora non eſt eorum. Ipſum certe nūc poſt reſurrectionē de temporibus interrogāt: quibus ante interrogātibus dictum eſt: ne filiū quidē ſcire: nec videri poſſunt ſecundū aures intellexiſſe neſcire filium: cum ipſi eum tanq̄ ſcientē & rurſum interrogant. Sed ſacramentū neſciendi: diſpenſationē intelligentes eſſe tacendi: nunc poſt reſurrectionem: loquendi tempꝰ iam arbitrantes eſſe: interrogant. Atq; illis filius nō iam ſe neſcire ait: ſed ꝙ nunc ſcire nō ſit eorum quæ pater in poteſtate ſua poſuerit. Si itaq; apoſtoli hoc: qđ neſcit filius diem: diſpenſationem eſſe intelligunt non infirmitatē: nos filiū ob id tantum diem dicimus neſcire: ne deus ſit. cum diē pater deꝰ idcirco in poteſtate ſua poſuerit: ne ad ſciētiam humanę cognitionis euaderet: & filius ante interrogatus neſcire ſe dicens: nūc rurſum non neſcire ſe reſpondeat: ſed eorum eſſe neſcire: patrem vero tempora non in ſcientia ſua ſed in poteſtate poſuiſſe. Nā cū dies & momentū intra tēporū nomē ſit: nō pōt videri diē & momētū reſtituendi in regnū iſrael ipſe ille qui teſtiturꝰ eū ē ignorare. Sed nos ad intelligentiam natiuitatis ſuę per exceptionē paternę poteſtatis erudiēs: neq; ſe neſcire reſpōdit: ſed facultatem ipſis ſcientiæ non cōceſſam eſſe demōſtrans: id ipſum in ſacramēto paternæ poteſtatis cōſiſtere eſt pfeſſus. Nō ergo qa neſcire ſe diē & momētū filius dicit: neſcire credēdꝰ ē: ſicuti cū ſecūdū hominem aut flet: aut dormit: aut triſtis eſt: deus obnoxius eſſe aut lachrymis: aut ſomno: aut timori eſt confitendꝰ. Sed ſalua vnigeniti

in ſe veritate: ſecũdũ carnis infirmitatem: fletũ ſõ-
nũ inediã ſitim laſſitudinẽ metũ pati neceſſe eſt: &
ſecundum hominis naturam: diei atq; horæ pro-
feſſus eſt inſcitiam.

Finitur Liber Nonus.

Sequitur Liber decimus.

NOn eſt ambiguum omnẽ hũa-
ni eloquii ſermonẽ cõtradictio
ni obnoxiũ fuiſſe ſemp. Quia
diſſentiẽtibus volũtatũ moti-
bus diſſentiẽs quoq; ſit ſenſus
aiorũ: cũ aduerſantiũ iudicio-
rum aſſertione compugnãs aſſertionibꝰ iis quibꝰ
offenditur: contradicit. Quis eñ omne dictũ ve-
ri ratione perfectum ſit: tamẽ dum aliud aliis aut
videtur aut complacet: patet veritatis ſermo ad-
uerſantium reſponſiõni: quia cõtra veritatem aut
aut non intellectam aut offendentem: vel ſtulte
vel vitioſe voluntatis error obnititur. Immodera-
ta eñ eſt omnis ſuſceptarũ volũtatũ pertinacia: &
indeflexo motu aduerſandi ſtudiũ perſiſtit: vbi nõ
rationi volũtas ſubiicit: nec ſtudiũ doctrinæ inpẽdi
tur: ſed iis quę volumus: rationem conquirimꝰ: &
iis quę ſtudemus doctrinam coaptamus. Iamq; no
minis potius q̃ naturæ erit doctrina quę fingit: &
non iam veri manebit ratio ſed placiti: quã ſibi vo
luntas magis ad defenſionem placentium coapta
uit: nõ quæ volũtatis inſtinctum per intelligentiã
veri rationabilis incitauit. Per hæc igitur vicia ſtu
dioſarum voluntatum: omnes aduerſantiũ inten
tionum emergunt contradictiones: & inter veri
aſſertionẽ & placiti defenſionem pertinax pugna
eſt: dũ ſe & veritas tenet: & tuet volũtas. Cæterũ
ſi nõ pręiret rationẽ voluntas: ſed per veri intelligẽ
tiam ad velle id qđ verũ eſt moueret: nunq̃ doctri
na voluntati quæreretur: ſed volũtatẽ omnem do
ctrinę ratio cõmoueret: eſſetq; omnis ſine contra-
dictione veritatis ſermo: cũ vnuſquiſq; non qđ vel
le id verum eſſe defenderet: ſed qđ verũ eſt: id vel-
let cepiſſet. Harum itaq; vitioſarum voluntatum
non ignarus apoſtolus inter multa conteſtãdæ fi-
dei & prędicandi verbi præcepta: ad Timotheum
ſcribens ait. Erit tempꝰ cum ſanam doctrinã non
ſuſtinebũt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi
magiſtros prurientes auribus. Et a veritate quidẽ
auditũ auertentes ad fabulas autem conuertent.
Vbi eñ per impietatis ſtudium extra ſanę doctri-
næ patientiam erunt: tunc iis quæ deſiderant coa
ceruabũt magiſtros apta ſcilicet cupiditatibꝰ ſu-
is doctrinarum inſtituta cumulãtes neq; doceri ſe
deſiderantes ſed doctores ad id qđ deſiderant con
gregantes: vt cumulus ipſe conquiſitorum & coa
ceruatorum magiſtrorum æſtuantiũ deſideriorũ
ſatiſfaciat doctrinis. Et hic tantus ſtultæ religioſi-
tatis furor quo tandem ſpiritu ſanam doctrinã nõ
ſuſtinens corruptam deſiderabit? Si ignorat: ab eo
dem apoſtolo ad hũc eundẽ Timotheũ ſcribente
cognoſcat. Spiritus autẽ manifeſte dicit quia in no
uiſſimis temporibus recedẽt quidam a fide atten-
dentes ſpiritibus ſeductoribus: doctrinis demonio
rum: in hypocriſi mendacio loquorũ. Quis eñ do
ctrinæ profectus eſt placita magis q̃ docenda con
quirere? Aut quæ doctrinę religio eſt non docenda
deſiderare: ſed deſideratis coaceruare doctrinam?
Sed hæc ſeducentium ſpirituum incentiua ſuppe
ditant: & ſimulatę religionis falſiloquia cõfirmãt.
Sequitur eñ fidei defectionẽ hypocriſis mẽdax: vt
ſit vel in verbis pietas quã amiſerat cõſcientia. Et
ipſam quidam ſimulatam pietatem omni verbo-
rum mẽdacio impiam reddunt: falſe doctrinę inſti
tutis corrumpentes ſanctitatem fidei dũ ſecundũ
deſideria ſtudiorum potius q̃ ſecundũ euangelicã
fidem coaceruata doctrina eſt. Auribus eñ pruri-
gine incitatis dum per audiendi impatiẽtem oble-
ctationẽ ſub nouella deſiderii ſui prædicatiõe ſcal
pũtur: ipſi penitꝰ ab auditu veritatis alieni: totos
ſe fabulis deſtinant: vt iis quę loquantur: veritatis
ſpeciem acquirant: dum quæ vera ſunt: & loqui &
audire nõ poſſũt. Incidimus planę in hoc ꝓphetiæ
apoſtolicę moleſtiſſimũ tempus. Conquiſitis eñ
nunc creaturæ potiꝰ q̃ dei prędicãdi magiſtris de-
ſideriis humanis potius q̃ ſane fidei doctrinis ſtu-
detur: & euſq; eos prurigo auriũ ad ea quę deſide
rant: audiẽda excitauit: vt coaceruatis doctoribꝰ
ſola hæc nunc interim prædicatio polleat: per quã
vnigenitꝰ deus a ptãte & veritate dei patris alie-
nus aut alteriꝰ generis deꝰ ſit in fide noſtra: aut de
us nõ ſit mortifera ex vtroq; impietatis profeſſiõe:
aut duos deos ſub diuerſitate diuinitatis loquen-
tes: aut deum omnino cui natura ex deo per nati-
uitatẽ ſit: abnegãtes. Hoc alienatis ab auditu veri

tis & conuerſis ad fabulas auribus placet. Huius
ſane doctrinę audiētia non ſuſtinetur: & omnis ip
ſa cū prædicatoribus ſuis exulat. Sed licet nunc a
multis coaceruantibus ſibi ſecundū deſideria ſua
magiſtros ſana doctrina exulet: nō tamē a ſanctis
quibuſq̄ prædicationis veritas exulabit. Loquimur
eni̅ exules p̄ hos libros: & ſermo dei qui vinciri nō
poteſt: liber excurret: de hoc eodē apoſtolicę ꝓphe
tiæ admonens tēpore: vt cū auditus veritatis im-
patiēs depræhenditur: & ſecundū deſideria huma
na coaceruari magiſtri reperiuntur: iam de tempo
re non ambigatur. Sed in eo coexulare exultātibꝰ
ſane fidei prædicatoribus veritas intelligat̄. Ac de
temporibus non queremur: quinetiam gaudebi-
mus: quia iniquitas ſe per hoc exilii noſtri tempus
oſtenderit: quo veritatis impatiens ſanę doctrinæ
p̄dicatores: vt ſecūdū deſideria ſua coaceruet ſibi
magiſtros: relegat: exilio nr̄o lętantes & exultātes
in dn̄o: contigiſſe in nobis plenitudinem apoſtoli
cę prophetiæ. Superioribꝰ igitur libellis ſinceræ vt
arbitror fidei & incontaminatę veritatis profeſſio
nem tenentes: q̄q̄ ſecundū humanæ naturę cōſue
tudinē nullus ſermo non ſit obnoxius cōtradictio
ni: eam tamen nos arbitror totius reſponſionis no
ſtræ moderatos eſſe rationē: vt cōtradicere quiſq̄
niſi cū impietatis profeſſione non poſſit. Eorū eni̅
dictorum quę ſecundū falſiloquii ſui artem ex euā
geliis hęretici præſumūt: ita demonſtrata veritas
eſt: vt iam in contradictione ignorantiam excuſa-
re non liceat: ſed irreligioſitatem neceſſe ſit cōfite
teri. Eam quoq̄ nūc ſecūdū ſancti ſpiritus donū tē
perauimꝰ totiꝰ fidei demōſtrationē: vt neq̄d emē
tiri ſaltem aduerſum nos criminis poſſint. Solent
eni̅ ita de nobis implere aures ignorātiū: vt nos aſ
ſerant negare natiuitatē: cū vnitatem diuinitatis
prędicamꝰ: & dicant ſolitariū a nobis per hoc: ego
& pater vnum ſumꝰ: ſignificari deum: vt innaſci-
bilis deus deſcendēs in virginem: homo natus ſit:
quia ad diſpenſationē carnis pertineat id q̄d ita coe
perit: ego ad diuinitatis ſuæ vero demonſtrationē
ſubiecerit: & pater: tanq̄ huius hominis ſui pater
eſſet. Ex duobꝰ vero conſiſtens homine ſcilicet &
deo de ſe locutꝰ ſit: vnum ſumus. Sed nos natiui
tatē ſubſiſtentē ſine tēpore proteſtātes prędicabi-
mus deum filium nō alienę a deo patre naturę de-
um. Neq̄ ex innaſcibilitate inaſcibili coęqualē: ſed
ex generatione vnigenitum non diſparem: neq̄
vnum eos eſſe ex geminatis nominibus vnionis:
ſed ex natiuitate naturę: neq̄ duos deos per diuer
ſitatē generis in fide eſſe: neq̄ rurſum ſingularē de
um: vbi ſacramentū dei vnigeniti eſt confitendū:
ſed in patre ſignificari atq̄ eſſe dei filiū: dū in eo na
tura patris & nomen eſt. In filio vero patrē intelli-
gi ac manere: dū filiꝰ neq̄ dici poteſt neq̄ ex patre
neq̄ eſſe viuētis quoq̄ naturę eſſe viuētē imaginē
& cōſignatā naturaliter dei i deo formā: vſq̄ adeo
indifferentis poteſtatis & gn̄is: vt in eo neq̄ opꝰ
nec ſermo nec viſus alienus a patre ſit: ſed cum na
turaliter in ſe habeat auctoris ſui imago naturam
per naturalem quoq̄ imaginem ſuā auctor & ope
ratꝰ & viſus & locutꝰ ſit. Atq̄ hanc quidem & in-
temporalem & innarrabilē & omnē humanę intel
ligentię ſenſum excedentem vnigeniti generatio
nem prędicantes: nati quoq̄ in hominem ex partu
virginis dei ſacramentū docuimus: demonſtran-
tes ſecundum diſpenſationē carnis aſſumptę: tum
cū ſe ex forma dei euacuās formā ſerui accepit: in-
firmitatē habitꝰ hūani: dei non infirmaſſe naturā
ſed ſalua diuinitatis in homine virtute: acq̄ſitā eſ-
ſe dei ad hominē poteſtatē. Namq̄ cum in homi-
ne deus natus ſit: non idcirco natꝰ eſt: ne non deꝰ
maneret: ſed vt manente deo homo natus in deū
ſit. Nam & Emanuel nomē eius eſt q̄d eſt nobiſcū Math. 1. c. 23.
deus: vt non defectio dei ad hominē ſit: ſed homi-
nis prouectꝰ ad deū. Vel cū glorificari ſe rogat nō
vtiq̄ naturæ dei ſed aſſumptioni humilitatis hoc
proficit. Nam hanc gloriā poſtulat: quā ante cōſti
tutionē mūdi apud deū habuit. Reſpōdētes quo-
q̄ ſtultiſſimis eorū profeſſionibꝰ vſq̄ ad ignoratę
horę deſcēdimus demonſtrationē: quę etiā ſi ſecū
dum illos a filio appræhenſa non eſſet: tamē id ad
contumeliam diuinitatis vnigenitę non pertine-
ret: quia natura nō ferret: vt eum natiuitatis retro
ageret ad innaſcibilitatis initiabilem ſubſtitutio-
nē: poteſtati ſuæ patre momentū definiēdi adhuc
diei ad demonſtrationē auctoritatis inaſcibilis re-
ſeruante: neq̄ in eo infirmā intelligi poſſe naturā:
in qua tantū ineſſet ex natiuitate naturæ: quantū
implere poſſet pfecta natiuitas: neq̄ ad differētiā
diuinitatis vnigenito deo ignorationē diei & ho-
rę deputandā: cū ad demonſtrandā aduerſum hæ
reticos ſabellianos inaſcibilē in patre atq̄ in initia

bilem poteſtatē:inaſcibilis hæc in eo ſit poteſtatis
exceptio. Sed quia hāc neſcire diei profeſſionē: nō
ignorationis eſſe infirmitatem ſed tacendi diſpen
ſationem docuimus:expurgāda etiam nūc eſt oīs
impię aſſertionis occaſio: & omnes hæreticę blaſ-
phemiæ tranſcurrendæ ſunt prædicationes:vt ve
ritas euangelii per ea ipſa quibꝰ obſcurari videba-
tur eluceat. Volūt eñ plęriq; eorū ex paſſionis me
tu et ex infirmitate patiēdi nō in natura eū impaſ-
ſibilis dei fuiſſe:vt q timuit & doluit:non fuerit vł
in ea poteſtatis ſecuritate quę non timet: vel in ea
ſpiritus incorruptiōe quæ nō dolet:ſed inferioris a
deo patre naturæ:& humanę paſſionis trepidaue
rit metu: & ad corporalis poenę cōgemuerit atro-
citatē. Atq; hac impietatis ſuę aſſertiōe nitant:q̄a
ſcriptum ſit. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē
Et rurſum. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix
iſte. Sed & illud. Deus deus meus quare me dereli
quiſti? Hoc quoq; adiiciāt. Pater commēdo in ma
nꝰ tuas ſpiritū meū. Has eñ oēs piæ fidei noſtrę ꝓ
feſſiones ad impietatis ſuæ rapiunt vſurpationē.
Vt qui timuerit:qui triſtis eſt:qui & transferri a ſe
calicem deprecatus ſit:vt qui doluerit:qui dereli-
ctum ſe a deo in paſſione cōqueſtus ſit:vt infirmꝰ
quoq; fuerit qui ſpūm ſuum patri cōmendauerit.
Nec anxietas admittat ſimilitudinē exequatę ad
deum in vnigeniti natiuitate naturæ:quę infirmi
tatē diuerſitatēq; ſuam & deprecatione calicis &
deſolationis quęrela & cōmendationis cōfeſſione
teſtetur. Ac primū anteq̄ ex iis ipſis dictis demon
ſtremꝰ:nec metuendi de ſe in eū infirmitatē inci-
diſſe aliquā nec dolēdi:quęrēdū eſt qd nā videat ti
mere potuiſſe:vt in eū formido intolerādi doloris
vel terroris iciderit: & puto nō alia hic ad timēdū
q̄ paſſionis & mortis cauſa prætendit. Et interro-
go eos qui hoc ita exiſtimant:an ratione ſubſiſtat
vt mori timuerit qui omnē ab apoſtolis terrorem
mortis appellēs ad gloriā eos ſit martyrii adhorta
tus dicēs. Qui non accipit crucē ſuam & ſequitur
me:non me dignus:& qui inuenit animā ſuā per-
det eam:& qui perdiderit eam ꝓpter me:inueniet
illam. Cū eñ pro eo mori:vita ſit:quid ipſe in mor
tis ſacramento doluiſſe exiſtimandus eſt qui ꝓ ſe
morientibus vitā repēdat? Et cum non timendos
eſſe qui corpus occiderent monet:ipſum illū mors
a timore paſſiōis corporalis exterruit? Tū deniq;
quem dolorem mortis timeret:poteſtatis ſuę liber
tate moriturus? Humano eñ generi vitæ mortē
aut vis exterior id eſt febris:vulneris:caſus:ruinę:
degraſſata in corpꝰ accelerat: aut ipſa natura cor
poris noſtri ſenio in eam ipſam mortem victa con
cedit. Vnigenitꝰ aūt deus ita poteſtatē habēs po-
nendę animę vt reſumēdę:ad peragēdū in ſe mor
tis ſacramentū:cū poto aceto conſummaſſe ſe om
ne humanarū paſſionū opus teſtatus eſſet:inclina
to capite tradidit ſpiritum. Si hoc naturę hominis
ſuis relictum eſt:vt per ſe exhalans ſpiritum requi-
eſcat in mortem:& non diſſoluto corpore labefa-
cta aīa decedat:vel aut ruptis aut perfoſſis aut col
liſis mēbris ſpūs tanq̄ in ſede ſua violatus erūpat
aut effluat. Incidat in dominū vitę mortis metus:
ſi q; emiſſo ſpiritu mortuꝰ eſt: nō libertatis ſuę ad
moriendū vſus eſt poteſtate. Q d ſi ex ſe mortuus
eſt:& ꝑ ſe ſpiritū reddidit: nō ē terror mortis in po
teſtate moriendi. Sed forte humanæ ignorantię ti
miditate hanc ipſam ſuam moriendi in ſe timuit
poteſtatē:vt licet ab ſe moriturus ſit:tamē hoc ip-
ſum qd moriturus eſſet timuerit. Et forte erunt q
ita exiſtimabunt:cōſtituāt cui rei exiſtimant mor
tē fuiſſe terribilē:ſpiritui an corpori. Si corpori: an
ne ignorant qd ſancto corruptionē nō viſuro intra
triduū corporis ſui tēplū eſſet ſuſcitaturꝰ? Si vero
ſpūi mors terribilis eſt:Lazaro in Abrahæ ſinibus
lętante:infernū chaos xp̄s timeret? Hęc ſtulta atq;
ridicula ſūt:vt in poteſtate ponēdę animę ac reſu-
mēdę mori timeret: ad ſacramētū vitæ hūanę ſub
volūtatis ſuę libertate moriturꝰ. Nō eſt in volun
tate morictis mors:& poteſtate ñ diu mori timor
mortis:q̄a & voluntas moriendi:poteſtas reuiuiſ-
cēdi:extra naturam timoris ē:dū timeri mors non
pōt & in volūtate moriēdi & in ptāte viuēdi. Sed
forte penduli in cruce corporis poenę:& colligātiū
funiū violenta vincula:& adactorū clauorū cruda
vulnera ſūt timori. Et videamus cuiꝰ corporis ho
mo xp̄s ſit:vt in ſuſpenſam & nodatā trāſfoſſā car
nē dolor manſerit. Ea eñ natura corporū eſt:vt ex
conſortio animę in ſenſum quendā animę ſentien
tis animata:non ſit hebes inanimiſq; materies:ſed
& attacta ſentiat:& compuncta doleat:& algēs ri
geat:& confota gaudeat:& inedia tabeſcat:& pin
gueſcat cibo. Ex quodam eñ obtinēris ſe penetrā
tiſq; animæ trāſcurſu: ſecundū ea in q̄bus erit:aut

oblectatur aut lęditur. Cū igitur cōpūcta aut effota corpora dolent: ſenſū doloris tranſfuſę in ea animæ ſenſus admittit. Deniq; vulnus corporis vſq; adeo dolet: & digiti excedentiū ex carne vnguiū præſegmina neſciunt. Et ſi quando accedente vitio pars aliqua corrupta membrorū: ſenſum viuæ carnis amiſerit ea cum vel deſecabit̃ vel vretur: dolorem quiſq; eſſe potuiſſet: non manēte in ea animæ permixtione non ſentiet. Aut cum grauis neceſſitas recidendi corporis manet: medicato potu cōſopit̃ vigor animæ: & emortua ſenſus ſui obliuione mens ſuccis violentioribꝰ occupata conficit̃. Ac tū doloris neſcia membra cędunt̃: & omnē alti vulneris plagam ſenſus carnis emortuus: ſenſu animæ ſe torpentis euadit. Affert itaq; dolorem per animę infirmis admixtionē: in infirmū ſenſum ſuū corpus animatū. Si igit̃ homo Ieſus chriſtus ꝑ initia corporis atq; animæ noſtræ v.xit in corpore: & non ita vt corporis ſui: ſic & aīæ ſuæ princeps deꝰ in ſimilitudine hoīs cōſtitutꝰ & habitu reptꝰ vt hō natus eſt: dolorē ſenſerit corporis noſtri animę noſtrę & corporis vt cōceptu ita & initio aīatꝰ in corpore. Qđ ſi aſſumpta ſibi ꝑ ſe ex virgine carne: ipſe ſibi ex ſe animā cōcepti per ſe corporis coaptauit: ſecūdū animæ corporiſq; naturā neceſſe ē: & paſſionū fuiſſe naturā. Euacuās ſe eñ ex dei forma & formā ſerui accipiens: & filiꝰ dei etiā filiꝰ hominis naſcens: ex ſuaq; virtute nō deficiens: deus verbū cōſummauit hominē viuētē. Nā quo mō filius dei hominis filius erit natus: vel manēs in dei forma formā ſerui accepit: ſi nō potēte deo verbo ex ſe & carnē itra virginē aſſumere: & carni animā tribuere homo xp̄s Ieſus ad redēptionem animę & corporis noſtri perfectus eſt natus? Et corpus quidem ita aſſumpſerit: vt id ex virgine cōceptū formam eum eſſe ſerui effecerit. Virgo eñ nō niſi ex ſancto ſpū genuit: qđ genuit. Et quis tantū ad natiuitatē carnis ex ſe daret: q̃tum ex ſe fœminæ edendorū corporū ſuſceptis originibꝰ impēderent: nō tamen Ieſus xp̄s per humanæ cōceptionis coaluit naturā. Sed omnis cauſa naſcendi inuecta per ſpiritum tenuit in hominis natiuitate qđ matris eſt: cum tamē haberet in originis natiuitate qđ dei ē. Hinc igitur maximum illud ac pulcherrimū ſuſcepti hominis ſacramentum dominus ipſe oſtendit dicens. Nemo aſcendit in coelum niſi qui deſcēdit de coelo filius hominis qui eſt in coelo. Qđ deſcendit de coelo conceptę de ſpū originis cauſa eſt. Nō eñ corpori maria originem dedit: licet ad incremēta partuq; corporis omne qđ ſexus ſui naturale eſt cōtulerit. Quod vero hominis filiꝰ eſt: ſuſceptæ ī virgine carnis eſt partus. Quod aūtē in cælis eſt naturæ ſēper manētis poteſtas eſt: que initiata cōditaq; per ſe carne: ex infinitatis ſuæ virtute intra regionē ſe definiti corporis coarctauit: ſpiritꝰ virtute ac verbi dei poteſtate in forma ſerui manens ab oī intra extraq; cęli mūdi ꝓ circulo cęli ac mūdi dominꝰ nō abfuit. Per hoc ergo & de cęlo deſcendit: & filius hominis eſt: & in cælis eſt: quia verbū caro factum non amiſerat manere qđ verbum eſt. Nam dū verbū eſt: & in cælis eſt: dum caro eſt: & hominis filiꝰ eſt: dum verbū eſt caro factum: & de cælo eſt: & filius hominis eſt: & in cælo eſt: quia & verbi virtus nō corporalibus modis manens non deerat vnde deſcenderat: & caro non aliunde originem ſumpſerat q̃ ex verbo. Et verbū caro factū cum caro eſſet: nō tamē nō erat & verbum. Abſolute aūt beatus apoſtolus ēt huius inenarrādę corporeę natiuitatis ſacramentū locutꝰ eſt dicēs. Primus homo de terrę limo: ſecundus homo de cælo. Hominē eñ dicēs: natiuitatē ex virgine docuit: q̃ officio vſa materno: ſexꝰ ſui naturā in cōceptu & partu hoīs executa eſt. Et cū ait ſecundū hominē de cęlo: originē eiꝰ ex ſupuenientis in virginē ſancti ſpūs aditu teſtatus eſt. Atq; ita cū & homo ē: & de cęlis eſt: hoīs huiꝰ & partꝰ a virgine ē: & cōceptus ex ſpū ē. Et hęc quidē apoſtolꝰ ait. Ipſe aūt dn̄s huius natiuitatis ſuæ myſteriū pandēs ſic locutus ē. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Siquis māducauerit de meo pane: viuet in ęternū. Se panē dicens: ipſe eñ corporis ſui origo eſt. Ac ne verbi virtus atq; natura defeciſſe a ſe exiſtimaret̃: in carnē: rurſum panē ſuū eē dixit: vt ꝑ hoc qđ deſcēdēs de cęlis panis eſt: nō ex hūana cōceptiōe origo eſſe corporis exiſtimaret̃: dum cęleſte eſſe corpus exiſtimaretur: dum cæleſte eſſe corpus oſtenditur. At vero cum ſuus panis eſt: aſſumpti per verbū corporis eſt profeſſio: ſubiecit enim. Niſi manducaueritis carnem filii hominis: & ſanguinem eius biberitis: non habebitis vitam in vobis. Vt q̃a id qđ filius hominis eſt: & panis de cęlis ipſe deſcēdit: per panem ſuum de cælo deſcendentem: &

per carnem ac ſanguinē filii hominis: & cōceptę ex
ſpūſancto & natę ex virgine carnis intelligatur aſ
ſumptio. Huius igitur corporis homo Ieſus Chri-
ſtus & dei filius & hominis eſt filiꝰ: & ex forma dei
ſe exinaniens formam ſerui accepit. Non alius fi-
lius hominis q̃ qui filius dei eſt: neq; alius in forma
dei q̃ qui in forma ſerui perfectus homo natus eſt:
vt ſicut per naturam conſtitutā nobis a deo origi-
nis noſtrę principe: corporis atq; animę homo naſ
cit: ita Ieſus xp̄s per virtutem ſuā carnis atq; aīæ
homo ac deus eſſet: habens in ſe & totū verū q; qđ
homo eſt: & totum verūq; qđ deus eſt. Q̃z q̃ multi
cōfirmādę hęreſeos ſuæ arte: ita aures imperitorū
ſoleant illudere: vt q̄a & corpus & aīa adę in pecca
to fuit: carnē quoq; adę atq; animā dn̄s ex virgine
accepit: neq; hoīem totū ex ſpūſācto virgo cōcepe
rit: q ſi itelligerēt ſacramētū carnis aſſūptę: intelli-
gerēt etiā ſacramētū eiuſdē & hoīs filii & dei filii.
Quaſi vero ſi tm̄ ex virgine aſſūpſiſſet corpus aſſū
pſiſſet quoq; ex eadē & animā: cū aīa hoīs: opꝰ dei
ſit: carnis vero generatio ſemꝑ ex carne ſit. Sed vo
lentes vnigenitū deum qui in principio apud deū
erat deus verbū non ſubſtantiuū deū eſſe: ſed ſer
monē vocis emiſſę: vt qđ loquētibꝰ eſt ſuū verbū:
hoc ſit patri deo filius: argute ſubripere volunt ne
ſubſiſtens verbū deus: & manens in forma dei xp̄s
homo natus ſit: vt cū hominē illū humanę potius
originis cauſa q̃ ſpiritualis conceptionis ſacramen
tum animauerit: nō deus verbū hominē ſe ex par-
tu virginis efficiēs extiterit: ſed vt in ꝓphetis ſpiri
tus prophetiæ: ita in Ieſu verbum dei fuerit. Et ar-
guere nos ſolent qđ xp̄m dicamus natū: nō noſtri
corporis atq; animæ hominē: cū nos verbū carnē
factum: & ſe ex forma dei euacuantē chriſtū: & for
mā ſerui aſſumētē ꝑfectū ſecūdū habitū cōforma
tionis humanę & noſtrę ſimilitudinis natū homi-
nem prędicemus: vt vere dei filius verus hominis
filius natus ſit. Neq; nō natus ex deo homo: neq;
quia natus ex deo homo: ideo deus eſſe deficiens.
Sed vt ꝑ ſe ſibi aſſūpſit ex virgine corpus: ita ex ſe
ſibi animam aſſumpſit: quæ vtiq; nunq̃ ab homi-
ne gignentium originibus præbet. Si eñ cōceptū
carnis niſi ex deo virgo nō habuit: longe maius ne
ceſſe eſt anima corporis niſi ex deo aliunde nō fue-
rit. Et cū ipſe ille filius hominis ipſe ſit qui & filius
dei: quia totus hominis filius totus dei filius ſit: q̃

ridiculę præter dei filium: qui verbū caro factū eſt:
alium neſcio quē tanq̃ prophetam verbo dei ani-
matum prædicemus: cum dn̄s Ieſus xp̄s & homi-
nis filius & dei filius ſit. Per id vero qđ triſtis eſt ani
ma ſua vſq; ad mortem: & ꝙ poteſtatē habet ani-
mæ ſuæ ponendę & reſumendę: volūt extrinſecus
aīam nō ex ſpūſancto: vt & corpus ex eo cōceptū
eſt: deputare: cū verbū deus in ſacramento naturę
ſuæ manens: homo natus ſit. Natus eſt autem nō
vt eſſet alius atq; alius: ſed vt ante hominē deꝰ ſu
ſcipiens hominē: homo deꝰ poſſet intelligi. Nam
quo modo Ieſus xp̄s dei filius natꝰ ex maria eſt: ni
ſi quod verbum caro factum eſt: ſcilicet ꝙ filius
dei cū in forma dei eſſet: formā accepit ſerui. Acce
piſſe autē formā ſerui eū qui eſſet in dei forma de
cōtrariis cōparatur: vt quanta veritas eſt manere
in dei forma tāta veritas ſit accepiſſe formam ſer
ui. Ad proprietatē eñ naturæ intelligendā ſignifi
catione verbi ad id cōmunis impellimur. In forma
eñ ſerui eſt qui & in forma dei eſt. Et cum hoc na-
turę: illud vero diſpēſationis ſit: in eiuſdē tñ ē veri
tatis ꝓprietate qđ vtrūq; ē: vt tā verꝰ ſit in dei for-
ma q̃ verꝰ in ſerui. Vt vero aſſumpſiſſe formā ſer-
ui nō aliud eſt q̃ hominē natū eſſe: ita in forma dei
eſſe nō aliud eſt q̃ deū eſſe: vnū tamen eundēq; nō
dei defectiōe ſed hominis aſſūptiōe ꝓfitētes: & in
forma dei ꝑ naturā diuinā: & in forma ſerui ex cō-
ceptione ſpūſancti: ſecūdū habitū hominis reper
tū fuiſſe. Itaq; cū Ieſus xp̄s & natꝰ & paſſꝰ & mor
tuus & ſepultus ſit: & reſurrexerit & in cęlos aſcē-
derit: nō pōt in his ſacramētorū diuerſitatibꝰ ita
ab ſe diuiduus eſſe: ne xp̄s ſit: cū nō alius xp̄s q̃ qui
in forma dei erat: formā ſerui acceperit: neq; alius
q̃ qui natꝰ eſt: mortuꝰ ſit: neq; alius q̃ qui eſt mor
tuus reſurrexerit: neq; alius q̃ qui reſurrexerit aſcē
derit in cælos. In cęlis autē nō alius ſit q̃ qui deſcē-
dit ante de cælis. Homo itaq; Ieſus xp̄s vnigenitꝰ
deꝰ per carnē & verbū: vt hominis filius: ita & dei
filius hominē verū ſecūdū ſimilitudinē noſtri ho-
minis nō deficiens a ſe deo: ſūpſit: in quo q̃uis aut
ictus incideret: aut vulnus deſcēderet: aut nodi cō
currerent: aut ſuſpenſio eleuaret: afferrent quidem
hæc impetum paſſionis: non tamen dolorē paſſio-
nis inferrent: vt telū aliquod aut aquā perforans
aut ignem compungens: aut aera vulnerans. Om
nes quidem has paſſiones naturæ ſuæ infert: vt

pforet vt cõpungat:vt vulneret:ſed naturã ſuam
in hec paſſio illata nõ retinet:dũ in natura nõ eſt
vel aquã forari:vel pũgi ignẽ:vel aera vulnerari:q̃
uis naturæ teli ſit vulnerare & cõpungere & fora-
re.Paſſus quidẽ dñs Ieſus xp̃s dũ ceditur dũ ſuſpẽ
ditur dũ crucifigitur dũ morit:ſed in corpus irru-
ens paſſio:nec nõ fuit paſſio:nec tamẽ naturã paſ
ſiõis exercuit:dũ & poenali miniſterio illa deſeuit
& virt⁹ corporis ſine ſenſu poene:vĩ poene in ſe de
ſeuiẽtis excoepit. Habuerit ſane illud domini cor
pus doloris noſtri naturã:ſi corpus noſtrũ id natu
ræ habet:vt calcet vndas:& ſuper fluct⁹ eat:& nõ
degrauet in greſſu:neq; aquę inſiſtentis veſtigiis
cedãt:penetret etiã ſolida:nec clauſæ domus ob-
ſtaculis arceatur.At vero ſi dominici corporis ſo-
la iſta natura ſit:vt ſua virtute ſua aĩa feratur i hu
midis:& inſiſtat in liquidis:& extructa trãſcurrat:
quid per naturã humani corporis concepta ex ſpi
ritu ſancto caro iudicatur? Caro illa idest panis il-
le de cælis eſt.Et homo ille de deo eſt habẽs ad pa-
tiẽdũ qdẽ corp⁹:& paſſus eſt:ſed naturã nõ habẽs
ad dolẽdũ.Naturę eñ propriæ ac ſuæ corp⁹ illud
eſt q̃d in cęleſtẽ gloriã trãnſformatur ĩ mõte:q̃d at
tactu ſuo fugat febres:q̃d de ſputo ſuo oculos for-
mat.Sed forte in quo affectio flendi ſitiẽdi eſuriẽ-
diq; manſit:& cæterarũ quoq; humanarũ paſſio-
num in eo neceſſe ſit ineſſe naturam. Qui ſacra-
mentum fletus ſitis atq; eſuritionis ignorat:ſciat
& viuificare flentẽ:nec mortẽ lazari flere ob quam
gaudeat:& flumina aquę viuę ex ſe præbere ſitiẽ-
tem:ne carere ſiti:qui potẽs ſit potare ſitientes: &
eſurientes: eã q̃ fruct⁹ ſuos eſurienti nõ p̃buerit:dã
nare arborẽ:nec naturã eam vinci media q̃ natu-
rã viriditatis iuſſa ariditate demutet. Q; ſi p̃ter
flet⁹ & ſitis& eſuritionis myſteriũ aſſũpta caro id
eſt homo tot⁹ paſſionũ ẽ permiſſa naturis:nec tñ
ita vt paſſionis conficeretur iniuriis:vt flens:non
ſibi fleret:& ſitiens ſitim nõ potu depelleret:& eſu
riens non ſe cibo eſcę alicui⁹ expleret. Neq; enim
tum cum ſitiuit aut eſuriuit aut fleuit:bibiſſe do-
minus aut manducaſſe aut doluiſſe monſtratus
eſt:ſed ad demonſtrandam corporis veritatẽ cor-
poris cõſuetudo ſuſcepta eſt ita vt naturæ noſtrę
cõſuetudine cõſuetudini ſit corporis ſatiſfactum
vł cũ cibũ & potũ accepit nõ ſe neceſſitati corpo-
ris ſed conſuetudini tribuit. Habuit .n.corp⁹ ſed
originis ſuæ proprium:neq; ex vicis humanę cõ-
ceptionis exiſtens:ſed in formã corporis noſtri vir
tutis ſuæ poteſtate ſubſiſtens. Gerens quidẽ nos
per formã ſui ſed a peccatis & a viciis humani cor
poris liber:vt nos quidẽ in eo per generationẽ vir-
ginis ineſſem⁹:ſed noſtra in eo per virtutem p̃ſe-
ctę ex ſe originis vicia nõ ineſſent dũ homo natus
nõ viciis humanę conceptionis eſt natus. Tenuit
enim apoſtolus demõſtrandę natiuitatis hui⁹ ſa-
cramentum cum ait.Sed humiliauit ſe formã ſer-
ui accipiẽs in ſimilitudine hominis conſtitut⁹:&
habitu repertus vt homo. Vt dum formã ſerui ac
cepit:natus eſſe in forma hominis intelligat. Dũ
autem in ſimilitudine hominũ conſtitus & habi-
tu repert⁹ vt homo ẽ:ſpecies quidẽ & veritas cor
poris hominẽ teſtetur:ſed naturam viciorũ qui vt
homo ſit habitu repertus:ignoret.In ſimilitudine
eñ naturę nõ viciorũ proprietate generatio ẽ: nã
quia in eo q̃d formã ſerui accepit natiuitatis vide-
batur ſignificata eẽ natura:ſubiecit:in ſimilitudi-
ne hominũ conſtitutũ:& habitu repertũ vt homi
nẽ:ne natiuitatis veritas naturę quoq; per vicia in
firmis p̃prietas crederetur:cũ & in forma ſerui eẽt
vera natiuitas:& habitu repertũ vt hominẽ:eſſet
ſimilitudo naturæ.Ipſe quidẽ per virginẽ ex ſe na
tus homo & in ſimilitudine vicioſæ peccatis car-
nis inuent⁹. Q̃d id ipſũ ad romanos ſcribẽs teſta ro.
tus apoſtolus eſt:cũ ait.Q̃d erat enim ĩpoſſibile le
gi:in quo infirmabaẽ p carnẽ de⁹ filium ſuum mi
ſit in ſimilitudine carnis peccati:& de peccato cõ
dẽnauit peccatum.Nõ fuit habitus ille tñ homi
nis:ſed vt hominis:neq; caro illa caro peccati:ſed
ſimilitudo carnis peccati dũ & habitus carnis ĩ na
tiuitatis ẽ veritate: & ſimilitudo carnis peccati a
viciis humanæ paſſionis aliena ẽ:ita & homo chri
ſt⁹ Ieſus & ĩ veritate natiuitatis ẽ:dũ hõ eſt:& nõ
eſt ĩ proprietate peccati dũ xp̃s eſt:qa & qui homo
eſt: nõ potuit nõ hõ eſſe q̃ natus eſt:& qui chriſt⁹
ẽ:nõ potuit amiſiſſe q̃d xp̃s ẽ. Atq; ita dũ hõ xp̃s
Ieſ⁹ ẽ:habet & natiuitatẽ hoĩs qa hõ eſt: nec ẽ ĩ vi
cioſa hoĩs infirmitate qa xp̃s eſt. Q̃ꝛ igiẽ nos ad
huius ſacramẽti intelligẽtiam apoſtolica fides in-
ſtruat:quæ & habitu vt hominem repertum & in
ſimilitudine carnis peccati miſſum hominẽ chri-
ſtũ Ieſũ eſſe teſtata eſt:vt cum habitu vt homo eſt
ſit in forma ſui:& nõ ſit in viciis naturę. Et cũ ĩ ſi

militudine carnis peccati eſt: ſit quidem verbum
caro: ſed in ſimilitudine carnis peccati ſit potius:
ǭ ipē caro peccati ſit. Et cū homo xp̄s Ieſus eſt: ſit
quidem homo: ſed in homine non poſſit aliud eē
ǭ xp̄s eſt. Atq; ita & ex corporis natiuitate homo
natus ſit: nec ſit in hoīs vicíis: qui non ſit in origi-
ne: q̄a verbū caro factū nō potuit non caro eſſe qđ
factū eſt. Et verbū licet caro factū ſit: nō tamē amí
ſit eſſe qđ verbū eſt: & dum verbum caro factū orí
ginis ſuę non poteſt carere natura: nō oportuit ni
ſi in naturæ ſuæ origine ꝑmanere qđ verbū eſt: ne
q; nō vere intelligi verbū caro eſſe qđ factū eſt ita
tn̄ vt q habitauit in nobis: nō caro illa verbum ſit:
ſed verbi caro ſit habitantis in carne. Quę cum ita
ſint: tn̄ videamꝰ an peractꝰ vniuerſꝰ ille paſſiōis
ordo īfirmitatē in dn̄o corporalis doloris ꝑmittat
ītelligi. Dilatis. n. ad modicū eorū dictoꝝ cauſis:
ex qbꝰ metū dn̄o hęreſis aſcribit: res ipſas vt geſtę
ſunt conferamꝰ. Neq;. n. fieri pōt vt timor eius ſi
gnificetur in verbis: cuius fiducia cōtineaẗ ī factis
Timuiſſe o hęretice dn̄s glorię paſſionē videẗ: Sed
ei ob ignorātię huius errorē: & ſathanas petrus &
ſcandalū eſt: & ille quidem per charitatē xp̄i quē
ei nec caro neq; ſanguis ſed pater qui in cęlis eſt re
uelauerat: deteſtatus paſſionis ſacramentum: ta-
li ſe ſeueritatis ſententia cōfirmatꝰ ad fidē eſt. Tu
vero qđ ſectaberis ſpei: xp̄m deū negādo & metū
ei paſſiōis addēdo! An ne metuit q armatis ad cor
ripiēdū ſe obuiꝰ ꝓdiit! & in corpore eius īfirmitas
fuit ad cuiꝰ occurſū cōſternata ꝑſequētiū agmina
cōciderūt! & maieſtatē ingerētis ſe ad vīcula non
ferentes ſupinatis corporibꝰ reciderūt! Q; igitur
infirmitatē dn̄atā huiꝰ corporis credis: cuius tātā
habuit nat̄a virtutē: Sed forte dolorē vulnerū ti-
muit. Quē rogo penetrātis in carnē claui habuit
terrorē: q exciſe auris carnē ſolo reſtituit attactu!
Expone nobis tu dn̄icæ īfirmitatis aſſertor: hoc ip
ſo paſſionis tempore: īfirmate opꝰ carnis. Exerēte
. n. petro atq; adigēte gladiū: truncus auris ſeruus
ſacerdotis aſtabat. Quo mō ex deciſe auris vulne
re cōtigēte xp̄o reſtituta caro auris eſt! Vnde īter
fluētē ſāguinē & pꝰ ipſa deſcēdētis gladii veſtigia
& ī ipſa trūcati corporis calūnia: exiit qđ nō ē & ſe-
ẗ qđ nō extat: & repēdiẗ qđ careẗ! Producens ergo
hęc aurē manꝰ: clauū dolet! & ſētit ſibi vulnus: q
alteri dolorē vulneris nō relinquit! Cōpūgēdę car
nis metu triſtis eſt: cuius attactu licet carnē dona
re poſt cędē! Q; ſi hæc in xp̄i corpore virtus fuit:
qua rogo fide naturaliter infirmus fuiſſe defendiẗ:
cui natale fuit omnē humanarū infirmitatū inhi
bere nat̄ā: Sed forte ſtulta atq; impia peruerſitate hic
infirmis in eo naturę pręſumitur aſſertio: quia tri
ſtis ſit anima eius vſq; ad mortē. Nondū te hęreti
ce cur virtutē dicti nō intelligas arguo. Interi ta-
mē a te requiro: cur exeunte ad proditionem iuda
nō memineris dictū fuiſſe. Nunc honorificatus ē
filius hoīs. Si enim paſſio honorificatura eum erat
quo mō triſtem eū metus paſſionis effecerat: niſi
forte tā rationabilis fuerit: vt pati timuerit quę ſe
eſſent glorificatura patiētē! Sed forte timuiſſe vſ-
q; eo exiſtimabitur: vt transferri a ſe calicem depre
catꝰ ſit dicēs. Abba pater omnia poſſibilia tibi ſūt
trāſfer hūc calicē a me. Vt de ceteris nō calūnier:
nonne hebetudinem impietatis tuę vel hinc coar
guiſſes: quia legeras reconde gladium tuū in the-
ca: calicem quem dedit mihi pater nō bibā! Quo
modo enim per patiendi metum transferri a ſe de
precaretur: qđ per diſpenſationis ſtudiū feſtinaret
impleri! Nō enim cōuenit vt pati nolit qđ pati ve
lit. Et cum pati eum velle cognoſceres: religioſius
fuerat dicti intelligentiam conſiteri: ǭ ad ipię ſtul
titiæ furorē prorumpere: vt cum aſſereres ne pate
reẗ oraſſe: quē pati velle cognoſces. Sed credo te
ad īpietatis tuę pugnā etiā hoc dicto dn̄icę vocis
armabis. Deus deus meus quare me dereliquiſti!
Poſt contumeliam enim crucis forte dignationē
ab eo paterni auxilii exiſtimes receſſiſſe: & hinc de
ſolatę infirmitatis ſuæ querelam extitiſſe. Si tibi
itaq; in chriſto contemptus & infirmitas & crux
contumelia eſt: oportuerat te dicti huius imme-
morem non fuiſſe. Verum dico vobis: amodo vi-
debitis filiū hominis ſedentem a dextris virtutis:
& venientem cū nubibꝰ cęli. Vbi rogo in paſſio-
ne timor: vbi infirmitas: vbi dolor: vbi cōtumelia
Timere ab impiis dicitur: ſed ipē pati velle ſe præ
dicat. Infirmꝰ eſſe contēditur: ſed ſe potētē dū cō-
ſternatis perſecutoribꝰ obuius nō ſuſtineẗ oſten
dit. Dolere vulnera carnis arguiẗ: ſed in eo qđ car
nē auris reddit ex vulnere caro ipē cū ſit: extra car
nalem tamen naturam dolendi vulneris reperiẗ:
quia dum & manu truncam autem attingit: ma-
nꝰ illa de corpore ē & dū manꝰ aurē ꝑducit ex vul

nere:nõ eſſe manus illa corporis ſignificat̃ iſirmis
ſed contumelioſa ei eſſe crux dicitur. Atq; per hãc
hominis filius ſedere a dextris virtutis vidẽdꝰ eſt:
& ex partu virginis homo natus in maieſtate ſua
cũ cęli & nubibꝰ reuerſurus. Non tenes irreligio-
ſæ rerum naturaliũ cauſas: & dũ ĩpietatis atq; er-
roris ſpiritu plenꝰ ſacramentum fidei non ĩtelligis
ex ipſo ſęculi ſenſu hęretica hebetudine diis profi
cis. Omne enim qd timetur: vitari neceſſe eſt dũ ti
metur: & qd infirmum eſt: ſumit ex ĩfirmitate ter
rorem: & quicqd dolet: dolẽdi in ſe habet indemu
tabilem naturã: & quicquid contumelioſum eſt:
ſemper inhonorũ eſt. Tu vero quo ſenſu rationis
ĩtelligis dominum Ieſum chriſtum ad qd feſtinat
timere? Et conſternantem fortes infirmitate trepi
dare? & vulnera non permittẽtem doleri: vulnera
tum dolere: & contumelia crucis dehoneſtari: cui
crux conſcenſus ad deũ eſt: & reditus ad regnum?
Sed forte vel hoc tibi relictum occaſionis impie ar
bitraris vt deſcenſionem ad inferos: & ipſam mor
tis timuerit neceſſitatẽ: dũ id ipſum teſtari videt̃
hoc dicto. Pater commendo in manus tuas ſpiri-
tũ meũ. Hoc legẽs & nõ ĩtelligẽs aut pie tacuiſſes:
aut etiã religioſæ intelligentiã eius oraſſes: nõ ma
gis per impudentẽ aſſertionem ſtulto furore veri-
tatis incapax vagareris. An ne tibi metuere infer
nũ chaos & torrentes flammas & omnẽ pęnarum
vltricium abyſſum credendus eſt dicens latroni ĩ
cruce: amen dico tibi: hodie mecum eris in paradi
ſo? Naturæ huius poteſtatẽ iam non dico metus:
ſed nec infernę ſedis regio eſt concludens: quę de-
ſcendens ad inferos: a paradiſo non deſit: ſicuti &
& hominis filius loquẽs in terris: maneat & in cæ
lo martyri ſuo paradiſum promittens: & cõſum-
mate beatitudinis delicias pollicẽs: nõ habet hũc
metus corporalis penetrantem quidem iferos: ſed
vbiq; naturæ ſuæ virtute diſtentum. Et naturam
hanc mundi dominam ac libertate ſpiritalis vir-
tutis immenſam non ſibi terrore mortis gehennę
chaos vendicat: qua paradiſi deliciæ carere nõ poſ
ſunt. Futurus enim in inferis dominus: & in para
diſo eſt futurus: Deſeca ad metum poenę naturæ
indeſecabilis portionem: & de chriſto apud infe-
ros pone quod doleat: & in paradiſo relinquo qd
regnet. Latro enim rogat vt ſui in regno ſuo me-
minerit. Et credo eum ad hanc beatæ confeſſiõis

fidẽ audit ꝰ trãſeũte palmas clauo gemitꝰ accẽdit
& regnũ xp̃i ꝑ dolorẽ infirmitatis ĩ xp̃i corpore di-
dicit. Ille dignationẽ reminiſcẽtis ĩ regno poſtu-
lat tu crucis mortẽ ad metũ deputas? Dñs cõmu-
nionem ei paradiſi mox pollicetur: tu chriſtum in
inferis ſub poenali terrore concludis? Diuerſæ ſpei
fides iſta eſt. Paradiſum meruit ſub cruce latro pẽ
dentẽ chriſtum cõfeſſꝰ in regno. In poenę ergo do
lore & metu mortis chriſtum deputans & paradi
ſo neceſſe eſt ſit cariturus & regno. Collatis ergo
dictorum atq; geſtorum virtutibus demonſtratis
non ambiguum eſt: in natura eius corporis infir-
mitatem naturæ corporeę non fuiſſe: cui in virtu
te naturæ fuerit omnem infirmitatem corporum
depellere: & paſſionem illã illata licet corpori ſit
non tamen naturam dolendi corpori intuliſſe: q̃a-
q̃uis forma corporis noſtri eſſet in domino: nõ ta
men vicioſæ infirmitatis noſtræ forma eſſet in cor
pore: qui non eſſet in origine. qd ex conceptu ſpiri
tus ſancti virgo progenuit: qd licet ſexus ſui offi-
cio genuerit: non tamen terrenę conceptionis ſu-
ſcepit elementis. Genuit etenim ex ſe corpus ſed
qd conceptum eſſet ex ſpiritu: habens quidem in
ſe ſui corporis veritatem: ſed non habens naturæ
infirmitatem: dum & corpus illud corporis veri-
tas eſt quo generatur ex virgine: & extra corporis
noſtri infirmitatem eſt: qd ſpiritalis conceptionis
ſumpſit exordium. Sed niti aduerſus apoſtolicę fi
dei demonſtrationem hæretici videntur hoc di-
cto: triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem: vt pro-
feſſio eius q ſe triſtẽ ait: naturæ infirmitatem: ꝑ cu
iꝰ cõſcientiam triſtis coeperit eſſe teſtetur. Ac pri
mũ humanæ intelligentiæ ſenſum iterrogo quid
ſit triſtẽ eſſe vſq; ad mortem. Non enim eiuſdem
ſignificationis eſt triſtẽ eſſe propter mortem: & tri
ſtẽ eẽ vſq; ad mortẽ. Quia vbi ꝑpter mortẽ triſti-
tia ẽ: illic ip̃a mors cauſa triſtitię eſt. Vbi vero tri-
ſtitia vſq; ad mortẽ eſt: mors iã nõ triſtitię ẽ cauſa
ſed finis. Qui ergo nõ ꝑpter mortem ſed vſq; ad
mortẽ triſtis ẽ: q̃rendũ ẽ vnde ſit triſtis. Triſtis au
tẽ nõ incerto neq; indefinito humanę ignorantiæ
tẽpore ſed vſq; ad mortem. A deo autem non pro
pter mortem ſuſcepta triſtitia eſt: vt ſit deſtituta
per mortem: & vt cauſam triſtitiæ ĩtelligere poſſi
mus: videamꝰ quid hanc profeſſionẽ triſtitię vel
ꝓceſſerit: vl' cõſequat̃. Totiꝰ .n. paſſiõis & fidei my

ſteriū cōſummatū paſchæ cœna fuerat per domi
nū: poſtq̃ vniuerſorū in ſe ſcandalū docet: ſed præ
ceſſurū ſe eos in galileā pmittit. Petrꝰ cæteris licet
ſcandalizaturis: ſe tamen nō ſcandalizaturū con-
ſtanti fide ſpopondit. Sed dn̄s per naturā dei non
ignarus gerendorū: ter eum negaturū eē reſpon-
dit: vt cæterorum ſcandalū intelligeretur ex petro
cū ille ī tā graue fidei periculum ter negando reci
deret. Tūc ille aſſūptis petro iacobo & ioāne duo
bꝰ ad martyriū electis: & ioanne in prædicatione
euangelii firmādo: triſtem ſe vſq; ad mortē profeſ
ſus eſt: deinde progreſſus orauit. Pater meus ſi po
ſibile eſt: tranſeat a me calix iſte: ſed non tamen ſi
cut ego volo ſed ſicut tu vis. Tranſire a ſe calicem
rogat: vtiq; iam ſecū manērē: qui tū in ſāguine no
ui teſtamenti pro multorum peccatis effundēdꝰ
cōſūmabatur. Non autē rogat ne ſecū ſit: ſed vt a
ſe trāſeat. Deinde rogat ne volūtas ſua fiat: & qd
vult effici: id ipſum concedi ſibi nō vult: ait enim.
Sed tamen nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis. Vt
volūtate calicis deprecandi humanæ in ſe ſolicitu
dinis ſignificans conſortiū: ſententiam a ſe vnitę
ſibi cōmuniſq; cū patre nō diſcerneret volūtatis.
Vt autē nō ꝓ ſe precari intelligeretur: & ratio ſigni
ficatę volūtatis: ac deprecatio non obtinēdę eſſet
in abſoluto: hoc toti huius modi petitionis ſuæ
cœpit exordiis. Pater meꝰ ſi poſſibile eſt. Aliquid
ergo pri relinqtur: qd ei an poſſibile eſt: incertū ſit!
Et ſi nihil pri īpoſſibile ē: ītelligēdū eſt ad cuius cō
ditionē id qd ſi īpoſſibile eſt: ſit relictū. Poſt huius
eīn orationis precē ſeqtur. Et venit ad diſcipulos
ſuos: & inuenit eos dormiētes: & dicit petro. Non
potuiſtis vna hora vigilare mecū! Vigilate & ora
te vt nō intretis in tētationē. Spiritus quidē pm-
ptus eſt: caro autē infirma. An ne adhuc triſtitiæ
cauſa & trāſeūdi calicis deprecatio in obſcuro eſt!
Vigilari eīn ſecū ob hoc iubet & orari: ne in tētati
onē intrent: ſpiritu quidē prōpto ſed infirma car-
ne. Nā q non ſcandalizaturos ſe per cōſtantiā fide
lis conſcientię pollicebantur: in ſcandalo per infirmi
tatē carnis erant futuri. Nō ergo ſibi triſtis eſt ne
q; ſibi orat: ſed illis quos monet orare peruigiles: ne
in eos calix paſſionis incūbat: quē a ſe trāſire orat:
ne in iis ſcilicet maneat. Idcirco autem tranſferri
eum ſi poſſibile eſſet: a ſe precatus eſt: quia cum
impoſibile deo nihil ſit: ſicut ipſe ait. Pater poſ
ſibilia tibi omnia ſunt: impoſſibile tamē eſt homi
ni: paſſionis terrore non vinci: nec poſſit niſi per p
bationem fides noſci. Atq; ideo & pro hominibꝰ
vt homo vult calicem tranſire: vt & dei ex deo vo
lūtas: effectui pſuę vnitatis vnitur. Id autē qd ait:
ſi poſſibile eſt trāſeat: manifeſte in eo docuit qd ait
petro. Ecce ſathanas expetiuit vt vos cerneret ſi-
cut triticū: ego autē rogaui pro te vt nō deficiat fi
des tua. Per hūc eīn calicem dominicæ paſſionis
tentandi omnes erant. Etiam pro petro pater ro-
gatur: ne deficiat fides eius: vt negantis infirmita
ti vel dolor ſaltē penitentię non abeſſet: quia fides
in eo nō deficeret: qd peniteret. Triſtitia igitur vſq;
ad mortē dn̄o eſt: quia in morte: motu terrę: diei
tenebris: diſciſſiōe veli: monumētorum reſeratiōe:
mortuorū reſurrectiōe confirmāda iā apoſtolorū fi
des erāt quā nocturnę cuſtodię terror: & ī flagellis:
alapis ſputis: corona ſpinea: crucis onere: & totiꝰ
paſſiōis ludibriū: & poſtremo maledicto crucis dā
natio cōmoueret. Sciens igitur dominus hæc oīa
poſt paſſionem ſuam deſtitura: ideo vſq; ad mor-
tem triſtis eſt: & ſcit hunc calicem tranſire nō poſ
ſe niſi biberet: dicens. Pater meꝰ ſi nō poteſt calix
iſte tranſire a me: niſi bibam illum: fiat voluntas
tua. Conſummata in ſe ſcilicet paſſione metū cali
cis trāſiturū: q niſi eū bibiſſet: trāſire nō poſſet. Fi-
nē terroris eius non niſi finito conſūmatę in ſe paſ
ſionis terrore ſuccedere: qa poſt mortē eius p vir-
tutū gloriā apoſtolicę infirmitatis ſcandalū pelle
retur: & q̄q̄ in eo qd ait: fiat voluntas tua: in cali-
cis .i. paſſionis ſuę ſcandalo apoſtolos pmittēs pa-
ternę voluntatis arbitrio: tn̄ etiam repente tertio
orationis prece vſus eſt. Pōſt q̄ ait: dormite iam &
requieſcite. Nō eīn extra rationis alicuius internę
conſcientiam: qui antea eos dormiētes coarguiſ-
ſet: nunc dormire & requiſcere eos iubet. Sed itel-
ligentiam nobis lucas adhortationis iſtius tribuiſ
ſe exiſtimatur: qui cum dixiſſet ſathanam expetiſ
ſe vt apoſtolos modo tritici cerneret: & dominū
pro fide petri ne deficeret: oratum fuiſſe: ſubiecit
poſt multam domini precem angelum aſtitiſſe cō
fortantem eum: quo aſiſtente orare prolixius ce-
petit: ita vt guttis ſanguinū corporis ſudor efflue
ret. Miſſo enim ad tuitionem apoſtolorum ange-
lo & per eum confortato domino: ne pro iis tri-
ſtis eſſet: iā ſine triſtitię metu exiſtens ait. Dormi-

te la m & requieſcite. De angelo quidem matthæꝰ
& marcus & de expetitione zabuli nihil locuti ſūt
ſed poſt triſtitiā animæ: poſt dormientium obiur
gationē: poſt transferendi calicis deprecationem
nō ex nihilo dormiētiū adhortatio ſubſecuta eſt:
niſi ꝙ cum abſfuturus ab iis eſſet: & indulti ange
li cōfortatꝰ auxilio: ſecuritate cuſtodię cuſtodien
dos pmittebat in ſomnū. Nec ſane ignorādū a no
bis eſt: & in gręcis & in latinis codicibꝰ compluri-
mis vel de aduenīēte angelo: vel de ſudore ſangui
nis nihil ſcriptum reperiri. Ambigentibꝰ igiť vtrū
hoc in libris variis aut deſit: aut ſuperfluū ſit: icer-
tū hoc nobis relinquiť de diuerſitate librorū. Sed
certe ſi quid ſibi ex hoc heręſis blanditur: vt inf. r-
mū affirmet: cui opus fuerit angeli confortātis au
xilio: meminerit creatorē angelorū creationis ſuę
nō eguiſſe pręſidio. Tum deinde neceſſario eo mo
do eum confortari: quo modo & triſtem eſſe. Nā
qui nobis triſtis eſt: id eſt propter nos triſtis eſt: ne-
ceſſe eſt vt propter nos ſit confortatus & nobis.
Quia ergo qui pro nobis triſtis eſt: & de nobis con
fortatus eſt: ea confortatus eſt conditione qua tri
ſtis eſt. Sudorē vero nemo infirmitati audebit de-
putare: quia dū & contra naturam eſt ſudare ſan-
guinem: nec infirmitas eſt qđ poteſtas. Non ſecū-
dum naturæ conſuetudinem geſſit: neq; ad hęre-
ſim infirmitatis ptinere vllo modo poterit: qđ ad-
uerſum hæreſim phantaſma mentientem: profi-
ciat per ſudorem ſanguinis ad corporis veritatē.
Igitur cum & triſtitia de nobis eſt: & oratio p no-
bis eſt: non poſſunt non omnia propter nos geſta
eſſe intelligi: cum omnia pro nobis quibꝰ timeba-
tur: orata ſunt. Pręſtant autem ſibi mutuam euā-
gelia plenitudinē: dum alia ex aliis: quia oīa vnius
ſpiritus pręedicatio ſit: intelliguntur. Hanc enim
tacitam ab omnibus pro apoſtolis: domini oratio
nē Ioānes maxime ſpiritualium cauſarū pdicator
oſtendit: dominum ita precatum eſſe dicēs. Pater
ſācte cōſerua eos in noīe tuo. Cū eſſē cū eis: ego cu
ſtodiebā eos ī noīe tuo: quos dediſti mihi: cuſtodi
ui. Nō ſibi itaq; fuit oratio illa: ſed apoſtolis. Nec
ſibi triſtis ē: q orate eos ne tētenť monet: nec ſibi ā
gelꝰ mittitur: q ſi vellet: duodecī milia legionū de
cęlis deduceret. Nec propter mortē anxiatus vt a
ſe transferatur calix rogat ſed a ſe tranſire calicē ro
gat: q tū trāſire nō poſſet: niſi eū biberet. Tranſire
autē nō de loco ē deducere: ſed oīo nō extare: qđ ꝗ
dē ipm & euangelicus & apoſtolicꝰ ſermo ſignifi
cat: cū diciť. Cęlū & terra tranſibunt: verba autem
mea non preteribūt. Sed & apoſtolus. Ecce vetera
trāſierunt & facta ſunt noua. Sed & cū ait & figu
ra huius mundi tranſibit. Calix ergo de quo patrē
rogat vt tranſeat: non poteſt tranſire niſi bibatur
& ꝓorat dominꝰ: vtriq; pro iis orat: quos cū iis ma
nēs ipe ſaluauit: quos & patri ſaluādos reliqt Nūc
vero ſacramētū mortis pacturus patrē iis cuſtodē
precatur & miſſi i, eo angeli: ſi tū vita eſt: nō ambi
gua pręſentia eſt: & obtentę precis manifeſta ſecu
ritas eſt: cū eos cōſummata orōne adhortatur in
ſomnū. Effectū aūt impetratę orationis ſecurita-
te iā in ipō opere paſſionis euāgeliſta demonſtrat:
cū apoſtolis omnibꝰ de pſecutorū manibꝰ elapſu
ris ait. Vt adimpleretť verbū qđ dixerat: qm̄ quos
dediſti mihi perdidi ex eis neminē. Impletur. n. g
ſe orationis pcatio: & ſalui oēs ſunt. Sed orať pa-
ter vt ſaluatos per ſe nūc in noīe ſuo ſaluet ipſe: &
adeo ſaluat: vt petri fides penitētia ſubſequente
nō deficiat licet territa. Demonſtrata itaq; & a Io-
anne dn̄i oratio: & a luca zabuli poſtulatio: & ea
quę in marco & in mattheo triſtitia vſq; ad mortē
eſt: & ſomni obiurgatio & rurſum adhortatio ni-
hil ambiguitatis relinquit: cū quando p precē Ioā
nis qua patri apoſtolos cōmēdat: & triſtitię cauſā
& trāſeūdi calicis deprecatis abſoluta ſit: nō a ſe
paſſionē amoueri domino deprecante: ſed patrē
vt apoſtolos ſe paſſuro tueať orāte: & p lucā oſten
ſa aduerſū zabuli pce: iā de fiducia veriti antea ſō
ni ſecura pmiſſio ſit. Nō eſt itaq; in ea natura quæ
ſupra hominē eſt: humanę trepidationis anxietas
& extra terreni eſt corporis mala: non terrenis in-
choatū corpꝰ elemētis. Et ſi filio hominis originē
ſpiritus ſāctꝰ p ſacramētū cōceptionis iuexit: nem
pe & altiſſimi virtꝰ virtutē corpori qđ ex concepti
one ſpiritus virgo gignebat: admiſcuit. Nā cū per
tranſfuſę in corpꝰ aię conſortiū ſenſus aīati corpo
ris viuat: & ipſū ad illatorū dolorē corpꝰ aīa corpo
ri pmixta viuificet: quę vbi cęleſtis ſpei ac fidei ſuę
beato calore: terrenę in corpore ſuo originis deſpe
xit exordiū: ſui quoq; ſenſus ac ſpiritꝰ corpꝰ effici
tur in dolore: vt pati ſe deſinat ſentire qđ patitur.
Et qd nobis de natura dn̄ici corporis: & deſcen-
dētis de cęlo illi hominis adhuc ī ſmo ſit! Ipſa ter-

rena corpora timere ac dolere interdū neſciūt: q̄d
& doleri neceſſe eſt & timeri. Quero enim an pa
ſtas ad fomenda exeſtuādi babylonicę fornacis flā
mas iſraelite pueri timuerint: & in illud verū no
ſtrę conceptionis corpus metus tanti ignis inceſ
ſerit: Quero etiā an circū aduri ſe flāmis doluerit:
ſed forte idcirco quia non vſti ſunt: nihil doleant
& tum abſuiſſe ignibꝰ naturam vrendi exiſtima
bitur. Certe hęc natura corporis erat: vt & vri ſe ti
meret & poſſet vri. Q̄d ſi per ſpiritū fidei terrena
corpora ideſt ſecundū elemēta cauſarū cōmuniū
initiata: neq̄ vri potuerūt nec timere: quæ ergo p
fidem dei in homine contra naturā ſunt: ea in deo
ſecūdū virtutē ſpiritꝰ ad naturæ originē inchoa
ta: nō ſunt naturaliter eſtimanda! vincti pueri in
medio ignis ſunt: ignē non timent dū incēdunt:
flāmas nō ſentiūt dū orant. Vri non poſſunt: dū i
igne ſūt. Naturā ſuā in iis & opa & ignis & corpo
ra amittit: nāneq̄ illa vrunt neq̄ ille vrit: & tn̄ i cę
teris i natura ſua eſt ignis & corpꝰ. Nā circūſtātes
ardent: & poenę miniſteria in poena ſūt. Non vis i
pię heretice vt tranſeunte palmas clauo xp̄s dolu
erit: neq̄ vulnus illud nullam acerbitatem teli cō
pungēris intulerit. Interrogo cur pueri ignes non
timuerīt nec doluerit: aut quid in eorū corporibꝰ
naturę fuerit: vt naturā ignis excederet. Q̄d ſi illi
fidei calore & beata martyrii gloria timere neſci
unt quæ timentur, xp̄s etiā ſi viciorū nr̄orū origi
ne eſſet conceptus: tamen per crucem manſurus
deꝰ & mūdū iudicaturꝰ: & rex ęternorū ſeculorū
futurus: triſtis metu crucis eēt! Et tātorū pręmio
rū imemor: turpis metꝰ anxietate trepidaret! Da
niel: prophetę prandio alēdꝰ leonum lacū non ti
met: apoſtoli cedi ſe p xp̄i nomine & pati gaudēt:
paulo libatio ſua corona iuſtitię eſt: Deſecāda col
la ſua percuſſoribus cum hymnis martyres tēdūt
& edificatos ſibi congerie lignorū ignes cū cāticis
ſcādūt: vſq̄ eo ſenſus fidei: perēpto in corporibus
naturalis infirmitatis metu: corpora ipſa ad ſenſū
nō ſentiendi doloris emutat: vt per animæ ꝓpoſi
tū firmitas corpori inuehatur: animatū q̄ corpus
in id ſe tm̄ pati ſentiat: in q̄d aīę ſtudio cōmouet:
vt q̄d pati animꝰ glorię cupiditate cōtemnit: id ſe
pati corpus anima negante non ſentiat. Hæc ſi in
hominibꝰ naturalia ſunt per animę ad gloriā ar
dētis calorem: vt paſſiones ſuas neſciant: & vulne

ra ignorent: & mortes nō intelligāt: dn̄s vero glo
rię Ieſus chriſtus: cuius in fimbria virtus eſt cuius
ſp̄us & ſmo naſa corporis ē: dū & mancꝰ iā nō mā
cꝰ manū iubet extēdere: & cęcꝰ natus natiuitatis
vicia nō ſētit: & ſurdꝰ aure nō ſurdꝰ ē: i ea ifirmita
te cōpūcti ac dolētis corporis deputabit: i qua glo
rioſos ac beatos viros fidei ſuę ſpiritus nō reliquit
Paſſus igitur vnigenitus deus eſt omnes incurrē
tes in ſe paſſionū noſtrarū infirmitates: ſed paſſus
virtute naſę ſuę vt & virtute naſę ſuę natꝰ ē: neq̄
.n. cū natus ſit nō tenuit oīpotētię ſuę i natiuitate
naturā. Nā cū natꝰ ſit lege hoīm nō tn̄ hoīm lege
cōceptꝰ eſt habēs in ſe & cōſtitutionē humanę cō
ditiōis i partu: & ipſe extra cōſtitutionē humanæ
conditionis in origine: ſecūdū q̄d: ita ex infirmita
te corporis noſtri paſſus in corpore ē: vt paſſiones
corporis noſtri corporis ſui virtute ſuſciperet: &
huiꝰ fidei noſtrę etiā ſermo propheticus teſtis eſt:
cū ait. Hic peccata noſtra portat: & pro nobis do
let: & nos exiſtimauimꝰ eū i doloribꝰ eſſe & in pla
ga & in vexatione. Ipſe aūt vulneratus eſt propter
inquitates nr̄as: & infirmatꝰ eſt ꝓpter peccata no
ſtra. Fallit ergo humanę exiſtimationis opinio pu
tans hinc dolere q̄d patit: portans enim peccata
noſtra peccati noſtri ſcilicet corpꝰ aſſumens: tn̄ ip
ſe nō peccat. Miſſꝰ nāq̄ ē in peccati carnis ſilitudi
ne portās q̄dē in carne peccata ſed noſtra. Et ꝓ no
bis dolet nō & doloris nr̄i dolet ſēſu: q̄a habitu vt
hō reptꝰ hēns in ſe doloris corpꝰ: ſed nō hēns na
ſam dolēdi: dū & hoīs habitꝰ ē & origo nō hōis ē:
nato eo de cōceptōne ſpiritꝰ ſācti. Hic itaq̄ exiſti
matꝰ ē & i doloribꝰ & in plaga i vexatiōe eſſe: for
mā eīn ſui accepit: & natꝰ ex virgine hō opinio
nē nobis naturalis ſibi in paſſiōe doloris ſuexit. Ip
ſe autē vulneratus eſt ſed ꝓpter iniquitates nr̄as.
Nā ꝗuis ſit vulneratus: nō tn̄ iniquitatis ſuæ vul
nus ē. Teſtat apl̄s cauſā diſpenſatōis iſtiꝰ dicens.
Orātes ꝓ xp̄o: reconciliari deo: eū q nō cognouit
peccatū: p nobis peccatū fecit. Peccatū. n. i carne
ꝑ peccatū cōdēnaturꝰ: peccati licet expers: factus
ē ipſe peccatū: ideſt ꝑ carnē peccatū in carne cōdē
nās: carnis q̄dē neſciꝰ ſed ꝓ nobis caro factꝰ ē. Et
idcirco propter iniquitates noſtras eſt vulneratus
Cęterum neſcit in chriſto apoſtolus trepidationē
doloris: iā diſpenſationem paſſionis locuturus: in
ſacramento eā diuinitatis ꝑdicauit dicēs. Donās

vobis oīa peccata delens ꝙ aduerſum nos fuit chirographū in ſētentiis:ꝙ erat cōtrariū nobis:tollēs illud de medio:& affigens illud cruci:ſpolians ſe carne:& principatus & poteſtates traduxit cum fiducia:triumphans eos in ſemet ipſo. Succūbere ergo tibi videtur virtus iſta vulneris clauo: & ad ictū compungētis exterrita demutaſſe ſe in naturam dolendi! Atq; apoſtolꝰ loquente in ſe chriſto locutus:& ſalutis noſtrę per dominū opus memorans:mortē chriſti ita ſignificat:vt carne ſe ſpoliet & poteſtates cū fiducia dehoneſtet: & de iis in ſemetipſo triumphet. Si in paſſione ſua neceſſitas ē: & non ſalutis tuę donū eſt:ſi in cruce dolor cōpūgēdi ē:& non decreti qđ in timore ē ſcripta cōfictio eſt:ſi ī timore vis mortis eſt:& nō poteſtatem dei carnis exuuię ſunt : ſi deniq; mors ipſa aliud eſt ꝗ potentū dehoneſtatio: ꝗ fiducia ꝗ triumphꝰ aſcribe infirmitatē. Si ibi neceſſitas eſt : & natura: ſi ibi vis eſt:& diffidentia & dedecꝰ. Si autē hęc contrario in ſacramento paſſionis prædicantur:quis rogo furor ē repudiata doctrinæ apoſtolicæ fide mutare ſenſū religionis : & totū hoc ad imbecillitatē & contumeliam rapere naturæ: qđ & voluntas eſt & ſacramentū:qđ & poteſtas eſt & ſacramentum & fiducia & triumphus! Triumphus plane eſt ꝗri ad crucem:& offerentem ſe non ſuſtineri:ſtare ad ſententiam mortis:ſed inde cōſeſſurum a dextris virtutis. configi clauis:ſed pro perſecutoribꝰ orare:acetum potare:ſed ſacramentum conſummare:deputari inter iniquos:ſed paradiſum donare: eleuari in lignum: ſed terram tremere:pendere in cruce: ſed ſolem ac diē fugere:exire a corpore : ſed reuocare animas in corpora : ſepeliri mortuū ſed reſurgere deum:ſecūdū hominē pro nobis īfirma omnia pati : ſed ſecundum deum in his omnibus triumphare. Reſtat nobis adhuc vt hęreticis videtur:magna & grauis cōfeſſę infirmitatis profeſſio & maxime ipſius domini vocibꝰ edita:cū ait. Deus deus meꝰ quare me dereliquiſti! Quę maxima querelę eſſe intelligitur proteſtatio:derelictū ſe eē conqueri:infirmitatiq; permiſſum. Verum hęc ſ ipię intelligentiæ violenta pręſumptio ꝗ ſibi in oī dictorū dñicorū genere compugnat:vt q ad mortem feſtinat:vt qui per eā honorificandus eſt: vt q poſt eā a dextris virtutis ſeſſurus eſt:in his tot beatitudinum cauſis mori timuerit:& ob id ad neceſſitatem moriēdi deſertū ſe a deo ſuo queratur:cū in beatitudinibus illis eſſet mortem obeundo mā ſurus. Quinetiam ad irreligioſitatis huius tanꝗ ad pręparatam ſibi viam per id ingenia hæretica contendūt:qđ aut defeciſſe omnino deum verbū in animam corporis volunt:vt non idē fuerit ieſꝰ chriſtus hominis filius qui & dei filius:& ex ſe defecerit deus verbum dum corpus officio animę viuificat:aut omnino nec fuerit chriſtꝰ homo natꝰ quia in eo dei verbū modo ſpiritus prophetalis habitauerit. Sed ridiculę huius peruerſitatis error in maiorem ſe impietatis extendit audaciam:ne ieſus anteꝗ ex maria natus eſt:chriſtus ſit:dū non qui erat:natus eſt:ſed ad id tū primū qđ natus eſt: eſſe ceperit. Per qđ etiā illud vicii adiūgitur:vt deus verbū tanꝗ pars aliqua virtutum dei quodam ſe tractu continationis extendens: hominem illū qa maria eſſe coepit habitauerit:& virtutibus diuinæ operationis inſtruxerit animæ tamē ſuę motu naturaq; viuētē. Per hāc ſubtilē peſtiferāq; doctrinā deducunt in viciū:vt aut deꝰ verbū anima corporis per demutationem naturā ſuę infirmitatis extiterit:& verbū dei eſſe defecerit:aut rurſum per exteriorē nudāq; naturā hominē illū ſola vita animę mouētis animatū: in quo verbum dei idest quędā quaſi poteſtas extēſę vocis habitauerit. Atq; ita omni mō ipiiſſimę īntelligentiæ aditus pādatur:vt aut deus verbum in animā defecerit:nec pmāſerit deꝰ verbū:aut omnino xp̄s:ante partum marię non fuerit:quia ieſus xp̄s aīæ ſolū cōmunis & corporis hō hoc habeat ſui qđ eſſe hō coepit:exordiū. Quē extrinſecus protenſi ſmonis poteſtas ad virtutē operationū cōfirmauerit qui nūc a dei verbo cōtracta rurſū protēſione deſertus clamet. Deus deus meꝰ quare me dereliquiſti! Vel certe tū cū ī aīa corporis a dei verbi natura demutatꝰ eſt: paterno in omnibus vſꝰ auxilio:nunc inops eius mortiq; permiſſus:ſolitudinem ſuā cōqueraſ:relinquētēq; ſe arguat: omniq; modo exitiabile decepte fidei periculū cōparetur:ſi aut in deo verbo ſignificari exiſtimetur naturę infirmitas per querelam:aut omnino nec dei fuerit deus verbum dū chriſto ieſu marię ſolum partus exordium eſt. Sed inter has impias infirmaſq; ſententias:eccleſiæ fides apoſtolicis imbuta doctrinis nouit in chriſto natiuitatem:ſed ignorat exordium. Scit deſpen

ſutionē: ſed neſcit diuiſionē. Nō patiē xp̄m Ieſum
vt Ieſus ipſe nō ſit chriſtus: nec filiū hominis diſ-
cernit a dei filio: ne fili⁹ dei forte non & filius ho-
minis intelligat. Nō aſſumit filiū dei in filiū hōis:
neq; tripartita xp̄m fide ſcindit: cuius deſuper tex
ta veſtis inſciſſa ē: vt Ieſū xp̄m & in verbū & in aī-
mā & in corpus inſcidat: neq; rurſum deū verbū ī
animā & in corp⁹ abſumat. Totū ei de⁹ verbum
ē: totū ei & homo chriſtus: retinens hoc in ſacra-
mento cōfeſſionis ſuę vnū: nec xp̄m aliud credere
q̄ Ieſum: nec Ieſū aliud p̄dicare q̄ xp̄m. Nō ignoro
aūt in q̄tū humanę intelligētię infirmitatē magni
ficētia myſterii cęleſtis impediat: vt haec nō facile
aut verbis enūciare aut diuidere ſenſu: aut etiā cō
plecti mēte poſſim⁹. Sciens autē apoſtolus arduū
hoc terrenę naťae difficilimūq; eſſe: rerū diuinarū
efficientiā iudicio nos noſtro tanq̄ ad itelligendū
acriore q̄ ad efficiendū deo potiore cōcipere illi le
gitimo ſibi ſecūdū fidē filio: ſacraſq; litteras ab īfā
tia ſumēti: ita ſcribit. Sicut hortat⁹ ſum te ſuſtine
re epheſi: cū irem in macedoniā vt preciperes qui
buſdā ne aliter docerent neq; attenderent fabulis
& genealogiis interminatis quę quęſtiōes magis
pręſtant q̄ edificationē dei quae eſt in fide. Vetat
genealogię eloquia tractari & fabulas intermina-
tę quęſtionis attigi. Aedificationem vero dei dicit
in fide eſſe: vt humanę verecundię modū fideli oī
potentię dei religione cōcludat: neq; ſe infirmitas
noſtra ad perſpicienda ea quę perſpiciendi naturā
non habēt extendat. Q d ſi contuentib⁹ ſolis clari
tatē: virt⁹ intēti luminis obſtupeſcit: vt ſi quādo
cauſam radiantis luminis ſolertius acies curioſae
contemplationis inquirat: vſq; ad emortuū vidē-
di ſenſum oculorum natura reuocetur: accidatq;
nitēdo magis videre: ne videas: quid nobis in dei
rebus & in ſole iuſtitiae expectandū eſt? Nonne in
cumbet volētib⁹ ſuperſapere ſtultitia? Nonne ip
ſum illud acre intelligentiae lumē ſtupor hebetis
deſipiētię occupabit? Non eñ natura inferior cau
ſam naturę potioris intelliget: nec ſubiacet huma
nae conceptioni ratio cęleſtis. Nā inter cōditionē
infirmitatis erit: quicq̄d infirmi conſcientię ſubde
tur. Excedit itaq; humanā mentē dei poteſtas: ad
quā ſi ſe infirmitas protendet: magis infirma red-
detur dum hoc ipſum q̄d obtinet amittit: potio-
re ad obtūdendā eam rerū coeleſtiū natura: quae
omnem eius conſectantis ſe peruicaciam ipſa cō-
plexus eius maior infirmat. Vt igitur ſol ita vidē
dus eſt vt poſſit videri: tantuſq; excipiend⁹ lumi-
ne eſt: quāt⁹ admittitur: ne ſi plus velim⁹ ſpecta-
re: min⁹ quoq; q̄ poſſum⁹ conſequamur: ita & ra
tio cęleſtis intātū intelligenda eſt: in quantū ſe p-
mittit intelligi: intantū expetēda eſt: inquātum
apprehēdēdam ſe dedit: ne ſi contenti indulgētię
moderatione non ſimus: amitam⁹ indulta. Eſt er
go in deo q̄d percipi poteſt: eſt plane ſi mō q̄d po-
teſt velis. Sicut enim eſt in ſole q̄d videas: ſi hoc ve
videre q̄d poſſis: amittas autē q̄d potes videre dū
q̄d non potes niteris. Ita & in reb⁹ dei habes q̄d in
telligas ſi intelligere q̄d potes velis. Cęterum ſi vl
tra q̄ potes ſperes: id quoq; q̄d potuiſti poſſe: non
poteris. Nondum intemporalis natiuitatis illius
ſacramentum mouebo: competētis loci eſt ille tra
ctatus. Interim mihi aſſumptę carnis myſteriū in
verbis eſt: illos nunc arcanorum cęleſtium ſcruta
tores cōſulo: vt ſecundū naturā ſuam nati ex vir-
gine chriſti ſacramētū loquant: Vnde dicent vir-
gini conceptum? vnde virgini partum? quā hanc
eſſe genitalium originū cauſā diſputabūt? Et q̄d i
tra receſſus maternorū ſinuum coaluiſſe corpus?
vnde homo? vnde tam verus? Poſt hęc quid ſit de
ſcēdiſſe de coelis filium hōis in coelo manētē? Non
enim eiuſdem eſt ſecūdū corporales cauſas deſcē
dere & manere: quorum alterum deſcenſionis trā
ſmutatio eſt: alterum manēdi imperturbatio eſt.
Vagit infans: ſed in caelo eſt. Puer creſcit: ſed ple-
nitudinis deus permanet. Iā vero cū aſcendit vbi
antea fuit: & deſcendit qui manet: quo intelligen
tię humanę ſenſu continebitur? Dominus eñ ait
Quid ſi videritis filiū hominis aſcendentem vbi
antea fuit? Aſcendit filius hominis vbi antea fuit
& quis hoc ſenſus concipiet? Deſcēdit de celo fili
us hominis qui in cęlis eſt: & quę hoc ratio pręſta
bit? Verbum caro factū eſt: quę hoc verba loquen
tur? Fit caro verbum: ideſt homo deus. Et qui ho
mo eſt: in coelis eſt: & qui deus: de cęlis eſt. Aſcen-
dit deſcendens: ſed deſcendit nō deſcendens. Eſt
qui erat: & quod eſt non erat. Currimus per cau-
ſas: & ratione deficimus. Rationem cernimus: &
cauſas non intelligimus. Sed chriſtum Ieſum ita
intelligentes ſciemus: & magis putantes nos itel-
ligere: neſcimus. Iam vero quātū eſt illud dictorū

& geſtorum ſacramentum? Flere chriſtum: & per animi angorẽ lachrymas oculis effluere: vnde ei⁹ animæ hæc vicia: vt fletum corpori triſtitię męror elidat? Et quæ rerum acerbitas & intollerantia doloris deſcendentem de cælis filium hominis in lachrymas diſſoluit? Quid ſit deinde qđ in eo fleuerit deuſne verbum: an corporis anima? Nam q̃uis lachrymarum officium in corpore ſit: aīmę tamẽ eas in miniſterio corporis: quaſi quidem męror exudat. Tum deinde quę ei ad flẽdum cauſa ſit? An ne impiam paricida ięꝗ hierusalem nihil dignum tantorum prophetarum & apoſtolorum cęde & ipſius domini ſui morte paſſuram: debito lachrymarum honore proſequitur? & vt humanarũ mortium deflentur calamitates: ita perditę huius deſperatęꝗ gentis caſus doletur? Et qđ hoc rogo flẽdi ſacramentum eſt? Anima quę triſtis eſt flet. Sed nunquid hæc prophetas miſit? Sed nunquid hæc totiens voluit congregatos pullos eius pennarũ integmento obumbrare? Non cadit in verbũ domini męror: neꝗ in ſpiritum lachrymę ſed neꝗ in animam conuenit: aliquid ante corpus egiſſe. Et tamen vere Ieſum chriſtum fleſſe non dubium ẽ: pari quoꝗ lachrymarum veritate & lazarus flet⁹ eſt. Et quæro primum quid fleatur in lazaro: non vtiꝗ mors: quę nõ vſꝗ ad mortem eſt: ſed pro dei gloria eſt. Domin⁹ enim ait. Infirmitas iſta non ẽ vſꝗ ad mortem: ſed pro gloria dei: vt honorificet filius dei per eum. Mors ergo quę glorificandi dei cauſa eſt: flendi triſtitiam non afferebat. Sed neꝗ in eo flẽdi quidem neceſſitas exiſtebat. vt lazaro moriente abfuiſſet. Nã ipſe ait manifeſte. lazar⁹ mortuus eſt. & gaudeo propter vos: vt credatis quoniam non eram ibi. Abſentia itaꝗ eius non habuit cauſam lachrymandi: quę ad apoſtolorum fidem proficiebat: cum ęgri mortem conſcientia diuinę cognitionis abſens pronunciaſſet. Nulla ergo reſtat neceſſitas flendi: & tamen fletum eſt. Et tamẽ quęro cui imputabitur fletus ille: deo an animę an corpori? Sed corpus per ſe tãtum nõ habet lachrymas quas ad dolorem animę męrentis profundit. Longe autem minus eſt: vt deus fleuerit qui glorificandus in lazaro eſt. Nõ conuenit autem vt aīa de ſepulchro lazarum vocet: & ad animæ innexę corpori pręceptum atꝗ virtutem in mortuum ſuum aīa iã ex eo diſſoluta reuocet. Dolet qui glorificandus eſt? Flet qui viuificaturus eſt? Non eſt viuificaturi flere: nec glorificandi dolere. Et tamen viuificat qui & fleuit & doluit. Non inopię neceſſitate vel dictorum ignoratione de multis pauca memorauimus: ſed vt abſolutam expoſitionẽ ratio non moroſa commendet. Gerit dominus atꝗ ait: qđ cum conſcientia neſcitur: qđ nec ignoratur & ignorabile eſt: dum & veritas in rebus eſt: & in virtute ſacramentum eſt. Vt etiam ex iis quę ait: manifeſte docebimus. Propter hoc me pater diligit: qđ ego pono animam meam: vt iterum accipiam eã. Nemo tollet eam a me: ſed ego ponam eã a me. Poteſtatem habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo accipiendi eam: hoc mandatum accepi a patre meo. Animam ſuam ab ſe ponit: & quæro quis ponat: chriſtum enim non ambigimus eẽ deum verbum: neꝗ rurſum filium hominis ex anima & corpore conſtitiſſe ignoram⁹: angelo ad ioſeph confirmante. Surge & accipe puerum & matrem eius: & vade in terram iſrael: defuncti ſũt. n. qui querebant animã pueri. Cuius hæc ergo anima eſt requiro. Corporiſne: an dei? Si corporis: qd habet corpus poteſtatis quod p animę motum animat̃ ĩ vitã? Deinde vtrũ mãdati aliquid corpus acceperit: qđ ſine anima hebes emortuum eſt? Si vero quiſq̃ putabit animam ſuam verbũ deũ ponere vt rurſum reſumat: oſtendat verbum deum mortuum: ideſt vt ſine ſenſu atꝗ vita mortui corporis modo maneret: qđ iterum animam ſuam ad viuendum qua rurſũ viuificaretur aſſũpſerit. Sed nec deo animam quiſq̃ rationis particeps deputabit q̃q̃ frequenter anima dei & ſabbatta & neomenias odiſſe ſcripta ſit: & etiam in quibuſdã cõplacere. Sed ex ea iſtud ſignificatione commemorari ſolitum eſt: qua & manus & oculi & digiti & brachiũ & cor in incorporali deo cõmemorant̃. Nam cũ ſpiritus ſecũdũ domini dictum: carnem & oſſa non habet: ei qui ẽ nec demutat̃: nullã ad ſoliditatẽ ſui corporaliũ partiũ membra cõueniunt. Sed ſimplex ac beata natura vnũ totum qđ eſt: oĩa permanet. Nõ ergo deus corporalibus modis officio interioris aīæ aīatur ad vitam: ſed ipſe vita ſibi viuit. Et quomõ ponet animã ſuã vł poſitã reſumet vł q̃ hui⁹ ratio mãdati ẽ? Deus ergo nec ponit ad mortẽ: nec reſumit ad vitã: ſed nec corp⁹ mãdatũ ad reſumendum habet: quia nec per ſe reſumit. Di

iob 23 & 13
Esa. 1.

Ad Vsum Bibliothecae D. Ludci Neap ordinis minimorum

ctum enim de corporis ſui tẽplo eſt: ſoluite tẽplũ
hoc & poſt triduũ ſuſcitabo illud. Suſcitat ergo tẽ
plum corporis ſui deus. Et quis ponit animã vt re
ſumat: corpꝰ enim non per ſe reſumit: ſed per deũ
ſuſcitatur. Suſcitatur autẽ qd eſt mortuũ: & nec
ponit animam qd viuit. Deus itaq; nec mortuus
eſt nec ſepultus: & tamẽ ab eo dictũ eſt. Hęc enim
mittens vnguẽtum hoc in corpus meũ: ad ſepeliẽ
dũ me fecit. Q; in corpus ſuum miſſum eſt: ad ſe
peliendũ eum factũ eſt: & non idem eſt ſe eſſe ſuũ
q; eſſe: & nõ vnũ eſt: ad ſepeliendum ſe fieri: & vn
gi ſuũ corpus. Neq; conuenit corpus ſuum eſſe ſe
q; ſepeliri. Sed ſacramẽtũ iſtud diuinę intelligen
tię eſt: non ignorare deũ: quẽ non neſcias hominẽ.
Non neſcire autem hominem: quem non ignores
deum Ieſum chriſtum non diuidere: quia verbum
caro factum eſt: & non ſepultum non putare: quẽ
reſuſcitatum eſſe intelligas. Reſuſcitatum non
ambigere: quem negare non audeas non ſepultũ.
Sepultus enim eſt Ieſus chriſtus: quia & mortuus
eſt: mortuus autem eſt: qui & moriturus locu
tus eſt. Deus deus meus quare me dereliquiſti?
Locutus autem hæc eſt: qui & dixerit. Amen di
co tibi quia hodie mecum eris in paradiſo. Paradi
ſum quoq; promittens: magna voce proclamaue
rit. Pater in manus tuas commendo ſpiritum me
um. Et hoc dicens expirauit. Vos nunc vel tripar
tientes chriſtũ in verbũ & animã & corpus vel to
tũ chriſtũ deũ verbũ: in ſolũ cõmunis generis ho
minem contrahẽtes: hoc nobis magnũ pietatis ſa
cramẽtũ: qd in carne manifeſtatũ eſt reuelate: quẽ
tradiderit ſpiritũ chriſtꝰ: & quis in manus patris
commendauit ſuũ ſpiritũ. Et quis in paradiſo die
eadem fuerit. Et quis derelinqui ſe a deo queſtus
ſit. Nam querela derelicti: morientis infirmitas ẽ.
Promiſſio autẽ paradiſi: viuentis dei regnum eſt:
cõmendatio ſpiritus: cõmendatis confidentia ẽ.
Traditi ſpiritus: morientis exceſſio eſt. Quęro ita
q; quis moritur. Nempe qui tradidit ſpiritũ. Dein
de quis tradit ſpiritum. Vtiq; qui tradidit: patri
commendauit ſpiritũ ſuũ. Et ſi idem qui commẽ
dauit idem tradens ſpiritũ mortuꝰ eſt. Interrogo
vtrũ corpus animam commendet: an corpus ani
mam. Nam ſpiritum frequẽter ſignificari animã
non ambiguum eſt: vel ex hoc ipſo quod Ieſꝰ mo
riturus tradidit ſpiritum. Si igitur quiſq̃ exiſtimã
dũ putabit: commendari animã a corpore a diſſol
uendo viuẽtẽ: a corrumpendo ęternã: a reſuſcitã
do manentẽ: & nõ ambigetur quin idẽ commen
dauerit ſpiritũ patri: qui & die eadem in paradiſo
fuerit cũ latrone. Et quęro an ſepulchro receptus
in paradiſo manſerit. An vero in paradiſo manẽs
derelictum ſe a deo queſtus ſit. Vnus eñ atq; idẽ
eſt dominus Ieſus chriſtus: verbũ caro factũ: ſe ip
ſum per hæc vniuerſa ſignificans: qui dũ ad mor
tẽ dereliqui ſe ſignificat: homo eſt. Dum vero ho
mo eſt: in paradiſo deus regnet. Regnans porro in
paradiſo patri commendet ſpiritum dei filius. Cõ
mendatum vero patri ſpiritum: hominis filiꝰ tra
dat ad mortẽ. Quid nũc de ſacramento facimꝰ cõ
tumeliã? Habes conquerentem ad mortẽ relictũ
ſe eſſe: quia homo eſt: habes eum qui moritur pro
fitentem ſe in paradiſo regnare: quia deus eſt. Cur
hoc nobis qd ad intelligentiã mortis ſuę locutus
eſt: ſolum ad impietatẽ retinemus: & id qd idẽ ad
demonſtrationem immortalitatis ſuæ eſt pfeſſus
tacemus? Si eiuſdem vox hęc atq; ſermo eſt: ſe de
relictum cõquerentis: & ſe regnare profitentis: q̃
fidem noſtram infidelitatis ratione diuidimꝰ: vt
non idem in tempore eodẽ ſit mortuus: qui & re
gnet: cum id ipſe de ſe vtrunq; teſtatꝰ ſit & cõmẽ
dans ſpiritum & expirans: qd ſi idẽ commendans
ſpiritum atq; tradẽs: & regnãs morit: & mortuus
regnat. habemus in ſacramento filii hominis & fi
lii dei: & mori regnantẽ: & regnare morientẽ. Ab
ſiſtat itaq; omnis irreligioſa & diuini ſacramenti
incapax infidelitas: quę neſcit chriſtũ non ſibi fleſ
ſe ſed nobis: vt aſſumpti hominis veritatem: ipſe
quoq; affectus humanę conſuetudinis ſuſceptus
proteſtaret. Quæ ignorat chriſtum non ſibi mori
ſed vitę noſtræ: vt p imortalis dei mortẽ: mortali
um vita renouet. Quę non intelligit querelã dere
licti: & regnantis cõfidentiã: vt qd deus regnat: &
qd ſe mori queritur: ſit intelligentia noſtra & ho
mo mortuus & deus regnans. Non enim alius eſt
moriens & regnans: neq; alius eſt cõmendãs ſpiri
tũ & expirans: neq; alius eſt ſepultus & reſurgens
neq; nõ vnus eſt deſcẽdẽs & aſcẽdẽs. Audi in hoc
apoſtolicę doctrinæ eruditam nõ carnis ſenſu ſed
dono ſpiritus fidem: cum gręcis ſapientiam: & iu
dęis ſigna poſcentibꝰ loquit. Nos autem pdica
mꝰ xpm Ieſũ crucifixum: iudęis quidẽ ſcandalum

gentibus autem ſtultitiam: ipſis autẽ vocatis iudæis atq; græcis chriſtum ieſũ dei virtutẽ & dei ſapientiam. Nunquid diuiſꝰ eſt chriſtꝰ: vt alius ſit ieſus crucifixus: alius chriſtus virtus & ſapientia dei? Sed hoc & ſcandalũ iudæis: & ſtultitia gentibꝰ eſt. Nobis vero chriſtus ieſus dei virtꝰ deiq; ſapientia. Sed ſapientia non mundo cognita: nec intellecta a prudentibus ſæculi: & q̃ nõ intellecta ſit diſce eodem beato apoſtolo dicẽte. Sed loquimur dei ſapientiam quæ in ſacramẽto abſconſa eſt: quã præfiniuit deus ante ſæcula in gloriam noſtrã: quã nemo ex principibus huius ſæculi cognouit: ſi enĩ cognouiſſent: nũq̃ dominum gloriæ crucifixiſſet. An ne apoſtolus ignorat hanc dei ſapientiã in ſacramento eſſe abſconſam: & eſſe pricipibus ſæculi ignorabilẽ. An ne diuidit chriſtũ: vt alius ſit dominus maieſtatis: alius ieſus crucifixus? Sed ſtultiſſime huic atq; impiiſſime opinioni contradicit dicens. Non enim iudicaui quicq̃ ſcire in vobis niſi chriſtum ieſum & hũc crucifixum. Aliud apoſtolus neſcit: aliud ſe ſcire iudicat. Nos autẽ & infirmi ingenii & infirmioris fidei chriſtũ ieſum ſcindimus diuidimus duplicamꝰ: arbitri myſteriorũ & occulti ſacramenti calumniatores. Alius enĩ nobis eſt chriſtus crucifixus: alius dei ſapientia. Aliꝰ ſepultus: alius deſcendẽs: & alius filius hominis: & alius filius dei. Nõ intelligentes docemꝰ: & neſcientes arguimꝰ: & dicta dei homines emendamꝰ: & nõ dignamur ſecũdũ apoſtolũ ita credere. Quis criminabitur electos dei? Deꝰ qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? chriſtus qui mortuus eſt immo qui etiam reſurrexit: qui eſt in dextera dei qui & poſtulat pro nobis? An ne alius ꝓ nobis poſtulat q̃ q in dextera dei eſt? Vel qui in dextera dei ẽ: nõ ipſe ẽ q reſurrexit? nõ idẽ mortuꝰ ẽ? Vł q mortuꝰ ẽ nõ idẽ cõdẽnat. Vł q cõdẽnat: nõ idẽ ẽ q iuſtificat deꝰ? Sepemꝰ ergo ſcilicet a iuſtificãte deo condemnantẽ chriſtum: a condemnante chriſto mortuum chriſtum: a mortuo chriſto chriſtũ in dextris ſedentem orantẽq; pro nobis. Si itaq; hæc omnia chriſtꝰ vnus eſt ne ꝓ alius eſt xp̃s mortuꝰ alius ſepultus: aut alius deſcendens ad inferna: & alius aſcendẽs in cœlos ſecundũ illud apoſtoli: aſcẽdit autẽ quid eſt: niſi qui deſcẽdit in inferiora terræ? Qui deſcendit ipſe eſt: qui aſcendit ſuper oẽs cœlos: vt adimpleret omnia. Quouſq; impietatis noſtræ extendimus ſtultiloquam ignorationẽ: vt qͩ in ſacramento dei abſconſum eſt: id explicari a nobis poſſe profiteamur? Qui deſcendit: ipſe eſt qui & aſcendit. Nunquid ambigitur: qui ieſꝰ xp̃s homo ex mortuis reſurgens: ſuper omnes cœlos aſcendens: ad dexteram dei ſit? Nunquid deſcendiſſe ad inferos corpus qͩ in ſepulchro iacuit dicetur? Si itaq; qui deſcendit: ipſe & aſcendit: vt neq; corpus deſcẽdiſſe ad inferos credatur: & reſurgẽs ex mortuis corpus aſcendiſſe in cœlos non ambigatur: quæ hic præter occulti ſacramenti: & incogniti mundo ac principibꝰ ſæculi fides relicta eſt: cũ idẽ atq; vnꝰ ſit deſcẽdẽs aſcẽdens? Vnꝰ quoq; nobis ieſꝰ xp̃s ſit: & dei filiꝰ & hominis filius: & verbũ deus: & homo: caro & paſſus: & mortuꝰ & ſepultus: & reſurgens & in cœlos receptus: & ſedens ad dexteram dei habens in ſe vno eodemq; per diſpẽſationẽ atq; naturam: in dei forma: & in forma ſerui ſiue aliqua ſui & partitione qͩ homo eſt: & diuiſione qͩ deus eſt. Incautæ igitur atq; ignorãtis opinionis noſtræ fidem apoſtolus formans: ita cõfeſſionis huius ſacramentũ locutus eſt. Nam & ſi crucifixus ex infirmitate: ſed viuit ex virtute dei. Prædicans enim filium hominis dei filium qui cũ ex diſpenſatione homo eſſet: maneret tamẽ ex natura deus: eũdem ex infirmitate crucifixum ait: qui ex virtute dei viueret. Qͩ cũ infirmitas eſſet ex forma ſerui: & natura maneret ex forma dei & q cũ eſſet i forma dei aſſumpſiſſet formam ſui: nõ ambiguum eſſet: in quo ſacramento & paſſus eſſet & viueret. Vt cum in eodem eſſet infirmitas ad paſſionem: & & ad vitam dei virtus: non alius aut diuiſus a ſe eſſet qui & pateretur & viueret. Paſſus quidem eſt vnigenitus deus quæ homines pati poſſunt: ſed vtamur apoſtoli fide atq; dicto. Tradidi enim vobis in primis: quod & accepi: quia chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas: & quia ſepultus eſt: & quia reſurrexit die tertia ſecundum ſcripturas. Nõ nudis vſꝰ ẽ ad erroris occaſionẽ dictorũ definitiõibꝰ ſed mortis & reſurrectiõis modũ nõ tm̃ rerũ nõibꝰ quãtũ & ſcripturarũ virtutibꝰ admonẽs cõfitẽdũ. Vt hæc noſtra eẽt i eiꝰ morte itelligẽtia: q̃ & eẽt i ſignificatiõe ſcripturarũ. Infirmas.n. cogitatiões et ſcrupuloſas fidei calũnias nõ relinquẽs finẽ hunc tm̃ ſm ſcripturas prædicando mortis & re-

ſurrectionis adiecit: ne inanium diſputationũ vẽto circũacti: vel fallaciũ queſtionũ ineptis argutiis impediti infirmaremur. Sed in hũc ſe ſemper religionis ſuę portũ fides illeſa reuocaret: vt mortem & reſurrectionem hominis filii & dei filii Ieſu xp̄i ſecũdũ ſcripturas crederet & cõfiteret̃ pia aduerſus calũniã reſiſtendi ſecuritate propoſita. Cũ ita mori ac reſurgere xp̄s Ieſus intelligẽdꝰ eſſet: qualiter ſcriptꝰ eſt. Non .n. habet fides periculũ: & oĩs pia profeſſio in occulto ſacramẽti dei tuta eſt. Natus ex virgine xp̄s eſt: ſed ſecundũ ſcripturas conceptus de ſpirituſancto eſt. Fleuit xp̄s ſed ſecũdũ ſcripturas: vt ĩ eo ꝙ fleuit gratulatꝰ ſit. Et eſuriuit xp̄s ſed ſecũdũ ſcripturas: ſine cibo in nõ habentẽ fructꝰ arborẽ deus operatus eſt. Paſſus xp̄s eſt: ſed ſecũdũ ſcripturas: tũc a dextris virtutis ſeſſurus ẽ. Derelinqui ſe ad mortẽ queſtꝰ eſt: ſed ſecũdũ ſcripturas: tũc cõfeſſorẽ ſuũ ſecum in regno paradiſi recepit. Mortuus eſt ſed ſecundum ſcripturas: reſurgens a dextris domini dominꝰ aſſidet. In huiꝰ igitur ſacramenti fide vita eſt: calũniã cõfeſſio iſta non recipit. Certe apoſtolus nõ relinquit vt ambigi dicit ꝗ liceat: xp̄s natus paſſus mortuꝰ reſurgẽs quo modo qua virtute: qua diuiſione: quibꝰ partibꝰ: quis lachrymans eſt: quis gaudens: quis conquereñs: quis deſcendens: quis aſcẽdens. Sed fidei in hoc meritũ: per cõfeſſionẽ incunctãtis tm̃ religionis oſtẽdens ait. Ex fidei autem iuſtitia: ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo: quis aſcendit in celũ? hoc eſt chriſtũ deducere: vel quis deſcẽdit in abyſſum? hoc eſt xp̄m reducere. Sed qd dicit ſcriptura? Iuxta ẽ verbũ tuũ in ore tuo & in corde tuo: hoc ẽ verbũ dei qd prędicamꝰ. Quia ſi confeſſꝰ fueris ĩ ore tuo quia dominus eſt Ieſus: & credideris ĩ corde tuo quia deus illũ ſuſcitauit a mortuis: ſaluus eris Os iuſtũ fides cõſũmat. Secũdũ qd dictũ eſt. Credidit abrahã deo: & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã: Nũqd abrahã calũniatꝰ eſt deo: cũ ei hęreditatem gentiũ: & ſecũdũ ſtellarũ & arenę multitudinem: manſurę ex ſe ſobolis numeroſitatẽ pollicebat̃? De omnipotentia enim dei fides religioſa non ambigens: humanæ infirmitatis non eſt detenta naturis: ſed in ſe id quod erat caducum terrenumꝗ deſpiciens: diuinæ ſponſionis fidem: vltra modum corporeę conſtitutionis excepit: quia nequaq̃ dei virtutes lex poſſet humana moderari. Tantum in efficiendo libertatis deo promẽte: quantum in ſpondendo oſtenderet voluntatis. Nihil igitur ſi de iuſtiꝰ eſt: quia cũ equitas atꝗ moderatio terrenorum actuũ ſit probabilis: nihil tamen iuſtiꝰ homini ſit: q̃ oĩpotẽtiã dei indefinitę poteſtatis intelligentia crediddiſſe. Hanc itaꝗ in nobis quę ex fide eſt iuſtitiã apoſtolus expectãs: incertę atꝗ infidę ambiguitatis irreligioſitatẽ remouit: vetans curã ſollicitę in cor cogitationis admitti: dicti etiã prophetici rõne mõſtrata: ait em̃. Ne dixeris in corde tuo: qs aſcẽdit in cælũ? Hęc a ꝓpheta dicta ſubiectę ſnię abſolutiõe ꝑſequit̃ dicẽs: hoc ẽ xp̄m deducere. Nõ em̃ ſe in cęleſtẽ ſciẽtiã humanę mẽtis ſenſus extendit: ſed neꝗ de diuinis operibꝰ religioſa fides ambigit. Nõ eguit xp̄s humanę virtutis auxilio: vt ex illa beatitudinis ſuę ſede deſcendẽs: cuiuſq̃ e cælo ope deduceret̃ ĩ corpꝰ. Nõ exterior poteſtas eũ egit ad terras: credẽdꝰ eſt veniſſe qualis & venit. Et vera pietas eſt chriſtũ nõ deductũ ſed deſcẽdẽtẽ cõfiteri. Sacramẽtũ ſuũ ẽ: & in tẽpore & in ope. Neꝗ qa modo venit: deductus ꝑ alterum eſſe credendus eſt: nec tẽporalis eius aduentus poteſtati deducentis ſubditus intelligendus eſt. ſed ne alterius quidem ambiguitatis infidelitas finitur. Nam continuo ex dicto prophetico ſubditur. Vel quis deſcendit in abyſſum? Ac mox dicti ratio ſubiecta eſt: hoc chriſtũ a mortuis reducere. Libertas redeũdi in cælum: et deſcendẽdi in terrã libertate eſt. Ambigẽdi autẽ ſublata cunctatio ẽ: ſapientia in fide eſt: ratio in virtute eſt: effectus in rebꝰ ẽ: cauſa in poteſtate eſt. Sed nõ nutãte ad id opꝰ ẽ cõſciẽtia. Apoſtolꝰ em̃ totum ſcripturę myſteriũ exequẽs ait. Iuxta eſt verbũ tuũ in ore tuo & in corde tuo. Nõ tardo opꝰ ẽ petitoꝗ lõge verbo cõfeſſionis: nec interuallo aliquo inter cor atꝗ os relicto: vt qd ad proteſtationẽ religionis loquendum ſit: per infidelẽ ãbiguitatẽ cogitet̃: ſed & iuxta nos eſſe oportet. & in nobis: ne aliqua inter religionẽ cordis atꝗ oris mora: fides forte noſtra non ita in ſenſu ſit vt in verbis. Sed cõnexa ori atꝗ cordi incunctantem habeat: & ſentiendi & loquendi religionem: & huius quidem dicti prophetici vt ĩ cęteris rationẽ apoſtolus ſubiecit: hoc eſt verbũ fidei qd prædicamus: quia ſi confeſſus fueris in ore tuo quia dominus eſt Ieſus: & credideris in ore & corde tuo quia deꝰ illũ ſuſcitauit a mortuis: ſaluꝰ

etis.Pietas eſt nõ ãbigere:& iuſtitia eſt credere:&
ſalus eſt confiteri. Non i incerta diffluere.neq; ad
ſtultiloquia efferuere: neq; ratiõe aliqua virtutes
dei ventilare:neq; modo circũſcribere poteſtatẽ:
neq; cauſas inueſtigabilium ſacramentorũ retra=
ctare:dominũ Ieſum confiteri:& a deo ſuſcitatũ a
mortuis credere ſalus eſt. Quæ vero inſania eſt:q̃
lis & cuiuſcemodi ſit Ieſus calumniari:cum ſalus
ſola ſit:hoc ſolum ſcire qđ dominꝰ ſit?Tum porro
q̃ humanę inanitatis error eſt: de ſurrectione eius
lites mouere:cũ ſufficiat ad vitã qđ a deo ſuſcita=
tus ſit credidiſſe?In ſimplicitate itaq; fides eſt:in ſi
de iuſtitia eſt:in confeſſione pietas eſt. Nõ per diſ=
ficiles nos deꝰ ad beatã vitam q̃ſtiones vocat: nec
multiplici eloquẽtis facundię genere ſolicitat. In
abſoluto nobis ac facili eſt:æternitas:Ieſum ſuſci=
tatũ a mortuis per deum credere:& ipſum eſſe do
minum cõfiteri.Nemo itaq; ea quę ob ignoratio
nẽ noſtrã dicta ſunt: ad occaſionẽ irreligioſitatis
vſurpet. Cognoſcẽdꝰ eñ Ieſus chriſtus mortuus
erat:vt in eo viueremꝰ.Si itaq; ad itelligẽtiã mor=
tis ſuę ait:deꝰ deus meus quare me dereliquiſti?&
pater in manus tuas commendo ſpiritum meum:
nunquid confeſſioni noſtræ conſulens infirmum
ſe eſſe potius confeſſus eſt: q̃ nos ambiguos nõ re
liquit?Excitaturus nãq; lazarum erat ad patrem
nunquid prece eguit dicens.Pater gratias ago ti=
bi quia exaudiſti me? & ego ſciebam quia ſemper
me exaudis:ſed ꝑpter turbã dixi:vt credant quia
tu me miſiſti?Nobis itaq; orauit ne filius ignoret:
& cũ ſibi non proficeret deprecationis ſermo: ad
profectũ tamen noſtræ fidei loquebatur. Non in=
ops ergo tum auxilii eſt: ſed nos ſumus inopes do
ctrinæ.Clarificari ſe quoq; deprecatur: ac mox de
cœlo vox dei patris clarificantis auditur. Sed ad
auditę vocis admirationẽ ait.Nõ propter me vox
hæc venit ſed propter vos.Nobis pater rogat:no
bis pr̃ loquitur. Totũ ad effectũ ſit noſtrę cõfeſſio
nis.Et cũ clarificationis reſponſio nõ obſecrationi
claritatis ſit impenſa: ſed ignorationi audientiũ
quomõ querele paſſionis in ſumma exultatione
patiẽdi nõ cõfeſſionis noſtrę eruditioni preſtita i=
telliget?Criſtus pro perſequentibꝰ rogat quia qđ
agunt neſciũt.Chriſtꝰ de cruce paradiſum ꝓmit
tit quia deus regnat.Chriſtus in cruce conſũmaſ
ſe ſe omnia aceti poculo gratulatur: quia mori=
turus prophetiam impleuerit.Nobis natꝰ eſt:no=
bis paſſus eſt: nobis mortuꝰ eſt: nobis reſurrexit.
Et cũ nobis hęc ſola ſit proprietas ad ſalutẽ:vt dei
filiũ cõfiteamur ex mortuis:cur rogo in hac irreli=
gioſitate moramur?vt cũ xp̃s itra fiduciã diuini=
tatis ſuæ manens:mori ſe ꝑ ſignificationẽ aſſũpti
hoĩs.cũ ſecuritate moriẽtis oſtẽderit:hoc maxime
ad abnegãdũ cũ deũ ꝓficiat: q; ſe nobis filiꝰ dei &
hominis filiũ eſt profeſſus & mortuum?

Explicitus eſt liber decimus.
Incipit Vndecimꝰ.

TOtum atq; abſolutũ fidei euã
gelicę ſacramentũ multifarie
apoſtolus tranctans:hęc quo=
q; inter cętera diuinę cognitio
nis ꝓcepta ad epheſios eſt lo=
cutꝰ:Sicut & vos vocati eſtis
in vna ſpe vocationis veſtrę: vnus dominus:vna
fides:vnum baptiſma:vnus deus & pater omniũ
qui ẽ ſuper omnes:& per omnia:& in omnibꝰ no=
bis.Non enim ambiguis nos & erraticis indefini=
tę doctrinę ſtudiis dereliquit:vel incertis opinio=
nibus ingenia humana permiſit:ſtatutis per ſe &
oppoſitis obicibꝰ libertatem intelligentię volun=
tatiſq; cõcludens: vt ſapere non niſi ad id tãtũ qđ
prędicatũ a ſe fuerat:nos ſineret:cũ per definitam
fidei indemutabilis conſtitutionẽ credi aliter atq;
aliter nõ licet. Vnũ itaq; nobis dñm ꝓdicãs vnã
fidẽ memorat.Deinde vnius domini vnã fidẽ me
morãs: vnũ etiã baptiſma demõſtrat:vt cũ vnius
domini vna fides eſſet:vnius per hoc fidei in dño
vnum eſſet & baptiſma.Et quia ſacramentum oẽ
& baptiſmi & fidei vt in vno domino:ita & in deo
vno eſt:cõſũmationem ſpei noſtrę vnius dei pro=
feſſione concluſit.vt & vnũ baptiſma & fides vna
ſicut vnius domini ita & dei eſſet vnius. Vnus.n.
vterq; eſt non vnione ſed proprietate: dñ & vniꝰ.
cuiuſq; proprium eſt vt & vnus ſit vel pr̃i eſſe qđ
pater eſt vel filio eſſe qđ filius eſt.Et id qđ vterq; i
proprietate ſua vnus eſt ſacramentum vnitatis
ad vtrunq; eſt:quia & vnus dominus chriſtꝰ deo
patri non poteſt auferre qđ dominus eſt: & vnus
pater vni domino chriſto non intelligitur negare
qđ deus eſt:cum ſi per id quod deus vnus eſt:non

& chriſto propriũ eſſe videtur vt deus ſit: neceſſe
eſt per id q̃d vnus dominus chriſtꝰ eſt: nõ & deo
debitũ eſſe intelligat̃ vt dominꝰ ſit. Si id q̃d vnus
eſt: nõ ſacramenti ſit ſignificatio ſed vnionis exce
ptio. Vnius itaq; domini ſicut vnius dei patris &
vnũ baptiſma & fides vna eſt. Fides autẽ vna iam
non eſt: ſi nõ vnum dñm & vnũ deũ patrẽ in con-
ſcientiæ profeſſione retinebit. Vnũ vero dominũ
& vnũ deũ patrem quomodo fides quę non vna
eſt confitetur? Vna autẽ in tãta prędicationũ di-
uerſitate iã non erit: ſi alius dominum Ieſum chri
ſtum penetrãte palmas clauo: infirmitatis noſtrę
credit dolore gemuiſſe: & egentem naturę ſuę po-
teſtatiſq; virtutẽ: imminentis iã ſibi mortis timu-
iſſe terrorem ſi etiam id q̃d principale eſt: natũ ne-
gabit: & creatum potiꝰ prædicabit: ſi deum dicet
magis q̃ intelliget: quia & duos dici irreligioſum
eſt: & deum intelligi: diuinę naturę conſcientia ẽ.
Iam ergo non vnus eſt dominus chriſtus: ſi aliud
deus non dolet: ſi aliud infirmus timet. Alii ſit ex
natura alii ex cognitione deus: & alii ex generatio
ne & alii ex generatiõe filiꝰ: & p id neq; deꝰ pr̃ vnꝰ
in fide eſt: ſi aliis poteſtate: aliis generatione pater
creditur: quia & vniuerſorum pater deus ſit. Iam
porro quis ambiget extra fidem eſſe quicquid ex-
tra fidem vnam eſt? Quia in fide vna & vnus do-
minus chriſtus: & deus pater vnus ſit: Vnus autẽ
dominꝰ chriſtus nõ nomine ſed fide vnus eſt. ſi fi-
lius ſit: ſi deꝰ ſit: ſi indemutabilis ſit: ſi non aliquã
do defuerit: vel deus eſſe vel filiꝰ. Qui igitur chri
ſtum aliter q̃ eſt prædicabit ideſt nec filiũ nec deũ
eſſe aliũ chriſtum prędicabit. Sed nec vnius batiſ-
mi fides vna eſt: quia ſecundum apoſtolicam do-
ctrinam eius vniꝰ baptiſmi fides vna eſt: cuiꝰ vnꝰ
dominꝰ: & dei ſit filius chriſtus: & deus ſit. Non
enĩ negari iam chriſtus quin chriſtus ſit poteſt: ne
q; mũdo ignorabilis effici. Hunc prophetię volu-
mina conſignant: hunc temporum quottidie pro
ficiens plenitudo teſtatur: hũc apoſtolorũ & mar
tyrum per virtutum operationes loquſitur ſepul
chra: hunc poteſtas nominis ſui probat: hunc im-
mundi ſpiritus profitentur: hunc punitorum de-
monũ reſonãt mugitus. Sed in his omnibꝰ: virtu
tis ſuę diſpenſatio eſt. Cęterum fides noſtra: talis
qualis eſt prędicandꝰ ẽ: vt nõ nomine ſed cõfeſſiõe
in vnius baptiſmi fide vnus nobis dominus ſit: ga

ſecũdũ vnũ dominũ chriſtũ: vnꝰ deꝰ pr̃ ẽ. Sed nũc
hi noui chriſti prędicatores cuncta negando quæ
chriſti ſunt: alium dominũ chriſtũ: ſicuti alium
deũ patrẽ prędicãt: quia neq; hic genuerit ſed crea
uerit: neq; ille natus ſit: ſed creatꝰ ſit. Et per id ex-
tra veritatem deus chriſtus ſit: cui non ſit ex nati-
uitate q̃d deꝰ eſt: & extra fidei conſcientiam deus
pater ſit: cui non ſit in generatione q̃d pater ẽ. Lau
dantes quidem merito: ita vt dignum eſt: deũ pa-
trẽ naturę ſcilicet eum eſſe inaceſſę inconſpicabi-
lis inuiolabilis inerrabilis infinitę prouidę potẽtis
benignę mobilis tranſcurrẽtis manẽtis itra extra
q; & oĩa in oĩbꝰ ſentientis. Sed cũ adiiciunt ad ſu-
pereminentiã laudis: ſolũ bonũ: ſolũ potentẽ: ſolũ
immortalẽ: quis nõ hãc religionẽ laudationis itel
ligat eo tẽdere: vt dominꝰ Ieſus chriſtꝰ extra hãc
beatitudinẽ quæ ſoli deo per exceptionẽ ſoliꝰ de-
feratur ad honorẽ manẽs: ipſe & mortalis & infir-
mus & malꝰ ſit: dũ in iis pater ſolus eſt? Et ei idcir
co naturalis ex deo patre natiuitas abnegatur: ne
per generationem ea quę in eo naturalis deo pa-
tre beatitudo eſt maneat: quia natiuitas in naturę
eiꝰ ſit virtute: quę genuit: nec apoſtolicis nec euã
gelicis p̃dicationibꝰ eruditi ad impię profeſſionis
ſuę vſurpationẽ magnificẽtiã dei pr̃is nõ religiõis
fide ſed arte impietatis extollũt: vt dũ incõpara-
bilia oĩa eſſe naturę eiꝰ ediſſerunt: degeneris infir
mioriſq; nat̃ę vnigenitũ deũ per exceptionẽ cõpa
rationis affirmẽt. Deũ viuẽtis dei viuã imaginẽ: &
beatę nat̃ę pleniſſimã formã & inaſcibilis ſubſtan
tię vnigenitã natiuitatẽ. Quę niſi perfectã pater-
nę beatitudinis habet formã & abſolutã nat̃ę toti
us referat ſpeciẽ: nõ eſt in imaginis veritate. Si au-
tem innaſcibilis dei vnigenitus deꝰ imago eſt: per
fectę atq; abſolute in eo naturę veritas ineſt: p quã
efficitur eſſe eũ imaginẽ veritatis. Potens eſt pa-
ter ſed ſi infirmus eſt filiꝰ: imago iã nõ eſt potẽtis.
Bonus eſt pater: ſed ſi in diuerſi generis diuinita-
te filiꝰ eſt: boni imaginem mali natura nõ reddit.
Incorporeus pater eſt: ſi filius ſecundũ ſpiritũ cir-
cũſcriptus ẽ corpore: iam incorporei nõ eſt forma
corporeus. Ineffabilis pr̃ eſt: ſi filiũ ſermo cõplecti
tur: extra imaginẽ eſt ienarrabilis: natura narrabi
lis: Verus deus eſt pater ſi filius i dei falſitate eſt
iam non eſt veri imago qui falſus eſt. Non ex par-
te imaginem neq; ex portione formam eſſe eum

dei apoſtolus prædicat. Sed imaginem eſſe eũ dei inuiſibilis: & formam eum dei eſſe loquitur. Non poteſt expreſſius in filio dei diuinitatis natura: ab apoſtolo prædicari: q̃ ad id q̇d inuiſibile dei eſt inuiſibilis dei imago ſit chriſtus: qui vtiq; in ſubſtantia conſpicabili: imaginem naturæ inuiſibilis non referret. Sed vt ſuperioribus libris docuimus: diſpenſationem aſſumpti corporis rapiunt ad contumeliam diuinitatis: & impietatis cauſas arripiunt de ſalutis noſtrę ſacramento. Qui ſi apoſtolicę fidei tenaces eſſent: intelligerent eum qui ĩ forma dei eſſet: aſſumpſiſſe formam ſerui: neq; formã ſerui vſurparẽt ad formę dei dehoneſtatẽ: cũ forma dei plenitudinẽ in ſe dei contineret: & quæ eſſent temporum ac myſteriorum: pia ratione tractarent vt nec contumeliam diuinitas ſuſciperet: nec diſpenſatio afferret errorem. Sed omnibus vt exiſtimo iam a nobis abſolutiſſime demonſtratis: & ſub aſſumpti corporis natiuitate diuinę naturę virtute monſtrata: nõ relictꝰ eſt ambigẽdi locꝰ: q̃a oĩa vnigenitus deus & homo virtutibꝰ dei geſſerit & in virtutibꝰ dei vniuerſa hominis veritate ꝑfecerit: habens in ſe & naturam dei potentis in geſtis: dum natus ex deo eſt: & perfecti hominis abſolutionem dum ei eſt partus ex virgine. Et cum veritate corporis ſubſiſtens in natura dei & cũ dei natura manẽs in corporis veritate. Qũq̃ igitur vſq; ad ipſam mortis gloriam omnis reſponſiõis noſtrę ſermo deſcenderit: & ſingulis profeſſionis impię propoſitionibus ex euangelicis atq; apoſtolicis doctrinis ſit contradictum: tamen quia etiam poſt reſurrectionis gloriam quędam ad degeneris infirmitatem naturę demonſtrandã: præſumere impii auſi ſunt. His ipſis nunc reſpondendum ẽ. Atq; vt in cæteris obſeruatum a nobis eſt: eorum ipſorum dictorum ratio: ex iis ipſis dictis afferatᷣ: vt illic veritas reperiatur: vbi negatur. Quę enim ſimpliciter & ad eruditionem fidei diuinitꝰ dicta ſunt ea neceſſe ẽ ita dicta ſint vt ad id q̇d dicta ſũt non alienorum atq; extrinſecus dictorum confirmentur exemplis. Inter cęteras eñ impietates ſuas etiam hoc dicto domini vti hęretici ſolẽt. Aſcẽdo ad patrẽ meũ & patrẽ veſtrum: & ad deum meum & deum veſtrum. Vt per id q̇d pater eius: pater eorum eſt: & deus eius deus eorum eſt: in natura dei non ſit: dum hoc cęteris deum patrem profitetur eſſe q̇d ſibi ſit: Ceſſante priuilegio: in cõmunione & naturæ & natiuitatis: per quã & deus ſit natus: & filius ſit. Teneant quoq; etiam illud apoſtoli. Cum autem dixerit: oĩa ſubiecta ſunt: abſq; eo qui ſubiecit ei omnia. Cum autẽ ſubiecta ei fuerint omnia: tunc ipſe ſubiectꝰ erit ei qui ſibi ſubiecit omnia: vt ſit deus omnia in omnibꝰ. Vt quia ſubiectio illa infirmioris naturę conteſtatio eſſe exiſtimabitur: non ſit in paternę naturę virtute: quẽ naturalis infirmitas naturę potioris ſubiecerit poteſtati. Sumant autem omnis impietatis ſuæ hãc tãq̃ munitiſſimã & inexpugnabilẽ defenſionẽ ad veritatẽ natiuitatis abolendã. Vt q̃a ꝑ ſubiectionẽ deꝰ nõ eſt: & per cõmunẽ ſibi atq; nobis deum atq; patrem: in cõmunione ſit creaturę: ipſe quoq; ex deo creatio ſit potius q̃ generatio: quia creatio ex nihilo ſubſiſtat: generatio vero naturalem habeat natiuitatis auctorem. Omnis quidem calumnia improba eſt: quia veritati falſitas: cum iã effrenato pudore ſit: contradicit: ſed tñ interdum prętendit aliquod excuſationis ambiguę velamẽ vt verecundię in defenſione ſit: quod impudẽter ĩ ſenſu eſt. Verum nũc in iis quę impię ad ĩfirmãdã domini noſtri diuinitatẽ prę̨ſumpta ſunt: locꝰ verecundię. & velamini falſo excuſationis excluſus eſt: cum quando ipſa illa ignorationis venia, ceſſãte: ſola voluntas irreligioſæ intelligentię detegatᷣ. Vt enim paululum ipſius dicti euangelici differã demonſtrationem: an ne ignorabilis hæc erat apoſtoli ꝓ̄dicatio dicẽtis? Et quidem confeſſione omniũ: magnũ eſt pietatis ſacramẽtũ: q̇d manifeſtatũ eſt in carne viuificatũ eſt in ſpiritu: viſum ẽ ab angelis: ꝓ̄dicatũ eſt gẽtibꝰ: creditũ eſt in hoc mũdo: aſſũptũ ẽ in claritate? Eſt ne adhuc quiſq̃ tam hebetis intelligẽtię: vt diſpẽſationẽ aſſũptę a dño carnis aliud q̃ ſacramẽtũ pietatis ĩtelligat? Et primum extra fidẽ dei eſt: quiſquis extra hãc erit cõfeſſionẽ. Nõ eñ apoſtolꝰ ambigit qui hoc ab vniuerſis fatendũ ſit. Myſterium quidem ſalutis noſtræ contumeliam nõ eſſe diuinitatis: ſed magnæ pietatis ſacramentum. Non eſt ergo iſtud neceſſitas ſed pietas: nec ĩfirmitas ſed magnę pietatis ſacramentũ. Et ſacramentum nõ iã myſterio occultatum: ſed in carne manifeſtatum: neq; adhuc ꝑ naturam carnis infirmum ſed in ſpiritu iuſtificatũ vt ꝑ iuſtificationẽ ſpiritꝰ abeſſet a fide nr̃a car-

nis infirmitas: & per carnis manifeſtationē myſte
rium non eſſet occultum: & per myſterii ignora-
bilem cauſam: maximę pietatis in ſacramento eſ-
ſet ſola confeſſio. Atq; ita apoſtolus fidei totius
ordinem tenuit vt dum pietas eſt: ſacramentum
ſit: dum ſacramentū eſt: cognitio in carne ſit: dū
cognitio in carne eſt: iuſtificatio in ſpiritu ſit: quia
ſacramentum pietatis qđ manifeſtatur in carne:
vt vere ſacramentū ſit: per iuſtificationem ſpiritꝰ
manifeſtatur in carne. Ac ne illa manifeſtatio in
carne qualis eſſet, iuſtificatio in ſpiritu ignoraret:
ſacramentū qđ manifeſtatū in carne & iuſtificatū
in ſpiritu eſt: & ab angelis viſum eſt: & gentibꝰ pꝛe-
dicatum eſt: & in hoc mundo creditū: hoc ipſū eſt
aſſumptū in claritate: vt ī omnibus ſit magnę pie
tatis ſacramentum: dum manifeſtať in carne: dū
iuſtificatur in ſpiritu dum viſum eſt ab angelis:
dum prædicatur gentibus: dum creditur in hoc
mundo: dum aſſumitur in claritate. Nam & vi-
ſum ſequitur prædicatio: & prędicationem fides:
& oia conſūmat claritatis aſſumptio: quia & ma-
gnę pietatis ſacramētū eſt: aſſūptio claritatis: & ꝑ
hanc diſpēſationis fidē: conformes aſſumi clarita
tis dñicę ꝑparamur. Magnę igiť pietatis ſacramē-
tū eſt carnis aſſūptio: qa ꝑ aſſumptionē carnis: ma
nifeſtatio ſacramēti in carne eſt. Sed tamen mani-
feſtatio in carne nō aliud q̃ magnę pietatis ſacra-
mentū cōfitendū eſt: qa manifeſtatio eius ī carne
iuſtificatio ſpiritꝰ eſt & claritatis aſſūptio. Et quę
tandē ſpe in fide noſtra eſt pię diſpenſationis my-
ſteriū: diuinitatis infirmitas: cū per claritatis aſſū-
ptionē: magnę pietatis ſacramētū ſit cōfitēdum!
Et quia iam non eſt infirmitas ſed ſacramētū: nec
neceſſitas ſed pietas: dicti nūc euangelici ratio q̄-
renda eſt: ne qđ ſalutis noſtrę & gloriæ myſteriū
eſt id ad occaſionē prędicationis impię relinquať.
Grauis tibi auctoritas eſt hæretice & indiſſolubi-
lis domini de ſe profeſſio: qua ait. Aſcēdo ad patrē
meū & ad patrem veſtrum: ad deum meum & ad
deū veſtrū. Vt per id qđ & nobis & illi vnus & pa-
ter pater eſt & deꝰ deꝰ eſt: ſit in ea infirmitate qua
ſumus dū & per eundē patrē exęquamur in filios:
& per eūdē deū comparamur in ſeruos: & cū nos
ſimus & creatio ex origine: & ex natura ſerui: tam
dū & pť nobis cōmunis & deus eſt ſit ei nobiſcum
& creatio & natura cōmunis & ſeruitus. Et hic im

piæ pꝛędicationis furore iā hoc prophetico verť di-
cto. Vnxit te deus deꝰ tuꝰ: vt nō ſit in ea naturæ
virtute qua deus eſt: dū ei vngēs ſe deus in deū ſu
um ſit antelatꝰ. Ignorat deū chriſtū qui ignorat
deū natū. Deū autē naſci nō eſt aliud q̃ in ea natu
ra eſſe qua deꝰ eſt: quia naſci cū cauſā natiuitatis
oſtēdat: nō diſproficit tñ in genere auctoris exiſte
re. Quod autē nō diſproficit in genere: debet qui
dem auctori cauſam natiuitatis ſuę: naturam tñ
ex ſe nō amiſit auctoris: quia natiuitas dei neq; ali
unde neq; aliud eſt. Quę ſi aliūde eſt: nō natiuitas
eſt: ſi vero aliunde non eſt: deꝰ eſt. Cū autē ex deo
deus eſt: per id deus pater deo filio & natiuitatis
eius deus eſt: & naturæ pater: quia dei natiuitas
& ex deo eſt: & in ea generis eſt natura qua deꝰ ē.
Huius igitur pię ac debitę profeſſionis modū ita
in omnibus quę locutus eſt dominus temperauit:
ne diuinitati ſuæ contumeliam confeſſio natiui-
tatis afferret: ne obſequii religio naturam maieſta
tis offenderet: ſed vt honorem debitū natiuitas
profiteretť quę ſubſiſtere ſe deberet auctori: & na-
turę conſcientiam fiducia naturalis oſtenderet: q̄
in deum naſcēdo ſubſiſteret hic eñ illud eſt. Qui
me videt: videt & patrē. Sed & illud. Verba quæ
ego loquor: nō a me loquor. Nā dū nō a ſe loquiť:
auctori eū neceſſe eſt debere ꝙ loquitur. Cū autē
ſe viſo pť videť: naturę conſciētia ē: quę ad demō
ſtrationē ī ſe dei: nō aliēa a deo ī deū nata ſubſtite-
rit. Vel illud. Pť qđ dedit mihi maius eſt omnibꝰ.
Et rurſum. Ego & pť vnū ſumꝰ. Nam & datio pa
terna: ſūptę natiuitatis profeſſio eſt: & qđ vnū ſūt
proprietas ex natiuitate naturæ eſt. Vel illud.
Sed iudiciū omne dedi . filio: vt oēs honorificēt fi-
liū ſicut honorificāt patrē: Nā dū iudicium datť:
natiuitas nō taceť: dū vero exęquať honor: natu-
ra retinetur. Vel illud. Ego in patre & pater in me
Et rurſum. Pater maior me eſt. In eo enim ꝙ in ſe
ie ſunt: dei ex deo diuinitatem cognoſce. In eo ve
ro ꝙ pater maior me eſt confeſſionem paternę au
ctoritatis intellige. Sicuti & illud eſt. Non po
teſt filius a ſe facere quicq̃ niſi quod viderit patrē
facientem: quæcunq; enim ille facit: eadem & fili-
us facit ſimiliter. Dum non a ſe facit: ad id qđ agit
ſecūdum natiuitatem: ſibi pater auctor eſt. Et tñ
cum quęcūq; facit pater: eadem & filius facit ſimi
liter: nō in aliud aliqđ q̃ in deū ſubſiſtit ad faciēda

omnia quæ deus pater faciat, paternæ omnipotē-
tię in ſe ſubſiſtente natura. Hæc itaq̃ ſecundũ ſpi
ritus vnitatẽ: & naturæ quæ ſecũdum natiuitatẽ
eſt: proprietatem: ita demonſtrata ſunt: vt & nati
uitas deum ſubſtitutionis ſuæ confiteretur: & ſub
ſtitutio naturę cõſcientiã non taceret: profitens ſi
bi patrem deum deus filius: dũ ex eo naſcitur. Cę-
terum ad id qd natus eſt: totum habens naturale
qd deus eſt. Diſpenſatio itaq̃ magni & pii ſacramẽ
ti natiuitatis diuinę patrem inſuper etiam condi-
tionis aſſumptę deum fecit: dum qui in forma dei
erat: repertus eſt in forma ſerui. Seruꝰ eñ non erat
cum eſſet ſecũdum ſpiritum filius dei: & ſecundũ
cõmune iudicium vbi non eſt ſeruus: neq̃ dñs eſt.
Deꝰ quidem & pater natiuitatis eſt vnigeniti dei
Sed ad id qd ſeruus eſt: nõ poſſumus niſi tunc do-
minum deputare cum ſeruus ẽ. Quia ſi cũ ante p
naturam non erat ſeruus: & poſtea ſecundũ natu
ram eſſe qd non erat cœpit: non alia dominatus cã
intelligenda eſt q̃ quę extitit ſeruitutis: tũc habẽs
ex naturæ diſpenſatione dominũ: cum præbuit ex
hominis aſſumptione ſe ſeruũ. Manens igiť in for
ma ſerui qui manebat ante in dei forma homo xp̃s
Ieſus locutus eſt. Aſcẽdo ad patrem meũ & ad pa-
trem veſtrũ: ad deũ meũ & ad deũ veſtrum. Si igiť
hęc ſeruus & ad ſeruos locutus eſt: quo modo pro
feſſio iſta non ſerui ſit: & ad eam magis naturam:
quæ nõ in natura ſerui ſit: trãſfertur: cum ei qui in
forma dei manens formam ſerui aſſũpſit: quaſi ſer
uo ad ſeruos cõmunio: nõ niſi ex eo tantum poſſit
eſſe qd ſeruus eſt: Pater igiť ſibi: ita vt hominibus:
pater eſt: & deus ſibi ita vt ſeruis: deus eſt. Et cum
hæc ad homines ſeruos homo in ſerui forma Ieſus
chriſtus loquať: nõ ambigitur qui pater ſibi vt cę-
teris ſit ex ea parte qua homo eſt: & deus ſibi vt cũ
ctis ſit: ex ea natura qua ſeruus eſt. Deniq̃ hunc eũ
dem ſermonem huiuſmodi profeſſionis cœpit ex-
ordio: dicens. Vade autẽ ad fratres meos: & dices
illis Aſcendo ad patrẽ meum & ad patrem veſtrũ:
ad deum meũ & ad deum veſtrũ. Et quęro nũc: fra
tres ei ſecũdũ formam dei: an ne ſecundum formã
ſerui eſſe intelligendi ſint? habeatq̃ aliquod ad eũ
ſecundum plenitudinem habitatis in eo diuinita
tis corruptio noſtra conſortium vt in fratres ei ad
id qd deus eſt deputemur? Sed non ignorat & pro
pheticus ſpiritus vnigenito deo qua ex parte ſint
fratres: hæc eñ nõ tam homo q̃ vermis locutus ẽ.
Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et hęc ver-
mis vel non ex conceptu cõmunium originum vi
uens: vel e profundis terræ viuus emergens: ad ſi-
gnificationem aſſumptæ & viuificatę per ſe etiam
ex inferno carnis profeſſus ẽ: totoq̃ in pſalmo paſ-
ſionis ſuæ ſacramenta prophetico ſpiritu prælocu
tus: ex ea neceſſe eſt vt fratres habeat diſpenſatiõe
qua paſſus eſt. Nouit ſacramentũ in eo fratrũ etiã
apoſtolꝰ: vt & primogenitũ eũ ex mortuis: ita pri
mogenitũ in multis fratr. bus prędicans. Secundũ
id ergo eſt in multis fratribus primogenitus ſecun
dum quod eſt primogenitus ex mortuis. Et cũ ſa-
cramẽtũ mortis in corpore ſit: ſacramentum quo
q̃ fraternitatis in carne eſt. Fratres itaq̃ ex carne
ſũt deo: quia & verbum caro fa:tum eſt: & hab:ta
uit in nobis. Cæterum vnigenitus deus in vnige-
niti natura ex cõceptiõe ſine fratribꝰ eſt. Ipſe autẽ
vniuerſitatis noſtræ in ſe continens ex carnis aſſũ-
ptione naturam: erat quod nos ſumus: neq̃ amiſe
rat eſſe quod manſerat: habens ex natiuitate tũc:
& ex conſtitutione nunc deum patrem. Secundũ
conſtitutionẽ nunc: quia ex patre deo om:nia. Om
nibus eñ deus pater eſt: dum ex eo & in eo omnia
ſũt. Sed vnigenito deo quia verbum caro factum
eſt: nõ hinc tantum pater eſt. Pater eñ eſt ad id qd
in principio apud deum erat deus verbum. Sed cũ
verbum caro factum eſt: manet & in verbi dei na-
tiuitate: & in carnis conſtitutione quod pater eſt.
Pater eñ oĩs carnis: eſt deus. Sed nõ ſecũdũ qd ver
bo deo pater ẽ. Verbũ aũt deꝰ: neq̃ verbũ eſſe deſi
it: neq̃ caro nõ fuit. Nã verbũ qd caro factũ eſt: &
habitauit in nobis: neq̃ dũ hĩtat nõ vere verbũ eſt
neq̃ dũ verbũ caro ẽ: nõ vere deꝰ homo ẽ: q̃a & ha
bitare eiꝰ neceſſe ſit eſſe qui maneat: & carnem fie
ri eius intelligendum ſit eſſe qui naſciť. Et quod in
nobis habitat: noſtrę carnis aſſumptio eſt: quia per
id in nobis habitat verbum caro factum: dum deꝰ
eſt in noſtri corporis veritate. Si igitur naturã de-
trahit deo verbo homo ſecundum carnem chriſtꝰ
Ieſus: vel non ſecundum ſacramentũ pietatis deꝰ
verbum homo chriſtus Ieſus eſt: ſit in naturę cõtu
meliã q̃ ei ſecundũ nos & pater: pater eſt: & deus:
deus eſt. Quod ſi deus verbum homo chriſtus Ie-
ſus deus verbũ eſſe nõ deſtitit: cõmunio nobis &
illi ad patrem & deum ex ea tãtum eſt natura qua

frater eſt: quia aſcendo ad patrem meũ & patrẽ ve
ſtrum: ad deum meum & ad deum veſtrum: nõ ꝑ
id q̄d vnigenitus deus verbũ eſt: ſed per id q̄d ver=
bum caro factum eſt: ſit fratribus nunciatũ. Non
incautis autem neq; ad occaſionem impietatis in
certis ſignificationibus ſermo apoſtolicus loquiť.
Vt nũc euangeliſta dictum domini a profeſſione
fratrum incipiens: totiꝰ dicti profeſſionem ad eiꝰ
naturæ conſortiũ docuit: ex quo frater eſt: pertine
rẽ: quia ſermo eſt deſtinatus ad fratres: ne ad diui=
nitatis cõtumeliã reputareť q̄d ad ſacramẽtũ pie=
tatis prædicabatur: tum cõmunio ad eum noſtra
quia pater nobis & ſibi pater eſt: & deus nobis & ſi
bi deus eſt: ſecundum diſpenſationem carnis exi=
ſteret fratribus nobis ad eum natiuitate corporis
deputandis. Nemo igitur ambigit deum patrẽ
eſſe etiam deũ domini noſtri Ieſu chriſti. Sed hæc
pia noſtra profeſſio non patet ad impietatis occa=
ſionem. Deus eius eſt non idcirco vt diuerſi ab eo
generis deus ſit. Sed quia ex patre deus natus eſt:
& ex diſpenſatione ſeruꝰ eſt: habeat & patrem dñ
ex eo deꝰ: & deũ ſuum: dum ex virgine caro ẽ. Q̄d
breui atq; abſoluto apoſtolus ſermone conſignat
dicens. Commemorãs in orationibus meis vt deꝰ
domini nři Ieſu xp̄i pater claritatis det vobis ſpiri=
tum ſapientiæ & reuelationis. Vbi eñ Ieſus xp̄us
eſt: ibi deus eius eſt. Vbi vero claritas eſt: ibi pater
eſt. Qui itaq; chriſto ſecundũ claritatem eſt pater
idem chriſto ſecundum Ieſum deus eſt. Ieſum eñ
angelus chriſtum dominum quẽ Maria eſſet pari=
tura: cognominat. Cæterum chriſtum dominum
ſpiritus propheticę loquitur: & pleriſq; ſecundũ na
tiuitatem hoc dictum obſcurius videtur: quia lati
nitas pronominibus non vtitur: quæ græcitas vſu
honeſto & neceſſario ſemper vſurpat: ita enim
ſcribitur ο θεοσ του κυριου ημων ιησου χριϲ
του ο πατηρ τησ δοξησ. Quod nobis cum
ſi ſemper pronominum conſuetudo eſſet: ita pro=
nunciaretur. Ille deus illius domini noſtri Ieſu chri
ſti: ille pater illius claritatis. Per id enim q̄d ille deꝰ
illius Ieſu chriſti eſt: & ille pater illius claritatis: q̄=
dam ſecundum capacitatem ſenſus noſtri intelli=
gentię proprietas expreſſa eſt: vt xp̄i vbi claritas ẽ
ibi deus pater eius ſit. Vbi vero chriſtus Ieſus ẽ: ibi
pater deus ſuus ſit: habes deũ ſuum in diſpenſatio
ne cum ſeruus eſt: & patrem in claritate cum deus

ſit. Non afferunt autem tempora vel ętates: ſpiri=
tus diuerſitatem: vt non ipſe atq; idem chriſtus in
corpore ſit qui manſit ſpiritus in prophetis. Lo=
quens enim per os ſancti patriarchæ Dauid: vnxit
te deus deus tuus oleo exultationis prę participi=
bus tuis: non ſecundum ſacramentum aliud q̄ ſe=
cundum diſpenſationem aſſumpti corporis eſt lo=
cutus. Namq; nunc fratribus mandans patrẽ eorũ
patrem ſuũ: & deum eorum deum ſuum eſſe: tũc
quoq; vnctum ſe a deo ſuo præ participibus ſuis lo
quebatur: vt dum vnigenito chriſto deo verbo ꝑ=
ticeps non eſt participes tamen ei ex ea noſceretur
aſſumptione qua caro eſt. Vnctio eñ illa nõ beatę
illi & incorruptę & in natura dei manenti natiui=
tati ꝓfecit: ſed corporis ſacramẽto & ſanctificatio=
ni hominis aſſumpti: Petro apoſtolo teſtãte q aiť.
Conuenerũt eñ viri in ciuitate iſta aduerſum ſan
ctum tuum filium Ieſum quem vnxiſti. Et rur=
ſum. Vos ſcitis ꝙ factum verbum eſt ꝑ vniuer
ſam iudeã incipiens a galilea poſt baptiſmũ q̄d prę
dicauit Ioannes Ieſum nazarenum: quomodo vn
xit illũ deus ſpiritu ſancto & virtute. Ieſus ergo vn
giť ad ſacramẽtũ carnis regeneratę: & quẽadmo=
dũ ſpũ dei & virtute ſit vnctus: nõ ambiguũ ẽ. Cũ
aſcẽdẽte eo de iordane vox dei patris audita ſit. Fi
lius meus es tu: ego hodie genui te. Vt ꝑ hoc teſti
moniũ ſãctificatę i eo carnis vnctio ſpiritalis virtu
tis cognoſcereť. Cęterũ cũ i pricipio apud deũ erat
deꝰ verbũ: nõ habet vllã aut cauſã aut enarratio=
nẽ naturę eiꝰ vnctio q̄ nihil aliud q̄ eẽ i principio nũ
ciať. Neq; habuit ſane vngẽdi ſe ꝑ ſpũm & virtutẽ
dei neceſſitatẽ deꝰ q dei & ſpũs eẽt & virtꝰ. Vngiť
ergo deꝰ a deo ſuo p̄ conſortibꝰ ſuis. Et ſi ante diſ
penſationẽ carnis plures ex lege ſunt chriſti: chriſtꝰ
nũc q prę pricipibꝰ vngiť: poſterior in tẽpore ẽ: dũ
vnctis participibus anteferatur. Deniq; ille prophe
tię ſermo poſteriorem vnctionẽ hanc quę in tẽpo=
re eſſet: oſtendit dicens. Dilexiſti iuſtitiã & odiſti
iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo
exultationis prę conſortibꝰ tuis. Conſequẽs & po
ſterior cauſa nunq̄ refertť vt prior ſit: quia meruiſſe
aliquid: poſterius eſt q̄ eſſe aliquẽ qui poſſit mereri
Mereri eñ eius eſt qui ſibi ipſe meriti acquirẽdi au
ctor exiſtat. Si igiť natiuitati vnigeni dei vnctionẽ
deputabimus: quæ vnctio ob meritum dilectę iu=
ſtitiæ & peroſę iniquitatis indulta ſit: prouectus

potius per vnctionem vnigenitus deus q̄ genitus
intelligitur. Iamqꝫ per incremēta & profectus deꝰ
cōſummabitur: qui non natus deus ſit: ſed in deū
ſit vnctus ex merito. Etiā per cauſam erit deus xp̄s
nō omnis cauſa per deum chriſtū. Et vbi illud apo
ſtoli erit omnia per ipſum & in ipſo: & ipſe eſt an-
te omnes: & omnia ipſi conſtant? Deus eñ domi-
nꝰ Ieſus chriſtus nō ob aliqua neqꝫ ꝑ aliqua deus ē
ſed deus natus eſt. Et qui ex generatione deus eſt:
nō poſt natiuitatem in deum per cauſam profecit
ſed in eo qđ natus eſt nihil aliud naſcendo q̄ deus
eſt. Cum vero vngitur ex cauſa non ad id qđ incre
mento nō eget: ſpectat vnctionis profectus: ſed ad
id quod per incrementū ſacramēti profectu eguit
vnctionis id eſt vt per vnctionem ſanctificatus ho
mo noſter chriſtus exiſteret. Si igitur nunc quoqꝫ
per prophetam ſerui demonſtratur diſpenſatio ob
quā a deo ſuo præ participibus vngitur: vt propte
rea quia iuſtitiam dilexerit & oderit iniquitatem
vngatur: cur prophetę ſermo non ad eā chriſti na
turam pertinebit: in qua ei ſunt ex carnis aſſūptio
ne participes? Cum præſertim ita ſe prophetiæ ſpi
ritus temperauerit: vt dum deus a deo ſuo vngit̄:
ſit & in diſpenſatione vnctionis ꝙ deus ſuus ē: &
in natura ꝙ deus eſt. Deus igit̄ vngitur: ſed quæ-
ro an id qđ in principio deus erat: verbum vnctum
ſit? Non vtiqꝫ. Nam poſterior deo vnctio eſt. Et cū
non ea verbi natiuitas qđ in principio apud deum
deus erat: vncta ſit: in deum neceſſe ē vngatur: qđ
poſterius ſit in diſpenſatione quā deus eſt. Et cum
deus a deo ſuo vngitur: id vngitur: qđ ab eo in my
ſterio carnis ſeruile ſuſceptum eſt. Nemo igit̄ ma-
gnę pietatis ſacramentū qđ manifeſtatum in car-
ne eſt: ſenſu impio violet: nec ſe quiſq̄ vnigenito ꝑ
ſubſtātiam diuinitatis exequet. Sit nobis ille & fra
ter & particeps ſecūdum ꝙ verbum caro factum
habitauit in nobis ſecūdū ꝙ mediator dei atqꝫ ho
minum homo Ieſus chriſtus eſt. Sit nobis & ſecun
dum ſeruos & cōmunis pater & cōmunis deus: &
præ participibus vnctus ſit in ea natura cum priui
legio licet vnctꝰ qua participes vngunt̄. Sit in me
diatoris ſacramento vt homo verꝰ: ita & deus ve
rus. Deus ipſe ex deo cōmunem nobiſcum habēs
patrem ac deū in ea cōmunione qua frater eſt. Sed
forte ſubiectio illa regniqꝫ traditio deīn finis: aut
naturæ abolitio: aut poteſtatis defectio: aut diuini
tatis infirmitas ſit intelligenda. Plęriqꝫ eñ ita vo-
lunt: vt aut dum ſubiectis omnibꝰ deo ſubiicitur:
per conditionem ſubiectionis deꝰ non ſit. Aut dū
regnum tradit̄ non ſit in regno. Aut dum finis eſt
finem eius defectio conſequatur. Congruum itaqꝫ
eſt omnem ſuper his apoſtolici ſermonis ſenſum
retractare: vt ſingulorum quorumqꝫ dictorum ra-
tione expoſita atqꝫ ædita: ſacramenti totius capa-
ces veritatis intelligentiam præbeamus Ait itaqꝫ.
Quoniam eñ per hominem mors: & per hominē
reſurrectio. Quomodo eñ in Adam omnes mori-
untur: ſic & in chriſto omnes viuificabūtur. Vnuſ
quiſqꝫ autem in ſuo ordine Primitię chriſtꝰ: dein-
de ii qui ſunt chriſti in aduentu eius. Deinde finis
cum tradiderit regnum deo & patri cum euacua-
uerit omnem principatum & poteſtatem. Opor-
tet eñ illū regnare donec ponat omnes inimicos
ſub pedibus ſuis. Deꝰ eñ oīa ſubiecit ſub pedibꝰ
eius nouiſſima inimica deuicta ē ab eo mors. Cū āt
dixerit oīa ſubiecta ſunt: abſqꝫ eo q illi ſubiecit oīa
Cū aūt ſubiecta fuerūt ei oīa tūc ipſe ſubiectꝰ erit
illi qui ſubiecit ſibi omnia: vt ſit deꝰ omnia in om-
nibus. Cæleſtium diſpenſationū arcana apoſtolus
nō ab hominibus neqꝫ per hominem ſed per Ieſum
chriſtum electus genitum magiſter quāta poteſt
abſoluti ſermonis ſignificatione demonſtrat. Et q
inenarranda vſqꝫ ad tertium coelum raptus audiſ
ſet: ea tantum quorum natura humana capax eēt
ſenſui humanæ intelligentiæ reuelauit: non igno
rans tamen quædam nō ſtatim poſſe eque vt audi
untur intelligi: quia infirmitas noſtra aliter in verꝫ
atqꝫ inſolutū mentis iudicium: ea quę in aures trā
ſfunderent̄ acciperet. Longiore ad cunctandū mo
ra ſenſui potiꝰ q̄ auditui derelicta: cum &, audiſſe
vocis ſit: & intellexiſſe rationis: deo tamen intelli-
gentiæ cupidis intelligentiam reuelante. Nāqꝫ ad
Timotheū per auię ac matris glorioſam fidem ſa-
cris ab infantia litteris inſtitutum ſcribens pluria
hoc quoqꝫ addidit. Intellige quæ dico: dabit eñ ti
bi dominus in omnibus intellectum. Admonitio
intelligendi ex difficultate intelligentię eſt. Intelli
gentiæ vero a deo donum: fidei munꝰ eſt: per quā
infirmitas ſenſus gratiā reuelationis meretur. Er-
go ſi Timotheus apoſtolico teſtimonio homo dei
& legittimus Paulo ſecūdum fidem filius vt intel
ligat admonetur: quia ei dominus intelligentiam

in oībus ſit daturus: nos quoq; admoneri ꝑ apoſtolum ad intelligentiam meminerimus; ſcientes dominum nobis intelligentiam omnium præſtaturum. Et ſi forte humanæ conditionis errore p̄ſumptum aliquid ſenſu tenebimus: perfectum intelligētię ꝑ reuelatiōis gratiā nō recuſemꝰ ne intellexiſſe aliq̄d ſemel ſuo ſenſu ad id valeat vt pudeat rectius aliquid demutando ſentire. Ob qđ prudenter conſulteq; moderandum hæc ad philippenſes beatus quoq; idem apoſtolꝰ ſcribit. Quotquot ergo perfecti ſumus: hæc ſentiamus: & ſiquid aliter ſentitis: id quoq; deus vobis reuelabit. Verum in quo feſtinauimus: ipſo ingrediamur. Nō p̄iudicat ſenſus anterior dei reuelationi. Nam apoſtolꝰ nouit in quo ſapiant: qui ſapiunt perfecte. Et iis q̄ aliter ſapiūt reuelationem dei vt id qđ perfectum eſt ſapiant expectat. Si qui ergo profundam hanc arcanæ ſcientiæ diſpenſationē aliter intellexerunt & ꝑ nos rectum aliquid & probabile afferetur: non pudeat eos ſecundū apoſtolum per reuelationem dei ſapere perfecte; ne magis ament veritatem neſciſſe q̄ oderint permanſiſſe non veris. Eos eñ qui aliter ſapiūt: & quibus id deus reuelauit: monet in id feſtinare in quo ingreſſi fuerunt: vt relicto prio ignorantiæ ſenſu ſecundum propoſitę feſtinationis ingreſſum reuelationem perfectę intelligentię conſequamur. Ingrediamur itaq; in quo feſtinauimus: etſi forte feſtinationem noſtram deuii itineris error moratur: per reuelationem tamen dei in id in quo feſtinauimus rurſum ingreſſi feſtinationis noſtræ non demutemus ingreſſum. Feſtinauimus eñ ad chriſtum Ieſum dominum gloriæ & regem æternorum ſeculorum: in quo reſtaurata ſūt omnia in cælis & in terra: cui cōſtāt omnia: in quo & cum quo ſemper manebimus. In his ergo ingreſſi ſapimus perfecte: & ſiquid aliter ſapimꝰ: deꝰ nobis id qđ perfecte ſapitur reuelabit. Itaq; ſecundū apoſtolicam fidem ſacramētum dictorum præſentium tetractemus: & eo modo quo ſuperius a nobis tractata ſunt omnia: vt omnē impiæ volūtatis ſenſum ſub dictis apoſtlicis deceptū: ex ipſa fidei apoſtolicę veritate prodamꝰ. Tria igiť ſecundum dictorum: ordinem in queſtionē vocantur. Primū finis deinde traditio: deinde ſubiecto. Vt per hæc aut deſinat chriſtus in fine: aut regnum tradendo nō teneat: aut extra dei naturam ſubiectus exiſtat

Ac primum noſcendū eſt nō hūc ordinem apoſtolicæ eſſe doctrinæ. Primū eñ regni traditio eſt: deinde ſubiectio; poſtremo finis. Sed ſingulis q̄buſq; cauſis propria quarumq; cauſarum genera ſubiecta ſūt: vt dū res ſigulę in res alias deſināt: habeat ſemper ſubiacentē ſibi cauſam præcedēs cauſa. Finis eñ erit: ſed cum tradiderit regnū deo. Tradet aūt regnum: ſed cū euacuauerit omnem magiſtratum & omnem poteſtatē. Euacuabit autem omnē magiſtratū & poteſtatē: q̄a oportet eū regnare Regnabit autē donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Ponet vero inimicos ſub pedibꝰ ſuis quia deus ei ſubiecit omnia. Sub pedibus eiꝰ. Subiecit aūt deus ita: vt nouiſſima ab eo mors inimica vincatur. Deinde ſubiectis omnibus ei p̄ter eum qui ſubiecit ei omnia tunc ſubiicieť ipſe ſubiicienti ſibi omnia. Subiectionis vero cauſa non alia eſt q̄ vt ſit deus omnia in omnibus. Finis itaq; eſt: eſſe deum omnia in omnibus. Et quęrendū nunc ante oīa ē: an finis defectio ſit an traditio an miſſio ſit: an ſubiectio infirmitas ſit. Quæ ſi his ſibi cōtrariis non ſubiacebunt: erunt in ea intelligentia qua dicta ſunt. Finis itaq; legis chriſtꝰ eſt: & quęro vtrū abolitio chriſtus legis ſit: an ne perfectio? Qđ ſi legem chriſtus qui finis eius eſt: non diſſoluit ſed adimplet: ſecundum qđ ait: non veni legē ſoluere ſed adimplere. Finis non defectio eſt: ſed cōſummata perfectio. Tendunt eñ ad finem omnia: non vt nō ſint: ſed vt in eo ad qđ tetenderint maneant. Et ꝓpter finem oīa. Cæterum finis ad aliud aliquid nō refertur. Sed cum finis omnium ſit: manēs ipſe ſibi totus eſt. Et quia nō excedens ex ſeſe vlli alii tēpori aut rei potius q̄ ſibi proficit: ad finem ipſum ſemper intentio ſpei omnis protenditur. Et idcirco dominus religioſę fidei patientiam fini ſe reſeruantē ita adhortatur. Beatꝰ qui permanſerit vſq; in finē Non vtiq; vt ſi beata defectio: & non eē ſit fructus & merces fidei ſuæ cuius cōſtituatur abolitio. Sed quia finis propoſitę beatitudinis inexceſſus modꝰ eſt: beati ſunt qui vſq; ad finem conſummādę beatitudinis manſerint: non vltra ſe fideles ſpei expectatione tendente. Finis itaq; eſt manendi immobilis: ad quē tenditur: ſtatus. Deniq; apoſtolus impietatis finem: ad deſinendi metum: p̄monēs ait. Quorum finis eſt interitus: noſtra autem conuerſatio in cælis eſt: Si itaq; & beatis & impiis fi-

niſ eſt: & finis intelligitur eſſe defectio religionem
atq; impietatẽ finis exequat: quia vtriq; per conſti
tutum finem ſit in cõmune non eſſe. Et vbi expe-
ctatio noſtra in cęlis eſt: ſi per finem eſſe ſecundum
impios deſinamꝰ? Q; ſi ſanctis expectatio: impiis
vero finis debitus eſſe dicitur: tamen ne ſic quidẽ
finis creditur eſſe defectio. Quia quæ poena impie
tatis eſt: omnino non eſſe ad poenarum vltricium
ſenſum: cauſa in iis per defectionem ſui non extan
te patiendi? Finis itaq; eſt: indemutandę conſtitu
tionis manſura perfectio: quæ & beatitudini reſer-
uata & impietati eſt præparata. Nũc ergo quia iã
ambigi non poteſt. in finem non defectionẽ ſed nõ
exceſſuram conſtitutionem eſſe intelligendã: q̃q̃
adhuc quædam in ipſa dicta abſolutione ſint reſer
uata. Tamen his tantum ad ſignificationem ſen-
ſus demonſtratis: videamus an traditio regni de-
fectio ſit intelligenda regnãtis: vt q̃d tradidit filiꝰ
patri: tradenda non teneat. Q; ſiquis ſtultę impie
tatis furore contendet: fateatur neceſſe eſt: patrẽ
cum tradiderit omnia filio: amiſiſſe tradẽdo: ſi tra
dentem traditis egere ſignificet: ait enĩ dominus.
Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et ruſum.
Data mihi eſt oĩs poteſtas in cęlo & in terra. Si igit̃
dediſſe caruiſſe eſt: pater quoq; iis quæ dedit caru
it. Q; ſi pater tradendo non caruit: ne filius quidẽ
intelligi poteſt iis egere quæ tradidit. Ergo ſi tra-
dens omnia iis ipſis quę tradidit: nõ videtur eguiſ
ſe: reliquum eſt vt in tradendo: diſpenſationis cau
ſa noſcatur: vt & pater tradendo non careat: & fi
lius dando non egeat. De ſubiectione autem neq̃d
in ea contumelioſum filio deputetur: cum alia nõ
nulla fidei noſtræ opitulentur: pręcipue tamen ſi-
bi hic ipſe locus aderit. Et primum cõmunem ſen
ſum interrogo: vtrum nunc ſubiectionem ita in-
telligendam putemus: tanq̃ ſeruitutem domina-
tui: aut infirmitatem virtuti: aut honori in hono-
rationem contrariis qualitatibus ſubdimus: vt fi-
lius ſecundum hæc deo patri ſit diſſidentis natu-
ræ diuerſitate ſubiectꝰ. Q; ſi ita exiſtimabit: errõ
rem hunc opinionis humanæ apoſtolici ſermonis
cautela prohibebit. Subiectis enĩ ſibi omnibus tũc
ſubiiciendus ſubiicięt i ſibi omnia: erit. Et per id q̃d
tunc ſubiicietur: diſpenſationem ſignificauit in
tempore. Nam ſi ſubiectionem aliud ſentiemꝰ: &
ſi tunc ſubiicietur: certe ſubiectus modo nõ eſt: &

efficiemus eum diſſidentem & inſolentem & im-
pium quem neceſſitas temporis tanq̃ fracto & cõ-
preſſo tyrannicę impietatis tumore: in feram obſe
quelam ſit ſubditura. Et vbi illud erit: non veni fa-
cere voluntatem meam ſed voluntatem eius q mi
ſit me? Et ruſum. Pater diligit me quia omnia q̃
placita ſunt ei facio? Sed & illud. Pater fiat volun-
tas tua. Vel hoc apoſtoli. Humiliauit ſe factꝰ obe
diens vſq; ad mortem. Et qui ſe humiliauit: habet
hoc in natura ne humilis ſit? Et qui ſit obediens ſu
ſcipit ex voluntate q̃d obedit: dum per id q̃d ſe hu
miliat ſit obediens. Vnigenitus itaq; deus humi-
lians ſe & obediens patri vſq; ad mortẽ crucis: quo
genere cum ſubiecta ei omnia ſint: tunc ſubiicien
dus ipſe patri intelligetur niſi q̃d ſubiectio hæc nõ
nouę obedientię ſed diſpenſatio ſacramenti eſt? q̃a
& obſequela iam maneat: & in tempore ſit ineũda
ſubiectio. Nihil itaq; nunc aliud ſubiectionis ſigni
ficatio q̃ myſterii demõſtratio eſt. Et quid ſit: ſecũ
dum hanc eandem fidei noſtrę ſpem intelligendũ
eſt. Nam reſurgẽtem a mortuis dominum Ieſum
chriſtum ſedere a dextris dei nõ ignorabile eſt: etiã
apoſtolo teſtante cũ ait. Secũdum operationẽ po-
tentiæ fortitudinis eius quã operatꝰ eſt in chriſto:
cum eum excitauit a mortuis: & collocauit ad de-
xteram ſuam in coelis ſuper omnem principatum
& poteſtatem & virtutem & dominationem &
omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc
ſæculo ſed & in futuro: & omnia ſubiecit ſub pedi
bus eius. Apoſtolicus nanq; ſermo ſecundum
dei poteſtatem pro factis iam: futura ſignificat: q̃
enĩ per adimpletionem temporũ ſunt gerenda: ea
iã in chriſto in quo omnis eſt plenitudo: conſtituit
Quę cum futura erunt: diſpenſationis in iis potiꝰ
eſt ordo q̃ nouitas. Subiecit enĩ omnia ſub pedibꝰ
eius: licet adhuc ſubiicienda ſint: vt in eo q̃d ſubie
cta ſunt: chriſti indemutabilis ſit poteſtas: in eo ve
ro q̃d ſubiicienda ſunt ſecundum plenitudinẽ tẽ-
porũ ſuccedentiũ: ad fidem ætatum profectus ſit.
Omnem autem contrariam virtutem euacuandã
eſſe non obſcura cognitio eſt: & hunc aeris princi-
pem & ſpiritalis nequicię poteſtatem ęterno inte-
ritu tradendum ſecundum illud. Diſcedite a me
maligni in ignem ęternum quem præparauit pa-
ter meus diabolo & angelis eiꝰ. Euacuatio autem
non idem eſt q̃d ſubiectio. Nã euacuare aduerſan

tem poteſtatē:hoc eſt ius poteſtatis auferrę ne ma
neat:&per poteſtatis euacuationem:regni eſt abo
lere dominatum.Denuo & dominus teſtatus ē di
cens.Regnum meum non eſt de hoc ſæculo:hunc
eundem regni iſtius potentem mundi principem
ante teſtatus.Cuius poteſtas deſinet regni ſui eua
cuato dominatu.Subiectio vero quę & obediētiæ
& fidei eſt:eadem vel conceſſionis vel demutatio
nis demōſtratio eſt.Euacuatis itaq; magiſtratibꝰ
ſubiicient inimici eiꝰ:ita aūt ſubiicient:vt ipſe ſibi
ſubiiciat:ita vero ſubiicit:vt ei ſubiiciat deus.An-
ne ignorauit apoſtolus dicti euangelici virtutē cū
ait.Nēo venit ad me:niſi pater meus adducat illū
Cū tamen ſcriptū ſit:nemo vadit ad patrē niſi per
me:Et nunc ipſe ſibi inimicos ſubiicit:attn̄ deus ei
ſubiecit.Omnino per hoc opus eius:dei in eo opꝰ
eſſe teſtans.Et tn̄ niſi per eū eundē ad patrē ſit:ad
eum tn̄ niſi pater adduxerit nō venitur. Nam dū
filius dei intelligitur:paternę in eo naturæ veritas
diſcit. Atq; ita & cognito filio:deꝰ pater aduocat
& credito filio pater ſuſcipit:qa ſignificatio & co-
gnitio patris in filio ſit:p ſignificationē in ſe dei pa
tris religioſos nos in paternā religionē perferente.
Adducit ergo ita pater:dum principale pater cre-
ditur.Ad patrem aūt nemo vadit niſi per filiū:qa
ceſſante in nobis fide filii:ignorabilis pater eſt:nō
aditurus ad paternam religionem niſi priꝰ filii ve-
neratione ſuſcepta.Atq; ita cognito filio ad vitæ
nos æternitatē pater adducit & ſuſcipit:& vtrūq;
per filiū eſt.Dū prędicatione per eū patris & perdu
cit ad eū pater:& ad patrē ipſe deducit Ad abſolu
tiorem itaq; dicti præſentis intelligentiā cōmemo
ratio ſacramenti iſtiꝰ fuit neceſſaria:vt per filium
eſſet qᵈ pater nos & adducit & ſuſcipit & p hoc in
telligeremus quatenus qᵈ ipſe ſibi ſubiecit:deus ei
ſubiecit:dei ſcilicet in eo natura per natiuitatē ma
nēte:& ea q̄ ipſe agit agēte:dum ita agit vt ea deꝰ
agat:& tn̄ ipſe ea quę deꝰ egerit agat. Ita tn̄ vt in
eo qᵈ ipſe agit:vt filius dei agere intelligat. In eo
vero qᵈ deus agit:paternę in eo naturę vt in filio p
prietas ſentiat exiſtere.Euacuatis itaq; magiſtrati
bus & poteſtatibus:ſubiicientur ei ſub pedibꝰ ini
mici eius. Et quos inimicos intelligi oporteat idē
apoſtolus docuit dicens. Secundū euangeliū qdē
inimici ppter vos:ſecundum electionē autem dile
cti ppter patres. Hos ergo inimicos crucis chriſti

meminerimus.Sed quia dilecti propter patres ſūt:
ſcimus eos ſubiectioni reſeruatos ſecundum quod
dictum eſt.Nolo eñ vos ignorare fratres ſacramē
tum hoc vt non ſitis vobis ſapientes:quoniam ex
parte obtuſio facta eſt in Iſrael quoadusq; plenitu-
do nationum intret:& ſic omnis Iſrael liberabitur:
ſicut ſcriptū ē.Et veniet a ſyon qui liberet & auer
tat impietates ab Iacob:& hoc illis a me teſtamen
tum:cum abſtulero iniquitates eorum.Inimici er-
go ſubiicient ſub pedibꝰ eiꝰ:ſed ſubiectionē illam
quid cōſequat intelligendū eſt:nēpe illud.Nouiſ-
ſime deuicta eſt ab eo mors.Deuictio autem mor-
tis nihil aliud q̄ reſurrectio ex mortuis:cum inte-
rius corruptione ceſſante viue iam cæleſtiſq; natu
ræ conſtituet ęternitas.Secundum qᵈ dictum eſt.
Oportet eñ corruptiuū iſtud induere incorrupti-
onē:& mortale iſtud induere immortalitatē. Cū
autem mortale iſtud induerit immortalitatē:tūc
fiet verbum qᵈ ſcriptum eſt.Abſorpta eſt mors in
victoria:Vbi eſt mors victoria tua?Vbi ē mors ſti-
mulꝰ tuus?In ſubiectione itaq; inimicorum mors
vincitur:& morte victa:immortalitatis vita ſuc-
cedit.Quæ autem ſubiectionis perfecta illa poſt fi
dei ſubiectionem proprietas ſit:idem apoſtolꝰ te-
ſtatus eſt cū ait.Qui transfigurabit corpus humi-
litatis noſtrę conformę corpori glorię ſuę ſecundū
efficatiæ ſuæ opera qua poſſit ſubiecere ei omnia.
Subiectio itaq; etiā ea eſt quę eſt ex natura in natu
rā conceſſio:dū a ſe ſecundū qᵈ eſt deſinens:ei ſub
ſicitur:cuius concedit in formam.Deſinit autē nō
vt non ſit:ſed vt proficiat:fit ex demutatione ſub
ditus:in ſpeciem ſuſcepti alterius generis tranſeū
do.Deniq; vt ſacramenti huius eſſet ratio abſolu-
ta poſt nouiſſime deuictam mortē ait.Cū aūt dixe
rit omnia ſubiecta ſūt:abſq; eo q ſubiecit ei omnia
Tūc & ipſe filiꝰ ſubiectꝰ erit illi q ei ſubiecit om̄ia
vt ſit deus omnia in omnibꝰ.Primꝰ igit ſacramen
ti gradus eſt:ſubiecta eſſe ei omnia:& tūc ipſū ſub
iectum fieri ſubiicienti ſibi omnia:vt quē admodū
nos gloriæ regenerātis corporis ſubdimur:eodem
rurſus ſacramento ipſe regnans in gloria corporis
ſubiicienti ſibi vniuerſa ſubdatur.Subdimur autē
gloriæ corporis ſui:vt in ea ſimus corporis clarita-
te qua regnat in corpore:quia corporis eius cōfor-
mes erimꝰ.Et quidē gloriam regnantis nūc corpo
ris ſui euangelia nō tacent:ita eñ ſcribit domino

dicente. Amen dico vobis quoniam ſunt aliqui de aſtantibus hic qui non guſtabunt mortem: donec videant filium hominis venientē in regno ſuo. Et factum eſt poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montē excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt Ieſus ante eos: & reſplēduit facies eiꝰ vt ſol: veſtimēta aūt eius fc̄tā ſūt ſicut nix. Gloria itaqꝫ veniētis in regnum corporis apoſtolis demonſtrata eſt. Nā in habitu dominus glorioſæ tranſformationis ſuę conſtitit: regnantis corporis ſuis claritate patefacta. Et huius quidem gloriæ conſortium apoſtolis pollicens ait. Sic erit in conſūmatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: & colligent de regno eius omnia ſcandala: & qui faciunt iniquitatē & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum: qui habet aures audiat. Nunquid nō omnibus naturales corporaleſqꝫ aures ad dictorum audientiā parent: vt ad audiendum dominica admonitione fuerit neceſſariū? Sed ſacramenti ſcientiam dominus inſinuans: auditionem doctrinæ fidelis exegit. In cōſummatione itaqꝫ ſæculi de regno eius ſcandala auferuntur. Habemus ergo regnantem dominum ſecūdum corporis claritatem quouſqꝫ ſcandala auferantꝰ. Habemus rurſum conformes glorię corporis ſui: in regno patris tanq̄ in ſolis claritate fulgentes: in qua habitum regni ſui apoſtolis in monte tranſformatus oſtendit. Tradet ergo regnum deo patri: non vtiqꝫ tanq̄ tradens poteſtate cōcedat: ſed qꝫ nos conformes gloriæ corporis ſui facti regnum dei erimus. Non em̄ ait tradet ſuum regnum: ſed tradet regnum: effectos nos per glorificationem corporis ſui regnum deo traditurus. Nos itaqꝫ tradet in regnum ſecundum hoc in euangeliis dictum. Venite benedicti patris mei poſſidete præparatum vobis regnum a conſtitutione mūdi. Fulgebunt ergo iuſti vt Sol in regno patris eorum: tradet em̄ filius deo regnū eos quos vocauit in regnū: q̄bus & beatitudinem ſacramenti ſpopondit dicens. Beati mundo corde quoniam ipſi deū videbunt. Regnās itaqꝫ auertet ſcandala: & tunc iuſti in regno patris tanq̄ ſol fulgebunt. Tradet autem deo patri regnum: & tunc quos regnum deo tradiderit: deum videbunt. Et q̄d regnum: ipſe teſtatus eſt dicēs ad apoſtolos. In vobis em̄ eſt regnum dei. Regnans itaqꝫ regnum tradet. Et ſi quis quęrat: quis iſte ſit tradens regnū audiet. Chriſtus reſurrexit a mortuis primitię dormiētium: quoniam per hominē mors: & per hominem reſurrectio mortuorum. Omnis em̄ hic nunc pręſentis quęſtionis ſermo: de ſacramento corporis eſt: quia chriſtus primitiæ ex mortuis eſt. Quo autem chriſtꝰ myſterio ex mortuis reſurrexit: apoſtolo docente noſcamus. Memento chriſtum Ieſum a mortuis reſurrexiſſe: de ſemine Dauid. Mortem vtiqꝫ & reſurrectionem ex ea: tantum docens ex diſpenſatione eſſe qua caro eſt. Regnat autē in hoc in eodem glorioſo iam ſuo corpore: donec euacuatis magiſtratibus & morte deuicta ſubiiciat ſibi inimicos. Et quidē ab apoſtolo ſeruatus hic modus eſt: vt magiſtratibus & poteſtatibus euacuatio: inimicis vero ſubiectio deputaretꝰ. Quibꝰ ſubiectis: ſubiicietur ſubiicięti ſibi omnia: deo ſcilicet: vt ſit deus omnia in omnibus. Naturæ aſſumpti corporis noſtri natura paternæ diuinitatis īuecta. Per id em̄ erit omnia in omnibus deus. Quia ſecūdum diſpēſationem ex deo & homine hominum deiqꝫ mediator: habens in ſe ex diſpēſatione quod carnis eſt: adeptuꝰ in oībus ex ſubiectione quod dei eſt: ne ex parte deꝰ ſit: ſed totꝰ deꝰ. Nō alia ita qꝫ ſubiectionis cauſa eſt: q̄ vt oīa in oībus deus ſit nulla ex parte terreni in eo corporis reſidēte natura: vt intra ſe duos cōtinēs: nunc deꝰ tātū ſit. Nō abiecto corpore ſed ex ſubiectiōe trāſlato. Neqꝫ per defectionē abolito: ſed ex clarificatiōe mutato: acgrēs ſibi deo potiꝰ hoīem q̄ deū p hoīem amittēs. Subiectus vero ob id: non vt non ſit: ſed vt omnia in omnibus deus ſit. Non habens in ſacramento ſubiectionis eſſe ac manere q̄d non eſt: non habens in defectione ita ſe carere ne nō ſit. Et q̄q̄ ad intelligentię huius religioſam ſecuritatem ſufficiat nobis apoſtolica auctoritas: ſubiiciendum eſſe in tēpore: & per diſpenſationem dominum noſtrū Ieſū chriſtum primitias dormientium: vt ſit deus omnia in omnibus. Per q̄d nō diuinitatis infirmitas ē: ſed aſſumptionis profectus: dum homo & deus: iā deus totum eſt. Tamen ne forte quia clarificatum in corpore dum in eo regnat: & poſtea ſubiiciendū vt deus omnia in omnibus ſit: credimꝰ: ne nō etiā ex euangeliis præſumpſiſſe exiſtimemur fidei noſtræ teſtimonium nō ſolum apoſtolicorū ſed etiā

dominicorũ dictorum profeſſione eſt aſtruẽdum:
vt qđ loquente Paulo chriſtus locutus eſt:id ante
Paulum chriſtus ipſe ſit iam locutus. Diſpenſatio
nem itaq; glorię huius apoſtolis ſuis abſoluta ver-
borum ſignificatione demonſtrans ait. Nunc glo
rificatus eſt filius hominis:& deus glorificatus eſt
in eo. Si deus glorificatus eſt in eo:& deus glorifi
cauit eũ in ſe. Et deus protin9 glorificabit eũ. Ha-
bem9 primũ gloriã filii homĩs: deinde in filio ho-
minis: dei gloriam in eo eni quod dictũ eſt: nunc
honorificat9 eſt filius hominis:& de9 honorifica-
t9 eſt in eo. hoc .n. primũ ſpectat ad corporis glori
am: quę ex naturæ diuinæ conſociatione nunciare
tur. Succedit deinde gloriæ plenioris effect9: ex in
cremento indultę iam corpori glorię capeſſendus.
Deus honorificatus eſt in eo:& de9 honorificauit
eũ in ſe:& deus protinus honorificabit eũ. Per hoc
eñ glorificauit eum deus in ſe: quia iam in eo glo-
rificatus ſit deus. Nã qđ deus in eo glorificat9 eſt:
ad corporis gloriã ſpectat: per quã dei gloria intel-
lecta per corpus eſt: gloria dei per gloriam filii in-
telligenda. Q; vero quia glorificatus in eo deus
eſt: ideo glorificauit eum deus in ſe: per incremen-
tum glorificati in eo dei: glorificauit eum in ſe de
us: vt quia iam regnat in gloria quæ ex dei gloria
eſt: ipſe exinde in gloriã tranſeat. In ſe eñ deus glo
rificauit: id eſt ea natura qua deus eſt: qđ eſt: vt ſit
deus omnia in omnibus: tota iam in deũ ex ea qua
homo eſt diſpenſatione manſuro. Nec ſane de tẽ-
pore tacuit dicens. Et deus glorificauit eum in ſe:
& deus protin9 glorificabit eum. Vt quia prodeũ
te ad proditionem iuda: gloriam quę ſibi poſt paſ-
ſionẽ conſecutura reſurrectione futura eſſet: in po
ſterum reſeruaret: dei in eo gloria per virtutẽ reſur
rectionis oſtenſa. Ipſo vero in dei gloriam id eſt deũ
omnia in omnib9 ex ſubiectionis diſpenſatiõe mã
ſuro. Et in eo quidem quanta furoris hęretici ſtul-
titia eſt: deſperare id deo qđ humanis ſuis ſpecieb9
blandiatur. Et qđ in homine deus potens ſit: id in
ſe ipſo infirmus ſit. Nec ſermo iſtud nec ſenſus ra-
tionis capax loquitur: vt naturali quadã neceſſita
te ad conſulendum nobis obnoxius deus: ſibi nihil
afferre beatitudinis poſſit. Non qđ profectu egeat
qui imperturbatę naturę virtutiſq; ſit. Sed quia p
diſpenſationem & ſacramentum pietatis magnæ
qui deus & homo eſt: impotens ſibi ſit: hoc ſe totũ

præſtare qđ deus eſt: cũ nobis non ambigue indul
turus ſit: id quoq; nos eſſe q̧đ nõ ſumus. Vitæ eñ
humanæ atq; mortis finis eſt reſurrectio. Et certiſ-
ſimum militiæ noſtræ ſtipẽdiũ eſt incorrupta æter
nitas: non ad pœnę p̄ſeuerantiam manẽs ſed ad
perpetuę gloriæ fructum iocunditatemq; non de-
ſinens. Cum igitur hæc noſtra terrenorum corpo-
rum origo in habitum naturæ potioris excedit &
cõformis gloriæ dominici corporis fiat: deus in for
ma ſerui repertus licet iam glorificatus in corpore
ſit: ſecundum q̧đ in forma ſerui eſt: tamen confor
mis deo non erit: vt qui nobis formam glorificati
corporis ſui tribuet: ipſe corpori ſuo nihil vltra poſ
ſit q̄ nobis ac ſibi ſit commune pręſtare. Hoc enim
qđ dictum eſt. Tũc ſubiectus erit illi: qui ei ſubie-
cit omnia: vt ſit deus omnia in omnib9: plæriq; hę
reticorum affirmãt vt idcirco ſubiiciendus ſit deo
patri filius: vt pater per ſubiectionem filii: deus ſit
omnia in omnibus: tanq̄ ei adhuc perfectio dei de
ſit: quã per filii ſubiectionem ſit adepturus: abſolu
tę vtiq; ac beatę diuinitatis inops intelligendus: ſi
deus eſſe omnia in omnibus per prouectionem tẽ-
porum conſequetur. Ac mihi quidem deum ſola
veneratione intelligenti non minus his reſponde
re impium eſt q̄ adeiſſe: vt de natura quæ humani
ſenſus conceptionem excedat: verbis quorum ad-
huc ſignificatio anguſtior q̄ intelligẽtia ſit: enun-
ciare ſe poſſe cõfiderent. Ac primum ambigere: de
ſit ne quid deo: an plenus ipſe ſit: vel pleno iam ple
niorem eſſe ei reliquum ſit. Q; ſi deus cui nõ aliũ-
de eſt qđ de9 ſemper eſt: profectum habeat: vt pl9
ſit aliquando: non poteſt tamẽ ad id peruenire: ne
ſibi nihil deſit. Quia cui naturæ profectus eſt: reli-
quis nunq̄ intelligit ſine aliquo incremento reſi-
duo profeciſſe cum natura ad profectum ſpectans
proficiens licet ſemper: ſemper tamẽ pateat ad p̄fe
ctum. Q; aũt in plenitudine perfecta manet ſemp
q; eſt: non ſibi reliquit vt plenum ſit: quia acceſſio
nem plenitudinis: plenitudo non capiat. Et hęc q-
dem de deo ita opinandi: piæ intelligentię ſpecies
eſt. Deo nihil deeſſe plenumq; eſſe. Cæterum non
ignorat apoſtolus cuiuſmodi de deo confeſſionis
voce teſtandum ſit dicens. O profundum diuitia-
rum & ſapientiæ & ſcientiæ dei: q̄ ſunt incompre
henſibilia iudicia eius: & inueſtigabiles viæ eius.
Quis eñ cognouit ſenſum domini: aut quis con-

filiarius eius fuit: aut quis prior dedit: & retribuet
ei. Quoniā ex ipſo: & per ipſum & in ipſo ſunt om
nia: ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Non circun-
ſcribitur deus mente terrena: neq; hoc ſapientiæ
ſuę profundum ſenſus penetrantis attingit. Nec
iudicia conſtitutionū ſuarum perſcrutantium in-
genio appræhenduntur: nec viæ cognitionis eius
inueſtigabiles ſe conſectantiū ſtudiis derelinquūt.
In incompræhenſum profundū demerſa eius om-
nia ſunt: nihilq; de rebus eius reperietur: nihil con
ſectabitur. Senſum eius nemo cognouit: & conſi-
lio non eguit externo. De nobis autem nunc om-
nis ſermo hic eſt: nō etiam de eo per quem omnia
ſunt: qui eſt magni conſilii angelus: qui & ait: Ne-
mo nouit filium niſi pater neq; patrem quis nouit
niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Sed aduer
ſum imbecillas mentes noſtras & ſe ad definiendę
circunſcribendæq; naturæ diuinæ demergentes
profundum: cōfeſſione apoſtolicæ proteſtationis
vtēdum eſt: ne temeraria opinio aliqd ſibi de deo
prꝑterq̄ docetur vſurpet. Cōmunis aūt hæc natu-
ralium cauſarū intelligētia eſt: nihil in ſenſum ca-
dere: niſi qᵈ ſeſui ſubiacet: vt aut res oppoſita ocu
lis: aut opus qᵈ ꝓ ipſo ſenſu noſtro ac mente poſte
rius. Quorū vnū quid aut attrectatur aut cernit̄:
dū cedit intra opinionis noſtrę ſentētiā: ipſo tactu
viſuq; moderādū. Aliud vero qᵈ fit in tempore &
quodā iuniore a nobis aut gignitur aut conſtitui-
tur exordio: qa ſenſum intelligētię nō prꝑuenit: iu
dicio quoq; ſenſus diiudicantis obnoxium eſt. Nō
eñ aut aſpectꝰ noſter inuiſibilia diiudicat: qui nō
niſi tantum conſpecta diſcernat: aut mens noſtra
ſe in id quo non extitit tempus extēdet: & antiq[ui]o-
ra ortu ſuo peruestigabit: cum nō niſi earū rerū tā-
tum opinio: & quarum ipſa ſit ſenior: relinquatur:
quæ plæruncq; ipſa per neceſſitatem naturalis ſuæ
infirmitatis incerta: abſolutā ſciētiā in cauſarū co
gnitione nō teneat: ne dū mō eorū quę ante ſe ſint
ęterna: narrationē: ſenſu vltra natiuitatē ſuā rede
unte: ꝑcipiat. Et idcirco apoſtolꝰ qa nūq̄ niſi ea in
cognitiōe caderent: quæ ſenſui poſteriora ſuccede
rent: cōmemorato ſapientiæ dei ꝓfundo: & inſcru
tabiliū iudiciorū infinitate: & inueſtigabiliū viarū
ſecreto: & icogniti ſenſus ignoratiōe: & cōſilii nō
cōmunicati itelligētia: ſubiecit. Quis eñ prior de
dit & retribuet ei: qm̄ ex ipſo & ꝑ ipm̄ & in ipſo ſūt
omnia: ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Deus qui
ſemper eſt: non ſubiectus eſt mo[ti]one ꝓ ab interio
re ſui aliquo motu mentis: aut intelligentię prꝑue
nitur. Et idcirco inueſtigabile & imperſcrutabile
ipſe totus profundum eſt. Totus autem ita: vt nō
per hoc definitus in modum ſit: ſed intellectꝰ ſit in
immenſo: quia a nemine qᵈ eſt ſumpſit: ſed nec pri
or ei dedit aliquis: vt retribui officium dāti opor-
teat. Ex ipo eñ & per ipſum & in ipſo ſunt omnia.
Non eget ex ſe & per ſe & intra ſe manētibus. Nec
qui origo: nec qui opifex eſt: nec qui continens eſt:
& internis externꝰ: & effectis conditor: & ſuorum
ipſe egens nunq̄ eſt. Nihil ante eſt: nihil aliunde:
nihil extra eſt. Quo igit̄ caret plenitudinis ꝓfectu
vt p[ost] tēpꝰ adhuc deꝰ oīa in oibꝰ ſit: Vel vn[de] iam et:
extra quē nihil ē? Nihil āt ita: vt ſemꝑ ipſe ſit. Et q[ui]
ipſe ſemꝑ ē: extra quē nihil ē quo incremēto exple
dꝰ ē: vł quo augmēto demutādꝰ ē: dicēs. Ego ſum
& non demutor? Cum non relinquatur ad demu-
tationē locus: vel ad profectum cauſa: vel ad æter-
nitatē anterius: vel ad deū aliud prꝑterq̄ deus ipe
eſt? Non ergo per ſubiectionem filii deꝰ erit omnia
in omnibus: neq; per cauſam conſummabitur: ex
quo & per quem & intra quem omnis cauſa conſi-
ſtat. Manet itaq; vt eſt: ſemper deus: nec profectu
eget: qui ad id qᵈ eſt ex ſe ac ſibi ſemper eſt. Sed nec
in vnigenitum quidem deū: demutādę naturę ca
dit neceſſitas. Deus enim eſt: qᵈ planę ac perfectæ
diuinitatis eſt nomen. Nam vt ſuperius docuimꝰ,
& repetitę gloriæ ſignificatio: & ſubiectionis cau-
ſa eſt: vt ſit deus omnia in omnibus. Eſſe autē deū
omnia in omnibus: ſacramentum eſt non neceſſi-
tas. In forma enim dei manens: formam ſerui acce
pit: aſſumpſit non demutatus: ſed ſe ipſum exina-
niens: & intra ſe latens: & infra ſuam ipſe vacuefa-
ctus poteſtatem dū ſe vſq; ad formam tēperat ha-
bitus humani: ne potentem immenſamq; naturā
aſſumptę humilitatis non ferret humilitas. Sed in
tantum ſe virtus incircunſcripta moderaretur: in
quantū oporteret eam vſq; ad patientiam conne-
xi ſibi corporis obedire. Qᵈ autem ſe ipſum intra
ſe euacuefaciens continuit: detrimentum non at-
tulit poteſtatis: cum intra hanc exinanientis ſe hu
militatem: virtute tñ omnis exinanitę intra vſus
ſit poteſtatis. Qᵈ itaq; deꝰ erit oīa in omnibꝰ: aſſū
ptionis noſtrę profectus eſt. Qui eñ cū eſſet in for

ma dei: repert⁹ eſt in forma ſerui: rurſum confitē
dus eſt in gloria dei patris: vt non ambigue in ei⁹
forma manens intelligatur: in cuius erit gloria cō
fitendus. Diſpenſatio itaq; tantum eſt: non demu
tatio: in eo enim ē: in quo erat. Sed cum medium
eſt qd eſſe cœpit: ideſt homo natus: totum ei natu
ræ quæ antea deus non fuit acquiritur: cū de⁹ eſſe
omnia in omnibus poſt ſacramentum diſpenſatio
nis oſtenditur. Noſtra hæc itaq; lucra ſunt: & no-
ſtri profectus: nos ſcilicet conformes effici gloriæ
corporis dei. Cæterū vnigenitus deus licet homo
natus ſit: non tamen aliud q̃ deus omnia in om-
nibus eſt. Subiectio eñ illa corporis per quā qd car
nale eſt: in naturam ſpirit⁹ deuoratur: eſſe deum
omnia in omnibus eum qui præter deum & homo
eſt: conſtituet. Noſter autem ille homo in id profi-
cit. Cæterum nos in hominis noſtri conformem
gloriam proficiemus: & in agnitionem dei renoua
ti ad creatoris imaginem reformabimur ſecundū
apoſtoli dictum. Exuti veterem hominem cum
actibus ſuis: & induti nouum eum qui renouat̃ in
agnitione dei ſecundum imaginem eius qui crea-
uit eum. Conſummatur itaq; homo imago dei: nā
q; conformis effectus gloriæ corporis dei: in imagi
nem creatoris excedit ſecūdum diſpoſitam primi
hominis figurationem. Et poſt peccatum veterē-
q; hominem: in agnitionem dei nou⁹ homo fact⁹:
conſtitutionis ſuę obtinet perfectionem: agnoſcēs
deum ſuum: & per id imago eius: & per religionē
proficiēs ad æternitatem: & per æternitatem crea
toris ſui imago tranſiturus.

Finitur Liber Vndecimus

Incipit Liber Duodecimus

TEndimus iam ſancto ſpiritu tā
dem proſequente ad tutum ſe
curę fidei tranquillumq; portū
Atq; ita vt multo mari vento-
q; iactatis accidere ſępiſſime ſo
let: vt cū eos circa ora portuū
impediri & graues fluctus nonnūq̃ morētur: ad vl
timum in notam ſibi fidamq; ſtationem ipſe ille in
gentis terribiliſq; vnde æſtus impellat. Qd nobis
vt ſpero duodecimo hoc aduerſum hæreticam tē-
peſtatem nitentibus libro cōtinget. Vt cum in eo
grauiſſimę tēpeſtatis fluctui cōmunitam puppim
damus: ipſe ille nos fluctus ad opt atę quietis ſinū
deuehat. Omnibus enim incerto doctrinæ vento
circumactis: hinc metus: hinc periculum: hinc etiā
ſæpe naufragium eſt: quia vnigenitus deus ſub ꝓ-
phetica auctoritate creatura eſſe defenditur. Vt
in eo non ſit natiuitas ſed creatio: quia ex perſona
ſapientiæ dictum eſt. Dominus creauit me in ini-
tio viarum ſuarum. Hinc hyemis eorum maxim⁹
fluctus eſt: hæc tortuoſi turbinis grauis vnda eſt:
quæ excepta a nobis & ſecuro nauigio infracta vſ-
q; ad ipſum tutiſſimum portum optati littoris ꝓ-
ſequetur. Non incertis autem neq; ocioſis nauta-
rum modo nitimur ſpeciebus: quos interdum vo-
tis magis q̃ fiducia nauigantes: vagi inſtabileſq;
venti aut depellunt aut deſerunt. Cæterum nobis
adeſt inſupabilis fidei ſpiritus dono vnigeniti dei
permanens & nos indemutabili curſu ad tranquil
la deducens. Non eñ dominum chriſtum creatu-
ram quia neq; eſt: neq; facturam: quia facturarum
omnium ipſe eſt dominus: ſed deum nouimus: de
um dei patris propriam generationem. Nos quidē
omnes ſecundum bonitatis dignationē dicti aſſū-
ptiq; ſumus filii dei. Sed ille verus vnus patri deo
filius & vera atq; abſoluta manens tantum in co-
gnitiōe vtriuſq; natiuitas. Noſtra vero tantū hæc
ſola religio eſt: filium confiteri nō adoptiuum ſed
natum: neq; electum ſed generatum. Non eñ aut
factū aut non natum prædicamus: quia neq; crea-
torem creaturis comparamus: neq; natiuitatem ſi
ne generatione mentimur. Non per ſe eſt: quia per
natiuitatem eſt. Neq; non natus eſt: qui filius eſt.
Neq; qui filius eſt: aliter poteſt q̃ naſcendo eſſe: qd
fili⁹ eſt. Nemini autem dubium eſt cōtrarias ſem
per obnitenteſq; impietatis cauſas eſſe cauſis reli-
gionum. Neq; poſſe id pie ſuſcipi qd impie ſuſce-
ptum eſſe decernitur. Vt hi nunc noui apoſtolicæ
fidei emendatores euangelicum & propheticum
ſpiritum in lites diuidunt: & in iurgia partiuntur.
Vt hi aliter prophetauerint: & hi aliter prædicaue
rint: quia Salomō ad creaturę nos venerationē vo
cet Paulus vero ſuſcētes creaturæ coarguat. Quæ
vtiq; non videtur ſibi ſecūdum pietatis dei intelli
gentiam conuenire vt apoſtolus & per legem do-
ct⁹ & p ꝓfinitionē ſegregat⁹: & p loquētē i ſe xp̄m
loquēs: prophetiā aut ignorauerit aut non ignorā
diſſoluerit: & neſcire creaturam chriſtum quē crea

torem nuncupauerit: & ſeruire vetuerit creaturæ
religionem: qui ſoli creatori ſeruiendũ nouerit di-
cens. Qui immutauerunt veritatem dei in mēda-
cium & ſeruierunt creaturæ prætérito creatore q̄ ē
benedictus in ſęcula ſæculorum. parum ne arguit
hanc falſiloquii impietatem loquens in Paulo xp̄s
Patũne demutatæ veritatis mēdacium damnat?
Per dominum enim chriſtum creata omnia ſunt:
& idcirco ei proprium nomē eſt vt creator ſit. Non
cadit in eum efficientię ſuæ & natura & nuncupa
tio. Teſtis nobis eſt melchiſedech creatorem coeli
atq; terræ deum ita prædicans. Benedictus Abra-
ham deo ſummo: qui creauit cælum & terram. Te
ſtis eſt & Oſeæ propheta dicens. Formans cælum
& creans terram ego dominus deus tuus: cuiꝰ ma
nus creauerunt omnē militiam cæli. Teſtis & Pe-
trus ita ſcribens. Quaſi fideli creatori cōmendan-
tes animas veſtras. Quid operis nomen opifici im
ponimus? Quid noſtris deũ cognominamꝰ? Crea
tor noſter eſt: creator omnis militiæ cæleſtis ē. Hęc
cum ad filium per quē omnia facta ſunt: apoſtolica
atq; euangelica fide intelligenda referentꝰ: quomo
do ipſis quæ geſſit æquabitur: & in ea erit naturæ
nuncupatione qua cuncta ſunt? Primum quidem
humanæ intelligentiæ ſenſus hæc reſpuit: vt crea
tor creatura ſit: quia creatio per creatorē eſt. Qui
ſi creatura ſit: & corruptioni ſubditus eſt: & expe-
ctationi obnoxius eſt: & ſeruituti ſubiectꝰ eſt. Ait
enim idem beatus apoſtolus Paulus. Et enim lon-
ginqua expectatio creaturæ: reuelationem filiorũ
dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt
nō ſponte ſed propter eũ qui ſubiecit in ſpe. Quia
& ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptio-
nis: in libertatem claritatis filiorum dei. Si igitur
chriſtus creatura eſt: neceſſe eſt ſub ſpe longinquę
expectationis incertus ſit. Et longa eius expectatio
nſa potiꝰ expectat. Et expectās ea vāitati ſubiectꝰ
ſit. Et ꝑ neceſſitatis ſubiectionē nō ſpōte ſubiectꝰ
ſit. Subiectꝰ aũt ñ ſpōte cũ ſit: neceſſe ē & ſeruꝰ ſit.
Seruꝰ āt cũ ſit: maneat etiā in corruptiōe naturæ.
Hæc enim oīa creaturę propria eſſe apoſtolus do-
cet: a quibus per longinquam expectationem libe-
randa: ſecundum humanam gloriam clareſcet.
Et o impudentem de deo atq; impiam profeſſionē
his eum per creaturæ contumeliam ludibriis depu
tare: vt ſperet: vt ſeruiat: vt coactꝰ ſit: vt liberādꝰ
ſit: in noſtra non in ſua: cũ de ſuis nos ad aliquid ꝑ
uehamur. Sed ĩpietas noſtra cũ ingēti perfidiæ in-
cremēto: per hanc illicitę vocis audaciam procedit
vt quia filius creatura ſit: pater quoq; non differat
a creatura: chriſtꝰ enim in forma dei manēs formā
dei accepit: & qui in forma dei eſt: ſi creatura eſt: de
us nō aberit a creatura qui in forma dei ſit creatu-
ra. Eſſe aut in forma dei: non alia intelligentia ē q̃
in dei manere natura. Per q̄d & deꝰ creatura ē qua
ſi natura eius ſit creatura. Qui autem in forma dei
erat: deo ſe ęqualem eſſe nō rapuit: q̄a ex dei ęqua-
litate ideſt ex forma eius in ſerui formam decede-
ret. Decedere autem ex deo in hominem: niſi ſe ex
dei forma deꝰ euacuans nō potuit. Euacuans aũt
ſe nō abolitus eſt: ne nō eſſet: cum eſſet & aliud: q̃
fuiſſet. Neq; eñ defecit ex ſeſe: qui ſe euacuauit in
ſe: cũ virtutis poteſtas etiam in euacuandi ſe pote
ſtate permaneat. Et in formam ſerui tranſiſſe non
ſit naturam dei perdidiſſe: cum formā dei euacua-
ſe nihil aliud q̃ virtus diuinæ ſit poteſtatis. Adeo
autem in forma dei eſſe nihil aliud ē q̃ æqualē deo
eſſe: vt ęqualitas honoris domino Ieſu chriſto q in
forma dei eſt debeat̃ ipſo dicente. Vt oēs honorifi-
cent filiũ ſicut honorificant patrē. Qui nō honori-
ficat filiũ: nō honorificat patrē qui miſit illũ. Nũq̃
diuerſitas rerum niſi & in honore diuerſo eſt. Res
eñ eedem venerationis eiuſdem ſũt: quia vt ſum
mus honor indigne inferioribus defert̃: ita cũ con-
tumelia ſuperiorum inferiora iis ęquabũt̃ in hono
re. Filius autē ſi vt creatio potiꝰ q̃ vt natiuitas ſit:
per venerationē qua exequabit̃ patri: nulla nobis
religio honoris ad patrem eſt: cum tanta nobis eiꝰ
veneratio impoſita ſit: quāta eſt creaturæ. Sed q̄a
deo patri in eo q̄d ex deo deus eſt natus: æqualis ē:
eſt etiam æqualis in honore. Filiꝰ enim eſt: nō crea
tura. Et hæc de illo præclara vox patris eſt. Ex vte
ro ante luciferum genui te. Non præiudicatur aũt
deo: vt ſæpe iam diximꝰ: per infirmitatem noſtræ
intelligētiæ: vt per id q̄d ex vtero genuiſſe ſe dixit
ex partibus internis externiſq; per membra coeun
tibus tanq̃ corporalium cauſarum originibus con
ſiſtat: cum extra naturalium neceſſitatũ cauſas li-
ber atq; abſolutus: naturæ totius dominus manēs
proprietatē natiuitatis vnigeniti ſui: ex indemu-
tabilis naturæ ſuę virtute ſignificet. Ex ſpiritu eñ
ſpiritus naſcens: licet de proprietate ſpūs: per quā

& ipſe ſpiritus eſt naſcatur:non tamen alia ei pre-
ter q̄ perfectarum atq; indemutabiliũ cauſarũ ad
id qđ naſcitur cauſa eſt. Et ex cauſa licet perfecta
atq; indemutabili naſcens neceſſe eſt ex cã in cau-
ſæ ipſius proprietate naſcatur. Proprietas autem
humanarum neceſſitatum intra cauſas vteri con
tinetur. Sed deo nõ ex partibus perfecto: ſed inde-
mutabili per ſpiritum: quia deus ſpiritus eſt: nõ eſt
internarum cauſarum naturalis neceſſitas. Sed q̃a
nobis ſpiritus de ſpiritu natiuitatem prædicabat
ſenſum noſtrum cauſarum noſtrarũ inſtituit exẽ-
plo. Non in exẽplũ natiuitatis: ſed ad intelligẽtiã
generationis: vt exemplum illud non ad neceſſita
tem proficiat ſed ad ſenſum. Si igiť creatio eſt vni
genitus deus: & q̃d ſibi vult ſignificatio intelligẽ-
tiæ: quæ per conſuetudinem natiuitatis humanæ
intelligentiã diuinæ generationis oſtendit! Plęrũ
q; eñ per hęc noſtrorũ corporũ mẽbra: operationũ
ſuarum nobis deus momẽta ſignificãs: ſenſum no
ſtrũ vſu intelligentiæ cõmunis edocuit: cũ ait. Cu
ius manus creauerunt omnẽ militiã cœli. Vel ite-
rum. Oculi domini ſuper iuſtos. Vel ruſum Inue
ni Dauid ieſſe filium ſecũdum cor meũ. Cũ enim
& voluntas ſignificetur in corde: per quã Dauid
morum probitate complacuit. Et cognitio vniuer
ſitatis qua extra ſcientiam nihil ſit: ſub oculorum
vocabulo enuncieť. Et operũ efficientia qua nihil
nõ ex deo fit: per nomen manuum intelligať. Vo
lens & prouidens & agens deus cũcta: ſub ſignifi-
catiõe cauſarũ corporaliũ intelligẽdꝰ ſine miniſte
rio corporali: quo mõ in eo qđ ex vtero genuit: nõ
per cauſam corporalem intelligẽdę natiuitatis ſen
ſus affertur: cũ per cęteras membrorũ ſignificatio
nes cęterarũ quoq; in deo efficientiarũ demonſtre
tur effectus! Quia ergo proponitur cor ad volun-
tatem: oculi ad viſum: manus ad effectum: cũ ta-
men vltra partium infectam comparationem deꝰ
& velit & prouideat & peragat: & hæc eadẽ p̄ cor
& oculos & manũ enũcieť: nonne ſignificatio qua
ex vtero genuit: verę natiuitatis oſtenſio eſt! Non
q; ex vtero genuerit: ſicuti nec per manum agat:
nec p̄ oculos videat: nec per cor velit: ſed q̃a p̄ ſigni
ficationem vteri: vere ex ſe genuerit quem genuit.
Nõ per cauſam vteri: ſed ad veritatis p̄feſſionẽ: ſi-
cuti nec p̄ cauſas corporũ aut velit aut videat aut
agat. Sed vtať his partiũ nũcupationibꝰ: vt p̄ cor

poraliũ miniſteria virtus efficientiarũ incorpora-
liũ ſentiatur. Natura igiť humanæ cõſuetudinis
nõ finit: ſed nec dominicę doctrinę ſententia patiť
magiſtro diſcipulũ præeſſe: vel ſeruũ imperare do
mino: qđ alterum alteri & per ignorãtiã ſubiaceat
vt ignarus ſcientię: & per conditionem inferior ſit
vt dominatui ſeruitus: Quę cũ ita eſſe cõmune iu
diciũ ſit: cuiꝰ nunc nos temeritatis exẽplo: deum
creaturã: & filiũ facturam & dicemꝰ & exiſtimabi
mus! Cum nuſq̄ nobis hoc de ſe & magiſter & do
minus ſeruis ac ſuis diſcipulis locutus ſit: neq; na-
tiuitatem ſuã aut creationẽ aut facturã docuerit!
Sed & pater nihil aliud q̄ filiũ teſtatus ſit: & filius
nihil aliud q̄ propriũ ſibi deũ patrem profeſſus ſit.
Natum vtriq; non factũ aut creatũ. Sicuti ait. Oĩs
qui diligit patrem diligit & filium: qui natus eſt ex
eo: factura autem opera creaturarũ ſũt: nõ genera
tionis natiuitas. Non eñ cœlũ filiꝰ: aut terra filiꝰ
aut mundus natiuitas eſt: de quibus dictũ eſt. Oĩa
per ipſum facta ſũt. Et per p̄phetã. Opera manuũ
tuarũ ſunt cœli. Et per eundẽ. Opera manuũ tuaꝝ
nõ omittas. Nunq̃d pictori pictura filius: aut gla-
dius fabro filiꝰ: aut architecto domꝰ filiꝰ! Hęc eñ
opera efficientiũ ſũt. At vero patris ſolus qui ex eo
naſciť: filius eſt. Et nos quidẽ filii deo: ſed per factu-
ram filii: fuimus eñ aliquando filii iracundiæ. Sed
filii deo per ſpiritũ adoptionis effecti: & dici id me
remur potiuſq̄ naſcimur. Et q; omne qđ fit: anteq̄
fiat non fuit: nos cum filii non fuiſſemꝰ: ad id qđ
ſumus efficimur. Ante enim filii non eramus ſed
poſtq̄ meruimus hoc: ſumus. Sumus autem non
nati: ſed facti: neq; generati ſed acquiſiti. Acquiſi-
uit enim ſibi deus populum & per hoc genuit. Ge-
nuiſſe autem deum filios nunq̄ cum proprietatis
ſignificatione cognoſcimus. Non enim ait: filios
meos genui & exaltaui: ſed hoc tantum: filios ge-
nui & exaltaui. Niſi forte in eo qđ ait. Filius primo-
genitus meꝰ iſrael: q̃ſq̄ hoc qđ primogenitꝰ meus
dixit: ad detrahẽdã filio proprietatẽ generationis
intelliget: quia & de iſrael dixerit meꝰ aſſumptio
factorum filiorum pro natiuitatis p̄prietate vſur-
pata ſit. Et idcirco non ſit natiuitati dei proprium
quod de eo dictum eſt. Hic eſt filius meus dilectus
cũ meus etiam illis p̄priũ eſſe dicať: quos nõ natos
eẽ manifeſtũ eſt. Non natos aũt eſſe: licet nati eſſe
dicãtur: vel eo docetur cum dicitur. Populus qui

naſcetur quem fecit dominus. Ergo populus iſrael
naſcetur vt fiat. Neqꝫ per id quod naſci dicitur: nõ
intelligitur & fieri. Ex adoptione enim eſt filius nõ
ex generatione: neqꝫ ei proprietas ſed nũcupatio ẽ
Nam licet primogenitus meus de eo ſcriptum ſit
lõge tamen multumqꝫ differt: filius meus dilectꝰ
& filius primogenitus meus. Vbi enim natiuitas
eſt ibi filius meus dilectus Vbi vero electio ex gen-
tibus eſt: & adoptio per voluntatem eſt: ibi filius
primogenitus meus. Hicqꝫ ſuus eſt: ad primo
genitum eſt. Illicqꝫ ſuus ad filium eſt: & in nati-
uitate filii primum ſuus eſt: & ſic dilectus. In ele-
ctione primum primogenitus: & ſic poſtea ſuus.
Vt adoptio ex omnibus populis filio iſrael propri
ũ eſſet quod primogenitus eſt. Nato vero vnigeni
to deo, manifeſtum ſit: proprium eſſe quod filius
ſit. Non eſt itaqꝫ vera & perfecta natiuitas vbi de
putatur magis q̃ generatur: quia non ambiguum
eſt eum populum qui in filiũ naſcatur & fieri. Qꝫ
autem fit cum non fuiſſet: & per id quod factum ẽ
dicitur naſci: non eſt in eo vera natiuitas: qui ãte
aliud q̃ natum eſt fuerit. Et idcirco fuit anteq̃ naſci
tur id eſt anteq̃ fieret: quia qui ex gentibus filiꝰ eſt
gens eſt anteq̃ filius eſt. Ac per id non vere filius
quia non ſemper filius. Vnigenitus autem deꝰ ne
qꝫ non fuit aliquando non filius: neqꝫ fuit aliquid
anteq̃ filius: neqꝫ quicq̃ aliud ipſe niſi filius Atqꝫ
ita qui ſemper eſt filius: non reliquit id eſſe intelli-
gentiae: neqꝫ aliquando non fuerit. Et natiuitates
quidem humanae habent in tẽpore non fuiſſe: pri-
mum quidem quia omnes ex iis omnibus qui ãte
fuerint naſcantur. Nam tametſi vnicuiqꝫ naſcenti
um: ex eo ſit origo qui fuerit: tamen ipſe ille ex quo
naſcitur non fuit anteq̃ natus eſt: Dehinc ipſe qui
natus eſt: poſt q̃ non fuit: natus eſt: tempore ante-
manente q̃ naſcitur. Naſcẽs enim hodie: i eo quod
heſternum fuit: non fuit. Et in eo id quod eſt: ex eo
quod non fuit coepit & intra intelligẽtiam noſtrã
eſt heſterno id quod hodie naſcitur nõ fuiſſe. Atqꝫ
natiuitas eiꝰ per quã ẽ poſt id quod nõ fuit manet
quia hodie primũ poſt heſternũ tẽpꝰ neceſſe eſt vt
ei ſit in tẽpore nõ fuiſſe. Et hec quidẽ cõmunia ĩ re
rum humanarum origine ſunt vt omnia initiũ ſui
cũ ãtea nõ fuerit accipiãt. Primũ qdẽ vt docuimꝰ
p tẽpꝰ deide p cãm & p tẽpꝰ qdẽ nõ ãbiguũ eſt qui
ea quae nũc coeperint ante nõ fuerint Per cauſam
vero quia iis non ex cauſis conſtet eẽ quod mane-
ant. Reuolue enim omnes originum cauſas: & in-
telligentiam in anteriora conuerte: inuenies nihil
coepiſſe per cauſam: dum omnia per virtutem dei
ad id qđ ſunt creantur: non etiam naſcuntur ex ali
quo. Ex quo etiã vnicuiqꝫ generi per ſucceſſionem
ipſam naturale eſt ne nõ fuerit & coeperit: dum &
poſt tempus in tempore eſt: & cum ſemper vniuer
ſa poſt tempus ſunt: cauſam ſui quoqꝫ de antea nõ
extantibus ſumunt: dum ex iis naſcũt quae ante nõ
fuerint: ipſo illo primo humani generis parẽte adã
ex terra quae ex nihilo eſt: & poſt tempꝰ id eſt poſt
coelum & terram diem ſolem & lunam & aſtra for
mato: qui & originem nõ habuerit naſcẽdi: & coe-
perit cum nõ fuiſſet. Sed vnigenito deo cui nõ prae
eſt tempꝰ anterius nõ relinquitur vt aliquãdo nõ
fuerit: quia ipſum illud aliquando iam temporis ẽ:
& incipiet nõ poſt eum tẽpꝰ eſſe: ſed ipſe eſſe poſt
tempus: cui in eo qđ anteq̃ naſcit̃ nõ fuit: id ipſum
in quo non fuit praeferetur. Deinde qui ex eo qui
eſt: natus eſt: intelligi non poteſt: ex eo qꝫ non fuit
natus eſſe: quia eius qui eſt ad id qđ eſt: cauſa eſt.
Nõ etiam id qđ nõ eſt: origo naſcẽdi eſt. Ergo cui
neqꝫ in tempore eſt: vt aliquando nõ fuerit: neqꝫ in
patre id eſt auctore eſt: vt ſubſiſtat ex nullis: nõ reli
quit id de ſe occaſionis: vt aut ex nihilo natus ſit:
aut nõ fuerit anteq̃ naſceretur. Nõ ſum aũt neſci-
us plerosqꝫ eorũ quibꝰ aut per impietatem obtuſa
mẽs ſacramẽtũ dei nõ capit: aut p aduerſi ſpũs do-
minationẽ ſub ſpecie religionis obtrectandi deo fu
ror prius eſt: affirmare ſimpliciorũ auribꝰ id ſolere
nos cũ ſemp filiũ fuiſſe dicamꝰ: neqꝫ aliqd aliqñ fu
iſſe qđ nõ fuit: ſine natiuitate eũ p id qđ ſemper fue
rit praedicare: qa humani ſenſus opinio id qđ ſemp
fuit nõ patiat̃ vt natũ ſit. Naſcẽdi aũt cauſa vt ſit
qđ nõ erat: eſſe vero qđ nõ fuit: nihil aliud ſub com
muni ſenſu eſſe q̃ naſci. Adiiciãt vero haec arguta
ſatis atqꝫ auditui placẽtia. Si inqt natus eſt coepit.
Et quũ coepit nõ fuit. Et cũ nõ fuit nõ patit̃ vt fue
rit. Atqꝫ idcirco piae intelligẽtiae ſmonẽ eſſe cõten-
dãt: nõ fuit anteq̃ naſceret̃: qa vt eſſet q nõ erat: nõ
qa erat natus eſt. Neqꝫ eguit natiuitate q erat: cũ
ad id vt eẽt quia nõ erat naſceret̃. Ac primũ opor-
tuerat homines religioſam diuinarum rerum ſci-
entiam praeferentes: vbi euangelicae atqꝫ apoſto-
licae praedicationis veritas praeferebat: callide phi-

loſophiæ tortuoſas quęſtiões abiicere: & ſectari po
tius fidem quę in deo eſt: quia ſenſum infirmũ faci
le fidei ſuæ præſidio ſophyſma ſyllogiſticæ inter-
rogationis exueret: cum captioſa propoſitio reſpõ
ſionem ſimplicem: ſibiq; ſecundum interrogatio
nem rerum obſecũdanté ad vltimũ iam ſenſus ſui
interrogatione ſpoliaret: vt qd profeſſione amiſiſ-
ſet: id iam conſcientia non teneret. Quid eñ tam
neceſſario interrogationi ob ſecundabit: q̃ vt cum
a nobis quęrat: eſt ne aliquid anteq̃ naſcit: In pro-
feſſione noſtra ſit non fuiſſe anteq̃ naſcitur? Neq;
eñ aut in natura aut in neceſſitate eſt: vt qd eſt na
ſcatur: cum naſci quid ob id tantum vt ſit: non ga
erat: neceſſe ſit. Q; cum conceſſum fuerit a nobis:
quia recte conceditur: exuti fidei ſciẽtia: capti iam
impiis atq; alieni ſtudiis acquieſcemus. Q; proui-
dens ante beatus Paulus apoſtolus: ſicut frequen-
ter oſtẽdimus: vt caueremus admonuit dicẽs. Vi-
dete nequis vos ſpoliet per philoſophiam & inanẽ
deceptionẽ: ſecundum traditionem hominũ: ſe
cundum elementa mundi & non ſecundũ chriſtũ:
in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corpo
raliter. Cauendum igit̃ aduerſum philoſophiam ẽ
& humanarum traditionum nõ tam euitanda ſũt
ſtudia q̃ refutanda. Neq; eñ iis ita concedendũ ẽ:
quaſi vincant potius q̃ fallant. Quia nos chriſtum
dei virtutem & dei ſapientiam prædicantes: equũ
eſt humanas doctrinas non tam defugere q̃ refel-
lere: & ſimpliciores ne ab iis ſpolientur: & obſtruere
& inſtruere. Nam cũ poſſit omnia: & ea omnia ſa-
pienter deus poſſit: & nec virtuti eius ratio: nec ra
tioni virtus obſiſtat: oportet eos qui chriſtum præ
dicant mundo: irreligioſis mundi imperfectiſq; do
ctrinis per ſcientiam ſapientis omnipotentię con-
traire. Secundum illud beati apoſtoli dictum. No
ſtra eñ arma non ſunt carnalia: ſed potentia deo:
ad deſtructionem munitionum: rationes deſtruẽ-
tia: & omnem altitudinem eleuatã aduerſum co-
gnitionem dei. Fidem non nudam apoſtolus atq;
inopem rationis reliquit: quæ q̃uis potiſſima ad ſa
lutem ſit: tamen niſi per doctrinam inſtruatur: ha
bebit quidem inter aduerſa tutum refugiendi re-
ceſſum: non etiam retinebit conſtantem obniten-
di ſecuritatẽ. Eritq; vt infirmioribus ſunt poſt fu-
gam caſtra non etiam vt caſtra habentib9 adeſt in
territa fortitudo. Contundendę ſunt ergo inſolen
tes aduerſum deum diſputationes: & deſtruenda
rationum fallacium munimenta: & eleuata ad im
pietatem ingenia conterenda. Nec carnalibus ar-
mis ſed ſpiritualibus: nec terrena doctrina: ſed cæ-
leſti ſapientia. Vt quanta rerum diuinarũ huma-
narumq; diſcretio eſt: tantum vltra terrena ſtudia
ratio cęleſtis excedat. Ceſſet itaq; ſolicitudo perfi-
dię. Neq; negare nos quia ipſa non intelligit exiſti
met: qd ſolum a nobis bene & intelligitur & credi-
tur. Nam ipſa ſermonum enunciatione: cum na-
tum confitemur: non tamen non natum prędica-
mus. Neq; enim idipſum eſt: non natum atq; na-
ſci. Quia illud ab altero: hoc vero a nemine eſt. Et
aliud eſt ſine auctore eſſe ſemper æternũ aliud qd
patri id eſt auctori eſt coęternum. Vbi enim pa-
ter auctor eſt: ibi & natiuitas eſt. At vero vbi au-
ctor æternus eſt: ibi & natiuitas æterna eſt. Quia
ſicut natiuitas ab auctore eſt: ita & ab æterno au-
ctore eterna natiuitas eſt. Omne autem qd ſemp
eſt: & æternum eſt. Sed tamen non omne qd æter-
num eſt: etiam innatum eſt. Quia qd ab ęterno na
ſcitur: habet æternum eſſe qd natum eſt. Q; autẽ
non natum eſt: id cum æternitate non natum eſt.
Q; vero ex æterno natum eſt: id ſi non æternum
natum eſt: iam non erit & pater auctor æternus.
Siquid igitur ei qui ab æterno patre natus eſt: ex
æternitate defuerit: id ipſum auctori non eſt am-
biguum defuiſſe: quia qd gignenti eſt infinitum:
infinitum eſt etiam naſcenti. Medium enim quid
inter natiuitatem dei filii & generationem dei pa-
tris nec ratio nec ſenſus admittit. Quia & in gene
ratione natiuitas eſt: & in natiuitate generatio eſt
Q; vtrunq; ſine interuallo ſui eſt: quia ſine vtroq;
neutrum eſt. Qd ergo niſi ex vtroq; non conſiſtit:
id in omnibus niſi vtrunq; non permanet: quia in
aliquo alterum non relinquatur: qd id ipſum alte
rum in aliquo non poſſit eſſe ſine altero. Sed inqui
et quiſq̃ diuini huius incapax ſacramenti. Omne
qd natum eſt: nõ fuit: quia in id natum eſt: vt eſſet.
Et quis igitur ambiget quin quæ in rebus huma-
nis nata ſunt: aliquando non fuerint? Sed aliud eſt
ex eo naſci qui non fuit: aliud ex eo natũ qui ſemp
eſt. Infantia enim omnis cum antea non fuiſſet:
cœpit ex tempore. Quæ rurſum in pueritiam ex-
creſcens: poſt etiam adoleſcentiam coegit in pa-
trem: & non ſemper pater eſt: qui ante in adoleſcẽ

tiam per pueritiam: & in pueritiam per infantiam
ceptam profecerit. Ergo qui non ſemper pater eſt
non ſemper & genuit. Vbi autem ſemper pater eſt
ſemꝑ & filius ē. Si itaq̧ habes in cognitiōe vel ſen-
ſu deum in cuius cognitionis ſacramento propriū
eſt q̄d pater eſt: non ſemper patrem eſſe filii vnige-
niti: habes & in intelligentia & ſcientia: non ſemꝑ
filium eſſe qui genitus eſt. Q̄d ſi ſemper patri pro-
prium eſt q̄d ſemper eſt pater: neceſſe eſt filio ſem-
per proprium eſſe q̄d ſemper eſt fili⁹. Et quomodo
in ſermonem noſtrum atq̧ intelligentiam cadet:
vt non fuerit anteq̄ naſceretur: cui proprium eſt:
ſemper eſſe q̄d natus eſt: Formam itaq̧ atq̧ imagi
nem: inuiſibilis dei vnigenitus in ſe deus continēs
in omnibus iis quæ propria deo patri ſunt: per ple-
nitudinem veræ in ſe diuinitatis æquatur. Nam vt
ſuperioribus libris docuimus: per virtutem & ve-
nerationem ſicut pater & honorandus & potens
eſt: ita & in eo q̄d pater ſemper eſt: ei quoq̧ in eo q̄d
filius eſt: filio ſemper eſſe commune eſt. Nam ſe
cundum ad Moyſen dictum miſit me ad vos qui
eſt: deo proprium eſſe id quod eſt: non ambigens
ſenſus eſt: quia id quod eſt: non poteſt intelligi di-
ciq̧ nō eſſe. Eſſe eñ & nō eſſe cōtraria ſūt: ne ꝑ eæ
diuerſæ ſignificatiōes in vnū atq̧ idē coeunt: quia
manēte alia: altera nō erit. Ergo vbi eſſe eſt: nō pōt
vel ſenſū vel ſermonē inire nō eſſe. Senſui nr̄o re-
troacto ſempq̧ reuocato ad intelligentiam eius q̄
eſt: ideo id ipſum tantum quod ē dei: ſempanteri⁹
ē: q̄a id q̄d infinitum in deo eſt: ſemper infinitum ſe
ſenſus noſtri recurſui ſubtrahat. Vt ante id q̄d pro
prium deo eſt: ſemper eſſe: aliquid aliud intentio re
troacta non capiat: quia nihil aliud vltra ad intel-
ligendam dei æternitatem procedat: q̄ deum ſem
per eſſe ſemper occurrat. Q̄d igitur & per Moyſen
de deo ſignificatum: & per communem ſenſum ni
hil aliud nobis intelligendū permittitur: id ipſum
vnigenito deo eſſe proprium euangeliſta teſtatur:
cum in principio erat verbum: & cum apud deum
hoc erat: & cum lumen verum: & cum vnigenitus
deus in ſinu patris eſt: & cum Ieſus chriſtus ſuper
omnia deus eſt. Erat igitur atq̧ eſt: quia ab eo eſt:
qui q̄d eſt: ſemper eſt. Ab eo autem eſſe: id eſt ex pa
tre eſſe: natiuitas eſt. Eſſe autem ſemper ab eo: qui
eſt ſemper: æternitas eſt. Aeternitas vero non ex ſe

ſed ex æterno. Ex æterno autem nihil aliud q̄ æter
num. Q̄d ſi non æternum: iam nec pater: qui gene
rationis eſt auctor: æternus eſt. Q̄d ſi illi patrē ſem
per eſſe: atq̧ huius filiū ſemper eſſe proprium eſt:
& in eo q̄d eſt: ſignificatur æternitas: per id quoq̧
cui q̄d ē: proprium eſt: proprium eſt & æternum.
Nemini autem dubium eſt quin generatio ſignifi
cet natiuitatem: & natiuitas manentem doceat:
non etiam non manentem. Porro autem ambigi
non poteſt: neminem qui erat naſci. Nam naſcen-
di ad eū non proficit cauſa: qui per ſe maneat æter-
nus. Sed vnigenitus deus: qui & dei ſapiētia & dei
virtus & verbum eſt: cum natus ſit: patrem teſta-
tur auctorem. Cum ex manente natus eſt: non eſt
natus ex nihilo. Et cum ante tempora æterna na-
tus: omnem ſenſum neceſſe eſt naſcendo præueni
at: nō reliquit verbis: vt non fuerit anteq̄ naſceret.
Si enim ſenſui noſtro ſubiacet vt non fuerit anteq̄
natus eſt: iam ante natiuitatem eius vt ſenſus no-
ſter & tempus anteri⁹ eſt. Quia omne q̄d non fuit
iam & ſenſui obnoxium eſt & tempori: in ea ipſa ſi
gnificatione qua non fuit. Quia non fuiſſe: pars tē
poris eſt. Qui autem ab æterno eſt & ſemper fuit:
dum & ſemper fuiſſe: ſupra tempus eſt: & natum
eſſe natiuitas eſt. Natum itaq̧ vnigenitum deum
ſed natum ante tēpora æterna confitemur. Quia
confiteri neceſſe eſt: in q̄d nos apoſtolicarum atq̧
propheticarum prædicationum dicta concludunt:
cum tamen ſenſus humanus intelligentiam intē-
poralis natiuitatis non apprehendat: quia aliq̄d
in naturis terrenis ante tempora natum eſſe nō cō
petit. Q̄d cum ita a nobis prædicabitur: quo mo-
do rurſum eiuſdem intelligentiæ complexu: non
fuiſſe anteq̄ naſcitur dicemus: cum ſecūdum apo-
ſtolū ante tēpora æterna ſit vnigenit⁹ deus. Si igit
natū añ tēpora æterna nō ratio hūanę intelligētiæ
ſed prudētię fidelis profeſſio ē: quia & natiuitas ꝑ
auctorē ē: & q̄d tēpora excedit: æternū eſt: & extra
ſenſum terrenū eſt q̄d ante tēpora æterna ſit natū:
certe iā impia volūtate ſenſū hūanę ratiōis extoli-
m⁹: vt ꝑ intelligētiā mūdi naſcat̄ æternū. Aeternū
aūt ē: q̄cq̄d tēp⁹ excedit. Tēpora eñ oīa vel opinio
ne cōplectimur vel ſciētia: cū q̄d nūc ē: ſcim⁹ nō ēē
pridie fuiſſe. Quia q̄d pridie fuerit nūc ñ ſit. Q̄d āt
ē: nūc tm̄ ſit: ñ & ꝑdie fuerit. opiniōe vero ita meti

mur: vt ante vrbem aliquã inſtitutam: etiam non ambigatur tempus fuiſſe: quo vrbs inſtituta non fuerit. Cum ergo vel ſcientiæ vel opinioni noſtræ ſubiaceant tempora: ſenſu humanæ intelligentiæ iudicamus: vt de aliqua ratione dixiſſe exiſtimemur: non fuit anteq̃ naſcitur: quia vniuſcuiuſq; originem tempora ſemper ante præueniant. At vero cum in dei rebus id eſt in dei natiuitate nihil nõ ante tempus æternum ſit: non cadit in id vt anteq̃ natus eſt: cuiq; ante tempora æterna promiſſum æternum ſit: ſecundum beati apoſtoli dictum: in ſpe vitæ æternæ quã promiſit non mẽdax deus ante tempora æterna: aliquando non fuiſſe dicatur: quia intelligi non poteſt cœpiſſe poſt aliquid qui eſſe ſit ante æterna tempora confitendus. Si ergo naſci aliquid ante tempora æterna neq; in naturis humanis eſt neq; in intelligentia: & tamen in hoc profeſſionibus de ſe dei creditur: quomodo id q̃d ſine ſenſu intelligentiæ æternæ natum ſemper id ẽ ante tempora æterna eſſe: apoſtolica fides locuta ſit: id rurſum nõ fuiſſe anteq̃ naſcitur: per ſenſum humanæ intelligentiæ noſtri temporis infidelitas eloquitur? Cum q̃d ante tempus natum eſt: ſemp eſt natum: quia id q̃d eſt ante æternum tẽpus: hoc ſemper eſt. Q̃d autẽ ſemper eſt natum: non admittit ne aliquando non fuerit: quia aliquãdo nõ fuiſſe: iam nõ eſt ſemper eſſe. Semper autem eſſe excludit non ſemper fuiſſe. Et excluſo per id q̃d ſemper eſt natus: non ſemper fuiſſe: nõ cadit in ſenſum vt non fuerit anteq̃ natus ſit: quia qui ante tempora æterna natus eſt: natus eſſe ſemper in ſenſu eſt: cũ tamen ante tempora natum eſſe nõ ſubeat in ſenſum. Nam ſi q̃d vtriq; cõuenit? ante creaturam ſeu inuiſibilem ſeu corporalem & ante omnia ſæcula & tempora æterna & ante ſenſum omnem natus confitendus eſt eſſe: qui per id q̃d ita natus eſt: ſemper eſt: concipi quoq; nullo ſenſu licet: vt non fuerit anteq̃ naſcitur: quia & ante ſenſum omnem eſt qui ante tempora æterna natus eſt. Et in ſenſu nũq̃ eſt: eum qui ſemper eſſe confitendus eſt non fuiſſe. Sed argute huius interrogationis calumnia anteſertur. Si inquit in ſenſum non cadit non fuiſſe anteq̃ naſcitur: reliquum hoc ſenſui eſt: vt qui erat natus ſit: & calumnianti reſpondebo. Nunquid a me aliud q̃ natum dici meminerit? Aut nunquid ante tempora æterna eſſe: id ipſum ſit q̃d eſt: eum qui erat naſci? quia naſci q̃d erat: iam non naſci eſt: ſed ꝑ ſe ipſum demutare naſcẽdo eſt. Natum autẽ ſemper eſſe: hoc eſt ſenſum temporum naſcendo præcurrere: neq; intelligentiæ patere aliquãdo fuiſſe nõ natum. Non eſt itaq; id ipſum natum ante tẽpora æterna ſemper eſſe: & eſſe anteq̃ naſci. Natum autem ante tempora æterna ſemper eſſe: excludit non fuiſſe anteq̃ naſcitur. Ceterum non relinquet prius eſſe q̃ naſci: quia qui vltra ſenſum eſt in nullo ſubiacet ſenſui. Nam ſi vltra ſenſum eſt: natum ſemper eſſe: non licet iam eſſe poſt ſenſum non fuiſſe eum anteq̃ naſcitur. Cum itaq; natum ſemper eſſe: nihil aliud ſit confitendum eſſe q̃ natum: id ſenſui anteq̃ naſcit̃ vel fuiſſe vel non fuiſſe non ſubiacet: quia ſenſum nihil aliud q̃ ante tempora æterna natũ eẽ ſemp: anteuenit. Natus itaq; eſt: & ſemper eſt qui nihil aliud de ſe patit̃ intelligi & dici poſſe: niſi natum. Nam cum anterior ipſo tẽpore ſenſu eſt: quia ante ſenſum tempus æternum eſt: nõ admittit ſenſũ de ſe diiudicãtẽ: eſſe aut fuiſſe anteq̃ naſcit̃: q̃a & eſſe anteq̃ naſcit̃: nõ ſit natiuitatis: & nõ fuiſſe: iã tẽporis ſit. Ergo & infinitas tẽporũ æternorũ: q̃d eſt tẽporis id eſt non fuiſſe: conſumit: & natiuitas q̃d ſuũ nõ eſt: id ẽ anteq̃ naſcit̃ eſſe: nõ patit̃. Qꝫ ſi aut eſſe aut nõ fuiſſe: ſenſui ſubiacebit: natiuitas ipſa poſt tẽpꝰ ẽ. Quia q nõ ſemper ẽ: neceſſe ẽ cœperit eſſe poſt aliq̃d. Finis igit̃ & fidei & ſermonis & ſenſus ẽ: dñm Ieſum & natum eſſe & ſemp eſſe: q̃a ſi q̃d de filio mẽs retroacta ſcrutabit̃: nihil aliud ſcrutãtis ſenſui q̃ natũ eſſe & ſemper eſſe: ſemp occurret. Vt igit̃ deo patri ꝓpriũ eſt ſine natiuitate: ita & filio debitũ ẽ: ꝑ natiuitatem ſemp eſſe. Natiuitas aũt nihil aliud q̃ patrẽ: neq; pater aliud q̃ natiuitatẽ annũciabit. Mediũ eñ nihil quicq̃ nõia iſta aut natura ꝑmittit. Aut eñ nõ ſemp pater: ſi nõ ſemp filiꝰ aut ſi ſemp pater: ſemp & filius: quia quãtũ filio tẽporis ne ſemp filius fuerit: abnegabit̃: tantum patri deeſt ne pater ſemper ſit. Vt licet ſemper deus: non tamen & pater in ea fuerit infinitate: qua deus eſt. Etiam in id profeſſio impietatis extendet: vt nõ filio tẽpora natiuitatis: ſed patri generationis aſcribat: quia generationis modus intra natiuitatis ſit tempora conſtitutus. Pium tibi ac religioſum hæretice exiſtimas: deum ſemp quidẽ ſed nõ ſemp cõfiteri? Qꝫ ſi ita ſentire te pium eſt: Paulũ impietatis neceſſe ẽ filiũ an

te tempora ęterna eſſe dicentem condemnes. Eti
am ipſam de ſe reſtantem ſapientiam quod ante
ſæcula fundata ſit: crimineris: quæ patri aderat:
tũ cum cælum pręparatet. Sed tu vt deo initium
tribuas quo pater es: prius temporibus initium de
cerne quo cœpta ſint. Quę ſi cœpta ſunt: mendax
eſt apoſtol9: qui ea ſit profeſſus ęterna. Soletis enĩ
tempora de ſolis ac lunę creatione numerare: quia
ſcriptũ de iis ſit. Et ſint in ſigna & tempora & an-
nos. Sed qui ante cælum eſt q̃d ſecundũ vos etiam
ante tempus eſt: idem & ante ſæculum eſt: Neq̧
ſolum ante ſæculũ eſt: ſed etiam ante generatiões
generationum ſæculũ præter euntes. Quid cadu
cis & terrenis & anguſtis diuina & infinita con-
cludis? Neſcit paulus in chriſto niſi temporũ ętet
nitatem. Non poſt aliquid ſe eſſe ſapientia: ſed añ
omnia loquitur. Tecum a ſole ac luna tẽpora inſti
tuta ſunt: chriſtum autem ante ſolem permanere
ſignificat dicens. Ante ſolem permanet nomẽ ei9
Et ne res dei mundi iſtius origine inchoatas arbi-
treris: idem dixit. Et ante lunam & generationes
generationum. Deſpiciuntur hæc tempora a tan
tis viris & propheticę ſpiritu dignis: & nihil ſẽſui
humano relinquitur: in quo ſe ante natiuitatem:
quę tempora ęterna excedit: extendat. Sed hunc
mũdum tantum habeat religioſę opinionis fides:
vt dominum Ieſum chriſtum vnigenitum deum
& ad perfectæ natiuitatis confeſſionem natũ me-
minerit: & in diuinitatis veneratione non ignoret
æternum. Sed accuſamur mendacii: & vna nobi-
ſcũ doctrina apoſtolicæ prædicatiõis arguitur: na
tiuitatem quidem confeſſa ſed æternitatem nati-
uitatis profeſſa. Vt natiuitas teſtaretur auctorem
& æternitas in ſacramento diuinæ natiuitatis ſen
ſum humanæ opinionis excederet. Profertur enĩ
aduerſum nos ſapientię de ſe proteſtatio quę crea
tam ſe docuerit his dictis. Dominus creauit me iñ
tium viarum ſuarum. Et o te miſer hęretice: quid
indulta eccleſiæ aduerſum ſinagogam arma: con
tra fidem eccleſiaſticę prædicatiõis inuadis? & do
ctrinæ ſalutaris munitiſſimam intelligentiam ra-
pis aduerſum vniuerſorum ſalutem: creaturam
chriſtum per hæc verba eſſe contendens? Nam iu
dęi potius negant chriſti ante ſæcula æterna diui
nitatem: & in omnibus operibus ac doctrinis dei
efficientiam per hæc & verba ſapientiæ ſubſiſtẽ

tis extinguunt: quę ſe nunc creatam ĩnitium viarũ
dei: & in opera eius a ſæculo dixerit: ne forte ante
mariam manere non exiſtimaretur: neq̧ tamẽ cre
atam ſe ad natiuitatis intelligentiam referret quę
in viarum initiũ & in opera ſit creata. At vero ne
hoc viarum initium q̃d vtiq̧ de diuinis rebus hu-
manæ cognitionis exordium eſt: quiſq̃ ad ſubii-
ciendam tempori natiuitatem infinitam deputa-
ret: fundatam ſe ante ſæcula ſit profeſſa. Vt dum
aliud eſt in viarum ĩitiũ & in opera creari: & aliud
eſt ante ſæcula fundari: anterior intelligeretur eẽ
& creatione & fundatione. Et hoc ipſum q̃d fun-
data in opera ante ſęculum eſt: ſacramentum cre-
ationis oſtenderet. Quia fundatio ante ſæculum
& creatio in viarum initium atq; opera: poſt ſæcu
lum ſit. Iam vero ne creatio & fundatio fidem di-
uinę natiuitatis offenderet: ſequitur. Prius q̃ ter-
ram faceret: prius q̃ montes ſtabiliret: ante omnes
colles genuit me. Iam genitus eſt ante terram qui
ante ſæcula fundatus eſt. Neq̧ ſolum ante terrã:
ſed etiam ante montes atq̧ colles. Et in his quidẽ
quia de ſe ſapientia loquitur: plus loquitur q̃ audi
tur. Omnia enim quęcunq̧ ad infinitatis intelli-
gentiam ſignificantur: iſtiuſmodi eſſe oportet ne
rei cuiq̃ aut generi ſecunda in tempore ſint. Cæte
rum ad æternitatis demonſtrationem nequaq̃ tẽ
poralia coaptabũtur: quia per id q̃d poſteriora ſũt
cæteris: per ſe ipſa non manifeſtant infinitatis ex-
ordium: cum temporale ſortita ſint. Quid enim
magnum eſt vt ante terram deus dominum chri
ſtum generaret: cum angelorum origo terræ crea-
tione reperiatur antiquior? Aut cur qui ante terrã
genitus diceretur: etiam ante mõtes & colles ma
nifeſtaretur: cum collium ſignificatio poſt mon-
tes ſit: mõtium vero intelligentia poſt terram ſit?
Per quod exiſtimari non poteſt idcirco hæc eſſe di
cta vt ante montes & colles & terram eſſe intelli-
geretur: qui ea quæ ante terram & montes & col-
les ſunt: infinitatis ſuæ æternitate præcelleret. Sed
ſenſum noſtrum ſermo diuinus non inopem rati-
õis reliquit. Nam cauſam dicti per hæc quę con
ſequũtur oſtendit. Deus fecit regiones & inhabi-
tabilia & cacumina quæ habitantur ſub cælo. Cũ
pararet cælum: eram cum illo & cum ſecernebat
ſuam ſedem. Quando ſuper ventos validas facie
bat in ſummo nubes: & cum certos ponebat fon-

res ſub cælo:& cum fortia faciebat fundaméta ter
ræ:ego eram apud illum cōponens. Quis hic tem
porum locus eſt? aut quo ſe extendere vltra infini
tam vnigeniti dei natiuitatem humanæ intelligē
tiæ ſenſus permittitur? Non enim per hæc quorū
creationem mente concipim9: comprehendi ge-
neratio eius poteſt:qui anterior his omnibus eſt.
Vt quis præſtet in tempore: non tamen infinit9
ſit:cui hoc ſolum tributum ſit:vt ante tempora-
lia natus ſit. Nam cum illa tempora in ſui conſti-
tutione ſubiaceant:ille tamen licet anterior his oī
bus ſit:nō ſit: liber a tempore:quia temporalis ho-
rum conſtitutio tempus natiuitatis eius qui ante
ſit natus: oſtendat:dum hoc ipſum ei temporale
eſt:quod temporalibus antefertur. Sed dei ſermo
& veræ ſapientiæ doctrina:quæ loquitur:perfecta
& abſoluta ſignificat docens ſe non temporalib9
eſſe anteriorem: ſed infinitis. Cum enim præpara
retur cælum: aderat cum eo. Nunquid cœli præpa
ratio deo eſt temporalis? Et res cogitationis motu
ſubito in mentē tanq̄ antea torpidam ſtupentēq̄
ſubrepſit:humanoq; modo fabricandi cœli impen
ſamq; & inſtrumenta quæſiuit? Atqui alius pphe
tæ de operationib9 domini ſenſ9 eſt;cum ait. Ver-
bo domi cœli firmati ſunt:& ſpiritu oris eius omnis
virtus eorum. Præcepto tamen dei cœli vt firmarē
tur eguerunt: nam apparatus & virtus eorum in
hac imperturbatæ inſtitutionis ſuæ firmitate:nō
de temperatione alicuius & permixtione materię
ſed ex ſpiritu diuini oris exiſtit. Quid ergo eſt præ
paranti deo cælum:genitam ab eo adeſſe ſapienti
am:cum neq; creatio cæli ex præparatione conſi-
ſtat:neq; naturæ dei ſit:in apparatu eum cogitan
di operis commorari? Nihil enim non ſemper cū
deo fuit:quicquid in rebus eſt. Quæ etſi ad creati
onem ſui cepta ſunt:non ſunt tamen ad dei vl' p̄-
ſcientiam vel poteſtatē inchoata. Et teſtis eſt no-
bis propheta dicens. Deus qui feciſti omnia quæ fu
tura ſunt. Quæ enim futura ſūt:licet in eo q̄d cre
anda ſunt: adhuc fient:deo tamen:cui in creandis
rebus nihil nouū ac recens eſt: iam facta ſunt. Dū
& temporum diſpenſatio eſt:vt creentur:& iam ī
diuinæ virtutis & præſcientiæ efficientia ſint crea
ta. Et idcirco nunc ſapientia natam ſe ante ſæcu-
la docens:anteriorem ſe non ſolum iis quæ creata
ſunt docet: ſed æternis coæternam. Præparationis
ſcilicet cæli & diſcretionis ſedis dei. Non enim tū
diſcreta ſedes eſt:cum effecta eſt:quia aliud eſt di
ſcerni ſedem aliud componi. Neq; tum paratum
cælum eſt:cum præparatum eſt. Non erat apud p̄
parantem & diſcernentem. Poſt vero compone-
bat cum parante:æternitatem ſuam:cum præpa-
ranti adeſt:& miniſterium:quando cū parente cō
ponit:oſtendens. Idcirco nunc etiam ante terram
& mōtes & colles genitam eſſe dixit: qua & præ-
parationi cæli affuiſſe ſe doceret:vt hæc iam cum
præpararetur cœlum: penes deum facta eſſe per id
q̄d nihil deo nouum eſt demonſtraret. Perpetua
enim & æterna rerum creandarum eſt præparatio
neq; partibus cogitationum vniuerſitatis huius
corp9 effectum eſt. Vt primum de cælo ſit cogita
tū:tū poſtea terræ cura & tractat9 deū inierit:cogi
tatūq; p ſingula ſit. Vt primum in planiciem diſ-
funderetur: deinde poſtea meliori cōſilio mōtib9
eleuaret:rurſū autē etiā collib9 variaret:quarto de
inde habitabilis etiam in ipſis cacuminib9 redde-
retur. Præparatumq; cælum ac ſedes dei ſegrega-
retur:ventorum q; exhalationes nubes in ſummo
valide continerent. Tum deinde certi ſub cælo fō
tes mearent:ac poſtremo fundamentis terra for-
tionb9 confirmaretur. Singulis enim his omnib9
anteriorem ſe ſapientia eſſe profitetur. Sed cū oīa
per deū q̄ ſub cælo ſunt facta ſūt:& cōponēdo cæ
lo chriſtus affuerit:& ipſā p̄parati cæli præueniat
æternitatem:non patitur hoc exiſtimari in deo mi
nutarum rerum:p̄ticulatas cogitationes: q̄a oīs
horum præparatio deo eſt coæterna. Nam tametſi
habeat diſpenſationem ſui ſecundum moyſen fir
mamenti ſolidatio:aridæ nudatio:maris congre-
gatio:aſtrorum conſtitutio:aquarum terræq; in e-
iiciendis ex ſe animantibus generatio: non tamen
cæli terræ cæterorumq; elementorū creatio leui
ſaltē momento operatiōis diſcernitur: quia eorū
præparatio æquabili penes deū æternitatis infini
tate conſtiterat. His igitur infinitis & æternis in
deo xp̄s cū adeēt:ſolā nobis natiuitatis ſuæ p̄miſſit
cōſcientiā:vt q̄tū ad fidē pficeret dei intellectus
tm̄ valeret ad ſuſceptā religionē cognita natiuita-
tis æternitas: q̄a ex eo q̄ ætern9 eſt p̄re:nec ratio nec
ſeſ9 admittat:niſi coæternū filiū p̄dicari. Sed crea-
tiōis nomē nos & pfeſſio monet. Moueat ſane no-
mē creatiōis:ſi nō natiuitas an̄ ſcl'a:& creatio īitiū

viarum dei & in opera prędicatur. Non enim po-
teſt natiuitas pro creatione accipi: cum natiuitas
ante cauſã ſit: creatio vero per cauſã. Ante prępa-
rationem enim cæli erat & ante ſæcula fundata: q̃
initium viarũ dei & in opera eſt creata. Aut nun-
quid eiuſdem intelligentię ẽ initiũ viarũ & in ope
ra creari: & naſci ante omnia? quorũ vnũ habet tẽ
pus in geſtis: aliud vero intẽporalẽ intelligẽtiã cõ
tinet. Aut forte velis id qđ in opera creatur: ita in-
telligi oportere: vt propter opa ſit creat⁹: ideſt vt
xp̃s cauſa efficiẽdorũ operũ ſit creatus: vt ipſe ſer-
u⁹ poti⁹ & operator mũdi maneret: non glorię na
t⁹ eſſet: & ad miniſterium efficiẽdi ſæculi crearet:
nõ etiã ſẽper filius dilectionis & rex ſæculorũ ex-
ſteret. Sed q̃q̃ hũc impiiſſimũ ſenſũ tuũ intelligẽ-
tia communis extinguat: quia aliud ſit initiũ via
rũ dei & in opera creari: aliud ante ſæcula naſci: ta
men hic idẽ locus ne ꝓpter operationẽ mũdi deũ
chriſtũ creatũ eſſe mentireris occurrit: cum deum
patrẽ effectorẽ atq; operatorẽ vniuerſitatis oſten
dit. Turo id quidẽ: quia ei qui pararet om̃ia: adeſ-
ſet ipſe componẽs. Sed cũ ſcriptura omnis creato
rẽ mũdi dominũ Ieſum chriſtũ eſſet locutura: nũc
tamen ſapientia ad denegandã impietatis occaſi
onem: & fabricatorem mundi deum patrẽ ꝓfeſſa
ẽ: neq; ſe fabricãti deo docuit abfuiſſe. Quippe cũ
adeſſet etiã ꝑparãti: & cũ pr̃ pararet: & ſapiẽtia cũ
parãte cõponeret: adeſſetq; parãti: ꝑ id ipſũ vtrũ
q; cõplexa eſt: ne ꝓpter opera creata eſſe intelligẽ
ret quę ęterne preparationi futurorũ operũ affuiſ
ſet: neq; ſcripturã mendacẽ conſtitueret quia cũ
parente componeret. Sed tandẽ doctrinæ catholi
cæ reuelatione quid ſit chriſtum initium viarum
dei & in opera creatum eſſe in principio: hæretice
cognoſce: & ipſius ſapientię dictis impię hebetu-
dinis tuę diſce ſtultitiã: cœpit enĩ ita. Si enũciaue
ro vobis q̃ quottidie fiũt memorabor ea q̃ a ſęculo
ſũt enumerare. Nanq; cũ ante dixiſſet: vos hoĩes
obſecro: & emitto vocẽ meam filiis hominũ. Intel
ligite ſimplices aſtutiã: in doctrina autẽ cor appo-
nite. Et rurſũ: ꝑ me reges regnãt: & potẽtes ſciunt
iuſtitiã: ꝑ me principes magnificant: & tyranni ꝑ
me tenẽt terram. Et rurſum. In viis ęquitatis am-
bulo: & inter medias ſemitas iuſtitiæ cõuerſor: vt
diuidã diligentibus me ſubſtantiam & theſauros
eorum impleam bonis. Quottidianum opus ſuũ
ſapiẽtia non tacet: & primum vniuerſos obſecrãs
monet: & ſimplices intelligere aſtutiam: & indo-
ctos cor apponere: vt verborum diſtinctas diſcre-
taſq; virtutes vehemens ac diligens lector expen
deret. Suis itaq; modis ſuis conſtitutionib⁹ vni-
uerſa agi intelligi laudari teneri docet: & intra ſe
regna regum & potentium prudentiam & princi
pum famoſa opera: & ius terram obtinentium ty
rannorum contineri oſtẽdit. Se quoq; nõ admiſce
ri iniquitatib⁹: vel iniuſtitiis itereſſe. Et hoc ob id
vt vniuerſis ęquitatis ac iuſtitiæ operibus interce
dendo diligentibus ſe: ęternorum bonorum & in
corruptorum theſaurorũ opulentiam ſubmini-
ſtret. Ergo ea ſe quę quottidie fiunt: enarraturam
profeſſa memorem ſe quoq; ad enumerãda ea quę
a ſæculo ſunt pollicetur. Et nunc quis hebetudi-
nis ſenſus eſt: ea quæ a ſæculo eſſe memorata ſunt
qđ ante ſęcula geſta ſint exiſtimare? quia in iis quę
a ſæculo ſunt: opus omne poſt ſęculũ eſt. At vero
quę ante ſæculum ſunt: præueniunt ſæculi a ſe po
ſterioris conſtitutionem. Memorem ſe itaq; ad di
cenda ea quæ a ſæculo ſunt profeſſa ſapientia ait.
Dominus creauit me initium viarum ſuarum: in
opera ſua. Rerum itaq; a ſæculo geſtarum ſignifi
catio iſta eſt. Neq; generationis ante ſæcula præ-
dicat initium: ſed diſpenſationis a ſęculo initę do
ctrina eſt. Et quærendum eſt quid ſit natum ante
ſæcula deum: rurſum initium viarũ dei & in ope
ra creari? quia vbi ante ſæculum eſt natiuitas: illic
infinitæ generatiõis æternitas eſt. Vbi vero a ſæ-
culo eſt creatio eademq; in vias dei atq; in opera
eius oſtenditur: illic operibus ac viis cauſa creatio
nis aptata eſt. Ac primum quia chriſtus ſapientia
eſt: videndum eſt: an ipſe ſit initium operum viæ
dei. Nec vt opinor ambigitur: ait enim. Ego ſum
via & nemo vadit ad patrem niſi per me. Via eſt
dux euntium: feſtinantium curſus: ignorantium
ſecuritas: & quædam neſcitarũ ac deſideratatum
rerum magiſtra. Ergo in viarum initium & in ope
ra dei creatur: quia & via eſt & deducit ad patrem
Sed creationis huius quæ a ſæculis eſt: ratio quęrẽ
da eſt. Nam vltimę diſpenſationis ſacramentum
eſt: qđ etiam creatus in corpore: viam ſe dei operũ
eſt profeſſus. Creatus autem eſt in vias dei a ſęcu-
lo cũ ad cõſpicabilẽ ſpeciẽ ſubditus creaturæ habi
tũ creationis aſſũpſit. Videam⁹ itaq; in quas dei

vias & in quę dei opera a ſæculis creata ſit nata an
te ſæcula ex deo ſapientia. Vocem deambulantis
in paradiſo adam audiuit. Putaſne deambulantis
inceſſum niſi in ſpecie aſſumptę creationis audi-
tũ: vt in aliqua creatione cõſiſteret: qui inãbulans
fuerit audit⁹? Non requiro qualis ad Caĩ & abel
& Noe locut⁹ ſit: & benedicens quoq; Enoch qua
lis affuerit. Angelus ad agar loquitur: & vtiq; idẽ
deus eſt. Nunquid ſpeciei eiuſdem eſt: cũ angel⁹
videt̃: cũ eſt in ea natura qua deus eſt? Certe ſpeci
es angeli oſtenditur: vbi poſtea dei natura memo
ratur. Sed quid de angelo dicam? Homo ad abra-
ham venit. Nunquid ſecundum hominem in cre
ationis iſtius habitu chriſt⁹ talis aſſiſtit: qualis &
deus eſt? Sed homo loquitur & corpore aſſiſtit &
cibo alitur: verum deus adoratur. Certe qui ante
angelus: nunc etiam homo eſt: ne naturalem hãc
eſſe dei ſapiẽtiã diuerſitas huius ipſius aſſumptę
creatiõis pateretur intelligi. Adeſt autẽ ad iacob
etiã vſq; ad luctæ complexum in habitu humano:
& manu cõſerit: & membris nititur: & lateribus
inflectitur: & in oĩ motu nr̃o inceſſuq; cõſiſtit. Sed
idẽ poſtea & moyſi eẽ ignis oſtẽdit̃: vt naturę crea
tę tñ potius ad ſpeciẽ q̃ ad ſubſtantiã naturę fidẽ
diſceres. Habuit tum in ſe poteſtatẽ conflagrãdi
nec tamen naturalẽ ſuſcipiens vrendi neceſſitatẽ:
quia ſine rubi damno conflagratio ignis apparuit
Curre per tempora & intellige qualis viſus ſit: vel
Ieſu naue nominis ſui prophetę: vel iſaię etiam cũ
euangelico teſtimonio viſum p̃dicanti: vel ezechi
eli vſq; ad conſcientiã reſurrectionis aſſumpto: vł
Danieli: hominis filium in ęternorum ſęculorũ ſẽ
piternitate confitenti: & cæteris aliis quib⁹ ſe ĩ ha
bitu varię creationis ĩgeſſit: in viis dei & ĩ opa dei
ad cognitionẽ ſcilicet dei & noſtrę ęternitatis pro
fectũ. Quid hic nunc hæc humanę ſalutis diſpẽſa
tio tam impiam æternæ natiuitatis cõtumeliam
molitur? Creatio iſta a ſęculis eſt. Cęterum ante ſę
cula: infinita natiuitas eſt. Vim ſane nos dictis af-
ferre contende: ſi propheta ſi dominus ſi apoſtol⁹
ſi ſermo vllus ad diuinitatis ęternę natiuitatem
creaturę retulit nomen. In his enim omnibus de
us qui ignis conſumẽs eſt: ita creatus ineſt. vt cre-
ationẽ ea virtute qua aſſumpſit abſumeret: potẽs
abolere ruſum qđ tantum ad cauſã contẽplatio
nis exiſteret. Beatã autẽ illã & veram conceptę in
tra virginem carnis natiuitatem q̃tum creaturæ
noſtræ & natura & ſpecies naſcebatur: creaturam
& facturã apoſtolus nominauit. Et certe cũ eo ve-
rę ſecundum hominem natiuitatis hoc nomẽ eſt:
cũ ait. At vbi venit adimpletio tẽporis: miſit de⁹
filiũ ſuũ factũ de muliere: factũ ſub lege: vt eos q
ſub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum
cõſequeremur. Filius itaq; ſuus eſt: qui eſt in homi
ne: & ex homine factura. Neq; factura tantum ſed
etiã creatura. vt dicit̃. Sicut eſt veritas in Ieſu: de-
ponere vos ſecũdũ priorẽ conuerſationẽ veterem
hominẽ: eũ qui corrumpitur ſecũdũ concupiſcen
tias eius deceptionis. Innouamini autẽ ſpiritu ſen
ſus veſtri: & induite nouũ hominem eũ qui ſecun
dũ deũ creatus eſt. Induendus itaq; nouus ille ho-
mo eſt: qui ſecũdum deũ creatus eſt. Qui eñ erat
filius dei: natus erat & filius hominis; quia non di
uinitatis erat natiuitas: ſed creatura carnis ſignifi
cationem ſui generis accepi. Nouus homo ſecun-
dum natum ante ſæcula deum: creatus. Et cur ſe
cundum deum homo nouus creatus eſſet oſten-
dit hæc adiiciens: in iuſtitia & ſanctitate & verita
te. Dolus enim in illo non fuit. Et factus eſt nobis
iuſtitia & ſanctificatio & ipſe eſt veritas. Hunc er
go chriſtũ qui ſecundum deum nouus homo crea
tur: induimur. Si igitur ſapientia memorẽ ſe cõſti
quæ a ſęculo geſta ſunt dicens: in opera dei atq; in
vias dei creatã eſſe ſe dixit: atq; ita creatã vt fũda-
tã ſe ante ſæcula doceret: ne aſſumptæ illius varie
ac frequenter creationis ſacramẽtũ demutaſſe na
turã videret̃: cum fundationis firmitas conuellen
di ſtat⁹ nõ reciperet perturbationẽ. At vero ne fũ
datio aliud quicq̃ q̃ natiuitatẽ videret̃ oſtendere:
ante omnia profeſſa eſt ſę eẽ genitã. Nũc vero cur
creatio ad natiuitatem deputatur: cũ quę genita
ante oĩa eſt: ipſa fundata ante ſæcula ẽ? Quę autẽ
fundata añ ſæculum eſt: ea ipſa initiũ viarum dei
& in opera eius creata a ſæculis eſt: vt creatio a ſę-
culis differre intelligeretur ab ea quę ante ſęcula
& quæ ante vniuerſa natiuitas eſt. Non habet fal
tẽ impietas veniam: vt pretendat impietatis erro-
rem. Nanq; & ſi infirmitas intelligentiæ ſenſum
irreligioſę opinionis impediret: ne nunc quę crea-
tionis ꝓprietas eſſet cõſeq poſſet: tñ vł ſm̃ apoſto
li dictũ facturã verę natiuitati deputãrẽ: creatio-
nem quoq; & ſi indocte tñ nõ ĩpie ad generationis

fidē proficere oportere exiſtimare debuerat. Apo
ſtolꝰ enī: videtur vnius ex vno natiuitatem ideſt
deū: ex virgine ſine paſſionū humanarū cōceptu
prędicaturꝰ; non extra rationē factum de muliere
locutꝰ eſſe: quē natū ſciebat frequēterq; dixiſſet:
vt & natiuitas veritatē generationis oſtēderet: &
factura vnius ex vno natiuitatem proteſtaretur.
Quia humanę permixtionis conceptū facturę no
mē excederet: cū factus eſſe ex virgine diceret: qui
natus magis eſſe non ambigebatur. Ac vide tu q̄
ſis impiꝰ o hęretice: creatum ieſum chriſtū potius
ex deo q̄ natū eſſe ſmo nullꝰ aut euāgelicꝰ aut apo
ſtolꝰ āt ꝓphetícꝰ ē locutꝰ. At vero natiuitatē ne⸗
gas & affirmas creaturā: nō ſecūdū ſignificationē
apoſtoli factum eſſe dicētis: ne natꝰ eſſe ambigere
tur vnus ex vno; ſed ad impliſſimū ſenſū. ne deus
naturali natiuitate ſubſiſteret: cum creatura poti
us ex nihilo ſubſtitiſſet. Hoc primum infęlicis mē
tis tuæ virus eſt non natiuitati etiam creaturam
nominaris: ſed pro natiuitate fidē creationi apta
re. Q̄ꝫ q̄ id quidem inopis ingenii eſſet: ſed tamen
non admodum irreligioſi creatū idcirco dixiſſe vt
impaſſibilis ex deo tāq̄ vnius ex vno natiuitas no
ſceretur. Sed nihil horum conſtans atq; apoſtoli⸗
ca fides patitur. Scit enim in qua diſpenſatione tē
poris chriſtus creatus: & in qua temporum ętet⸗
nitate ſit natus. Natus autem ex deo deus eſt: vt
in eo veræ natiuitatis & pręfectæ generationis &
nō ambigua diuinitas eſt. Nihil enim in rebus dei
niſi natum ęternūq; confitemur. Natū autem nō
poſt aliquid: ſed ante omnia: vt natiuitas tantum
teſtetur auctorē: nō prępoſterū aliquid in ſe aucto
re ſignificet. Et quidem confeſſione communi: ſe⸗
cūda quidem ab auctore natiuitas eſt: quia ex deo
eſt: nō tamen ſeparabilis ab auctore: quia in q̄tum
ſenſus noſter intelligentiam tentabat excedere: in
tantum neceſſe eſt etiam generatio excedat. Solꝰ
itaq; hic pius de deo ſermo eſt. Scire patrem: & cū
eo eum qui ex deo eſt filiꝰ. Neq; ſane aliud de deo
pręterq̄ patrem eum eſſe vnigeniti dei & creato⸗
ris docemur. Vltra ſe itaq; infirmitas humana nō
tendat: & loquatur hoc ſolum: in quo ſolo ei ſalus
eſt. Ante carnis ſacramētum in domino Ieſu chri
ſto hoc ſe ſemper ſcire: qd natus eſt. Ego quidem i
q̄tū mihi a te hoc ſpiritu vigebo ſancte pater om⸗
nipotens deus: vt æternum te deum: ita ęternum
& patrem confitebor. Neq; in id vnq̄ ſtultitiæ at
q; impietatis erūpā vt omnipotentiæ tuę ſacramē
torumq; arbitrum: hunc infirmitatis meę ſenſum
vltra infirmitatis tuę religioſam opinionem & ſi
gnificatam mihi æternitatis fidem erigam: vt te
aliquādo ſine ſapiētia & virtute & verbo tuo vni⸗
genito tuo: deo domino meo Ieſu chriſto fuiſſe ꝓ
finiam. Non enim pręiudicat de te ſenſui meo na⸗
turę noſtræ infirmus imperfectuſq; ſermo: vt fidē
intra ſilentium ſtrangulet eloquendi inopia. Nā⸗
q; cū verbū & ſapientia & virtꝰ in nobis: interioris
motus noſtri opus noſtrum ſit: tecum tamen per
fecti dei qui & verbum tuum & ſapientia & virtꝰ
eſt: abſoluta generatio eſt: vt inſeparabilis ſemper
a te ſit: qui in his æternarū proprietatū tuarū no⸗
minibꝰ ex te natus oſtenditur. Natꝰ autē ita vt ni
hil aliud q̄ te ſibi ſignificet auctorem. Non etiā fi⸗
dem infinitatis amittat: per id qd ante tēpora ęter
na natus eſſe memoratur. Multa enim iſtiuſmo⸗
di in rebus humanis pręſtitiſti quorum cum cau⸗
ſa ignoretur: effectus tamen non neſcitur. Et reli⸗
gioſa eſt fides vbi eſt etiam naturalis inſcitia. Nā
cum erexi in cęlū tuum hos luminis mei infirmos
oculos: nihil aliud eſſe q̄ cęlum tuum credidi: hos
enim aſtriferos in eo circulos: & annuos recurſus
& virgilias ſeptentrionem & luciferum diuerſa
miniſteriorum ſuorum ſortitos officia conſpi⸗
ciens: deum te in his quorum intelligentiam nō
complector intelligo. Cum vero mirabiles elatiōes
maris tui vidi: non ſolum aquarum originem: ſed
nec motum dimenſę huius viciſſitudinis aſſecu⸗
tus: fidē tñ rationis mihi imperſpicabilis licet ap⸗
hendens: in his te quoq; quæ ignoro non neſcio. Iā
vero cum in terras mente conuertor: quæ occulta
rum virtute cauſarum: ſata omnia ſuſcepta diſſol
uunt: diſſoluta viuificant: viuicata multiplicant:
multiplicata confirmant: nihil in his repperi: quę
intelligere ſenſu meo poſſem: ſed ignoratiōis meę
hebetudo ad intelligendum te profecit: dum fa⸗
mulantis mihi naturæ imperitus: vſu te tantum
meæ vtilitatis intelligo. Ipſum me quoq; neſciens
ita ſentio. vt te magis eo qd mei ſū ignarꝰ admirer.
Nā hūc diiudicātis mētis meę aut motū aut rati⸗
onē: aut vitā: & nō intelligens ſentio: & ſentiēs ti
bi debeo: cui vltra intelligētiā naturalis exordii: ſē
ſū naturæ oblectātis īpartias: & cū te me ignorās

intelligã: & intelligens venerer: nec ego in tuis re-
bus fidem oĩpotẽtię tuę laxabo qa neſciã: vt ſẽſus
meꝰ originẽ primogeniti tui occupet: & ſibi ſub-
dat & aliqd ĩ me ſit: qd ego vltra & creatorẽ & de
um meũ tendã. Natiuitas eius ante ęterna tẽpora
eſt. Si aliquid in rebꝰ ẽ qd anteuenit æternitatem:
erit aliqd ꝑfecto qd ſenſũ ęternitatis excedat. Tua
enĩ res ẽ: & vnigenitus tuus ẽ. Nõ portio: nõ ꝓtẽ-
ſio: nõ ſecũdũ efficientiarũ opinionẽ nomẽ aliqd ĩ
ane: ſed filiꝰ. Filiꝰ ex te deo pr̃e deꝰ verꝰ: & a te in
naturę tuæ veritate genitus. Poſt te ita confiten-
dus: vt tecũ: qa æterne originis ſuę es auctor ęter-
nꝰ. Nã dũ a te eſt: ſecũdꝰ a te eſt. Dũ vero tuꝰ eſt:
nõ ſeparãdꝰ a te ẽ. Quia nec ſine tuo fuiſſe cõfiten
dꝰ aliqñ es: ne aut imperfectus ſine generatione ar
guaris. Atq; ita ad id tñ natiuitas ꝓficit æterna:
vt geniti ante æterna tẽpora ex te filii patrẽ te ſcia
mꝰ ęternũ. Et mihi quidẽ pater eſt hoc fidei meæ ac
voci officio dñm & deũ meũ. vnigenitũ tuũ chri-
ſtũ Ieſũ creaturã negare. Huius ego nominis con
ſortium ne in ſancto quidẽ ſpiritu tuo patiar ex te
ꝑfecto & ꝑ eũ miſſo. Magna enĩ mihi erga res tuas
religio eſt. Neq; quia te ſolum innaſcibilẽ: & vni-
genitũ ex te natũ ſciẽs: genitũ tñ ſpiritũ ſanctum
nõ dicturꝰ ſim: dicã vnq̃ creatum. Huius ergo di-
cti qd mihi cũ cæteris a te ſubſtitutis cõmune ẽ: ꝑ
tẽdiſti ſẽſui meo cõtumeliã. Profũda tua ſpiritus ſã
ctus tuus ſecundum apoſtolum ſcrutat & nouit.
Et interpellator pro me tuꝰ inenarrabilia a me tibi
loquitur. Et ego naturę ſuę ex te per vnitã tuã ma
nentis potentiã creationis nomine non modo elo
quar: ſed infamabo. Nulla te niſi res tua penetrat:
nec profundum immenſę maieſtatis tuę: peregri-
nę alienę a te virtutis cauſa metitur. Tuum eſt qc
quid te init. Neq; alienum a te eſt: quicquid virtu
te ſcrutantis ineſt. Mihi autẽ inenarrabilis eſt: cu-
ius pro me mihi inenarrabiles ſunt loquelę. Nã in
eo qd ante ęterna tẽpora vnigenitus tuꝰ eſt: ceſſã-
te omni ambiguitate ſmonis: atq; intelligẽtię dif
ficultate: ſolũ ꝙ natꝰ eſt manet: ita qd ex te per eũ
ſanctus ſpũs tuus eſt: & ſi ſenſu quidẽ non percipiã
ſed tñ conſcientia. In ſpiritualibꝰ enĩ rebus tuis he
bes ſum: vnigenito tuo docente. Nõ mireris qd di
xerim tibi: oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi
vult ſpirat: & vocẽ eius audis: & non ſcis vnde ve
niat & quo eat. Sic eſt oĩs q natꝰ eſt aqua & ſpiritu
ſancto. Regenerationis meæ fidẽ obtinens neſcio.
Et qd ignoro: iã teneo. Sine ſenſu enim meo rena-
ſcor cũ efficientia naſcẽdi. Modꝰ autẽ ſpiritui nul
lus eſt loquenti cũ velit: qd velit: vbi velit: & cuiꝰ
adeũtis: atq; abeuntis cauſa ſub aſiſtẽtis licet con-
ſcientia neſciatur: huius naturã inter creaturas re
ferã: & originis ſuæ diffinitione moderabor? Oĩa
qdẽ facta ꝑ filiũ q apud te deũ in principio erat de-
us verbũ: Ioannes tuꝰ loqtur. Sed creata oĩa in eo
in cælis & in terra viſibilia & inuiſibilia Paulꝰ enu
merat. Et cũ vniuerſa ĩ chriſto & ꝑ xp̃m creata me
moraret: de ſpiritu ſancto ſufficiẽtẽ ſibi ſignificati
onẽ eã exiſtimauit: qd hũc ſpiritũ tuũ diceret. Cũ
his ergo ꝓprie electis tibi viris hæc ita ſentiã: & ſi
cut nihil aliud vltra ſenſũ intelligentiæ meæ ſecũ
dũ eos de vnigenito dicã q̃ eſſe natum: ita quoq;
vltra ingenii humani opinionem ſecũdũ eos nihil
aliud de ſancto ſpiritu tuo loquar q̃ ſpiritum tuũ
eſſe. Neq; ſit mihi inutilis pugna verborũ: ſed icũ
ꝯſtantis fidei conſtãs profeſſio. Conſerua oro hanc
fidei meę incontaminatã religionẽ: & vſq; ad ex-
ceſſum ſpiritus mei dona mihi hanc conſcientiæ
meę vocẽ: vt qd in regeneratiõis meę ſymbolo ba
ptizatus in patre & filio & ſpiritu ſancto profeſſꝰ
ſũ: ſẽper obtineã. Patrẽ ſcilicet te noſtrũ: filiũ tuũ
vna tecum adorem: & ſanctum ſpiritum tuum: q
ex te per vnigenitum tuum eſt promerear. Quia
mihi idoneus ad fidem teſtis eſt dicens: pater om-
nia mea tua ſunt: & tua mea: dominus meus Ieſꝰ
chriſtus manens in te & ex te & apud te ſemper
deus: qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorũ. Amẽ.

Finitur liber duodecimus beati Hylarii
Epiſcopi de trinitate.

Incipit liber Sancti Hilarii epiſcopi contra. Cōſtantium hæreticum.

TEmpus eſt loquendi: quia iam prę̨terijt tempus tacendi. Chriſt⁹ expectetur: quia obtinuit antichriſtus. Clament paſtores q̄a mercenarii fugerunt. Ponamus animas pro ouibus: quia fures introierunt: & leo ſeuiens circuit. Ad martyriū ꝑ has voces exeamus: quia angelus ſathanę transfiguravit ſe in angelū lucis. Intremus per ianuā: q̄a nemo vadit ad patrem niſi per filium. Manifeſtentur in pace ſua pſeudo prophetę: quia in hæreſi & ſchiſmate manifeſtabuntur probati. Suſtineatur tribulatio: qualis non fuit a conſtitutione mundi. Sed intelligantur breuiandi dies propter electos dei. Impleta prophetia eſt dicens. Erit tempus q̄n ſanam doctrinam non ſubſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros ſcalpentes aures: & a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Sed expectetur ꝓmiſſio proteſtantis. Beati eſtis cum maledicent & perſequentur & dicent omne malum aduerſum vos propter iuſtitiam. Gaudete & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælo. Sic enim perſecuti ſunt prophetas qui erant ante vos. Stemus ante iudices & poteſtates pro chriſti nomine: quia beatus eſt qui vſq; ad finem perſeuerauerit. Nō timeamus eum qui poteſt corpus occidere: animā autē non poteſt. Sed timeamus eum qui poteſt corpus & animam occidere in gehēnam. Nec ſolliciti de nobis ſimus: quia capilli capitis noſtri numerati ſunt: & per ſpiritum ſanctum ſequamur veritatem: ne per ſpiritum erroris credamus mendacio. Et cōmoriamur chriſto: vt chriſto: vt chriſto conregnemus. Vlteri⁹ enim tacere: diffidentię ſignū eſt: non modeſtię ratio: quia non minus: periculi eſt: ſemper tacuiſſe q̄ nūq̄. Ego fratres: vt mihi oēs qui me vel audiunt: vel familiaritate cognitū habent: teſtes ſunt: grauiſſimum fidei periculū lōge antea prouidens: poſt ſanctorum virorum: exilia Paulini Euſebii luciferi Dionyſii: quinto ab hīc anno a ſaturnini & vrſatii & valentis communione: me cum gallicanis epiſcopis ſeparaui: indulta cæteris conſortibus eorum reſipiſcendi facultate: vt nec pacis abeſſet voluntas: & principaliū morborū foetida & in corruptione toti⁹ corporis mēbra proficientia deſecarentur. Si tamen hoc ipſū beatiſſimis confeſſorib⁹ xp̄i editum decretum tū a nobis manere placuiſſet. Qui poſtea per factionem eorum pſeudo apoſtolorum ad biturenſem ſynodum compulſis: cognitionem demonſtrādæ huius hę̨reſeos obtuli. Sed hi timentes publicę cōſcientiæ: audire ingeſta a me noluerunt: putantes ſe innocentiam ſuam chriſtō poſſe mētiri: ſi volentes neſcirēt q̄d geſtum poſtmodum eſſent ſciētes. Atq; exinde toto hoc tempore in exilio detentus: neq; diſcedendum mihi eſſe de chriſti confeſſione decreui: neq; honeſtam aliquam ac ꝓbabilē ineūdām vnitatis rationem ſtatui reſpuēdam. Deniq; exinde nihil in tempore maledictum: nihil in eam quæ tum ſe chriſti eccleſiam mentiebatur: nūc autem antichriſti eſt ſynagoga: famoſum ac dignū ipſorum impietate ſcripſi aut locutus ſum: nec interim criminis loco duxi quenq̄ aut cum his colloqui: aut ſuſpenſa licet cōmunionis ſocietate: orationis domum adire: aut paci optanda ſperare: dū erroris indulgentiam ab antichriſto ad chriſtū recurrentium per poenitentiam prę̨paremus. Siquis igitur prudens iam rationem ſilētii mei percipit. profecto me vſq; nunc recentis iniuriæ acerbitatē moderatum: nunc demum fideli in chriſto libertate teſtante: non aliquo vicio humanæ perturbationis ad hæc ſcribenda arguit incitatū: Neq; .n. immature loquar: qui diu tacui. Nec ſine modeſtia tacui: qui aliquando iam loquor. Neq; iniuriā queror: qui diſſimulaui recentē. Et neq̄d ex cauſa mea loqui exiſtimaret: tantum adhibui ad ſilentium tempus. Nunc mihi non alia ad dicendū cauſa q̄ chriſti eſt: cui & hoc debui q̄d vſq; nunc tacui & ex reliquo me intelligo debere ne taceam. Atq; vtinam illud potius omnipotens deus & vniuerſorum creator: ſed vnius domini noſtri Ieſu chriſti pater: etati meę & tempori prę̨ſtitiſſes: vt hoc confeſſiōis meę & tempori prę̨ſtitiſſes: vt hoc confeſſionis meæ in te atq; vnigenitum tuum miniſterium Neronianis Decianiſue temporib⁹ expleſſem. Nec ego per miſericordiam domini: & dei filii tui Ieſu chriſti: calens eculeū metuiſſem: qui deſectum Iſaiam ſciſſem: Nec ignes timuiſſem: inter quos hæbreos pueros cantaſſe meminiſſem. Nec

crucem & fragmenta crurum meorum vitaſſem: poſtq̄ in paradiſum tranſlatum latronē recordaret. Nec profundum maris & pontici eſtus abſorbentem rheumam trepidaſſem cum per Ionam & Paulum docuiſſes fidelib⁹ eſſe in mari vitam. Aduerſus abſolutos enim hoſtes tuos fœlix mihi illud certamen fuiſſet: quia nec dubium relinqueretur quin perſecutores eſſent qui ad negādū te poenis ferro igni cōpellerent. Ne ꝓ id teſtificandū pl⁹ tibi nos: q̄ mortes noſtras liceret impendere. Pugnaremus enim nos palam & cū fiducia cōtra negantes contra torquentes cōtra iugulātes: & nos populi tui: tanq̄ duces ſuos: ad confeſſionis religionem intelligentia perſecutionis publicę cōmitarentur. At nunc pugnamus contra perſecutorem fallentem: contra hoſtem blandientem: cōtra Cōſtantium antichriſtum: qui nō dorſa cędit: ſed vētrem palpat. Non proſcribit ad vitam: ſed ditat in mortem. Non trudit carcere ad libertatem: ſed intra palatium honorat ad ſeruitutem. Non latera vexat: ſed cor occupat. Non caput gladio deſecat ſed animam auro occidit. Non ignes publice minatur: ſed gehennam priuatim accendit: non contēdit ne vincatur: ſed adulatur: vt dominet. Chriſtum confitetur vt neget. Vnitatem procurat ne pax ſit. Hæreſes comprimit ne chriſtiani ſint. Sacerdotes honorat: ne epiſcopi ſint. Eccleſiæ tecta ſtruit: vt fidem deſtruat. Te in verbis te in ore circunfert: & omnia omnino agit: ne tu vt deus: ita pater eſſe credaris. Ceſſet itaq; maledictorum opinio & mēdacii ſuſpitio. Veritatis enim miniſtros decet vera proferre. Si falſa dicimus: infamis ſit ꝑmo maledicens. Si vero vniuerſa hæc manifeſta eſſe oſtendim⁹: non ſumus extra apoſtolicam libertatem & modeſtiam: poſt longum hæc ſilentium arguentes. Sed temerarium me forte quiſq̄ putabit: quia dicā Cōſtantium antichriſtum eē. Quiſquis petulantiam iſtud magis q̄ conſtātiam iudicabit: relegat primum Ioannem dixiſſe ad herodē Non tibi licet facere iſtud. Sciat a martyre eſſe dictū regi antiocho. Tu quidem iniqu⁹ de preſēti vita nos perdes: ſed rex mundi defunctos nos ꝓ ſuis legibus in æternam vitam in reſurrectione ſuſcitabit. Et ruſum beata fideliq; voce alium increpaſſe. Poteſtatem inquit inter homines habens: cum ſim corruptibilis: facis qđ vis. Noli autē putare genus noſtrum a deo eſſe derelictum. Patienter ſuſtine & vide: magna poteſtas qualiter te & ſemē tuū torquebit. Et quidem ita pueri. At vero fœmina nihil minus perfectis & beatis viris locuta eſt dicēs. Tu vero qui inuentor omnis malitiæ factus es in hebreos: non effugies manum dei. Si enim nobis viuis propter increpationem & correptionem dominus modicum iratus eſt: ſed iterum recordabiť ſeruis ſuis. Non eſt iſtud temeritas ſed fides: neq; inconſideratio ſed ratio neq; furor ſed fiducia. Proclamo tibi Conſtanti qđ Neroni locuturus fuiſſē. Quod ex me Deci⁹ & Maximian⁹ audirent. Cōtra deum pugnas contra eccleſiam ſęuis: ſanctos perſequeris: prædicatores chriſti odis: religionem tollis tyrannus non iam humanorum ſed diuinorum. Hæc tibi a me atq; illis ſocia atq; communia ſunt. At vero nūc propria tua accipe. Chriſtianū te mentiris: chriſti nouus hoſtis es: antichriſtum preuenis & arcanorū myſteria eius operaris. Condis fides: contra fidem viuens. Doctor prophanorum es: indoctus piorum es. Epatus tuos donas: bonos malis demutas. Sacerdotes cuſtodię mandas: exercitus tuos ad terrorem eccleſiæ diſponis. Synodos contrahis & occidētalium fidem ad impietatem compellis: Cōcluſos vrbe vna minis terres: fame debilitas: hyeme conficis: diſſimulatiōe deprauas: Orientales autem diſſenſiones artifex nutris: blandos elicis fautores inſtigas: veterū turbatores: prophanus nouorum es. Omnia ſęuiſſima ſine inuidia glorioſarum mortium peragis. Nouo inauditoq; ingenii triumpho de diabolo vicis: & ſine martyrio perſequeris. Plus crudelitati veſtrę Nero Deci Maximiane debem⁹. Diabolū enim per vos vicimus: ſanctus vbiq; beatorū martyrum ſanguis exceptus eſt. Dū ī iis dęmones mugiūt: dū egritudines depellūtur: dum admirationū opera cernūtur: eleuari ſine laqueis corpora: & ſuſpēſis pede fœminis veſtes nō defluere in faciē: vri ſine ignibus ſpiritus: confiteri ſine interrogantis incremento fidei. At tu omnium crudelitatem crudeliſſime dāno maiore in nobis: & venia minore deſęuis: Subtepis nomine blandimēti: occidis ſpecie religionis. Impietatem peragis: xp̄i fidē chriſti mendax prędicator extinguis. Non relinqs ſaltem miſeris excuſationes: vt æterno iudici ſuo pœnas & aliquas laniatorum corporum pręferāt

cicatrices: vt infirmitas defendat neceſſitatē. Sceleſtiſſime mortaliū omnia pſecutionis mala ita tēperas: vt excludas & in peccato veniā: & in cōfeſſiōe martyriū. Sed hęc ille pater tuꝰ artifex humanarū mortiū docuit vincere ſine cōtumacia: iugulare ſine gladio: pſequi ſine infamia: odire ſine ſuſpitione: mētiri ſine intelligentia: pſiteri ſine fide blandiri ſine bonitate: agere q̄d velis: nec manifeſtare quæ velis. Sed me ipſe vnigenitꝰ deꝰ quē in me pſeq̄ris: admonuit: ne tibi crederē: neq; me hoc fallax in te emētitūq; nomē illuderet: dicēs. Non oīs q dicit mihi dñe dñe: intrabit in regnū cęlorū: ſed q facit volūtatē patris mei: q in cęlis eſt: hic intrabit in regnū cęlorū. Agnoſci ſine nūc diuinę i te pphetię veritatē: & dñicę ſententię fidē: qua non pſeſſio noīs in cęleſte regnū: ſed obedientia paternę volūtatis admittit! At vitę tu ſi preferēs nomē dñi in verbis: volūtatē efficias dei patris in rebus. Clamat ille. Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectus: in quo mihi bene cōplacui: Et tu decernis nō eſſe filiū: neq; eē patrē: ſed adoptionis nomina: externas nuncupationes: & ſimulātē de ſe oīa deū nouus hodie religionis diuinæ pſecutor inducis. Ante hac patres tui i ſolū xp̄m hoſtes fuerūt. Tu autē ad patrē deū certas vt mendax ſit: vt fefellerit: vt hoc de ſe profeſſꝰ ſit q̄d nō eſſet: quaſi neq; eſſe poſſit. Clamat filiꝰ. Ego & pater vnū ſumꝰ. Et operibꝰ meis credite q̄a pater in me: & ego in patre. Et q̄ patris ſūt: mea ſūt. Tu xp̄m obiurgas veritatis. Tu patrē arguis pſeſſionis. Emēdas deū hō. Vitam moderatris corruptio: & nox lucē illuminas: & pmulgas ſidē infidelis: & pietatē impius mentiris: & orbē pphana ſimulate cōmutas: negās hoc de deo q̄d ipſe pſeſſꝰ ē Sed p̄ter hāc emēdationē falſitatis: alīd me dñs ad itelligēdū te: dictū docuit dicēs. Attēdite a pſeudo pphetis q veniūt: ad vos in veſtimētis ouiū ab itꝰ aūt ſūt lupi rapaces: a fructibꝰ eorū cognoſcetis eos. Eſt. n. aliqd i corde q̄d diſſimulat̄ in vultu: & velatū mēte & ouē putantes: lupū ſenſerūt. Si quę ouiū ſunt: agunt: credant̄ & oues eſſe: Si aūt rapacia luporū ouēs pagūt: lupi eſſe p opus ſuum intelligunt̄. Ex geſtorū fructu: veſtimētorū ſpecies arguit̄: Teſtem ouis tuę lupe rapax cernimus. Auro reipubli. ſanctū dei honoras: & vel detracta templis: vel publicata edictis vel exacta poenis deo ingeris: Oſculo ſacerdotes excipis: quo & xp̄s eſt traditꝰ. Caput benedictioni ſūmittis vt ſidē calces. Cōuiuio dignaris: ex quo iudas ad proditionē egreſſꝰ eſt: cenſū capitū remittis: quē chriſtus ne ſcandalo eſſet exoluit. Vectigalia Ceſar donas: vt ad negociationem chriſtianos inuites. Quæ tua ſūt: relaxas: vt q̄ dei ſūt: amittant̄. Hæc tua falſa ouis: indumēta ſūt. At nūc fructꝰ operū tuorū lupe rapax audi. Neq; alia potiuſq̄ quæ geſta ſūt in eccleſia: refero: vt tyrānidē aliā p̄ter q̄ dei referrē. Nō quia cauſā ignoro: ſed tñ querela famoſa eſt. Iuſſos a te ep̄os eſſe quos cōdemnare nullus audebat: etiā nūc in eccleſiaſticis frōtibꝰ ſcriptos metallicę dānatiōis titulo recenſeri! Adeſt mecū Alexādria tot cōcuſſa bellis tātū cōmotarū expeditionū pauēs tumultū. Breuiꝰ eñ magis aduerſū perſam q̄ aduerſū eā armis certatū ē. Mutati pfecti: electi duces: corrupti populi: cōmotę legiōes ne ab athanaſio xp̄s p̄dicaret̄. Taceo de minoribꝰ populis & ciuitatibꝰ: quibꝰ p totū orientē aut terror aut bellū eſt. Poſtq̄ oīa cōtuliſti arma aduerſū fidem occidētis: & exercitus tuos cōuertiſti i oues xp̄i: fugere mihi ſub Nerone licuit. At tu Paulinū beatæ paſſionis virū blādimēto ſolicitatū relegaſti: & eccleſiā ſanctā Treuerorū tali ſacerdote ſpoliaſti. Edictis fidē terruiſti: xp̄m vſq; ad mortē demutaſti exiliis & fatigaſti: extra chriſtianū quoq; nomē relegaſti: ne panē aut de horreo tuo ſumeret: aut de mōtanę maximillęq; antro pphanatū expectaret. Mediolanēſē piiſſimā plębē: quā tu furore terroris turbaſti: tribuni tui adierūt: ſancta ſāctorū: & viā ſibi oī per populū crudelitate pādentes: ptraxerūt de altario ſacerdotes Leuius te putas ſceleſte iudęorū ipietate peccaſſe! Effuderūt q̄dē illi zacharię ſāguinē: ſed q̄tū i te ē: cōcorporatos xp̄o: a xp̄o diſcidiſti. Vertiſti deiñ vſq; ad romam bellū tuū: eripuiſti illic ep̄m: & ↄ te miſerū: qui neſcio virū an maiore impietate relegaueris: q̄ remiſeris. Quos tu deinde in eccleſiam Toloſſanā exercuiſti furores! clerici fuſtibꝰ cæſi: diacones plumbo eliſi: & in ipſū vt ſanctiſſimi mecum intelligāt in ipſū xp̄m manꝰ miſſę. Hæc Cōſtāti ſi ego mētior: ouis es: ſi vero tu pagis: antichriſtꝰ es. Nū quia hęc quę conſciētię publice tenent̄: nō magis a me maledicta ſunt dicta: q̄ vera: ſicut in chriſto ſpecies reliqua eſt! Si quis iudicii diē metuit: ſi quis diabolo renunciauit: ſi quis ſe regeneratum in vitam

recordať:accipiat quę dico:& de his iudicet quo-
mõ in ſe iudicãdũ eſt .Quę.n.dicturus ſum: non
aliũde cognoui:ſed ipſe audiui:& pñs affui cũ ge
rebãtur In chriſto itaq; nõ mẽtior:qa diſcipulꝰ ve
ritatis aſſiſto oriẽtaliũ i Seleucia ſynodo:vbi tẽp-
peri tñ blaſphemorũ q̃tũ Conſtãtio placebat. Nã
poſt ſeceſſionẽ meã deprẽhẽdi vt xpm Ieſũ epĩ ho
moeouſion ideſt diſſimilis eſſẽtię ꝓteſtarẽtur. Soli
egyptii ꝑter Alexãdrinũ hęreticũ homouſion cõ
ſtantiſſime obtinerẽt Cogẽte itaq; Leona comite:
in vnũ oẽs cõgregati ſũt ex iis q homouſion ꝑdica
bãt. Aliq eorũ nõnulla pie verbis pręferebãt:q̃d &
ex deo eſſet.i. de ſubſtãtia dei filꝰ:& ſemp fuiſſet
Qui vero homoeouſion defendebãt:nihil niſi ꝓ-
phaniſſimũ aſſerebãt. Negãtes qcq̃ ſubſtãtiæ dei
ſimile eſſe poſſe. Neq; de deo poſſe exiſtere genera
tionẽ:ſed eſſe xpm creaturã. Ita q; creatꝰ eſt:id ei
natiuitas deputareť. Ex nihilo aũt eſſe:& idcirco
nõ eẽ filiũ nec deo ſimilẽ. Loquor aũt vobis q̃d ego
ipſe recitari in conuẽtu publicę audiui:q̃d ꝑdicatũ
antiochię exceptũ habebať .Hæc ergo ita dicta eẽ
ab eo cõmemorabanť. Erat deus q̃d eſt:pater non
erat qa neq; ei filꝰ:nã ſi filꝰ:neceſſe ẽ:vt & fœmi-
na ſit:& colloq̃ũ:& ſmonis cõpũctio cõiugalis ver
bi:& blãdimẽtũ:& poſtremũ ad generãdũ natura
lis machinula. O miſeras aures meas:quę tã fune
ſte vocis ſonũ audierũt hęc de deo ab hoie dici:&
de xpo i eccleſia ꝑdicari. Poſt multas aũt iſtiuſmo
di ipietates:cũ patrẽ & filiũ ex nominibꝰ potiuſq̃
ex natura cõparaſſet ait. Q̃tũ em̃ filius ſe extẽdit
cognoſcere patrẽ: :tñ pater ſupextẽdit ſe:ne co-
gnitus filio ſit. Quibus recitatis tumultꝰ exortus
eſt. Cũ aũt intellexiſſent & ii q diſſimilẽ deũ dicũt
humanas aures tantę ipietatis verba ſuſcepturas
nõ eſſe:rurſũ ii ipſi palatio potius q̃ eccleſię epĩ:fi-
dẽ ſcribũt homouſion & homoeouſion diſſimili-
tudinẽ dãnãt. Q̃d cũ cõtrariũ ipſis ſenſu audiẽtiũ
eſſet:ipſe ego quẽdã eorũ qui forte ad me ꝑtentã-
dũ acceſſerat:quaſi ignorãs rerũ geſtarũ ꝑcũctatꝰ
ſum:quid ſibi vellet iſtud. Vt quinã ſubſtãtiã filii
eſſe cũ patre dãnaſſẽt:vel eſſe ſimilis ſubſtãtię de-
negaſſẽt:diſſimilitudinẽ damnarent. Tunc mihi
ait. Chriſtũ deo ſimilẽ nõ eſſe:ſed ſimilẽ patri eſſe.
Rurſꝰ hoc obſcurꝰ mihi adhuc videbať. De quo
cũ iterũ interrogarẽ:tunc hęc ita locutus eſt. Dico
eum diſſimilem deo eſſe:ſimilem patri poſſe intel
legi:qa pater voluiſſet creaturã iſtius modi creare:
quę ſimilia ſui vellet:& idcirco ſimilẽ prĩ eſſe:quia
volũtatis eſſet potiꝰ filius q̃ diuinitatis. Diſſimilẽ
aũt deo eſſe:qa neq; deus eſſet neq; ex deo ideſt de
ſubſtantia dei natus eſſet. Hec audiens hebui ne
q; credidi : donec cum publice ex conſenſu om-
omnium eorum ꝓphaniſſimę huius ſimilitudinis
ratio prędicareť. Ii autẽ qui homoeouſion ꝑdica-
bãt:oẽs eos qui maxime ſine aliquo impietatis pu
dore impudentiſſime hęc loquebanť:cõdemnaue
runt. Cõdẽnati ad regẽ ſuũ aduolauerũt:excepti-
q; honorifice ipietates ſuas quãta potuerũt ambi
tione cõfirmauerũt. Similẽ deo eẽ:vel ex deo natũ
vel naturalẽ eẽ filiũ denegantes:Pauci plurĩũ dã-
nati ſũt:Cõſtancius tẽs blaſphemię ſuę:metu ex-
torſit exilii. Viciſſe ſe iã oriẽtales gloriatus:qa de-
cẽ legatos volũtati ſuę ſubdidiſſet. Cõminatus &
populo ꝑ ꝑfectũ & epĩs intra palatiũ : ꝑ maximas
oriẽtis ciuitates hęreticos epos ſubrogatos cõmu
nione hęretica muniuit. Nihil prorſus aliud egit:
q̃ orbẽ terrarũ ꝓ quo xps paſſus ẽ:diabolo cõdona
ret. Vtiť autẽ etiã nũc:vt cęteris ante:artis ſuę cõ
ſuetudine:vt per recti ſpeciem praua cõfirmet:&
per rõnis nomen inſana cõſtituat. Nolo inq̃t ver-
ba quę nõ ſũt ſcripta dici. Hoc tãdem rogo qs epĩs
iubeat? & quis apoſtolicę ꝑdicationis vetet formã
Dic priꝰ:ſi recte dici putas. Nolo aduerſũ noua ve
nena nouas medicamẽtorũ cõpationes. Nolo ad
uerſũ nouos hoſtes noua bella. Nolo aduerſum
nouas inſidias cõſilia recentia. Si.n.ariani hęretici
idcirco homouſion hodie eultãt:quia prius nega-
uerũt:nõne tu hodie idcirco refugis:vt ii nũc quo
q; denegẽt? Nouitates vocum:ſed & ꝓphanas de
uitari apoſtolꝰ iubet. Tu cur pias excludis? cum ꝑ
ſertim ab eo dictum ſit oĩs ſcriptura diuinitus in-
ſpirata vtil’is ẽ. Innaſcibilẽ ſcriptũ nunq̃ legis. Nũ
quid ex hoc negãdũ erit:qa nouũ eſt? Decernis ſi-
milẽ patri filiũ. Euãgelia nõ ꝑdicant. Quid eſt q̃d
nõ refugis hoc voce? In vno nouitas eligiť:in alio
ſubmoueť. Vbi impietatis occaſio patet: nouitas
admittiť. Vbi aũt religionis maxima & ſola cau-
tela eſt:excludiť. Sed diabolici ingenii tui fallentẽ
ſubtilitatẽ nõ tacebo:ſimilẽ (q̃d ſcriptum nõ eſt)
patri filiũ decernis ꝑdicari:vt ęqualẽ xpm deũ:q̃d
eſt ſcriptũ:taceas. Domini.n.mortis hæc cauſa ẽ.
Propter hoc magis iudęi quęrebãt eũ occidere: qa

te: quā tu falſis opinionibus infamatā ꝑturbas: & cōtra humanū diuinū ꝗ iudiciū cū paucis ſatellitibus tuis ꝓphanis impugnas. Sed nō licet tibi nūc regno potenti etiā in poſterū ꝑiudicare. Extant. n. litterę qbꝰ id qd tu criminoſum putas: pie tūc eſſe ſuſceptum docetur. Audi verborū ſanctā intelligentiā. Audi eccleſię imperturbatā conſtitutionē Audi patris tui ꝓfeſſā fidē. Audi humanę ſpei cōfidētē ſecuritatē. Audi hęretice dānationis publicū ſenſū: & intellige te diuinę religionis hoſtē: & inimicū memoriis auctorū: & paternę pietatis hęredē rebellem. Pater eſt: ex quo oē qd eſt: cōſiſtit. Ipſe in xp̄o & ꝑ xp̄m: origo oīm. Cęterū eſſe eius in ſeſe eſt. Nō aliūde ꝙ eſt ſumens: ſed id qd eſt: ex ſe atq; in ſe obtinens. Infinitꝰ: qa nō ipſe in aliquo: ſed intra eū oīa. Semper extra locū: qa nō continetur in loco: Semꝑ ante euū: qa tēpꝰ ab eo ē. Curre ſēſu ſi qd ei putas vltimū eſſe: eū ſēper īuenies. Qualecū ſēper itēdas: ſēp eſt quo ītēdas Sēper āt locū eiꝰ ītēdere: ita tibi ē: vt ei eē ſēp fine fine ē. Sermo ī eo deficiet: non naſa claudet. Iterū reuolue tēpora: eē ſēp īuenies. Et cū numerꝰ calculi in ſermone defecerit: deo tn̄ ſemp eē nō deficit. Intelligētiā cōmoue & totū mēte cōplectere: nihil tenes. Totū hoc habet reliquū. Reliquū āt hoc. Semꝑ in toto ē. Ergo neq; totū ei ē: cui reliquū ē: neq; reliquū ē: cui ē: oē qd totū ē: Reliquū. n. portio ē. Oē vero qd totū eſt. Deꝰ āt & vbiq; ē: & totꝰ vbiq; eſt. Ita regionē intelligētię excedit: & extra quē nihil eſt: & cuiꝰ ē ſemꝑ vt ſemꝑ ſit Hęc veritas eſt ſacramenti: dei: hoc ipſpicabilis: naturę nomē in pr̄e. Deꝰ iuiſibilis: ineffabilis: infinitꝰ: ad quē & eloquēdū ſmo ſileat: & inueſtigādū ſenſꝰ hebeſ: & cōplectēdū ītelligētia coarcteſ. Volēs itaq; filiꝰ huiꝰ natiuitatis ſuę fidē facere factorū ſuorū nobis poſuit exēpla: vt ꝑ ienarrabiliū geſtorū ſuorū efficiētiā: de virtute natiuitatis inenarrabilis doceremur cū aqua fit vinū: cum quinq; panes ſaturatis qnq; milibus virorū: excepto ſexu & etate reliqua: replēt fragmentis cophinos duodeci. Res cerniſ & neſcitur: fit & nō intelligiſ. Ratio nō appręhēdiſ: effectꝰ ingeriſ. Stultū ē āt calūniā in eo inquiſitionis intendere: in quo cōꝑhēdi id vnde ꝗriſ ꝑ naturā ſuā nō pōt. Vt. n. inenarrabilis eſt pr̄ in eo ꝙ igenitꝰ ē: ita enarrari filius in eo ꝙ vnigenitꝰ ē: nō pōt: qa īgeniti ē imago qui genitus eſt. Tū. n. ſenſu atq; verbis imaginē appręhendamꝰ neceſſe eſt: cū eum cuiꝰ imago eſt cōſequamr. Sed inuiſibilia ꝑſequimur: & incōprehēſibilia tentamꝰ: qbꝰ intelligētia ad cōſpicabiles res & corporeas coarctaſ. Non erubeſcimus ſtultitię: nō noſmetipſos irreligioſitatis arguimꝰ: dei arcanis: dei virtutibus calūniātes: quomodo filiꝰ: & vnde filiꝰ: & quo dāno patris: vel ex qua ſit portione natꝰ inquirimus: Habueras in exēplo operationū vt crederes deū efficere poſſe: quorū ītelligere efficientiā nō poſſis. Quęris quomō ſm ſp̄m natꝰ ſit filiꝰ. Ego te de corporeis rebus interrogo. Nō qro quomodo natꝰ ex virgine ſit. An detrimētum ſui caro ꝑfecti ex ſe carnē generās ꝑpeſſa ſit: & certe nō ſuſcepit qd edidit: ſed caro carnē ſine elemētorū noſtrorū pudore ꝑuexit: & ꝑfectū ipſa de ſuis nō iminuta generauit. Et qdē fas eſſet nō ipoſſibile in deo opinari qd ꝑ virtutē eiꝰ poſſibile fuiſſe in hoīe cognoſcimꝰ. Sed te qſquis es iniueſtigabilia ſectātē: & diuinorū ſecretorū atq; virtutū grauē arbitrū cōſulo: vt mihi imperito & tm̄ de omnibꝰ deo vt ſunt ab eo dicta credēti: rationē ſaltem facti iſtius afferas. Dn̄m audio & quia iis credo quę ſcripta ſunt: ſcio iā poſt reſurrectionē frequēter videndū ſe in corpore ꝓbuiſſe: multis nō credētibus Credo Thome nō niſi cōtrectatis eiꝰ vulneribus crediturо: ſicut ait. Niſi videro in manibus eius fixurā clauorū & miſero digitū meū in locū clauorū: & mittā manū meā in latꝰ eius: nō credā: Dn̄s ſe ad oēm itelligētię noſtrę imbecillitatē accōmodat: & dubitationi infideliū ſatiſfacturus: arcanū virtutis īuiſibilis operaſ: Facti rōnē: qſqs eris: cęleſtiū rerū ſcrutator: expone. Erāt diſcipuli iclusi: & ſecreto pꝰ paſſionē dn̄i cōiūcti cōſederāt. Dn̄s thome fidē ꝓpoſitis cōditionibꝰ cōfirmaturꝰ aſſiſtit palpādi corporis & cōtrectādi vulneris obtulit facultatē: Et vtiq; q cōpūctꝰ recognoſcendꝰ ſit: neceſſe eſt vt corpꝰ in quo ē cōpūctꝰ attulerit. Quęro ergo ꝑ quas clauſę domꝰ ꝑtes ſeſe corporeꝰ intulerit. Diligēter. n. euāgeliſta expſſit dicens. Venit Ieſus ianuis clauſis. & ſtetit in medio diſcipulorū ſuorum. An conſtructa parietum penetrans: & ſolidā lignorum naturā impenetrabilē tranſcurrit! Stetit: nāq; corporeꝰ: nō ſimulatus aut fallax. Sequātur ergo oculi mentis tuę penetrātis ingreſſū & cum eo clauſam domū intelligētię tuę viſus introeat Integra ſūt oia & obſerata: ſed ecce aſſiſtit

loſophiæ tortuoſas quęſtiões abiicere: & ſectari po
tius fidem quę in deo eſt: quia ſenſum infirmũ faci
le fidei ſuæ præſidio ſophyſma ſyllogiſticæ inter-
rogationis exueret: cum captioſa propoſitio reſpõ
ſionem ſimplicem: ſibiq; ſecundum interrogatio
nem rerum obſecũdantẽ ad vltimũ iam ſenſus ſui
interrogatione ſpoliaret: vt qđ profeſſione amiſiſ-
ſet: id iam conſcientia non teneret. Quid eñ tam
neceſſario interrogationi obſecundabit: q̃ vt cum
a nobis quęrat: eſt ne aliquid anteq̃ naſcit? In pro-
feſſione noſtra ſit non fuiſſe anteq̃ naſcitur? Neq;
eñ aut in natura aut in neceſſitate eſt: vt qđ eſt na
ſcatur: cum naſci quid ob id tantum vt ſit: non qa
erat: neceſſe ſit. Qꝫ cum conceſſum fuerit a nobis:
quia recte conceditur: exuti fidei ſciẽtia: capti iam
impiis atq; alieni ſtudiis acquieſcemus. Qꝫ proui-
dens ante beatus Paulus apoſtolus: ſicut frequen-
ter oſtẽdimus: vt caueremus admonuit dicẽs. Vi-
dete nequis vos ſpoliet per philoſophiam & inanẽ
deceptationẽ: ſecundum traditionem hominũ: ſe
cundum elementa mundi & non ſecundũ chriſtũ:
in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corpo
raliter. Cauendum igit̃ aduerſum philoſophiam ẽ
& humanarum traditionum nõ tam euitanda ſũt
ſtudia q̃ refutanda. Neq; eñ iis ita concedendũ ẽ;
quaſi vincant potius q̃ fallant. Quia nos chriſtum
dei virtutem & dei ſapientiam prædicantes: equũ
eſt humanas doctrinas non tam defugere q̃ refel-
lere: & ſimpliciores ne ab iis ſpolientur: & obſtruere
& inſtruere. Nam cũ poſſit omnia: & ea omnia ſa-
pienter deus poſſit: & nec virtuti eius ratio: nec ra
tioni virtus obſiſtat: oportet eos qui chriſtum præ
dicant mundo: irreligioſis mundi imperfectiſq; do
ctrinis per ſcientiam ſapientis omnipotentię con-
traire. Secundum illud beati apoſtoli dictum. No
ſtra eñ arma non ſunt carnalia: ſed potentia deo:
ad deſtructionem munitionum: rationes deſtruẽ-
tia: & omnem altitudinem eleuatã aduerſum co-
gnitionem dei. Fidem non nudam apoſtolus atq;
inopem rationis reliquit: quæ q̃uis potiſſima ad ſa
lutem ſit: tamen niſi per doctrinam inſtruatur: ha
bebit quidem inter aduerſa tutum refugiendi re-
ceſſum: non etiam retinebit conſtantem obniten-
di ſecuritatẽ. Eritq; vt infirmioribus ſunt poſt fu-
gam caſtra non etiam vt caſtra habentibꝰ adeſt in
territa fortitudo. Contundendę ſunt ergo inſolen
tes aduerſum deum diſputationes: & deſtruenda
rationum fallacium munimenta: & eleuata ad im
pietatem ingenia conterenda. Nec carnalibus ar-
mis ſed ſpiritualibus: nec terrena doctrina: ſed cæ-
leſti ſapientia. Vt quanta rerum diuinarũ huma-
narumq; diſcretio eſt: tantum vltra terrena ſtudia
ratio cęleſtis excedat. Ceſſet itaq; ſolicitudo perfi-
dię. Neq; negare nos quia ipſa non intelligit exiſti
met: qđ ſolum a nobis bene & intelligitur & credi-
tur. Nam ipſa ſermonum enunciatione: cum na-
tum confitemur: non tamen non natum prędica-
mus. Neq; enim idipſum eſt: non natum atq; na-
ſci. Quia illud ab altero: hoc vero a nemine eſt. Et
aliud eſt ſine auctore eſſe ſemper æternũ aliud qđ
patri id eſt auctori eſt coęternum. Vbi enim pa-
ter auctor eſt: ibi & natiuitas eſt. At vero vbi au-
ctor æternus eſt: ibi & natiuitas æterna eſt. Quia
ſicut natiuitas ab auctore eſt: ita & ab æterno au-
ctore eterna natiuitas eſt. Omne autem qđ ſemꝑ
eſt: & æternum eſt. Sed tamen non omne qđ æter-
num eſt: etiam innatum eſt. Quia qđ ab ęterno na
ſcitur: habet æternum eſſe qđ natum eſt. Qꝫ autẽ
non natum eſt: id cum æternitate non natum eſt.
Qꝫ vero ex æterno natum eſt: id ſi non æternum
natum eſt: iam non erit & pater auctor æternus.
Siquid igitur ei qui ab æterno patre natus eſt: ex
æternitate defuerit: id ipſum auctori non eſt am-
biguum defuiſſe: quia qđ gignenti eſt infinitum:
infinitum eſt etiam naſcenti. Medium enim quid
inter natiuitatem dei filii & generationem dei pa-
tris nec ratio nec ſenſus admittit. Quia & in gene
ratione natiuitas eſt: & in natiuitate generatio eſt
Qꝫ vtrunq; ſine interuallo ſui eſt: quia ſine vtroq;
neutrum eſt. Qđ ergo niſi ex vtroq; non conſiſtit:
id in omnibus niſi vtrunq; non permanet: quia in
aliquo alterum non relinquatur: qđ id ipſum alte
rum in aliquo non poſſit eſſe ſine altero. Sed inqui
et quiſq̃ diuini huius incapax ſacramenti. Omne
qđ natum eſt: nõ fuit: quia in id natum eſt: vt eſſet.
Et quis igitur ambiget quin quæ in rebus huma-
nis nata ſunt: aliquando non fuerint? Sed aliud eſt
ex eo naſci qui non fuit: aliud ex eo natũ qui ſemꝑ
eſt. Infantia enim omnis cum antea non fuiſſet:
cœpit ex tempore. Quæ rurſum in pueritiam ex-
creſcens: poſt etiam adoleſcentiam coegit in pa-
trem: & non ſemper pater eſt: qui ante in adoleſcẽ

tiam per pueritiam: & in pueritiam per infantiam
ceptam profecerit. Ergo qui non ſemper pater eſt
non ſemper & genuit. Vbi autem ſemper pater eſt
ſemp & filius ē. Si itaq habes in cognitiōe vel ſen-
ſu deum in cuius cognitionis ſacramento propriū
eſt qd pater eſt: non ſemper patrem eſſe filii vnige-
niti: habes & in intelligentia & ſcientia: non ſemp
filium eſſe qui genitus eſt. Qd ſi ſemper patri pro-
prium eſt qd ſemper eſt pater: neceſſe eſt filio ſem-
per proprium eſſe qd ſemper eſt filiꝰ. Et quomodo
in ſermonem noſtrum atq intelligentiam cadet:
vt non fuerit anteq̄ naſceretur: cui proprium eſt:
ſemper eſſe qd natus eſt: Formam itaq atq imagi
nem: inuiſibilis dei vnigenitus in ſe deus continēs
in omnibus iis quæ propria deo patri ſunt: per ple-
nitudinem veræ in ſe diuinitatis æquatur. Nam vt
ſuperioribus libris docuimus: per virtutem & ve-
nerationem ſicut pater & honorandus & potens
eſt: ita & in eo qd pater ſemper eſt: ei quoq in eo qd
filius eſt: filio ſemper eſſe commune eſt. Nam ſe
cundum ad Moyſen dictum miſit me ad vos qui
eſt: deo proprium eſſe id quod eſt: non ambigens
ſenſus eſt; quia id quod eſt: non poteſt intelligi di-
ciq nō eſſe. Eſſe eñ & nō eſſe: cōtraria ſūt: neq ē æ
diuerſæ ſignificatiōes in vnū atq idē coeunt: quia
manēte alia: altera nō erit. Ergo vbi eſſe eſt: nō pōt
vel ſenſū vel ſermonē inire nō eſſe. Senſui nr̄o re-
troacto ſempq reuocato ad intelligentiam eius q
eſt: deo id ipſum tantum quod ē dei: ſemp anteriꝰ
ē: q̄a id qd infinitum in deo eſt: ſemper infinitum ſe
ſenſus noſtri recurſui ſubtrahat. Vt ante id qd pro
prium deo eſt: ſemper eſſe: aliquid aliud intentio re
troacta non capiat; quia nihil aliud vltra ad intel-
ligendam dei æternitatem procedat: q̄ deum ſem
per eſſe ſemper occurrat. Qd igitur & per Moyſen
de deo ſignificatum: & per communem ſenſum ni
hil aliud nobis intelligendū permittitur: id ipſum
vnigenito deo eſſe proprium euangeliſta teſtatur:
cum in principio erat verbum: & cum apud deum
hoc erat: & cum lumen verum: & cum vnigenitus
deus in ſinu patris eſt: & cum Ieſus chriſtus ſuper
omnia deus eſt. Erat igitur atq eſt: quia ab eo eſt:
qui qd eſt: ſemper eſt. Ab eo autem eſſe: id eſt ex pa
tre eſſe: natiuitas eſt. Eſſe autem ſemper ab eo: qui
eſt ſemper: æternitas eſt. Aeternitas vero non ex ſe

ſed ex æterno. Ex æterno autem nihil aliud q̄ æter
num. Qd ſi non æternum: iam nec pater: qui gene
rationis eſt auctor: æternus eſt. Qd ſi illi patrē ſem
per eſſe: atq huius filiū ſemper eſſe proprium eſt:
& in eo qd eſt: ſignificatur æternitas: per id quoq
cui qd ē: proprium eſt: proprium eſt & æternum.
Nemini autem dubium eſt quin generatio ſignifi
cet natiuitatem: & natiuitas manentem doceat:
non etiam non manentem. Porro autem ambigi
non poteſt: neminem qui erat naſci. Nam naſcen-
di ad eū non proficit cauſa: qui per ſe maneat æter-
nus. Sed vnigenitus deus: qui & dei ſapiētia & dei
virtus & verbum eſt: cum natus ſit: patrem teſta-
tur auctorem. Cum ex manente natus eſt: non eſt
natus ex nihilo. Et cum ante tempora æterna na-
tus: omnem ſenſum neceſſe eſt naſcendo præueni
at: nō reliquit verbis: vt non fuerit anteq̄ naſceret.
Si enim ſenſui noſtro ſubiacet vt non fuerit anteq̄
natus eſt: iam ante natiuitatem eius vt ſenſus no-
ſter & tempus anteriꝰ eſt. Quia omne qd non fuit
iam & ſenſui obnoxium eſt & tempori: in ea ipſa ſi
gnificatione qua non fuit. Quia non fuiſſe: pars tē
poris eſt. Qui autem ab æterno eſt & ſemper fuit:
dum & ſemper fuiſſe: ſupra tempus eſt: & natum
eſſe natiuitas eſt. Natum itaq vnigenitum deum
ſed natum ante tēpora æterna confitemur. Quia
confiteri neceſſe eſt: in qd nos apoſtolicarum atq
propheticarum prædicationum dicta concludunt:
cum tamen ſenſus humanus intelligentiam intē-
poralis natiuitatis non apprehendat: quia aliqd
in naturis terrenis ante tempora natum eſſe nō cō
petit. Qd cum ita a nobis prædicabitur: quo mo-
do rurſum eiuſdem intelligentiæ complexu: non
fuiſſe anteq̄ naſcitur dicemus: cum ſecūdum apo-
ſtolū ante tēpora æterna ſit vnigenitꝰ deus. Si igit
natū an̄ tēpora æterna nō ratio hūanę intelligētiæ
ſed prudētię fidelis profeſſio ē: quia & natiuitas p
auctorē ē: & qd tēpora excedit: æternū eſt: & extra
ſenſum terrenū eſt qd ante tēpora æterna ſit natū:
certe iā impia volūtate ſenſū hūanę ratiōis extolli-
mꝰ: vt p intelligētiā mūdi naſcat æternū. Aeternū
aūt ē: qcqd tēpꝰ excedit. Tēpora eñ oīa vel opinio
ne cōplectimur vel ſciētia: cū qd nūc ē ſcimꝰ nō ēe
pridie fuiſſe. Quia qd pridie fuerit nūc n̄ ſit. Qd āt
ē: nūc tm̄ ſit: n̄ & pridie fuerit. opiniōe vero ita meti

mur: vt ante vrbem aliquã inſtitutam: etiã non ambigatur tempus fuiſſe: quo vrbs inſtituta non fuerit. Cum ergo vel ſcientiæ vel opinioni noſtræ ſubiaceant tempora: ſenſu humanæ intelligentiæ iudicamus: vt de aliqua ratione dixiſſe exiſtimemur: non fuit anteq̃ naſcitur: quia vniuſcuiuſq; originem tempora ſemper ante præueniant. At vero cum in dei rebus id eſt in dei natiuitate nihil nõ ante tempus æternum ſit: non cadit in id vt anteq̃ natus eſt: cuiq; ante tempora æterna promiſſum æternum ſit: ſecundum beati apoſtoli dictum: in ſpe vitæ æterna quã promiſit non mẽdax deus ante tempora æterna: aliquando non fuiſſe dicatur: quia intelligi non poteſt cœpiſſe poſt aliquid qui eſſe ſit ante æternæ tempora confitendus. Si ergo naſci aliquid ante tempora æterna neq; in naturis humanis eſt neq; in intelligentia: & tamen in hoc profeſſionibus de ſe dei creditur: quomodo id q̃d ſine ſenſu intelligentiæ æternæ natum ſemper id ẽ ante tempora æterna eſſe: apoſtolica fides locuta ſit: id rurſum nõ fuiſſe anteq̃ naſcitur: per ſenſum humanæ intelligentiæ noſtri temporis infidelitas eloquitur? Cum q̃d ante tempus natum eſt: ſemp eſt natum: quia id q̃d eſt ante æternum tẽpus: hoc ſemper eſt. Q̃d autẽ ſemper eſt natum: non admittit ne aliquando non fuerit: quia aliquãdo nõ fuiſſe: iam nõ eſt ſemper eſſe. Semper autem eſſe excludit non ſemper fuiſſe. Et excluſo per id q̃d ſemper eſt natus: non ſemper fuiſſe: nõ cadit in ſenſum vt non fuerit anteq̃ natus ſit: quia qui ante tempora æterna natus eſt: natus eſſe ſemper in ſenſu eſt: cũ tamen ante tempora natum eſſe nõ ſubeat in ſenſum. Nam ſi q̃d vtriq; cõuenit: ante creaturam ſeu inuiſibilem ſeu corporalem & ante omnia ſæcula & tempora æterna & ante ſenſum omnem natus confitendus eſt eſſe: qui per id q̃d ita natus eſt: ſemper eſt: concipi quoq; nullo ſenſu licet: vt non fuerit anteq̃ naſcitur: quia & ante ſenſum omnem eſt qui ante tempora æterna natus eſt. Et in ſenſu nõ q̃ eſt: eum qui ſemper eſſe confitendus eſt non fuiſſe. Sed argutæ huius interrogationis calumnia an referetur. Si inquit in ſenſum non cadit non fuiſſe anteq̃ naſcitur: reliquum hoc ſenſui eſt: vt qui erat natus ſit: & calumnianti reſpondebo. Nunquid a me aliud q̃ natum dici meminerit? Aut nunquid ante tempora æterna eſſe: id ipſum ſit q̃d eſt: eum qui erat naſci? quia naſci q̃d erat: iam non naſci eſt: ſed p ſe ipſum demutare naſcẽdo eſt. Natum autẽ ſemper eſſe: hoc eſt ſenſum temporum naſcendo præcurrere: neq; intelligentiæ patere aliquãdo fuiſſe nõ natum. Non eſt itaq; id ipſum natum ante tẽpora æterna ſemper eſſe: & eſſe anteq̃ naſci. Natum autem ante tempora æterna ſemper eſſe: excludit non fuiſſe anteq̃ naſcitur. Cæterum non relinquet prius eſſe q̃ naſci: quia qui vltra ſenſum eſt in nullo ſubiacet ſenſui. Nam ſi vltra ſenſum eſt: natum ſemper eſſe: non licet iam eſſe poſt ſenſum non fuiſſe eum anteq̃ naſcitur. Cum itaq; natum ſemper eſſe: nihil aliud ſit confitendum eſſe q̃ natum: id ſenſui anteq̃ naſcit̃ vel fuiſſe vel non fuiſſe non ſubiacet: quia ſenſum nihil aliud q̃ ante tempora æterna natũ eẽ ſemp: anteuenit. Natus itaq; eſt: & ſemper eſt qui nihil aliud de ſe patit̃ intelligi & dici poſſe: niſi natum. Nam cum anterior ipſo tẽpore ſenſu eſt: quia ante ſenſum tempus æternum eſt: nõ admittit ſenſũ de ſe diiudicãtẽ: eſſe aut fuiſſe anteq̃ naſcit̃: q̃a & eſſe anteq̃ naſcit̃: nõ ſit natiuitatis: & nõ fuiſſe: iã tẽporis ſit. Ergo & infinitas tẽporũ æternorũ: q̃d eſt tẽporis id eſt non fuiſſe: conſumit: & natiuitas q̃d ſuũ nõ eſt: id ẽ anteq̃ naſcit̃ eſſe: nõ patit̃. Q; ſi aut eſſe aut nõ fuiſſe: ſenſui ſubiacebit: natiuitas ipſa poſt tẽp9 ẽ. Quia q nõ ſemper ẽ: neceſſe ẽ cœperit eſſe poſt aliqd. Finis igit̃ & fidei & ſermonis & ſenſus ẽ: dñm Ieſum & natum eſſe & ſemp eſſe: q̃a ſi q̃d de filio mẽs retroacta ſcrutabit̃: nihil aliud ſcrutãtis ſenſui q̃ natũ eſſe & ſemper eſſe: ſemp occurret. Vt igit̃ deo patri ꝓpriũ eſt ſine natiuitate: ita & filio debitũ ẽ: p natiuitatem ſemp eſſe. Natiuitas aũt nihil aliud q̃ patrẽ: neq; pater aliud q̃ natiuitatẽ annũciabit. Mediũ eñ nihil quicq̃ noĩa iſta aut natura ꝑmittit. Aut eñ nõ ſemp pater: ſi nõ ſemp fili9 aut ſi ſemp pater: ſemp & filius: quia quãtũ filio tẽporis ne ſemp filius fuerit: abnegabit̃: tantum patri deeſt ne pater ſemper ſit. Vt licet ſemper deus: non tamen & pater in ea fuerit infinitate: qua deus eſt. Etiam in id profeſſio impietatis extendet: vt nõ filio tẽpora natiuitatis: ſed patri generationis aſcribat: quia generationis modus intra natiuitatis ſit tempora conſtitutus. Pium tibi ac religioſum hæretice exiſtimas: deum ſemp quidẽ ſed nõ ſemp cõfiteri? Q; ſi ita ſentire te pium eſt: Paulũ impietatis neceſſe ẽ filiũ an

te tempora ęterna eſſe dicentem condemnes. Eti
am ipſam de ſe teſtantem ſapientiam quod ante
ſaecula fundata ſit: crimineris: quae patri aderat:
tū cum caelum pręepararet. Sed tu vt deo initium
tribuas quo pater es: prius temporibus initium de
cerne quo coepta ſint. Quę ſi coepta ſunt: mendax
eſt apoſtolꝰ: qui ea ſit profeſſus ęterna. Soletis em̄
tempora de ſolis ac lunę creatione numerare: quia
ſcriptū de iis ſit. Et ſint in ſigna & tempora & an-
nos. Sed qui ante caelum eſt q̄d ſecundū vos etiam
ante tempus eſt: idem & ante ſaeculum eſt: Neq̄
ſolum ante ſaeculū eſt: ſed etiam ante generatiōes
generationum ſaeculū praeter euntes. Quid cadu
cis & terrenis & auguſtis diuina & infinita con-
cludis! Neſcit paulus in chriſto niſi temporū ęter
nitatem. Non poſt aliquid ſe eſſe ſapientia: ſed an̄
omnia loquitur. Tecum a ſole ac luna tēpora inſti
tuta ſunt: chriſtum autem ante ſolem permanere
ſignificat dicens. Ante ſolem permanet nomē eiꝰ
Et ne res dei mundi iſtius origine inchoatas arbi-
treris: idem dixit. Et ante lunam & generationes
generationum. Deſpiciuntur haec tempora a tan
tis viris & propheticę ſpiritu dignis: & nihil ſēſui
humano relinquitur: in quo ſe ante natiuitatem:
que tempora ęterna excedit: extendat. Sed hunc
mūdum tantum habeat religioſę opinionis fides:
vt dominum ieſum chriſtum vnigenitum deum
& ad perfectae natiuitatis confeſſionem natū me-
minerit: & in diuinitatis veneratione non ignoret
aeternum. Sed accuſamur mendacii: & vna nobi-
ſcū doctrina apoſtolicae praedicatiōis arguitur: na
tiuitatem quidem confeſſa ſed aeternitatem nati-
uitatis profeſſa. Vt natiuitas teſtaretur auctorem
& aeternitas in ſacramento diuinae natiuitatis ſen
ſum humanae opinionis excederet. Proferrur em̄
aduerſum nos ſapientię de ſe proteſtatio quę crea
tam ſe docuerit his dictis. Dominus creauit me ini
tium viarum ſuarum. Et o te miſer hęretice: quid
indulta eccleſiae aduerſum ſinagogam arma: con
tra fidem eccleſiaſticę praedicatiōis inuadis! & do
ctrinae ſalutaris munitiſſimam intelligentiam ra-
pis aduerſum vniuerſorum ſalutem: creaturam
chriſtum per haec verba eſſe contendens! Nam iu
dęi potius negant chriſti ante ſaecula aeterna diui
nitatem: & in omnibus operibus ac doctrinis dei
efficientiam per haec & verba ſapientiae ſubſiſten

tis extinguunt: quę ſe nunc creatam initium viarū
dei: & in opera eius a ſaeculo dixerit: ne forte ante
mariam manere non exiſtimaretur: neq̄ tamē cre
atam ſe ad natiuitatis intelligentiam referret quę
in viarum initiū & in opera ſit creata. At vero ne
hoc viarum initium q̄d vtiq̄ de diuinis rebus hu-
manae cognitionis exordium eſt: quiſq̄ ad ſubii-
ciendam tempori natiuitatem infinitam deputa-
ret: fundatam ſe ante ſaecula ſit profeſſa. Vt dum
aliud eſt in viarum iitiū & in opera creari: & aliud
eſt ante ſaecula fundari: anterior intelligeretur eē
& creatione & fundatione. Et hoc ipſum q̄d fun-
data in opera ante ſęculum eſt: ſacramentum cre-
ationis oſtenderet. Quia fundatio ante ſaeculum
& creatio in viarum initium atq̄ opera: poſt ſaecu
lum ſit. Iam vero ne creatio & fundatio fidem di-
uinę natiuitatis offenderet: ſequitur. Prius q̄ ter-
ram faceret: prius q̄ montes ſtabiliret: ante omnes
colles genuit me. Iam genitus eſt ante terram qui
ante ſaecula fundatus eſt. Neq̄ ſolum ante terrā:
ſed etiam ante montes atq̄ colles. Et in his quidē
quia de ſe ſapientia loquitur: plus loquitur q̄ audi
tur. Omnia enim quęcunq̄ ad infinitatis intelli-
gentiam ſignificantur: iſtiuſmodi eſſe oportet ne
rei cuiq̄ aut generi ſecunda in tempore ſint. Caete
rum ad aeternitatis demonſtrationem nequaq̄ tē
poralia coaptabūtur: quia per id q̄d poſteriora ſūt
caeteris: per ſe ipſa non manifeſtant infinitatis ex-
ordium: cum temporale ſortita ſint. Quid enim
magnum eſt vt ante terram deus dominum chri
ſtum generaret: cum angelorum origo terrae crea-
tione reperiatur antiquior! Aut cur qui ante terrā
genitus diceretur: etiam ante mōtes & colles ma
nifeſtaretur: cum collium ſignificatio poſt mon-
tes ſit: mōtium vero intelligentia poſt terram ſit!
Per quod exiſtimari non poteſt idcirco haec eſſe di
cta vt ante montes & colles & terram eſſe intelli-
geretur: qui ea quae ante terram & montes & col-
les ſunt: infinitatis ſuae aeternitate praecelleret. Sed
ſenſum noſtrum ſermo diuinus non inopem ratio-
nis reliquit. Nam cauſam dicti per haec quę con
ſequūtur oſtendit. Deus fecit regiones & inhabi-
tabilia & cacumina quae habitantur ſub caelo. Cū
pararet caelum: eram cum illo & cum ſecernebat
ſuam ſedem. Quando ſuper ventos validas facie
bat in ſummo nubes: & cum certos ponebat fon-

res ſub cælo: & cum fortia faciebat fundamēta ter
ræ: ego eram apud illum cōponens. Quis hic tem
porum locus eſt? aut quo ſe extendere vltra infini
tam vnigeniti dei natiuitatem humanæ intelligē
tiæ ſenſus permittitur? Non enim per hæc quorū
creationem mente concipim9: comprehendi ge
neratio eius poteſt: qui anterior his omnibus eſt.
Vt quis præſtet in tempore: non tamen infinit9
ſit: cui hoc ſolum tributum ſit: vt ante tempora
lia natus ſit. Nam cum illa tempora in ſui conſti
tutione ſubiaceant: ille tamen licet anterior his oī
bus ſit: nō ſit: libera tempore: quia temporalis ho
rum conſtitutio tempus natiuitatis eius qui ante
ſit natus: oſtendat: dum hoc ipſum ei temporale
eſt: quod temporalibus antefertur. Sed dei ſermo
& veræ ſapientiæ doctrina: quæ loquitur: perfecta
& abſoluta ſignificat docens ſe non temporalib9
eſſe anteriorem: ſed infinitis. Cum enim præpara
retur cælum: aderat cum eo. Nunquid cæli præpa
ratio deo eſt temporalis? Et res cogitationis motu
ſubito in mentē tanq̄ antea torpidam ſtupentēq;
ſubrepſit: humanoq; modo fabricandi cæli impen
ſamq; & inſtrumenta quæſiuit? Atqui alius pphe
tæ de operationib9 domini ſenſ9 eſt: cum ait. Ver
bo dn̄i cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis
virtus eorum. Præcepto tamen dei cæli vt firmarē
tur eguerunt: nam apparatus & virtus eorum in
hac imperturbatæ inſtitutionis ſuæ firmitate: nō
de temperatione alicuius & permixtione materiæ
ſed ex ſpiritu diuini oris exiſtit. Quid ergo eſt præ
paranti deo cælum: genitam ab eo adeſſe ſapienti
am: cum neq; creatio cæli ex præparatione conſi
ſtat: neq; naturæ dei ſit: in apparatu eum cogitan
di operis commorari? Nihil enim non ſemper cū
deo fuit: quicquid in rebus eſt. Quæ etſi ad creati
onem ſui cepta ſunt: non ſunt tamen ad dei vl' p
ſcientiam vel poteſtatē inchoata. Et teſtis eſt no
bis propheta dicens. Deus qui feciſti omnia quæ fu
tura ſunt. Quæ enim futura ſūt: licet in eo qd̄ cre
anda ſunt: adhuc fient: deo tamen: cui in creandis
rebus nihil nouū ac recens eſt: iam facta ſunt. Dū
& temporum diſpenſatio eſt: vt creentur: & iam ī
diuinæ virtutis & præſcientiæ efficientia ſint crea
ta. Et idcirco nunc ſapientia natam ſe ante ſæcu
la docens: anteriorem ſe non ſolum iis quæ creata
ſunt docet: ſed æternis coæternam. Præparationis

ſcilicet cæli & diſcretionis ſedis dei. Non enim tū
diſcreta ſedes eſt: cum effecta eſt: quia aliud eſt di
ſcerni ſedem aliud componi. Neq; tum paratum
cælum eſt: cum præparatum eſt. Non erat apud p
parantem & diſcernentem. Poſt vero compone
bat cum parante: æternitatem ſuam: cum præpa
ranti adeſt: & miniſterium: quando cū parente cō
ponit: oſtendens. Idcirco nunc etiam ante terram
& mōtes & colles genitam eſſe dixit: qua & præ
parationi cæli affuiſſe ſe doceret: vt hæc iam cum
præpararetur cælum: penes deum facta eſſe per id
qd̄ nihil deo nouum eſt demonſtraret. Perpetua
enim & æterna rerum creandarum eſt præparatio
neq; partibus cogitationum vniuerſitatis huius
corp9 effectum eſt. Vt primum de cælo ſit cogita
tū: tū poſtea terræ cura & tractat9 deū inierit: cogi
tatūq; p ſingula ſit. Vt primum in planiciem diffū
deretur: deinde poſtea meliori cōſilio mōtib9
eleuaretur: rurſū autē etiā collib9 variaretur: quarto de
inde habitabilis etiam in ipſis cacuminib9 redde
retur. Præparatumq; cælum ac ſedes dei ſegrega
retur: ventorum & exhalationes nubes in ſummo
valide continerent. Tum deinde certi ſub cælo fō
tes mearent: ac poſtremo fundamentis terra for
tiorib9 confirmaretur. Singulis enim his omnib9
anteriorem ſe ſapientia eſſe profitetur. Sed cū oīa
per deū q̄ ſub cælo ſunt facta ſūt: & cōponēdo cæ
lo chriſtus affuerit: & ipſā pparati cæli præueniat
æternitatem: non patitur hoc exiſtimari in deo nū
nutarum rerum: pticulatas cogitationes: qa oīs
horum præparatio deo eſt coæterna. Nam tametſi
habeat diſpenſationem ſui ſecundum moyſen fir
mamenti ſolidatio: aridæ nudatio: maris congre
gatio: aſtrorum conſtitutio: aquarum terræq; in ei
ciendis ex ſe animantibus generatio: non tamen
cæli terræ cæterorumq; elementorū creatio leui
ſaltē momento operatiōis diſcernitur: quia eorū
præparatio æquabili penes deū æternitatis infini
tate conſtiterat. His igitur infinitis & æternis in
deo xp̄s cū adeēt: ſolā nobis natiuitatis ſuæ pmiſſit
cōſcientiā: vt q̄tū ad fidē pficeret dei intellectus
tm̄ valeret ad ſuſceptā religionē cognita natiuita
tis æternitas: qa ex eo q ætern9 eſt p̄re: nec ratio nec
ſenſ9 admittat: niſi coæternū filiū pdicari. Sed crea
tiōis nomē nos & pfeſſio monet. Moueat ſane no
mē creatiōis: ſi nō natiuitas añ ſcl'a: & creatio initiū

viarum dei & in opera prędicatur. Non enim poteſt natiuitas pro creatione accipi: cum natiuitas ante cauſā ſit: creatio vero per cauſā. Ante pręparationem enim cæli erat & ante ſæcula fundata: q̄ initium viarū dei & in opera eſt creata. Aut nunquid eiuſdem intelligentię ē initiū viarū & in opera creari: & naſci ante omnia? quorū vnū habet tēpus in geſtis: aliud vero intēporalē intelligētiā cōtinet. Aut forte velis id q̄d in opera creatur: ita intelligi oportere: vt propter opa ſit creatꝰ: ideſt vt xp̄s cauſa efficiēdorū operū ſit creatus: vt ipſe ſeruꝰ potiꝰ & operator mūdi maneret: non glorię natꝰ eſſet: & ad miniſterium efficiēdi ſæculi crearet̄: nō etiā ſēper filius dilectionis & rex ſæculorū exiſteret. Sed q̄q̄ hūc impiiſſimū ſenſū tuū intelligētia communis extinguat: quia aliud ſit initiū viarū dei & in opera creari: aliud ante ſæcula naſci: tamen hic idē locus ne pp̄ter operationē mūdi deū chriſtū creatū eſſe mentireris occurrit: cum deum patrē effectorē atq̄ operatorē vniuerſitatis oſtendit. Tuto id quidē: quia ei qui pararet omia: adeſſet ipſe componēs. Sed cū ſcriptura omnis creatorē mūdi dominū Ieſum chriſtū eſſet locutura: nūc tamen ſapientia ad denegandā impietatis occaſionem: & fabricatorem mundi deum patrē pfeſſa ē: neq̄ ſe fabricāti deo docuit abfuiſſe. Quippe cū adeſſet etiā pparāti: & cū pr̄ pararet: & ſapiētia cū parāte cōponeret: adeſſetq̄ parāti: p id ipſū vtrū q̄ cōplexa eſt: ne pp̄ter opera creata eſſe intelligeret quę ęternę preparationi futurorū operū affuiſſet: neq̄ ſcripturā mendacē conſtitueret quia cū patente componeret. Sed tandē doctrinæ catholicæ reuelatione quid ſit chriſtum initium viarum dei & in opera creatum eſſe in principio: hæretice cognoſce: & ipſius ſapientię dictis impię hebetudinis tuę diſce ſtultitiā: cœpit eñ ita. Si enūciauero vobis q̄ quottidie fiūt memorabor ea q̄ a ſęculo ſūt enumerare. Nanq̄ cū ante dixiſſet: vos hoīes obſecro: & emitto vocē meam filiis hominū. Intelligite ſimplices aſtutiā: in doctrina autē cor apponite. Et rurſū: p me reges regnāt: & potētes ſciunt iuſtitiā: p me principes magnificant̄: & tyranni p me tenēt terram. Et rurſum. In viis æquitatis ambulo: & inter medias ſemitas iuſtitiæ cōuerſor: vt diuidā diligentibus me ſubſtantiam & theſauros eorum impleam bonis. Quottidianum opus ſuū ſapiētia non tacet: & primum vniuerſos obſecrās monet: & ſimplices intelligere aſtutiam: & indoctos cor apponere: vt verborum diſtinctas diſcretaſq̄ virtutes vehemens ac diligens lector expenderet. Suis itaq̄ modis ſuis conſtitutionibꝰ vniuerſa agi intelligi laudari teneri docet: & intra ſe regna regum & potentium prudentiam & principum famoſa opera: & ius terram obtinentium tyrannorum contineri oſtēdit. Se quoq̄ nō admiſceri iniquitatibꝰ: vel iniuſtitiis itereſſe. Et hoc ob id vt vniuerſis ęquitatis ac iuſtitiæ operibus intercedendo diligentibus ſe: ęternorum bonorum & incorruptorum theſaurorū opulentiam ſubminiſtret. Ergo ea ſe quę quottidie fiunt: enarraturam profeſſa memorem ſe quoq̄ ad enumerāda ea quę a ſæculo ſunt pollicetur. Et nunc quis hebetudinis ſenſus eſt: ea quæ a ſæculo eſſe memorata ſunt q̄d ante ſęcula geſta ſint exiſtimare? quia in iis quę a ſæculo ſunt: opus omne poſt ſęculū eſt. At vero quę ante ſæculum ſunt: præueniunt ſæculi a ſe poſterioris conſtitutionem. Memorem ſe itaq̄ ad dicenda ea quæ a ſæculo ſunt profeſſa ſapientia ait. Dominus creauit me initium viarum ſuarum: in opera ſua. Rerum itaq̄ a ſæculo geſtarum ſignificatio iſta eſt. Neq̄ generationis ante ſæcula prædicat initium: ſed diſpenſationis a ſęculo initę doctrina eſt. Et quærendum eſt quid ſit natum ante ſæcula deum: rurſum initium viarū dei & in opera creari? quia vbi ante ſæculum eſt natiuitas: illic infinitæ generatiōis æternitas eſt. Vbi vero a ſæculo eſt creatio eademq̄ in vias dei atq̄ in opera eius oſtenditur: illic operibus ac viis cauſa creationis aptata eſt. Ac primum quia chriſtus ſapientia eſt: videndum eſt: an ipſe ſit initium operum viæ dei. Nec vt opinor ambigitur: ait enim. Ego ſum via & nemo vadit ad patrem niſi per me. Via eſt dux euntium: feſtinantium curſus: ignorantium ſecuritas: & quædam neſcitarū ac deſideratatum rerum magiſtra. Ergo in viarum initium & in opera dei creatur: quia & via eſt & deducit ad patrem Sed creationis huius quæ a ſæculis eſt: ratio quęrēda eſt. Nam vltimę diſpenſationis ſacramentum eſt: q̄d etiam creatus in corpore: viam ſe dei operū eſt profeſſus. Creatus autem eſt in vias dei a ſęculo cū ad cōſpicabilē ſpeciē ſubditus creaturæ habitū creationis aſſūpſit. Videamꝰ itaq̄ in quas dei

vias & in quę dei opera a ſæculis creata ſit nata an
te ſæcula ex deo ſapientia. Vocem deambulantis
in paradiſo adam audiuit. Putaſne deambulantis
inceſſum niſi in ſpecie aſſumptę creationis audi-
tũ: vt in aliqua creatione cõſiſteret: qui inãbulans
fuerit auditꝰ? Non requiro qualis ad Caĩ & abel
& Noe locutꝰ ſit: & benedicens quoq; Enoch qua
lis affuerit. Angelus ad agar loquitur: & vtiq; idẽ
deus eſt. Nunquid ſpeciei eiuſdem eſt: cũ angelꝰ
videt: cũ eſt in ea natura qua deus eſt? Certe ſpeci
es angeli oſtenditur: vbi poſtea dei natura memo
ratur. Sed quid de angelo dicam? Homo ad abra-
ham venit. Nunquid ſecundum hominem in cre
ationis iſtius habitu chriſtꝰ talis aſſiſtit: qualis &
deus eſt? Sed homo loquitur & corpore aſſiſtit &
cibo alitur: verum deus adoratur. Certe qui ante
angelus: nunc etiam homo eſt: ne naturalem hãc
eſſe dei ſapiẽtiã diuerſitas huius ipſius aſſumptę
creatiõis pateretur intelligi. Adeſt autẽ ad iacob
etiã vſq; ad luctæ complexum in habitu humano:
& manu cõſerit: & membris nititur: & lateribus
inflectitur: & in oĩ motu nr̃o inceſſuq; cõſiſtit. Sed
idẽ poſtea & moyſi eẽ ignis oſtẽdit: vt naturę crea
tę tũ potius ad ſpeciẽ q̃ ad ſubſtantiã naturę fidẽ
diſceres. Habuit tum in ſe poteſtatẽ conflagrãdi
nec tamen naturalẽ ſuſcipiens vrendi neceſſitatẽ:
quia ſine rubi damno conflagratio ignis apparuit
Curre per tempora & intellige qualis viſus ſit: vel
Ieſu naue nominis ſui prophetę: vel iſaię etiã cũ
euangelico teſtimonio viſum p̃dicanti: vel ezechi
eli vſq; ad conſcientiã reſurrectionis aſſumpto: vl'
Danieli: hominis filium in ęternorum ſeculorũ ſẽ
piternitate confitenti: & cæteris aliis quibꝰ ſe ĩ ha
bitu varię creationis igeſſit: in viis dei & ĩ opa dei
ad cognitionẽ ſcilicet dei & noſtrę ęternitatis pro
fectũ. Quid hic nunc hæc humanę ſalutis diſpẽſa
tio tam impiam æternæ natiuitatis cõtumeliam
molitur? Creatio iſta a ſeculis eſt. Cęterum ante ſę
cula: infinita natiuitas eſt. Vim ſane nos dictis af-
ferre contende: ſi propheta ſi dominus ſi apoſtolꝰ
ſi ſermo vllus ad diuinitatis ęternę natiuitatem
creaturę retulit nomen. In his enim omnibus de
us qui ignis conſumẽs eſt: ita creatus ineſt. vt cre-
ationẽ ea virtute qua aſſumpſit abſumeret: potẽs
abolere ruſum q̃d tantum ad cauſã contẽplatio
nis exiſteret. Beatã autẽ illã & veram conceptę in
tra virginem carnis natiuitatem q̃tum creaturæ
noſtræ & natura & ſpecies naſcebatur: creaturam
& facturã apoſtolus nominauit. Et certe cũ eo ve-
rę ſecundum hominem natiuitatis hoc nomẽ eſt:
cũ ait. At vbi venit adimpletio tẽporis: miſit deꝰ
filiũ ſuũ factũ de muliere: factũ ſub lege: vt eos q
ſub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum
cõſequeremur. Filius itaq; ſuus eſt: qui eſt in homi
ne: & ex homine factura. Neq; factura tantum ſed
etiã creatura, vt dicit. Sicut eſt veritas in Ieſu: de-
ponere vos ſecũdũ priorẽ conuerſationẽ veterem
hominẽ: eũ qui corrumpitur ſecũdũ concupiſcen
tias eius deceptionis. Innouamini autẽ ſpiritu ſen
ſus veſtri: & induite nouũ hominem eũ qui ſecun
dũ deũ creatus eſt. Induendus itaq; nouus ille ho-
mo eſt: qui ſecũdum deũ creatus eſt. Qui eñ erat
filius dei: natus erat & filius hominis; quia non di
uinitatis erat natiuitas: ſed creatura carnis ſignifi
cationem ſui generis accepit. Nouus homo ſecun-
dum natum ante ſæcula deum: creatus. Et cur ſe
cundum deum homo nouus creatus eſſet oſten-
dit hæc adiiciens: in iuſtitia & ſanctitate & verita
te. Dolus enim in illo non fuit. Et factus eſt nobis
iuſtitia & ſanctificatio & ipſe eſt veritas. Hunc er
go chriſtũ qui ſecundum deum nouus homo crea
tur: induimur. Si igitur ſapientia memorẽ ſe corũ
quæ a ſęculo geſta ſunt dicens: in opera dei atq; in
vias dei creatã eſſe ſe dixit: atq; ita creatã vt fũda-
tã ſe ante ſæcula doceret: ne aſſumptæ illius varie
ac frequenter creationis ſacramẽtũ demutaſſe na
turã videret: cum fundationis firmitas conuellen
diſtatꝰ nõ reciperet perturbationẽ. At vero ne fũ
datio aliud quicq̃ q̃ natiuitatẽ videret oſtendere:
ante omnia profeſſa eſt ſe eẽ genitã. Nũc vero cur
creatio ad natiuitatem deputatur: cũ quę genita
ante oĩa eſt: ipſa fundata ante ſæcula ẽ? Quę autẽ
fundata añ ſæculum eſt: ea ipſa initiũ viarum dei
& in opera eius creata a ſæculis eſt: vt creatio a ſę-
culis differre intelligeretur ab ea quę ante ſęcula
& quæ ante vniuerſa natiuitas eſt. Non habet ſal
tẽ impietas veniam: vt pręrendat impietatis erro-
rem. Nanq; & ſi infirmitas intelligentiæ ſenſum
irreligioſę opinionis impediret: ne nunc quę crea-
tionis p̃prietas eſſet cõſeq poſſet: tñ vl' ſ'm apoſto
li dictũ facturã verę natiuitati deputãtẽ: creatio-
nem quoq; & ſi indocte tñ nõ ĩpie ad generationis

fidẽ proficere oportere exiſtimare debuerat. Apo
ſtolꝰ enĩ: videtur vnius ex vno natiuitatem ideſt
deũ: ex virgine ſine paſſionũ humanarũ cõceptu
prędicaturꝰ: non extra rationẽ factum de muliere
locutꝰ eſſe: quẽ natũ ſciebat frequẽterq; dixiſſet:
vt & natiuitas veritatẽ generationis oſtẽderet: &
factura vnius ex vno natiuitatem proteſtaretur.
Quia humanę permixtionis conceptũ facturę no
mẽ excederet: cũ factus eſſe ex virgine diceretᷣ: qui
natus magis eſſe non ambigebatur. Ac vide tu q̃
ſis impiꝰ o hęretice: creatum ieſum chriſtũ potius
ex deo q̃ natũ eſſe ſmo nullꝰ aut euãgelicꝰ aut apo
ſtolꝰ ãt ꝑphetícꝰ ẽ locutꝰ. At vero natiuitatẽ ne-
gas & affirmas creaturã: nõ ſecũdũ ſignificationẽ
apoſtoli factum eſſe dicẽtis: ne natꝰ eſſe ambigere
tur vnus ex vno: ſed ad impliſſimũ ſenſũ. ne deus
naturali natiuitate ſubſiſteret: cum creatura pori
us ex nihilo ſubſtitiſſet. Hoc primum infęlicis mẽ
tis tuæ virus eſt non natiuitati etiam creaturam
nominaris: ſed pro natiuitate fidẽ creationi apta
re. Q̃q̃ id quidem inopis ingenii eſſet: ſed tamen
non admodum irreligioſi creatũ idcirco dixiſſe vt
impaſſibilis ex deo tãq̃ vnius ex vno natiuitas no
ſceretur. Sed nihil horum conſtans atq; apoſtoli-
ca fides patitur. Scit enim in qua diſpenſatione tẽ
poris chriſtus creatus: & in qua temporum ęter-
nitate ſit natus. Natus autem ex deo deus eſt: vt
in eo veræ natiuitatis & pręfectæ generationis &
nõ ambigua diuinitas eſt. Nihil enim in rebus dei
niſi natum ęternũq; confitemur. Natũ autem nõ
poſt aliquid: ſed ante omnia: vt natiuitas tantum
teſtetur auctorẽ: nõ prępoſterũ aliquid in ſe aucto
re ſignificet. Et quidem confeſſione communi: ſe-
cũda quidem ab auctore natiuitas eſt: quia ex deo
eſt: nõ tamen ſeparabilis ab auctore: quia in q̃tum
ſenſus noſter intelligentiam tentabat excedere: in
tantum neceſſe eſt etiam generatio excedat. Solꝰ
itaq; hic pius de deo ſermo eſt. Scire patrem: & cũ
eo eum qui ex deo eſt filiꝰ. Neq; ſane aliud de deo
pręterq̃ patrem eum eſſe vnigeniti dei & creato-
ris docemur. Vltra ſe itaq; infirmitas humana nõ
tendat: & loquatur hoc ſolum: in quo ſolo ei ſalus
eſt. Ante carnis ſacramẽtum in domino Ieſu chri
ſto hoc ſe ſemper ſcire: qd natus eſt. Ego quidem i
q̃tũ mihi a te hoc ſpiritu vigebo ſancte pater om-
nipotens deus: vt æternum te deum: ita ęternum

& patrem confitebor. Neq; in id vnq̃ ſtultitiæ at
q; impietatis erũpã vt omnipotentiæ tuę ſacramẽ
torumq; arbitrum: hunc infirmitatis meę ſenſum
vltra infirmitatis tuę religioſam opinionem & ſi
gnificatam mihi æternitatis fidem erigam: vt te
aliquãdo ſine ſapiẽtia & virtute & verbo tuo vni-
genito tuo: deo domino meo Ieſu chriſto fuiſſe ꝑ
finiam. Non enim pręiudicat de te ſenſui meo na-
turę noſtræ infirmus imperfectuſq; ſermo: vt fidẽ
intra ſilentium ſtrangulet eloquendi inopia. Nã-
q; cũ verbũ & ſapientia & virtꝰ in nobis: interioris
motus noſtri opus noſtrum ſit: tecum tamen per
fecti dei qui & verbum tuum & ſapientia & virtꝰ
eſt: abſoluta generatio eſt: vt inſeparabilis ſemper
a te ſit: qui in his æternarũ proprietatũ tuarũ no-
minibꝰ ex te natus oſtenditur. Natꝰ autẽ ita vt ni
hil aliud q̃ te ſibi ſignificet auctorem. Non etiã fi-
dem infinitatis amittat: per id qd ante tẽpora ęter
na natus eſſe memoratur. Multa enim iſtiuſmo-
di in rebus humanis pręſtitiſti quorum cum cau-
ſa ignoretur: effectus tamen non neſcitur. Et reli-
gioſa eſt fides vbi eſt etiam naturalis inſcitia. Nã
cum erexi in cęlũ tuum hos luminis mei infirmos
oculos: nihil aliud eſſe q̃ cęlum tuum credidi: hos
enim aſtriferos in eo circulos: & annuos recurſus
& virgilias ſeptentrionem & luciferum diuerſa
miniſteriorum ſuorum ſortitos officia conſpi-
ciens: deum te in his quorum intelligentiam nõ
complector intelligo. Cum vero mirabiles elatiões
maris tui vidi: non ſolum aquarum originem: ſed
nec motum dimenſę huius viciſſitudinis aſſecu-
tus: fidẽ tñ rationis mihi imperſpicabilis licet ap̃-
hendens: in his te quoq; quæ ignoro non neſcio. Iã
vero cum in terras mente conuerto: quæ occulta
rum virtute cauſarum: ſata omnia ſuſcepta diſſol
uunt: diſſoluta viuificant: viuicata multiplicant:
multiplicata confirmant: nihil in his repperi: quę
intelligere ſenſu meo poſſem: ſed ignorationis meę
hebetudo ad intelligendum te profecit: dum fa-
mulantis mihi naturæ imperitus: vſu te tantum
meæ vtilitatis intelligo. Ipſum me quoq; neſciens
ita ſentio. vt te magis eo qd mei ſũ ignarꝰ admirer.
Nã hũc diiudicãtis mẽtis meę aut motũ aut rati-
onẽ: aut vitã: & nõ intelligens ſentio: & ſentiẽs ti
bi debeo: cui vltra intelligẽtiã naturalis exordii: ſẽ
ſũ naturæ oblectãtis ĩpartias: & cũ te me ignorãs

intelligã: & intelligens venerer: nec ego in tuis rebus fidem oĩpotētię tuę laxabo qa neſciã: vt ſēſus me⁹ originē primogeniti tui occupet: & ſibi ſubdat & aliqd ĩ me ſit: qd ego vltra & creatorē & deum meũ tendã. Natiuitas eius ante ęterna tēpora eſt. Si aliquid in reb⁹ ē qd anteuenit æternitatem: erit aliqd ꝑfecto qd ſenſũ ęternitatis excedat. Tua eñ res ē: & vnigenitus tuus ē. Nõ portio: nõ ꝓteſio: nõ ſecũdũ efficientiarũ opinionē nomē aliqd ĩ ane: ſed fili⁹. Fili⁹ ex te deo p̃re de⁹ ver⁹: & a te in naturę tuæ veritate genitus. Poſt te ita confitendus: vt tecũ: qa æterne originis ſuę es auctor ęternꝰ. Nã dũ a te eſt: ſecũd⁹ a te eſt. Dũ vero tu⁹ eſt: nõ ſeparãd⁹ a te ē. Quia nec ſine tuo fuiſſe cõfitend⁹ aliqñ es: ne aut imperfectus ſine generatione arguaris. Atq; ita ad id tm̃ natiuitas ꝑficit æterna: vt geniti ante æterna tēpora ex te filii patrē te ſciam⁹ ęternũ. Et mihi quidē pater eſt hoc fidei meæ ac voti officio dñm & deũ meũ vnigenitũ tuũ chriſtũ Ieſũ creaturã negare. Huius ego nominis conſortium ne in ſancto quidē ſpiritu tuo patiar ex te ꝑfecto & p eũ miſſo. Magna eñ mihi erga res tuas religio eſt. Neq; quia te ſolum innaſcibilē: & vnigenitũ ex te natũ ſciēs: genitũ tñ ſpiritũ ſanctum nõ dicitur⁹ ſim: dicã vnq̃ creatum. Huius ergo dicti qd mihi cũ cæteris a te ſubſtitutis cõmune ē: ꝓ tēdiſti ſēſui meo cõtumeliã. Profũda tua ſpiritus ſãctus tuus ſecundum apoſtolum ſcrutat̃ & nouit. Et interpellator pro me tu⁹ inenarrabilia a me tibi loquitur. Et ego naturę ſuę ex te per vnitã tuã manentis potentiã creationis nomine non modo eloquar: ſed infamabo. Nulla te niſi res tua penetrat: nec profundum immenſę maieſtatis tuę: peregrinę alienę a te virtutis cauſa metitur. Tuum eſt qcquid te init. Neq; alienum a te eſt: quicquid virtute ſcrutantis ineſt. Mihi autē inenarrabilis eſt: cuius pro me mihi inenarrabiles ſunt loquelę. Nã in eo qd ante ęterna tēpora vnigenitus tu⁹ eſt: ceſſãte omni ambiguitate ſmonis: atq; intelligētię difficultate: ſolũ q: nat⁹ eſt manet: ita qd ex te per eũ ſanctuſſp̃s tuus eſt: & ſi ſenſu quidē non percipiã ſed tñ conſcientia. In ſpiritualib⁹ eñ rebus tuis hebes ſum: vnigenito tuo docente. Nõ mireris qd dixerim tibi: oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocē eius audis: & non ſcis vnde veniat & quo eat. Sic eſt oĩs q nat⁹ eſt aqua & ſpiritu ſancto. Regenerationis meæ fidē obtinens neſcio. Et qd ignoro: iã teneo. Sine ſenſu enim meo renaſcor cũ efficientia naſcēdi. Mod⁹ autē ſpiritui nullus eſt loquenti cũ velit: qd velit: vbi velit: & cui⁹ adeũtis: atq; abeuntis cauſa ſub aſſiſtētis licet conſcientia neſciatur: huius naturã inter creaturas referã: & originis ſuæ diffinitione moderabor? Oĩa qdē facta p filiũ q apud te deũ in principio erat deus verbũ: Ioannes tu⁹ loqtur. Sed creata oĩa in eo in cælis & in terra viſibilia & inuiſibilia Paul⁹ enumerat. Et cũ vniuerſa ĩ chriſto & p xp̃m creata memoraret: de ſpiritu ſancto ſufficiētē ſibi ſignificationē eã exiſtimauit: qd hũc ſpiritũ tuũ diceret. Cũ his ergo ꝓprie electis tibi viris hæc ita ſentiã: & ſicut nihil aliud vltra ſenſũ intelligentiæ meæ ſecũdũ eos de vnigenito dicã q̃ eſſe natum: ita quoq; vltra ingenii humani opinionem ſecũdũ eos nihil aliud de ſancto ſpiritu tuo loquar q̃ ſpiritum tuũ eſſe. Neq; ſit mihi inutilis pugna verborũ: ſed icũctantis fidei conſtãs profeſſio. Conſerua oro hanc fidei meę incontaminatã religionē: & vſq; ad exceſſum ſpiritus mei dona mihi hanc conſcientiæ meę vocē: vt qd in regenerationis meę ſymbolo baptizatus in patre & filio & ſpiritu ſancto profeſſ⁹ ſũ: ſēper obtineã. Patrē ſcilicet te noſtrũ: filiũ tuũ vna tecum adorem: & ſanctum ſpiritum tuum: q ex te per vnigenitum tuum eſt promerear. Quia mihi idoneus ad fidem teſtis eſt dicens: pater omnia mea tua ſunt: & tua mea: dominus meus Ieſ⁹ chriſtus manens in te & ex te & apud te ſemper deus: qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorũ. Amē.

Finitur liber duodecimus beati Hylarii Epiſcopi de trinitate.

Incipit liber Sancti Hilarii epiſcopi contra Cõ-
ſtantium hæreticum.

TEmpus eſt loquendi: quia iam
præterijt tempus tacendi. Chri
ſtꝰ expectetur: quia obtinuit an
tichriſtus. Clament paſtores qa
mercenarii fugerunt Ponamus
animas pro ouibus: quia fures
introierunt: & leo ſeuiens circuit. Ad martyriũ p
has voces exeamus: quia angelus ſathanę tranſfi-
gurauit ſe in angelũ lucis. Intremus per ianuã: qa
nemo vadit ad patrem niſi per filium. Manifeſten
tur in pace ſua pſeudo prophetę: quia in hæreſi &
ſchiſmate manifeſtabuntur probati. Suſtineatur
tribulatio: qualis non fuit a conſtitutione mundi.
Sed intelligantur breuiandi dies propter electos
dei. Impleta prophetia eſt dicens. Erit tempus qñ
ſanam doctrinam non ſubſtinebunt: ſed ad ſua de
ſideria coaceruabũt ſibi magiſtros ſcalpentes au-
res: & a veritate quidem auditum auertẽnt: ad fa-
bulas autem conuertentur. Sed expectetur pmiſ-
ſio proteſtantis. Beati eſtis cum maledicent & per
ſequentur & dicent omne malum aduerſum vos
propter iuſtitiam. Gaudete & exultatę: quoniam
merces veſtra copioſa eſt in cælo. Sic enim perſecu
ti ſunt prophetas qui erant ante vos. Stemus ante
iudices & poteſtates pro chriſti nomine: quia bea
tus eſt qui vſq; ad finem perſeuerauerit. Nõ time
amus eum qui poteſt corpus occidere: animã au-
tẽ non poteſt. Sed timeamus eum qui poteſt cor-
pus & animam occidere in gehẽnam. Nec ſoliciti
de nobis ſimus: quia capilli capitis noſtri numera
ti ſunt: & per ſpiritum ſanctum ſequamur verita-
tem: ne per ſpiritum erroris credamus mendacio.
Et cõmoriamur chriſto: vt chriſto: vt chriſto con-
regnemus. Vlteriꝰ enim tacere: diffidentię ſignũ
eſt: non modeſtię ratio: quia non minus: periculi
eſt: ſemper tacuiſſe q̃ nũq̃. Ego fratres: vt mihi oẽs
qui me vel audiunt: vel familiaritate cognitũ ha-
bent: teſtes ſunt: grauiſſimum fidei periculũ lõge
antea prouidens: poſt ſanctorum virorum: exilia
Paulini Euſebii luciferi Dionyſii: quīto ab hĩc an-
no a ſaturnini & vrſatii & valentis communione:
me cum gallicanis epiſcopis ſeparaui: indulta cæ
teris conſortibus eorum reſipiſcendi facultate: vt
nec pacis abeſſet voluntas: & principalium mor-
borũ fœtida & in corruptione totiꝰ corporis mẽ-
bra proficientia deſecarentur. Si tamen hoc ipſũ
beatiſſimis confeſſoribꝰ xp̃i editum decretum nũ
a nobis manere placuiſſet. Qui poſtea per factio-
nem eorum pſeudo apoſtolorum ad biturenſem
ſynodum compulſis: cognitionem demonſtrãdæ
huius hęreſeos obtuli. Sed hi timentes publicę cõ
ſcientiæ: audire ingeſta a me noluerunt: putantes
ſe innocentiam ſuam chriſto poſſe mẽtiri: ſi volen
tes neſcirẽt qd geſtum poſtmodum eſſent ſciẽtes.
Atq; exinde toto hoc tempore in exilio detentus:
neq; diſcedendum mihi eſſe de chriſti confeſſione
decreui: neq; honeſtam aliquam ac pbabilẽ ineũ-
dam vnitatis rationem ſtatui reſpuẽdam. Deniq;
exinde nihil in tempore maledictum: nihil in eam
quæ tum ſe chriſti eccleſiam mentiebatur: nũc au
tem antichriſti eſt ſynagoga: famoſum ac dignũ
ipſorum impietate ſcripſi aut locutus ſum: nec in
terim criminis loco duxi quenq̃ aut cum his collo
qui: aut ſuſpenſa licet cõmunionis ſocietate: ora-
tionis domum adire: aut paci optanda ſperare: dũ
erroris indulgentiam ab antichriſto ad chriſtũ re-
currentium per pœnitentiam pręparemus. Siquis
igitur prudens iam rationem ſilẽtii mei percipit.
profecto me vſq; nunc recentis iniuriæ acerbitatẽ
moderatum: nunc demum fideli in chriſto liber-
tate teſtante: non aliquo vicio humanæ perturba
tionis ad hæc ſcribenda arguit incitatũ: Neq; .n.
immature loquar: qui diu tacui. Nec ſine mode-
ſtia tacui: qui aliquando iam loquor. Neq; iniuriã
queror: qui diſſimulaui recentẽ. Et neqd ex cauſa
mea loqui exiſtimaret: tantum adhibui ad ſilenti-
um tempus. Nunc mihi non alia ad dicendũ cau-
ſa q̃ chriſti eſt: cui & hoc debui qd vſq; nunc tacui
& ex reliquo me intelligo debere ne taceam. Atq;
vtinam illud potius omnipotens deus & vniuer-
ſorum creator: ſed vnius domini noſtri Ieſu chri-
ſti pater: etati meę & tempori pręſtitiſſes: vt hoc
confeſſiõis meę & tempori pręſtitiſſes: vt hoc con
feſſionis meæ in te atq; vnigenitum tuum mini-
ſteriũ Neronianis Decianiſue temporibꝰ expleſ-
ſem. Nec ego per miſericordiam domini: & dei fi
lii tui Ieſu chriſti: calens eculeũ metuiſſem: qui de
ſectum Iſaiam ſciſſem: Nec ignes timuiſſem: inter
quos hæbreos pueros cantaſſe meminiſſem. Nec

crucem & fragmenta crurum meorum vitaſſem:
poſtq̄ in paradiſum tranſlatum latronē recorda-
ter. Nec profundum maris & pontici ęſtus abſor-
bentem rheumam trepidaſſem cum per Ionam &
Paulum docuiſſes fidelibꝰ eſſe in mari vitam. Ad
uerſus abſolutos enim hoſtes tuos fœlix mihi il-
lud certamen fuiſſet: quia nec dubium relinquere
tur quin perſecutores eſſent qui ad negādū te poe
nis ferro igni cōpellerent. Neq̄ id teſtificandū plꝰ
tibi nos: q̄ mortes noſtras liceret impendere. Pu-
gnaremus enim nos palam & cū fiducia cōtra ne-
gantes contra torquentes cōtra iugulātes: & nos
populi tui: tanq̄ duces ſuos: ad confeſſionis religi
onem intelligentia perſecutionis publicę cōmita
rentur. At nunc pugnamus contra perſecutorem
fallentem: contra hoſtem blandientem: cōtra Cō
ſtantium antichriſtum: qui nō dorſa cędit: ſed vē
trem palpat. Non proſcribit ad vitam: ſed ditat in
mortem. Non trudit carcere ad libertatem: ſed in
tra palatium honorat ad ſeruitutem. Non latera
vexat: ſed cor occupat. Non caput gladio deſecat
ſed animam auro occidit. Non ignes publice mi-
natur: ſed gehennam priuatim accendit: non con
tēdit ne vincatur: ſed adulatur: vt dominet. Chri
ſtum confitetur vt neget. Vnitatem procurat ne
pax ſit. Hæreſes comprimit ne chriſtiani ſint. Sa-
cerdotes honorat: ne epiſcopi ſint. Eccleſiæ tecta
ſtruit: vt fidem deſtruat. Te in verbis te in ore cir-
cunfert: & omnia omnino agit: ne tu vt deus: ita
pater eſſe credaris. Ceſſet itaq̄ maledictorum opi
nio & mēdacii ſuſpitio. Veritatis enim miniſtros
decet vera proferre. Si falſa dicimus: infamis ſit ſer-
mo maledicens. Si vero vniuerſa hæc manifeſta eſ
ſe oſtendimꝰ: non ſumus extra apoſtolicam liber-
tatem & modeſtiam: poſt longum hæc ſilentium
arguentes. Sed temerarium me forte quiſq̄ puta-
bit: quia dicā Cōſtantium antichriſtum eē. Quiſ
quis petulantiam iſtud magis q̄ conſtātiam iudi-
cabit: relegat primum Ioannem dixiſſe ad herodē
Non tibi licet facere iſtud. Sciat a martyre eſſe di
ctū regi antiocho. Tu quidem iniquꝰ de preſēti vi
ta nos perdes: ſed rex mundi defunctos nos p ſuis
legibus in æternam vitam in reſurrectione ſuſcita
bit. Et ruſum beata fideliq̄ voce alium increpaſ-
ſe. Poteſtatem inquit inter homines habens: cum
ſim corruptibilis: facis qđ vis. Noli autē putare ge

nus noſtrum a deo eſſe derelictum. Patienter ſuſti
ne & vide: magna poteſtas qualiter te & ſemē tuū
torquebit. Et quidem ita pueri. At vero fœmina i
hil minus perfectis & beatis viris locuta eſt dicēs.
Tu vero qui inuentor omnis malitiæ factus es in
hebreos: non effugies manum dei. Si enim nobis
viuis propter increpationem & correptionem do
minus modicum iratus eſt: ſed iterum recordabitē
ſeruis ſuis. Non eſt iſtud temeritas ſed fides: neq̄
inconſideratio ſed ratio neq̄ furor ſed fiducia. Pro
clamo tibi Conſtanti qđ Neroni locuturus fuiſſē.
Quod ex me Deciꝰ & Maximianꝰ audirent. Cō-
tra deum pugnas contra eccleſiam ſęuis: ſanctos
perſequeris: prædicatores chriſti odis: religionem
tollis tyrannus non iam humanorum ſed diuino-
rum. Hæc tibi a me atq̄ illis ſocia atq̄ communia
ſunt. At vero nūc propria tua accipe. Chriſtianū
te mentiris: chriſti nouus hoſtis es: antichriſtum
pręuenis: & arcanorū myſteria eius operaris. Con
dis fides: contra fidem viuens. Doctor prophano-
rum es: indoctus piorum es. Epātus tuos donas:
bonos malis demutas. Sacerdotes cuſtodię man-
das: exercitus tuos ad terrorem eccleſiæ diſponis.
Synodos contrahis & occidētalium fidem ad im-
pietatem compellis: Cōcluſos vrbe vna minis ter-
res: fame debilitas: hyeme conficis: diſſimulatiōe
deprauas: Orientales autem diſſenſiones artifex
nutris: blandos elicis fautores inſtigas: veterū tur-
bator es: prophanus nouorum es. Omnia ſęuiſſi-
ma ſine inuidia glorioſarum mortium peragis.
Nouo inauditoq̄ ingenii triumpho de diabolo vi
cis: & ſine martyrio perſequeris. Plus crudelitati
veſtrę Nero Deci Maximiane debemꝰ. Diabolū
enim per vos vicimus: ſanctus vbiq̄ beatorū mar
tyrum ſanguis exceptus eſt. Dū in iis dęmones mu
giūt: dū ęgritudines depellūtur: dum admiratio-
nū opera cernūtur: eleuari ſine laqueis corpora: &
ſuſpēſis pede fœminis veſtes nō defluere in faciē:
vri ſine ignibus ſpiritus: confiteri ſine interrogan-
tis incremento fidei. At tu omnium crudelitatem
crudeliſſime dāno maiore in nobis: & venia mino
nore deſęuis: Subrepis nomine blandimēti: occi
dis ſpecie religionis. Impietatem peragis: xp̄i fidē
chriſti mendax prędicator extinguis. Non relinq̄s
ſaltem miſeris excuſationes: vt æterno iudici ſuo
poenas & aliquas laniatorum corporum pręferāt

dicatrices: vt infirmitas defendat neceſſitatē. Sce-
leſtiſſime mortaliū omnia ꝑſecutionis mala ita tē
peras: vt excludas & in peccato veniā: & in cōfeſ-
ſiōe martyriū. Sed hęc ille pater tuꝰ artifex huma
narū mortiū docuit vincere ſine cōtumacia: iugu
lare ſine gladio: ꝑſequi ſine infamia: odire ſine ſu-
ſpitione: mētiri ſine intelligentia: ꝓfiteri ſine fide
blandiri ſine bonitate: agere qđ velis: nec manife-
ſtare quæ velis. Sed me ipſe vnigenitꝰ deꝰ quē in
me ꝑſeq̄ris: admonuit: ne tibi crederē: neq; me hoc
fallax in te emētitūq; nomē illuderet: dicēs. Non
oīs q dicit mihi dn̄e dn̄e: intrabit in regnū cęlorū:
ſed q facit volūtatē patris mei: q in cęlis eſt: hic in-
trabit in regnū cęlorū. Agnoſci ſine nūc diuinę i te
ꝓphetię veritatē: & dn̄icę ſententię fidē: qua non
ꝓfeſſio nōis in cęleſte regnū: ſed obedientia pater
nę volūtatis admittit̄. At vitę tu ſi preferēs nomē
dn̄i in verbis: volūtatē efficias dei patris in rebus.
Clamat ille. Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectus: in quo mihi
bene cōplacui: Et tu decernis nō eſſe filiū: neq; eē
patrē: ſed adoptionis nomina: externas nuncupa-
tiones: & ſimulātē de ſe oīa deū nouus hodie reli-
gionis diuinæ ꝑſecutor inducis. Ante hac patres
tui i ſolū xp̄m hoſtes fuerūt. Tu autē ad patrē deū
certas vt mendax ſit: vt feſellerit: vt hoc de ſe pro
feſſꝰ ſit qđ nō eſſet: quaſi neq; eſſe poſſit. Clamat
filiꝰ. Ego & pater vnū ſumꝰ. Et operibꝰ meis cre-
dite q̄a pater in me: & ego in patre. Et q̄ patris ſūt:
mea ſūt. Tu xp̄m obiurgas veritatis. Tu patrē ar-
guis ꝓfeſſionis. Emēdas deū hō. Vitam modera-
ris corruptio: & nox lucē illuminas: & ꝓmulgas fi
dē infidelis: & pietatē impius mentiris: & orbē ꝓ-
phana ſimulate cōmutas: negās hoc de deo qđ ip
ſe ꝓfeſſꝰ ē Sed p̄ter hāc emēdationē falſitatis: aliđ
me dn̄s ad itelligēdū te: dictū docuit dicēs. Attēdi
te a pſeudo ꝓphetis q veniūt: ad vos in veſtimētis
ouiū ab itꝰ aūt ſūt lupi rapaces: a fructibꝰ eorū co
gnoſcetis eos. Eſt .n. aliq̄d i corde qđ diſſimulat̄ in
vultu: & velatū mēte & ouē putantes: lupū ſenſe-
rūt. Si quę ouiū ſunt: agunt: credant̄ & oues eſſe:
Si aūt rapacia luporū ouēs pagūt: lupi eſſe p opus
ſuum intelligunt̄. Ex geſtorū fructu: veſtimētorū
ſpecies arguit̄: Teſtem ouis tuę lupe rapax cerni-
mus. Auro reipubli. ſanctū dei honoras: & vel de-
tracta templis: vel publicata edictis vel exacta pœ
nis deo ingeris: Oſculo ſacerdotes excipis: quo &
xp̄s eſt tradi tꝰ. Caput benedictioni ſūmittis vt ſi
dē calces. Cōuiuio dignaris: ex quo iudas ad pro-
ditionē egreſſꝰ eſt: cenſū capitū remittis: quē chri
ſtus ne ſcandalo eſſet exoluit. Vectigalia Ceſar
donas: vt ad negociationem chriſtianos inuites.
Quæ tua ſūt: relaxas: vt q̄ dei ſūt: amittant̄. Hæc
tua falſa ouis: indumēta ſūt. At nūc fructꝰ operū
tuorū lupe rapax audi. Neq; alia potiuſq̄ quæ ge-
ſta ſūt in eccleſia: refero: vt tyrānidē aliā p̄ter q̄ dei
referrē. Nō quia cauſā ignoro: ſed tn̄ querela famo
ſa eſt. iuſſos a te ep̄os eſſe quos cōdemnare nullus
audebat: etiā nūc in eccleſiaſticis frontibꝰ ſcriptos
metallicę dānatiōis titulo recenſeri! Adeſt mecū
Alexādria tot cōcuſſa bellis tātū cōmotarū expe-
ditionū pauēs tumultū. Breuiꝰ enī magis aduer-
ſū perſam q̄ aduerſū eā armis certatū ē. Mutati ꝑ-
fecti: electi duces: corrupti populi: cōmotę legiōes
ne ab athanaſio xp̄s p̄dicaret̄. Taceo de minoribꝰ
populis & ciuitatibꝰ: quibꝰ p totū orientē aut ter
ror aut bellū eſt. Poſtq̄ oīa cōtuliſti arma aduerſū
fidem occidētis: & exercitus tuos cōuertiſti i oues
xp̄i: fugere mihi ſub Nerone licuit. At tu Paulinū
beatæ paſſionis virū blādimēto ſolicitatū telega-
ſti: & eccleſiā ſanctā Treuerorū tali ſacerdote ſpo
liaſti. Edictis fidē terruiſti: xp̄m vſq; ad mortē de-
mutaſti exiliis & fatigaſti: extra chriſtianū quoq;
nomē relegaſti: ne panē aut de horreo tuo ſume-
ret: aut de mōtanę maximillę ꝑ antro ꝓphanatū
expectaret. Mediolanēſē piiſſimā plębē: quā tu fu
rore terroris turbaſti: tribuni tui adierūt: ſancta ſā
ctorū: & viā ſibi oī per populū crudelitate pāden-
tes: ꝑtraxerūt de altario ſacerdotes Leuius te pu-
tas ſceleſte iudęorū ipietate peccaſſe! Effuderūt q
dē illi zacharię ſāguinē: ſed q̄tū i te ē: cōcorporatos
xp̄o: a xp̄o diſcidiſti. Vertiſti deīn vſq; ad romam
bellū tuū: eripuiſti illic ep̄m: & o te miſerū: qui ne-
ſcio virū an maiore impietate relegaueris: q̄ remi-
ſeris. Quos tu deinde in eccleſiam Toloſſanā exer
cuiſti furores! clerici fuſtibꝰ cæſi: diacones plum
bo eliſi: & in ipſū vt ſanctiſſimi mecum intelligāt
in ipſū xp̄m manꝰ miſſę. Hæc Cōſtāti ſi ego mēti
or: ouis es: ſi vero tu pagis: antichriſtꝰ es. Nū quia
hęc quę conſciētię publice tenent̄: nō magis a me
maledicta ſunt dicta: q̄ vera: ſicut in chriſto ſpeci-
es reliqua eſt! Si quis iudicii diē metuit: ſi quis dia-
bolo renunciauit: ſi quis ſe regeneratum in vitam

re: quā tu falſis opinionibus infamatā pturbas: & cōtra humanū diuinūq; iudiciū cū paucis ſatellitibus tuis pphanis impugnas. Sed nō licet tibi nūc regno potenti etiā in poſterū pīudicare. Extant .n. litterę qbꝰ id qd tu criminoſum putas: pie tūc eſſe ſuſceptum docetur. Audi verborū ſanctā intelligentiā. Audi eccleſię imperturbatā conſtitutionē. Audi patris tui pfeſſā fidē. Audi humanę ſpei cōfidētē ſecuritatē. Audi hęretice dānationis publicū ſenſū: & intellige te diuinę religionis hoſtē: & inimicū memoriis auctorū: & paternę pietatis hęredē rebellem. Pater eſt: ex quo omē qd eſt: cōſiſtit. Ipſe in xpo & p xpm: origo oim. Cęterū eſſe eius in ſeſe eſt. Nō aliūde q eſt ſumens: ſed id qd eſt: ex ſe atq; in ſe obtinens. Infinitꝰ: qa nō ipe in aliquo: ſed intra eū oia. Semper extra locū: qa nō continetur in loco: Semp ante euū: qa tēpꝰ ab eo ē. Curre ſēſu ſi qd ei putas vltimū eſſe: eū ſēper īuenies. Qui ac tū ſēper itēdas: ſēp eſt quo itēdas. Sēper āt locū eiꝰ itēdere: ita tibi ē: vt ei eē ſēp fine fine ē. Sermo ī eo deficiet: non na ēa claudet. Iterū reuolue tēpora: eē ſēp iuenies. Et cū numerꝰ calculi in ſermone defecerit: deo tñ ſemp eē nō deficit. Intelligētiā cōmoue & totū mēte cōplectere: nihil tenes. Totū hoc habet reliquū. Reliquū āt hoc. Semp in toto ē. Ergo neq; totū ei ē: cui reliquū ē: neq; reliquū ē: cui ē: oē qd totū ē: Reliquū .n. portio ē. Oē vero qd totū eſt. Deꝰ āt & vbiq; ē: & totꝰ vbiq; eſt. Ita regionē intelligētię excedit: & extra quē nihil eſt: & cuiꝰ ē ſemp vt ſemp ſit. Hęc veritas eſt ſacramenti: dei: hoc ipſpicabilis: naturę nomē in pře. Deꝰ īuiſibilis: ineffabilis: infinitꝰ: ad quē & eloquē. tū ſmo ſileat: & inueſtigādū ſenſꝰ hebeſ: & cōplectēdū ītelligētia coarcteſ. Volēs itaq; filiꝰ huiꝰ natiuitatis ſuę fidē facere factorū ſuorū nobis poſuit exēpla: vt p īenarrabiliū geſtorū ſuorū efficiētiā: de virtute natiuitatis inenarrabilis doceremur cū aqua fit vinū: cum quinq; panes ſaturatis qnq; millibus virorū: excepto ſexu & etate reliqua: replēt fragmentis cophinos duodeci. Res cernit & neſcitur: fit & nō intelligiſ. Ratio nō appręhēdiſ: effectꝰ ingeriſ. Stultū ē āt calūniā in eo inquiſitionis intendere: in quo cōphēdi id vnde qriſ p naturā ſuā nō pōt. Vt .n. inenarrabilis eſt př in eo q īgenitꝰ ē: ita enarrari filius in eo q vnigenitꝰ ē: nō pōt: qa īgeniti ē imago qui genitus eſt. Tū .n. ſenſu atq; verbis imaginē appręhendamꝰ neceſſe eſt: cū eum cuiꝰ imago eſt cōſequamr. Sed inuiſibilia pſequimur: & incōprehēſibilia tentamꝰ: qbꝰ intelligētia ad cōſpicabiles res & corporeas coarctaſ. Non erubeſcimus ſtulticię: nō noſmetipſos irreligioſitatis arguimꝰ: dei arcanis: dei virtutibus calūniātes: quomodo filiꝰ: & vnde filiꝰ: & quo dāno patris: vel ex qua ſit portione natꝰ inquirimus: Habueras in exēplo opationū vt crederes deū efficere poſſe: quorū ītelligere efficientiā nō poſſis. Quęris quomō ſ̄ .n ſpm natꝰ ſit filiꝰ. Ego te de corporeis rebus interrogo. Nō q̄ro quomodo natꝰ ex virgine ſit. An detrimētum ſui caro pfectā ex ſe carnē generās ppeſſa ſit: & certe nō ſuſcepit qd edidit: ſed caro carnē ſine elemētorū noſtrorū pudore puexit: & pfectū ipa de ſuis nō īminuta generauit. Et qdē fas eſſet nō ipoſſibile in deo opinari qd p virtutē eiꝰ poſſibile fuiſſe in hoīe cognoſcimꝰ. Sed te qſquis es inīueſtigabilia ſectātē: & diuinorū ſecretorū atq; virtutū grauē arbitrū cōſulo: vt mihi imperito & tñ de omnibꝰ deo vt ſunt ab eo dicta credēti: rationē ſaltem facti iſtius afferas. Dñm audio & quia iis credo quę ſcripta ſunt: ſcio iā poſt reſurrectionē frequēter videndū ſe in corpore pbuiſſe: multis nō credētibus. Credo Thome nō niſi cōtrectatis eiꝰ vulneribus credituro: ſicut ait. Niſi videro in manibus eius fixurā clauorū & miſero digitū meū in locū clauorū: & mittā manū meā in latꝰ eius: nō credā: Dñs ſe ad oēm ītelligētię noſtrę imbecillitatē accōmodat: & dubitationi infideliū ſatiſfacturus: arcanū virtutis īuiſibilis operaſ: Facti rōnē: qſqs eris: cęleſtiū rerū ſcrutator: expone. Erāt diſcipuli īcluſi: & ſecreto pꝰ paſſionē dñi cōiūcti cōſederāt. Dñs thome fidē ppoſitis cōditionibꝰ cōfirmaturꝰ aſſiſtit palpādi corporis & cōtrectādi vulneris obtulit facultatē: Et vtiq; q cōpūctꝰ recognoſcendꝰ ſit: neceſſe eſt vt corpꝰ in quo ē cōpūctꝰ attulerit. Quęro ergo p quas clauſę domꝰ ptes ſe ſe corporeꝰ intulerit. Diligēter .n. euāgeliſta expſſit dicens. Venit Ieſus ianuis clauſis. & ſtetit in medio diſcipulorū ſuorum. An conſtructa parietum penetrans: & ſolidā lignorum naturā impenetrabilē tranſcurrit! Stetit: nāq; corporeꝰ: nō ſiſlatus aut fallax. Sequātur ergo oculi mentis tuę penetrātis ingreſſū & cum eo clauſam domū intelligētię tuę viſus introeat Integra ſūt oia & obſerata: ſed ecce aſſiſtit

medius: cui per virtutem ſuā vniuerſa ſunt: pu[t]a
inuiſibilibus calumniaris. Ego a te viſibiliū expo
ſco rationē. Nihil cedit ex ſolido. neq; per naturā
ſuam aliquid tangēs lapſu inſenſibili ligna & lapi-
des admittunt. Corpus domini a ſeſe non deficit:
vt ſe ſe reſumat ex nihilo. Et vnde q aſſiſtit in me-
dio eſt? Cedit ad hæc & ſenſus & ſermo: & extra
rationē humanā ē veritas facti. Idcirco ergo vt de
natiuitate fallimur: ita & de ingreſſu domini mē-
tiamur? Dicamꝰ factū nō fuiſſe: quia intelligentiā
facti non apprehendimus. Et ceſſāte ſenſu noſtro
facti ipſius ceſſet effectus. Sed mēdaciū noſtrū fa-
cti fides vicit. Aſſiſtit dñs clauſa domo in medio
diſcipulorū: & filiꝰ eſt natus ex patre. Noli negare
qđ ſteterit quia per intelligētiæ infirmitatē conſi-
ſtentis non conſequaris introitū. Noli neſcire qđ
ab ingenito & perfecto deo pfc vnigenitꝰ pfectus
filius deus natus ſit: quia ſenſū & ſermonem hu-
manę naturę virtus generationis excedat: & oīa
quidem inſuper mundi opera: adeſſe nobis in te-
ſtimoniū poſſent: ne ābigere de dei rebus atq; vir-
tutibus fas crederemus. Sed in ipſam veritatem
infidelitas noſtra procurrit: & violenti in excidiū
dei poteſtatis irrumpimus. Si liceret: & corpora &
manus in cęlum leuaremus. Solem aſtraq; cætera
annui curſus ſuis limitibus proturbaremus. Pro-
miſceremus deceſſus oceani & acceſſus. Fluenta
etiam fontium inhiberemus: & naturas fluminū
refrenaremus: concuteremus fundamenta terræ
& toto in hæc opa dei: pricidio deſęuiremꝰ. Sed be-
ne eſt ꝙ nos intra hāc modeſtię neceſſitatē natu-
ra corporū detinet. Certe nō fallimur: quid ſi lice-
ret eſſemꝰ acturi nāq; qa nō poſſumꝰ: pphana vo-
lūtatis audācia: naturā veritatis cōuellimꝰ: & bel-
li dictis dei cōparamꝰ. Ceſſet dolor q̄relarū. Nam
te q̄ſquis es q hæc requiris: non reuoco in excelſū
nō in āplitudinem tendo: nō deduco in pfūdum.
Nōne ęquanimiter ignorabis creatoris natiuitatē
ignorās originē creatæ? Hoc ſaltē rogo: ſentiſne
te genitū: & quę ex te generentur: intelligis? Non
quęro: ſenſum vnde hauſeris: vitā vnde ſortitꝰ ſis
intelligentiam vnde adeptus ſis: quale ſit qđ in te
ē odor ſenſꝰ. viſꝰ. auditꝰ. Certe nemo qđ facit ne-
ſcit. Quæro vnde iſta iis quos generes indulgeas.
Qualiter ſenſum inſeras: oculos accēdas: cor affi-
ges. Hęc ſi potes: enarra. Habes ergo qđ neſcis. &
tribuis quę nō itelligis. Aequaniter iperitꝰ in tuis
inſolenter in dei rebus ignarus.

Explicitꝰ ē liber ſācti Hylarii epiſcopi trāſmiſſus
ad Conſtātiū iperatorē. Incipit liber primꝰ eiuſdē
ad Conſtantium.

Benignifica natura tua domine
beatiſſime auguſte cū benigna
voluntate concordat. Et quo-
niam de fonte paternę pietatis
tuæ miſericordia largiter pro-
fluit: qđ rogamus: facile nos im-
petrare poſſe cōfidimꝰ. Nō ſolū verbis ſed etiam
lachrymis deprecamur: ne diutiꝰ catholicę eccle-
ſię grauiſſimis iniuriis afficiantur: & intolerabiles
ſuſtineāt perſecutiones: & contumelias: & ꝙ eſt
nefarium: a fratribꝰ noſtris. Prouideat & decernat
clemētia tua. vt omnes ſe vbiq; iudices: quibꝰ p-
uinciarum adminiſtrationes creditę ſūt: ad quos
ſola cura & ſolicitudo publicorū negociorū perti-
nere debet a religioſa obſeruātia abſtineant. Neq;
poſthac pręſumant atq; vſurpent & putēt ſe cau-
ſas cognoſcere clericorū: & innocēter homines va-
riis afflictationibus minis violentia terroribꝰ frā-
gere atq; vexare. Intelligit ſingularis & admirabi-
lis ſapiētia tua non decere non oportere cogi & cō-
pelli inuitos & repugnātes: vt ſe iis ſubiiciāt & ad-
dicant vi oppreſſi: q nō ceſſāt adulterinę doctrinę
corrupta ſemina aſpergere. Idcirco laboratis: & ſa-
lutaribus conſiliis rempublicā regitis: excubatis
etiam & vigilatis: vt omnes quibus īperatis: dul-
ciſſima libertate potiantur. Non alia ratione quæ
turbata ſūt: cōponi: q̄ diuulſa ſūt: coerceri poſſūt:
niſi vnuſquiſq; nulla ſeruitutis neceſſitate aſtrictꝰ
integrū habeat viuendi arbitriū. Certe vox excla-
mātiū: a tua māſuetudine exaudiri decet. Catho-
licus ſū: nolo eſſe hęreticus. Chriſtianus ſū: nō aria-
nus: & meliꝰ eſt mihi in hoc ſæculo mori: q̄ alicu-
iꝰ priuati potentia dominante: caſtā veritatis vir-
ginitatē corrūpere. Aequūq; debet videri ſanctita-
ti tuę glorioſiſſime auguſte: vt qui timēt dominū
deū & diuinū iudiciū: nō polluantur aut cōtami-
nētur execrandis blaſphemiis. Sed habeant pote-
ſtatē vt eos ſequanſ epiſcopos & prępoſitos q & i-
uiolata cōſeruant foedera charitatis: & cupiūt per-
petuā: & ſincerā habere pacē. Nec fieri poteſt: nec

ratio patitur: vt repugnantia congruant: diſſimi
lia conglutinentur: vera & falſa miſceātur: lux &
tenebrę cōfundantur: dies quoq; & nox habeant
aliquā cōiunctionē. Si igitur (qd ſine dubitatiōe
& ſperamus & credimꝰ) haec permouēt non inſi
tā: ſed ingenitā tuam bonitatē: pręcipe vt non ſtu
dium nō gratiā nō fauorē: locorū rectores grauiſſi
mis hęreticis pręſtēt. Permittat lenitas tua popu
lis quos volūt quos putauerint: quos elegerit: au-
diant docentes: & diuina myſteriorū ſolemnia cō
celebrent: p incolumitate: & beatitudine tua offe
rāt preces. Nō quiſq̄ peruerſus aut inuidus mali-
gna loquatur. Nulla quidē ſuſpitio erit nō modo
ſeditionis: ſed nec aſperę murmurationis. Quieta
ſunt omnia: & verecūda & nunc qui ariana & pe-
ſtifera contagione inquinati ſūt: nō ceſſant ore im
pio: & ſacrilego animo: euangeliorum ſinceritatē
corrūpere: & rectā apoſtolorū regulā deprauare.
Diuinos prophetas non intelligūt. Callidi & aſtu
ti artificio quodā vtunt. Incluſam pernicioſā cor-
ruptelā exquiſitorū verborū velamine cōtegunt.
Nō prius venenatū virus effundāt q̄ ſimplices &
innocētes ſub prętextu nominis chriſtiani: raptos
atq; irretitos inuoluant: ne ſoli peant: ſed partici-
pes horrendi criminis ſui reos faciāt. Et hoc ob ſe-
cramus pietatē tuā: vt eos qui adhuc egregii vi-
delicet ſacerdotes qui tanti nominis prępollēt di-
gnitate: aut ī exilio aut ī deſertis locis tenētur: iu-
beas ad ſedes ſuas remeare. Vt vbiq; grata liber-
tas ſit: & iocunda liticia. Quis nō videt quis non
intelligit: poſt quadringentos fere ānos: poſt q̄ dei
vnigenitus filius humano generi pereunti ſubue-
nire dignatus eſt: quaſi ante non apoſtoli: nō poſt
eorū martyria & exceſſus fuerint chriſtiani: nouel
la nunc & teterrima lues nō corrupti aeris: ſed ex-
ecrādorū blaſphemorū ariana effuſa eſt. Ita illi qui
ante crediderūt: inanem ſpem immortalitatis ha
buerunt. Nuper didicimus commenta haec fuiſſe
inuenta & a duobꝰ Euſebiis & a Narciſſo & Theo-
doro & ab ſtephano & achaico & menophanto &
imperitis atq; improbis duobus adoleſcētibꝰ Vr
ſatio & Valēte: quorum epiſtolae proferuntur: &
idoneis teſtibus etiam nō cōuincuntur. Qui eos
magis oblatrantes q̄ diſputātes audierit: qbuſq;
cōmunionē ſuā īprudēter & incaute cōmiſcēt: ga
fient ſocii ſcelerū: pticipes criminū: neceſſe eſt etiā
eos q in hoc ſaeculo abiecti ſunt & abdicati: cū ad-
uenerit dies iudicii: pati ſupplicia ſempiterna. Iā
nemini dubiū eſt: cuiuſcemodi curā in abſolutio
nē Athanaſii ſancti illi viri receperint: vt poſt ſyno-
di ſententias quas pro ſacerdotalis iudicii reuerē
tia: fas fuerat ſacerdotali vel eccleſiaſtica cōtinen
tia cōtineri: ſcribi ad regē legationē q; inſtrui opor
tuerit. Sed quid aliud his litteris q̄ libertatē fidei
& cōtagionē ariani nominis deprecantur? Orāt q;
vincula: carceres: tribunalia: & omne illud ferale
habitū: nouas etiā in reos quęſtiones inhiberi. De
us cognitionē ſui docuit potiꝰ q̄ exegit: & opera-
tionū cęleſtiū admiratione pręceptis ſuis cōciliās
auctoritatē: coactā cōfitēdi ſe aſpernatꝰ eſt volun
tatē. Si ad fidē verā iſtiuſmōi ius adhiberet: epiſco
palis doctrina obuiā pergeret: diceretq;. Deꝰ vni-
uerſitatis eſt: obſeq̄o nō eget neceſſario: nō requi-
rit coactā cōfeſſionē. Nō fallendꝰ eſt: ſed promerē
dꝰ. Noſtra potius non ſua cauſa venerādus ē. Nō
poſſū niſi volētē recipere: niſi orātē audire: niſi pfi
tētē ſignare. Simplicitate quęrendꝰ eſt: cōfeſſione
diſcendꝰ eſt: charitate amandꝰ eſt: timore venerā
dus ē. Volūtatis pbitate retinendus ē. At vero qd
iſtud qd ſacerdotes timere deū: vinculis cogūtur:
poenis iubēt: ſacerdotes carceribꝰ cōtinent plebs ī
cuſtodiā catenati ordinis cōſtricta diſponit: virgi
nes nudantur ad poenam: ſacrata deo corpora pu
blicō expoſita cōſpectui: ad fructū ſpectaculi & q̄
ſtionis aptantur? Cogunt nempe nō vt chriſtiani
omnes ſint: ſed vt ariani: & cōfeſſam in deo fidem
ad conſortiū piaculi ſui ſceleris compellunt. Au-
ctoritate etiā nominis ſui: in errorē imperatorem
tranſducunt: recti affirmātes: vt ſub ſpecie timo
ris dei: in hac peruerſitate ſubditos ſibi tradāt: q̄ſti
ones poſcunt iudiciorū ſubſidia deſiderant: aucto
ritatem regiam implorant: & nec ſic peruerſitatē
ſceleris ſui erubeſcunt: extorquere conniuentiam
plebium: nec cogi de iure potuerunt. Haec ſi de vē
ceptor ſalutis meæ. Et ego primogenitū ponā eū
excelſum ſup reges terrę. Perſonā vero filii in plu-
rimis ſere introduci: vt in xvii. pſalmo Populꝰ quē
nō cognoui ſeruiuit mihi & i. xxi. pſalmo. Diuiſe
runt ſibi veſtimēta mea: & ſuper veſtē meā miſerūt
ſortē. Hunc autem primum pſalmum vel ex per-
ſona patris: vel ex perſona filii nō poſſe intelligi ip
ſe abſoluit & docet cum in eo ait. Sed in lege do-
mini voluntas eius: & in lege eiꝰ meditabitur die
ac nocte. In eo eñ pſalmo in quo perſonam patris
deſignari meminimus propria & apta memorant
cum dicit. Ipſe inuocabit me pater meus es tu deus
meus: & ſuſceptor ſalutis meæ. Et in eo quo filius
loqui docetur ipſe ſe ex his quę cōmemorat dicto-
rum ſuorū profitet auctorē dicens. Populus quem
non cognoui ſeruiuit mihi. Dū eñ & pater dicit:
inuocauit me: & filiꝰ ait: ppl'us ſeruiuit mihi: ipſos
ſe eſſe q de ſe loquūt oſtēdūt. At vero nūc cū dici-
tur ſed in lege domini volūtas eius/nulla domini
perſona de ſe loquētis oſtendit: ſed alterius potius
beati eius: ſcilicet viri cuius in lege domini volun
tas ſit. Perſona itaq; prophetę cuiꝰ ore ſpiritus ſan
ctus loquitur: nūc eſſe noſcenda eſt officio oris eiꝰ
ad cognitionē nos ſacramētis ſpiritualibus erudi-
ens. Et cū hęc loquatur: quærendū eſt de quo viro
cū loq intelligere debeamꝰ. Ait eñ. Btūs vir q nō
abiit in cōſilio īpiorū & in via peccatorū nō ſtetit:
& in cathedra peſtilentię nō ſedit. Sed in lege do-
mini volūtas eiꝰ: & in lege eiꝰ meditabit die ac no
cte. Et erit tanq̄ lignū q̄d plantatū eſt ſecus decur-
ſus aquarū: q̄d fructū ſuū dabit in tempore ſuo. Et
foliū eius nō defluet: & omnia quęcūq; faciet bene
dirigēt. Multos vel pręſenti ſermōe: vel ex litteris
ac ſcriptis eorū comperi ita ſenſiſſe de pſalmo: q̄d
ſignificari in eo dñs noſter Ieſus chriſtus: atq; intel
ligi debeat: cuius beatitudo in iis quæ ſubiecta ſūt
prędicetur. Sed id nec modo nec ratione docuere:
bone quidem opinionis affectu: quia omnis ad eū
prophetia eſt referenda pſalmorū. Sed vbi & quā-
do ad eū prophetię ipſius ſermo ſe referat: rationa
bilis ſcientię diſcernendū eſt veritate. Ea autē quę
in exordio pſalmi poſita ſunt minime perſonę eiꝰ:
dignitatiq; cōueniūt. & incautā hanc ita prędicā-
di facilitatē ipſa illa coarguūt quę continentur in
pſalmo. Cū eñ dicit: & in lege domini volūtas eiꝰ
cū lex per dei filiū lata ſit: quō ad eū ob id beatitu-
do referetur: quia volūtas eius in lege domini fue-
rit: cū dñs ipſe ſit lex: Qz autē lex eiꝰ ſit: in pſalmo
ſeptuageſimo ſeptimo ipſe teſtatur quo ait: Attē-
dite populꝰ in legē meā: inclinate aurem veſtrā in
verba oris mei. Aperiā in parabolis os meū. Et hęc
Matthęꝰ euāgeliſta ab eo eē dicta cōfirmat dicēs
Ideo in parabolis loquebatur vt impleretur q̄d di-
ctum eſt. Aperiam in parabolis os meū. Prophetiā
ergo ſuam rebus dominꝰ expleuit. Nam in iis in q
bus locuturū ſe poſpōderat parabolis ē locutꝰ. Id
aūt q̄d ait. Et erit tanq̄ lignū q̄d plantatum eſt ſe-
cus decurſus aquarum. in quo cōparatiue btitudi
nis ꝑfectꝰ oſtēdit quō ꝑſonæ eiꝰ poterit coaptari
vt ſit dei filio plantatū lignū beatiꝰ. Ob q̄d beatiꝰ
ſit: q̄a aliqñ ſilitudinē eiꝰ ꝑfectꝰ btitudinis cōſeq̄
tur. Dehinc cū ſecūdū ſapientiā & apoſtolū & añ
ſæcula: & ante tempora ęterna ſit: & primogenitꝰ
omnis creaturæ ſit: & in ipſo: & per ipſum creata
ſūt omnia: quomodo his rebꝰ cum fiet ſimilis bea
tus eſt quæ ab ipſo ſūt inſtituta: cum neq; creato-
ris virtus ad beatitudinis ſuę perfectionē cōpara-
tione egeat creaturæ; neq; primogeniti antiq̄tas
in eo q̄d erit tanq̄ lignum tempus prępoſterę cōpa
rationis admittat: Id eñ q̄d erit per expectandum
adhuc tempus nō poteſt videri: vt aut fuerit: aut
iam ſit in rerum natura. Quicquid aūt iam eſt. nō
eget dilatione temporis vt ad aliquid inchoetur:
quia antiquitate exordii ſui iam permanet. Itaq;

quia hęc a diuinitate vnigeniti filii dei domini noſtri Ieſu chriſti intelligũtur aliena: vt ille hic a propheta btũs prędicari opinandus eſt: q ſe ei corpori qd dñs aſſumpſit: in quo homo natus eſt cõformẽ ſtudio equitatis: & totius iuſtitię perfectiõe perſtiterit. Et ſane id ita intelligi oportere plenior pſalmi expoſitio mõſtrabit. Specioſiſſimũ autẽ hoc & digniſſimũ incipiendorũ pſalmorũ ſancti ſpiritus ſumpſit exordiũ: vt humanã infirmitatẽ per ſpem btitudinis ad innocẽs religiõis ſtudiũ adhortaretur: vt ſacramẽtũ dei corporati doceret: vt cõmunionẽ glorię cęleſtis polliceretur: vt poenã iudicii denũciaret: vt differentiã reſurrectiõis oſtẽderet: vt prouidẽtiã dei in retributione mõſtraret. Perfecta ſcilicet cõſũmataq; ratiõe tãtę ꝓuidẽtię ordinẽ ĩchoauit: vt hoĩm imbecillitatẽ ad fidei ſtudiũ beati viri ſpes illiceret: ſpei beatitudinẽ cõpata ligni ſimilitudo conderet: inſolentẽ impietatẽ intra metũ denũciata impiis ſeueritas coerceret: meriti differẽtiã in cõſiliis ſanctorũ conditionis ordo diſtingueret. dei magnificentiã in cognoſcẽdis iuſtorũ viis eqtas cõſtituta mõſtraret: nũc & res ipſas & eorum verba tractemus.

¶ Reſerante Claue: apto introitu Incipit tractatꝰ Sãcti Hylarii Epĩ in primũ pſalmũ.

BEatꝰ vir qui nõ abiit in cõſilio impiorꝫ: & in via pctõrũ nõ ſtetit: & in cathedra peſtilẽtię ñ ſedit. Sed ĩ lege dñi voluntas eius: & in lege eiꝰ meditabiẽ die ac nocte. ¶ Quinq; generũ obſeruantiã beato viro ſubeſſe: ꝓpheta cõmemorat. Primã in impiorũ cõſiliũ nõ eũdi: alterã in peccatorũ via nõ cõſiſtendi: tertiã in cathedra peſtilẽtię nõ ſedẽdi: tum deinde voluntatis in lege dñi ponẽdę: poſtremã in ea die noctuq; meditãdi. Ergo neceſſe ẽ differre impiũ a peccatore: peccatorẽ a peſtilente: maxime cũ ſit impiis cõſiliũ: peccatori via: cathedra peſtilẽti. Dehinc cũ in cõſiliũ ĩpiorũ eatur potius q̃ ſtetur: in via vero peccatoris ſtetur magiſq̃ eatur. Quarũ rerũ cauſas vt intelligere poſſimus diſcernendũ eſt quãto differat peccator ab impio: vt per id ĩtelligi poſſit: cur peccatori via: & impio cõſiliũ deputeẽ. Dehinc cur & in via ſtandũ: & in cõſiliũ eundũ ſit: cũ humana conſuetudo: & in cõſilio ſtandũ: & in via eundũ eſſe decernat. Nõ oĩs q peccator ẽ: & impius eſt: Impiꝰ aũt nõ poteſt nõ eſſe peccator. Et ſumamꝰ ex vſu cõſcientię cõmunis exẽplũ. Patres ſuos amare pñt filii: licet ebrioſi ſint: & laſciui: & ꝓdigi: & inter hęc vicia carẽt impietate: qui nõ carẽt crimine. Impii vero licet in pͥcipuis ſint continentię frugalitatiſq; virtutibꝰ a omne tñ quodcunq; aliud extra impietatẽ erit crimen in cõtumelia parẽtis excedũt. Igitur ſecũdũ hoc ꝓpoſitũ exẽplũ: impiũ diſcerni a peccatore nõ dubiũ eſt: & impios quidẽ eos eſſe natura ĩpa iudicii cõmunis oſtẽdit: qui cognitionẽ dei expetere faſtidiunt: qui nullum eſſe mũdi creatorẽ irreligioſa opiniõe pręſumũt: q mũdũ in hunc habitũ ornatũq; fortuitis motibus cõſtitiſſe cõmemorãt. q ne qd iudiciũ creatori ſuo ob vitã recte crimĩnoſe ve digeſtã relinquant: volũt ex naturę neceſſitate ſe naſci: & ex eadẽ rurſum neceſſitate diſſolui. Horum igitur omne cõſiliũ fluctuãs: incertũ ac vacuũ eſt: & in eiſdẽ ac per eadẽ ſine vlla cõſiſtẽdi ſtatiõe defertur. Non eñ tenet modũ diffinitionis alicuius creatorẽ mũdi diſputatio docere auſa non eſt. Cũ eñ quęras cur mũdꝰ factꝰ ſit: & qñ: & in quantũ: & vtrũ mũdꝰ homini: an homo mũdo: & mors ob qd vel quouſq; vel qualis: circa hæc impietatis ſuę conſilia agitur ſemp: & vadit: loco cõſiſtẽdi: in his cõſiliis nõ reperto. Sunt & alia cõſilia impiorũ eorum ſcilicet q in hęreſim delapſi: nec noui: nec veteris teſtamẽti legibus cõtinẽẽ. quorũ ſmo in orbẽ ſemp: & circuli erroris ĩflexꝰ nihil tenẽs: & ĩ nullo cõſiſtens: indefinitę ſciẽtię: curſu recurſuq; iactaẽ. Quorũ impietatis eſt deũ nõ ex dei ipſiꝰ profeſſione: ſed ex arbitrii ſui volũtate metiri: ignorãtes nõ minoris ĩpietatis eſſe deũ fingere q̃ negare. A qbꝰ cum regras quo ſpei ac fidei ſuę fine ſic ſentiat: cõfundũtur: turbanẽ: diſſimulãt cũ errant: & finẽ ipſum eiꝰ de qua quęriẽ diſputationis euitãt. Beatꝰ ergo vir ẽ q in hoc impiorũ cõſiliũ nõ abiit: id ẽ qui ĩpam illã in hoc cõſiliũ eũdi nõ admiſerit volũtatẽ: qa q̃ impia ſunt vel cogitaſſe iã crimẽ ſit. Sequẽs aũt ẽ vt q in impiorũ cõſiliũ nõ abiit: in peccatorũ quoq; via nõ ſtet. Plures eñ ſũt qui cũ per cõfeſſionẽ dei ab ĩpietate: diſcreti ſũt: nõ tñ a pctõ ꝑ id liberi ſũt. In eccl'ia qdẽ manẽtes: ſꝫ eccl'ię diſciplinã ñ tenẽtes vt auari: ebrioſi: tumultuoſi: ꝓcaces ſupbi: ſi'latores: mẽdaces: rapaces. Et ad hęc qdẽ nos

vitia naturę noſtrę propellit inſtinctus. Sed vt vtile eſt: nos via hac qua referimur abcedere: ſic neq̧ cõſiſtere: illic adhibito decedendi ex ea non moroſo recurſu. Et idcirco beatus vir eſt qui in via peccatorũ nõ ſtetit: natura quidem in viam hanc deferente: ſed ex via hac fidei religione referente. Tertius quoq̧ hic obtinendę beatitudinis ordo eſt: in cathedra peſtilẽtię nõ ſedere. Sederũt in cathedra Moſi Phariſei docentes: ſedit & Pilatꝰ in tribunali. Cuius itaq̧ cathedrę ſeſſionẽ exiſtimabimus peſtilentem? Nõ vtiq̧ Moſi: dñs eñ ſedentẽ potius q̃ ſeſſionem cathedrę improbandũ dicit. Super cathedram inquit Moſi ſederunt Scribę & phariſei: quęcunq̧ dixerint facite: quę autem faciunt facere nolite. Cathedrę huiꝰ ſeſſio peſtilens nõ eſt: cuius obedientia dominica auctoritate pręcipitur. Illa ergo erit peſtilens cuius cõtagiũ Pilatus manus abluẽdo deuitat. Multos eñ etiam in metu dei cõſtitutos ſęculariũ tamen bonorum ambitio corrũpit: & volunt eccleſiæ legibus ſubditi: fori legibus iudicare. Sed q̃q̃ ad hęc ipſa officia quę agũt ferãt ſecum religioſam voluntatem beniuolos ſeſe cõtinenteſq̧ pręſtando: tamẽ neceſſe eſt eorum in quibus diuerſabuntur negotiorũ quodã peſtilenti cõtagio polluanť. Publicarũ eñ cauſarũ ordo: manere eos volentes etiam in eccleſiaſticę legis ſanctitate non ſinit. Et q̃uis religioſi ꝓpoſiti tenaces ſint: tamen neceſſitate ſedis obtentæ cum ad contumeliam: cum ad iniuriam: cum ad pœnã cunctãte licet voluntate coguntur. facit eos neceſſitatis ipſius participes cum tanq̃ luce morbida imbuuntur. Et idcirco hanc eorum cathedram peſtilentię propheta cognominat: quia contagione ſua & voluntatem religioſę mentis inficiunt. Sed beatitudinem viri non ſolum: vel in impiorum cõſilium nõ iſſe: vel in peccatorum viam non ſtetiſſe: vel in peſtilentię cathedra non ſediſſe conſũmat. Poſſũt eñ hæc & in ſęculari viro reperiri: vt vnũ deũ eſſe creatorẽ mũdi opineť. vt a pctis ſe per ſtudiũ modeſtię: inocẽtię referat: vt honorũ dignitatibus priuatę & tranquillę vitę otia anteponat. Sed perfectũ nũc deo virũ ꝓpheta conformãs: & quẽ in magnis ęternæ beatitudinis cõſtituat exemplis: non cõmunibꝰ eũ ad id docet vſurum eſſe virtutibus ſed his cõſũmandũ eſſe: vt btũs ſit: quæ ſequũtur. Sed in lege dñi voluntas eiꝰ. Abſtentio ſuperiorũ inutilis eſt: niſi in cõſequẽtia adhibeať intentio ſcilicet vt in lege domini voluntas ſit. Non expectat propheta vt metus ſit: plures eñ intra legem metus cohibet: paucos vero voluntas cõſtituit in lege. Quia timoris eſt non audere timenda negligere: perfectę vero religionis eſt pręſcriptis velle parere. Et idcirco beatus ille eſt: cuius in dei lege nõ timor eſt: ſed voluntas. Sed deeſt interdũ & aliquid voluntati. Et perfectam beatitudinẽ ſolũ velle nõ obtinet: niſi volũtatẽ ſequať operatio. Sequiť nãq̧. Et i lege eiꝰ meditabiť die ac nocte. Beatũ hũc virũ continua legis meditatio & indefeſſa conſũmat. Sed forte id humanę infirmitatis natura non patitur: per quã quieſcendũ: dormiẽdum: cibo vacandũ eſt: ob quę a ſpe cõſequendę beatitudinis & neceſſitate naturaliũ decidamꝰ cum quãdo a meditatiõe diurna atq̧ nocturna negocii corporalis intercesſione ſit deſinẽdum. Simile quoq̧ huic dicto apoſtoli dictum eſt: ſine intermiſſione orantes Quaſi vero nõ recuperando vires ſuas naturæ noſtrę neceſſitas poſſit ſine interpellatione temporis ſemp orare. Meditatio itaq̧ legis nõ ſolum in verbis legendi eſt: ſed in opere & religione: neq̧ vt libros tantũ: & ſcripturas recenſeamꝰ: ſed vt ea quę ſcripturis ac libris cõtinẽtur: geſtis rebuſq̧ meditemur: & diurna nocturnaq̧ opera legem ſemper exerceant. vt illud apoſtoli eſt. Omnia quæcũq̧ facitis in gloriam dei facite: ſiue cũ mãducatis: ſiue cũ bibitis: ſiue cum aliud agitis. Per hoc eñ efficitur: vt ſine intermiſſione oremus cum opera deo placita: & in gloriam eiꝰ ſemp exercita ſancti cuiuſq̧ viri vita omnis oratio ſit: ac ſic ſecundũ legem nocte dieq̧ viuendo: vita ipſa nocturna legis erit: & diurna meditatio. Sed cõſummata viri huius btitudine q impiorũ conſiliis: & peccatorũ viis: & peſtilentię cathedra ſe abſtinens: dei legem volẽs die & nocte mediteť: docẽdũ ẽ quãtus ei fructus acquiſitę huiꝰ btitudinis ſit futurus. Velle eñ beatũ eẽ ex btitudinis ipſiꝰ expectatiõe ꝓficiſciť. Seqť nãq̧ Et erit tãq̃ lignũ qđ plãtatũ ẽ ſecꝰ decurſus aq̃rũ: qđ fructũ ſuũ dabit in tẽpore ſuo. Et foliũ eiꝰ ñ defluet Ridiculũ hoc forte & ineptũ cõparatę beatitudinis crediť exẽplũ in quo ligni plantatio ſecus decurſus aquarũ fructꝰ ſui datio ſecũdũ ſuum tempꝰ. & foliũ eiꝰ nõ deflũẽs ꝓdicať. Hęc qdẽ ſecũdũ hoĩes ſęculi nulla forte exiſtimabũť. Sed videamꝰ

ſecũdũ ꝓpheticã doctrinã quãta in his ipſis rebus
ac verbis comparatę beatitudinis gloria condo-
cetur. in libro Geneſis vbi plantatũ a deo paradi-
ſum legiſlator oſtendit. Omne quoq; lignũ ſpecie
pulchrum & ad vſum bonum productum eẽ mõ
ſtrauit: eſſe quoq; & in medio paradiſi lignũ vitæ:
& lignũ ſciendi boni & mali expoſuit: irrigari de-
inde paradiſum flumine qđ poſtea in quattuor pri
cipia diuiſum ſit. qđ autẽ eſſet hoc lignũ vitæ: pro
pheta Salomon docuit dicẽs. de odoratione ſapiẽ
tiæ. Lignũ vitæ eſt omnibus qui cõplectunť eam:
& q incũbunt in eã ſicut in domino. Lignum ergo
hoc viuens eſt: neq; ſolum viuens: ſed etiam ratio
nale. Rationale autẽ intantum: vt fruct⁹ det. Det
vero non confuſe nõ importune ſed tempore ſuo.
Et plantatum hoc lignũ eſt ſecus decurſus aqua-
rũ in poſſeſſione ſcilicet regni dei: ideſt in paradiſo
& vnde flumen exiens in quattuor principia diui-
ditur. Nõ eñ ait poſt decurſus aquarũ: ſed ſecus
decurſus aquarũ: vnde primũ decurſus aquarum
diuiſiones ſortiũtur. Illic eñ plantatũ hoc lignũ
eſt quo latronẽ illũ ſe domino confitentẽ domin⁹
(q ſapientia eſt) introducit dicẽs. Amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiſo. Et quia ſapientiã q
Chriſtus eſt: lignũ vitæ cognominari de ſacramẽ
to futuræ corporationis & paſſionis prophetica
auctoritate docuim⁹: etiam ex euãgeliis itelligẽ-
tię hui⁹ ẽ ꝓprietas abſtruẽda. Dñs nãq; ipſe ſe ar
bori comparauit: cum ĩ Beelzebub demonia eum
Iudæi eiicere dixiſſent. Aut facite inquit arborem
bonã & fructus eius bonos: aut facite arborẽ malã
& fruct⁹ ei⁹ malos. Ex fructu eñ arbor cognoſciť:
quia cum fructus eſſet optimus demonia eiicere:
Beelzebub cũ cui⁹ fructus peſſimi ſunt eſſe dice-
bãt. Hui⁹ quoq; beati ligni nõ dedignatus ẽ in ſe
docere virtutẽ: cũ pergens ad crucẽ ait: quia ſi in
humido ligno hæc faciũt. in arido qđ fiet: Per hu-
midi ligni exemplũ nihil in ſe ariditati mortis ob-
noxiũ eſſe ſignificat. Huic itaq; ligno beat⁹ ille vir
ſimilis fiet cũ tranſlati latronis in paradiſum mo-
do ſecundũ decurſus aquarũ & ipſe planteť & fiat
beata illa & nõ eradicãda nouella plantatio quã in
euãgeliis dominus ſignificat cum de aliena plan-
tatione conqueritur dicens. Omnis plãtatio quã
non plantauit pater meus eradicabitur. Hoc eñ
lignum dabit fructus ſuos. vbicunq; autem de fru

ctibus arborum aliquid diuinus ſermo ſignificat:
facere potius eas fructum q̃ dare memorat: cũ ait.
Non poteſt arbor bona fruct⁹ malos facere. Et cũ
ſecundum Eſaiam querela de vinea eſt: expectaui
inquit vt faceret vuas fecit autem ſpinas. Lignum
autem dabit fructus ſuos arbitrio dandi & ratio-
ne moderatum. Nã in tempore ſuo dabit. Et quo
tandem tempore? Nempe eo de quo beatus apo-
ſtolus ait. notum vobis facere ſacramentum volũ
tatis ſuæ: ſecundum beneplacitum qđ propoſuit
in ipſo in diſpẽſationem plenitudinis temporum
Hoc ergo diſpenſationis eſt tempus a quo & acci-
piẽdi & dãdi opportunitas temperatur: cum ſuũ
erit tempus vt accipiant quibus dabit. temporis
autem mora in plenitudine temporũ pendet. Di-
ſpenſatio enim dandi fructus plenitudini tempo-
rum ſeruatur. Et qui tandem hic diſpendẽdus erit
fructus? Nempe ille de quo idem apoſtolus memi
nit dicens. Et trãſformauit corpus humilitatis no
ſtræ conformatum corpori gloriæ ſuæ. Hos ergo
nobis fructus ſuos dabit: quos iam in eo quem ſi-
bi aſſumpſit: & qui ſignificatur in ligno homine ꝑ
fecit: quem in immortalitatis ſuæ naturam abſor
pta mortalitate tranſfudit: Erit ergo vt hoc lignũ
beat⁹ ille vir: tu quando ipſe in gloriam dei domi-
no ſuo conformis adſtiterit. foliũ autem ligni hu-
ius non defluet. Nec mirum ſi folia eius non deflu
unt: cuius fructus dabuntur potiuſq̃ decident: nõ
maturitate depulſi non vi exteriore decuſſi: ſed ra
tionalis officii diſpenſatiõe dimenſi. Et quid in fo
liis ſignificet ex comparatiõe rerum corporalium
abſolutum eſt. Nanq; hanc eſſe naturam foliorũ
contuemur: vt ad cuſtodiam fructuum fructibus
ipſis circuniecta prorumpãt: vt quodam vallo te-
nera pomorum initia communiant. Doctrina er-
go verborum dei quę promiſſos nobis fructus cõ-
ueſtit ſignificatur in folio His enim verbis ſpes no
ſtrę inumbrantur: horũ inter has ſæculi tempeſta
tes munimine cõteguntur. Non deſfluent igitur
hæc folia ideſt dei verba quia per dominum dictũ
eſt. cęlum & terra pręteribunt: verba autẽ mea nõ
prętteribũt. Nihil eñ ex iis quæ a deo dicta ſũt: dila
betur aut decidet. Quod autẽ hæc folia ligni hu-
ius non inutilia ſint: ſed ſalutaria gentibus ſanct⁹
Ioãnes in Apocalypſi teſtatur dicens. Et oſtendit
mihi flumẽ aq̃ viuę ſplẽdidũ tanq̃ criſtalum exiẽs

de throno dei & agni: & in medio plateę eius: & ex vtraq; parte fluminis arborē vitæ quæ facit fructus duodecies. ſingulis menſibꝰ reddēs fructum ſuū: & folia arboris illius ſūt ad ſanitatē gētiū. Celeſte ſacramētū ita per corporales ſpecies exponit ut rationē ſpiritualē corporalia ipſa q̃q̃ īplere non poſſint: tamen ad corporata non mutilent. Cōuenerat enim dixiſſe ex vtraq; parte fluminis demōſtrati arbores eſſe non arborem. Sed quia vitæ arbor vbiq; in ſacramento baptiſmi vna eſt vndiq; ad ſe venientibus apoſtolicæ prędicationis fructꝰ ſubminiſtrās: ideo ex vtraq; parte fluminis vna vite arbor aſiſtit: vnus eñ agnus eſt in throno dei viſus: & vnū flumē: & vitæ arbor vna: quæ oīa in ſe complectuntur myſteria corporationis baptiſmi: paſſionis: cuius ſol a ideſt prędicationis verba: ſalutem gentibus per doctrinā eloquii non decidētis impartiūtur. Et omnia inquit quecunq; faciet bene dirigent. Iam nō ſicut in Adā donū eiꝰ & ſtatuta perturbātur: quia ille conſtitutę immortalitatis beatitudinē peccato tranſgreſſę legis amiſit: ſed per redemptionē ligni vitę ideſt dñica paſſione cū ipſi ligno vitæ ſimiles erimus. Iam quicquid in nobis fiet æternū eſt. Aeternū autē cū beatitudinis ſenſu. Proſperabunt eñ oīa illa quę fient: nō demutatione incerta: nō natura infirma: cū incorruptio corruptionē: & æternitas infirmitatē & forma dei formā terrenæ carnis abſorpſerit. Huic igitur plantato ligno in tēpore ſuo hos fructus ſuos danti beatus ille vir erit ſimilis: ipſe quoq; in paradiſo plantatus: vt plantatio dei nō eradicanda permaneat: in quo oīa a deo facta proſpere dirigētur: nulla deinceps demutatiōe vel īfirmitatis noſtræ eradicanda vel temporis. Demōſtrata autē perfecta huius viri beatitudine cōſequēs erat quæ impios pœna maneret oſtendere. Sequit̃ nāq;. Non ſic impii nō ſic: ſed tanq̃ puluis quē proiicit ventꝰ a facie terræ. Non eſt impiis cōparatiuę huiꝰ beatitudinis ſpes relicta: ſed vagū eos obtritum venti latū diſperſū & inquietū manet: vt ex illa corporalis ſoliditatis firmitate decuſſi ludibrio pulueris differantur in pœnā: non in nihilū diſſoluti vt ſit in his materies pœnalis: ſed in inane ac leue aridū q; vt ludibrioſę pœnę & loco altero idē propheta meminit dicēs. Cōminuā eos vt puluerē ante faciem vēti: vt lutū platearū delebo illos. Cōparatio itaq; vt beatitudinis ita & pœnæ ē cōſtituta. Q̃ enim nullꝰ labor eſt vento puluerē diſſipare: & q̃ lutū in plateis ingredientes prope calcaſſe nō ſentiūt: ita pœnę illi inferni facile eſt īpios delere atq; diſpargere: quos peccatorū ratio & ī lutū ſoluerit. & cōminuerit ī puluerē: nō relicta neq; ſubſtātia firmitatis: cū puluis & lutū ſint: & p id q̃d puluis & lutū ſūt in nat̃a tm̃ pœnalis ſubſtāiæ reſeruati. Et q̃a p hāc demutationē obtritę in puluerē firmitatis: nō erit huiꝰ boni particeps quod beato viro ex fructu ligni dabit̃ in tēpore. Ideo cōſequēter adiecit. Propterea nō reſurgāt impii ī iudiciū Nō abolitio iis q vtiq; puluis erūt p id q̃d nō reſurgūt denūciat̃: ſed reſurrectio his in iudiciū denegat̃. Nō eñ p id q̃d nō erūt: ſenſu pœne carebit. quia lucri pœnā faciēt q̃d nō ſubſiſtit ad pœnā. Subſiſtunt aūt q erūt puluis. Puluerē vero effici vel ariditate vl' attritu nō ē ſubſiſtēdi amiſiſſe naturā: ſed in naturā alterā ſubſtitiſſe. Per id aūt q̃d in iudiciū non reſurgēt abſolutū ē nō reſurgēdi eos caruiſſe nat̃a: ſed reſurgēdi in iudiciū pdidiſſe ordinē. Qui autē reſurrexionis & iudicii ordo ītelligēdus ſit dñs in Euāgeliis oſtēdit dicēs: q credit in me nō iudicat̃: qui autem nō credit iā iudicatꝰ eſt. Hoc eſt aūt iudiciū q̃a lux venit in mūdū: & dilexerūt hoīes magis tenebras q̃ lucē. Negligētē audientiā & incurioſā legentiū facilitatē dicti dñici ſermo perturbat. Cū eñ dicit. q credit in me nō iudicabit̃: exemit iudicio fideles. Et cū ſubiecit q autē nō credit iā iudicatꝰ ē: nō admiſit ad iudiciū infideles. Ergo ſi credētes exemit & repppulit infideles: nec ī hos nec in illos iudicii ſorte pmiſſa: quō cōuenire ſibi hoc q̃d terciū ait exiſtimat̃. hoc ē aūt iudiciū q̃a lux venit ī mūdū: & dilexerūt hoīes magis tenebras q̃ lucē! Non poteſt videri locꝰ relictꝰ eſſe iudicio: cū neq; infideles neq; fideles ſūt iudicādi Et hæc q̃dē ita ē auditoribꝰ negligētibꝰ & lectoribꝰ icurioſis videbunt̃: cęterū ī ſe verius ipā verborū pprietas dictiī intelligētiā cōtinet. q credit inqt nō iudicabit̃: q̃d eñ neceſſe ē iudicare credētē: iudiciū eñ ex āmbiguis rebꝰ exiſtit: & ābiguitate adēpta iudicii non deſiderat̃ examē. Ex q̃ nec infideles q̃dē neceſſe ē iudicari: q̃a ābiguitas quī īfideles ſit nō reſedit. Sꝫ adēpto ī credētes nō credētes q; iudicio cū dñs iudicii

& auctores in quos iudicari neceſſe eſſet adiecit.
Sunt enim aliqui inter ĩpios pioſq; qui medii ſint
ex vtroq; admixti: neutri tamen proprie: quia in
id ipſum conſtiterint ex vtroq; nec fidei admiſcē-
di quia ſit illis aliquid infidelitatis inſertum: nec ĩ
fidelitati deputandi: quia aliquid habeāt & fidei.
Plures nanq; dei metus in eccleſia continet: ſed
eoſdem tamen ad ſecularia vitia ſæculi blandimē
ta ſollicitant. Orant quia timent: peccant quia vo
lunt. Chriſtianos ſe nuncupāt: quia bona eſt ſpes
æternitatis: gentilia agūt: q̄a blanda pręſētia ſunt.
Impii non manēt: quia his dei nomen in honore ē.
pii non ſūt: quia quę pietati ſunt aliena ſectantur.
Et neceſſe ē ea magis diligant ꝑ quę id quod ſe nū
cupāt eſſe non poſſunt: ſecūdū nūcupationis vo-
luntatē operū voluntate potiore. Et idcirco domi
nus poſteaq̄ credētes nō iudicandos & nō creden
tes iā iudicatos eſſe dixerat: addidit: hoc ē autē iu
diciū quia lux venit in hunc mundū: & dilexerūt
homines magis tenebras q̄ lumē. In eos ergo iudi
ciū eſt qđ iam & incredulos actū ē. & incredentes
non neceſſarium eſt: quia magis tenebras q̄ lumē
dilexerint: nō qđ nō dilexerint & lumen: ſed qđ di
lectio illis fuerit magis propenſa tenebrarū. Pręfer
ri em̄ ſolet dilectioni ex cōparatiōe dilectio: & hic
iudiciū eſt quia cū dilexerit Chriſtū: magis tamen
tenebras dilexerūt. Hi ergo iudicabunť q neq; vt
pii non iudicabunť: neq; iam fuerint vt ĩpii iudica
cati: in quos & prelata potius dilectione iudicium
eſt. Et huius quid euangelicę diſpoſitionis tenuit
ꝑpheta rationē dicēs: propterea nō reſurgunt im-
pii in iudicio: neq; peccatores in cōſilio iuſtorum:
Impiis iudiciū quia iā iudicati ſunt non relinquit:
peccatoribus aūt quos ſuperiori ſermone diſcerni
ab impiis docuimus conſilium iuſtorū quia iudi-
candi ſint denegauit. Illos enim præiudicatos ĩ-
pietas facit: hos vero peccatū detinet iudicandos.
Itaq; neq; impietas quæ iā iudicata ē peccatorum
eſt ꝑmiſſa iudicio: neq; peccatores q iudicādi ſūt:
iuſtorū q nō iudicabūtur meriti ſūt digni eſſe con
ſilio. Et huius differentię hinc ordo proficiſciť: q̄a
cognoſcit (ĩquit domin⁹) viam iuſtorū: & via im
piorum peribit. Cōſiliū iſtorū peccatores iccirco
non adeunt: quia viam iuſtorum dominus cogno
ſcit. Cognoſcit autem non ignorationis ſcientia:
ſed dignatione noſcendi. Neq; enim hęc ĩ deo paſ
ſionum humanarū demutatio eſt: vt aliquid aut
cognoſcat aut neſciat. Beatus apoſtol⁹ Paul⁹ qua
ratione a deo cognoſceremur expoſuit dicens. Si
quis ē in vobis propheta aut ſpiritalis: cognoſcat
quę ſcribo vobis: quia domini ſūt. Siquis autē non
cognoſcit: nō cognoſceť. Eos ergo cognoſci a deo
oſtendit: q quæ dei ſūt cognouerint: tunc cogno-
ſcendi cū cognouerint: dignationē ſcilicet cogni-
tionis per meritū religionis cognitę conſequētes:
vt qđ cognoſciť nō ignorantis profect⁹ intelligať
eſſe ſed cogniti: Abſolute autē dn̄s oſtendit ĩ Adā
atq; abrahā peccatores ſe ignorare: cognoſcere aūt
fideles: Nāq; Adę poſt peccatū dictū eſt. Vbi es
Adam? Non qđ deus quē adhuc in paradiſo habe
bat: in paradiſo eſſe neſciret: ſed ꝙ dum vbi ſit in
terrogatur: indignus cognitione dei per id qđ pec
cauit oſtenditur. Abrahā ante diu ignoratus: ſcili
cet ad quē ſeptuagenariū dei iam fuit ſermo: cū ſe
per oblationem Iſaac fidelē dn̄o probaſſet: tali ĩ di-
uinā familiaritatē dignatione ſuſcipitur. Nūc co-
gnoui quia times dominū deū tuū: & nō pepercí-
ſti dilecto filio tuo ꝑpter me. Nō ignorabat vtiq;
Abrahę fidē: quā ei de generādo Iſaac credēti & ad
iuſtitiā deputauerat. Sed q magnū timoris ſui de
derat filiū: offerēdo documētū: nūc cognoſciť: nūc
probať: nūc dignus eſt qui nō ignoretur. Scit itaq;
deus & agnoſcit & neſcit: cū Adā peccator neſci-
tur: & Abraham fidelis agnoſciť: dignus ſcilicet q
a deo nihil vtiq; ignorante noſcatur. Cognita er-
go eſt deo iuſtorū nō iudicandorum via & idcirco
peccatores iudicandi ſunt eorum cōſilio. Impii au
tem in iudicio non reſurgent: quia deperdita eo-
rum via iam fuerint iudicati per eum qui ait pa-
ter non iudicat quenq̄: ſed omne iudicium dedit
filio domino Ieſu chriſto qui eſt benedictus in ſæ
cula ſæculorum Amen.

Pſalmus ſecundus.
Pſalmus Dauid incipit

QVare fremu
erūt gētes & populi meditati
ſūt inania? Plures noſtrū ābigu
os facit apoſtolica auctoritas
vtrū pſalmū hūc coherētē pri

mo & veluti primi extremum putent eſſe: ad vero ſubiacentē: & ſecundū potius cōnumerent. Nā ꝙ ī actis apoſtolorū primū hūc haberi: atq; eē ſub oratione beati Pauli ita docemur. Nā ꝑ vobis euāgelizamus eā quæ ad patres facta eſt repromiſſio hanc deus expleuit filiis veſtris ſuſcitans dominū noſtrū Ieſum: ſicut in pſalmo primo ſcriptū ē. Filius meus es tu ego hodie genui te. cum ſuſcitauit eum a mortuis ampliꝰ non regreſſurum in interitum. Ob hanc ergo apoſtolicam auctoritatē errore ſcribentium fieri creditur: vt in ordine ſecūdus pſalmus iſte numeretur: cū primus eſſe ipſo doctore gentiū teſtante noſcatur. Cognoſcēda itaq; ea ratio eſt cur & a nobis ſecundus eſſe intelligendꝰ ſit: & ab apoſtolo eſſe primus oſtenſus ſit. Mediis nanq; temporibus legis priuſq̄ vnigenitus dei filius ante ſęcula manens deus: verbū homo naſceretur. poſcente rege Ptolomeo ſeptuaginta ſeniores libros veteris teſtamenti ex hebræis litteris in gręcas tranſtulerūt. Erat autem iam a Moſe antea inſtitutū in ſynagoga omni ſeptuagita eſſe doctores. Nam idē Moſes q̄uis veteris teſtamēti verba in litteris condidiſſet: tamen ſeparati quędā ex occultis legis ſecretiora myſteria ſeptuaginta ſenioribus qui doctores deinceps manerent intimauerat. Cuiꝰ doctrinæ etiā dominus in euangeliis meminit dicens. Super cathedram Moſi inquit ſederūt ſcribę & phariſei: omnia ergo quęcunq; dixerint vobis ſeruate & facite. Secundum vero facta eorū nolite facere. Doctrina ergo horum manſit in poſterum: quæ ab ipſo ſcriptore legis accepta in hoc ſeniorū & numero & ſeruitio conſeruata eſt. Hi itaq; ſeniores libros hos transferentes: & ſpiritualē ſecundū Moſi traditionem occultarū cognitionū ſcientiam adepti: ambigua lingua hebraice dicta & varia quędam ex ſe nūciantia: ſecundum virtutes rerū certis & propriis verborū ſignificationibus tranſtulerunt: doctrinæ ſcientia multimodam illam ſermonum intelligentiā temperātes. Et ex eo fit vt qui poſtea trāſtulerūt diuerſis modis interprętantes magnū gentibus attulerint errorem: dū occulte illius a Moſe prophetæ traditionis ignari: ea quæ ambigue lingua hebręa cōmemorata ſūt: incertis ipis indiciis ediderunt. Ambiguitatis aūt linguę hebraice vnū afferemꝰ exemplū ex quo cętera iſtiuſmodi eſſe atq; vt ſūt intelligant. Breſith verbū hebraicū eſt. tres eīn ſignificantias in ſe habet. idest in principio: & ī capite: & in filio. Sed tranſlatores ſeptuaginta in principio ediderūt: cęteris diuerſe transferētibꝰ: & ſcḋm hāc ābiguitatē hæc ab illis in oī trāſlatione eſt facta cōfuſio. Sed pfecta horū ſeptuaginta interpretū auctoritas manet. Primū ꝙ añ aduētū corporalē dñi tranſtulerūt: nec adulatio īterp̄tādi adhibita tēpori arguet: tāto āteriore īterp̄tationis ætate dehinc ꝙ ipſi illi pricipes: doctoreſq; ſynagogę & p̄ter ſcientiā legis: ꝑ Moſem quoq; doctrina ſecretiori pfecti inotuerūt: nō ī pbabiles eſſe arbitri īterpretādi: q certiſſimi & grauiſſimi erāt auctores docēdi. Hi ergo pſalmos inter cęteros libros transferētes: & ī numerū redegerūt: & & ī ordinē collocauerūt & diapſalmis diſtinxerūt: q oēs ſcḋm hebręos cōfuſi & habebanť & habenť. Horū igiť trāſlationes hebręis tū ligua tm̄ ſua vtētibꝰ nō erāt neceſſarię. Ipſis tñ oībꝰ diligēti & religioſa cuſtodia obſeruatis quibus poſteaq̄ dñs legē omnē ſacramento & corporationis ſuę & paſſionis & reſurrectionis īpleuerat: cū his libris quos regi idē tranſlatores ediderāt collocatis: & fideliter cōſonātibꝰ repertis: indiſſolubilis cōſtituta eſt priuilegio doctrinæ & ętatis auctoritas. Beatus ergo apoſtolꝰ Paulus ſecundum promiſſionē ſuā hebręus ex hebræis: etiam ſecundum hebraicam cognitionē & fidē: pſalmū hūc primū eſſe dixit tranſlatorū diſtinctione non vſus. Cui maximū hoc prędicandi ad ſynagogę principes ſtudium erat: vt dominū noſtrum Ieſum chriſtum dei filiū natum: paſſum: reſurgentem regnare in ęternū ex doctrina legis oſtēderet. Tenuit itaq; hūc mundum: vt hebreus ipſe & hebręis prędicās hebreorum conſuetudine vteretur. Sed nobis tranſlatorū vtendū auctoritate eſt: legem nō ābiguitate litterę ſed doctrina ſciētię trāſferēdū. Pręſtat aūt nūc abſolutiſſimā itelligētiā p ſonę tēporis cauſę apoſtolica auctoritas. Nā qd ī libro actorū ſuorū de hoc eodē pſalmo idē apoſtoli ſēſerit: verbis ipſorū loquemur. Scriptū nāq; ē & ipſis dicētibꝰ dñe tu es q feciſti cęlū & terrā & mare: & oia q̄ ī illis ſunt: q ꝑ os pr̄is nr̄i Dauid ſācti pueri tui dixiſti: quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt iania! Aſtiterūt reges terre & pricipes cōuenerūt ī vnū aduerſū dñm: & aduerſū xp̄m eiꝰ Cōuenerūt eīn in veritate in ciuitate iſta aduerſꝰ ſāctū tuū filiū Ieſū quē vnxiſti Herodes & Pōtiꝰ Pilatus: & populus Iſrael facere quāta manus tua &

conſilii pręſcribit fieri. Et nūc dn̄e reſpice i minas
illorū: & da ſeruis tuis cū omni fiducia loq verbū
tuum. Non ergo ambiguū eſt quid tanto anterio
re tēpore ꝓpheticę pſalmus oſtēderit. Nā ꝑmixti
ſibi i Herode atq Pilato gētes fremētes & popu-
li vana meditantes: in vnū cū ipſis ſuis pricipib⁹
& regibus aſtiterūt. Cōmuni eīn & pretoris & te
trarchę iudicio in dominū cōfirmata dānatiōis ē
paſſio. Et quidem diligenter ſecūdū ꝓpheticā ſci
entiam vnicuiq generi & nomini ſingulorū quo-
rūq verborū ē ꝓprietas coaptata. vt gētes fremue
rint imperito ſcilicet motu inconditoq dei filium
in corpore cernentes & odientes: q̄ vſqadeo fre-
muerūt vt coronā ſpineā capiti cōpulerit: veſte re
gia indutū ſalutatione atq honore regis illuſerit:
harundine caput cōtuderint: aceto ac felle pota-
uerit: lancea latus foderit. Cohors eīn militū Pila
to ſubditorū ex fremitu irę intēperātis hæc geſſit.
Populi aūt iania meditati ſūt: ideſt inani indoctri
nis dei meditatione verſati: eum per meditationē
legis non intellexerūt qui perdicabatur in lege. Iā
eīn tū non tantum ex illa ſecundum carnem abra
hę generatione ſinagogę populus abundabat: ſed
ex multis populis in nomine iſrahel populi nomi-
ne multorum populorum diuerſitas cōtinebatur
De hoc in actorum libro ita ſcribitur. Erāt autem
in hieruſalem habitantes iudęi viri timētes domi
num ab omni gente quæ ſub cęlo eſt. Populi itaq
iſti meditati ſūt inania: ex multis populis in vnū
populum cōgregati. Reges quoq aſtiterunt Pila
tus ſcilicet & Herodes cū quib⁹ reges terrę intelli
guntur: & vterq pro legum quibus pręerāt neceſ
ſitate preſentiæ ſuæ adhibuit officiū. Qui autem
impio irreligioſoq conſilio multis conuenientib⁹
aduerſus dominum tractabant. hi principes cōue
niunt in vnum: frequēter ſcilicet in domum Cay
phę. omnibus ſacerdotum principibus congrega
tis. Deniq reges terrę cognominati ſunt herodes
tetrarcha & Pilatus pretor: quia iure terreni ipeꝛii
aſtiterunt. Cęteri autem qui in vnum conuenerūt
neq pricipes terrę ſunt neq principes ſacerdotū:
quia nec ius regni ſui pręrori romano & tetrarchę
obtinebant ſubditi: neq vltra iam principes ſacer
dotum cognominari merebantur: quia impii i de
um ac dominum ipſius ſacerdotii extitiſſent. Et
quia non ambiguum eſt ex perſona dei patris ſe-
cunctum apoſtolicam auctoritatem pſalmum ce-
ptum eſſe quippe cum dixerint: qui per os patris
noſtri Dauid ſācti pueri tui dixiſti: idcirco ad intel
ligendam perſonę demutationem ab interpretan
tibus interiectum diapſalma eſt. licet in libris he-
brę orum nō cōtineretur. Perſona ergo quæ demu
tatur apoſtolorum eſſe intelligenda eſt dicentiū.
Dirumpamus vincula eorum & abiiciamus a no
bis iugum epiſcoporum. Deteſtari eos neceſſe eſt
quod arguunt. Horum ergo qui & fremuerunt &
inania meditati ſunt vincula dirumpunt & iugū
abiiciunt Et non ambiguum eſt quin differat iu-
gum abiicere & vincula rumpere. Quod vtrunq
vtriq ſuperius memorato & generi & nomini cō
uenit: vt vincula gentium rumpant: iugum autē
populorum abiiciant: quia gentes peccatorum
ſuorum vinculis colligantur a quibus abſoluere
per ſe infidelitatem non poſſunt: ſecundum q di-
ctum eſt Faſciis peccatorum ſuorum conſtrictus
eſt peccator. Iudæi vero iugo legis onerantur qd a
ſe apoſtoli abiiciūt beato Petro dicente. Nunc ve
ro quid tentatis dominum ponere ſupra collū di-
ſcipulorum iugum: qd neq nos neq patres noſtri
potuimus portare. Hoc ergo populorum iugum
a ſe abiiciunt quia ſubditi ei fuerunt: vincula autē
non ſibi ſed gentibus dirumpunt Et ita vtriuſq
ſermonis ratio ſeruata eſt: vt vbi vincula dirum-
pūtur: nullam perſonæ ſuæ ſignificantiam ad-
dant: vbi vero obiiciunt iugum: illic dicendo abii
ciamus a nobis non de aliis q̄ de ſemetipſis locuti
intelligantur: vt graui iſto & intollerabili abiecto
ſuaui illi & leui ad qd inuitati ſunt euangelicę ſan
ctificationis ſe iugo ſubderent; gentium autem
vincula per libertatem prædicationis abrumpe-
rent: ſecundum illud quod in eiuſdem pſalmi cō-
memoratione dixerunt. Et nunc domine reſpi-
ce in minas illorum: & da ſeruis tuis cum omni fi
ducia loqui verbum tuum: hę enim apoſtolicæ do
ctrinæ omnium infidelitatum & peccaminum
laqueos abrūpunt. Et quia ſuperius duplex per-
ſona ſeruata eſt cum ait: aduerſus dominum & ad
uerſus Chriſtum eius: gemina quoq nunc riden-
tis & ſubſānatis ſignificatio cōſecuta ē. Nō eīn di
ſcernit cōtumelia alteri⁹ ab altero: neq diſcretus
honor ē religiōis ad vtrūq. Qui eīn ꝑ geminā pr̄is
& filii ſecūdū ſe legitimāq natā i glīa diuinitatis

vnū ſunt. vnū etiam ſūt vel in cōtēptus iniuria vel
in honore reuerētiæ & alter in altero aut honori-
ficaꝶ aut ſpernitꝶ. Atq̧ id ipſū dominꝰ teſtaꝶ dicēs.
Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuiſicat: ſic & fili
us quos vult viuificat Nec eñ pater iudicat queq̄
ſed oē iudiciū dedit filio: vt oēs glorificent filiū ſi-
cut honorificāt patrē. Qui non honorificat filiū:
nō honorificat patrē q̄ miſit illū. Nō diſtinguitur
honor: nō diſcernitꝶ cōtumelia: ęqua in vtrunq̧ re
ligio expectatꝶ. Et iniuria vniꝰ: cōtēptus vtriuſq̧
eſt. Ita cū in vno vterq̧ ſpernatꝶ: q̄ vnū ſūt in diuini
tate ambo per gloriam: vnū quoq̧ ſūt i religione
ambo ꝑ honorē. Et nūc qui aduerſus dominū con
uenerūt: conuenerūt quoq̧ aduerſus Chriſtū eiꝰ
Et quos in cęlo habitans irridet: hos & dominus
ſubſannat. Non q̧ non & dn̄s eſſet ſemꝑ in cælo
q̄ppe q̄ de ſe ipſo teſtatꝰ ſit: nēo aſcēdit i cęlū: niſi q̄
deſcēdit de celo: filius hoīs qui ē in cælo. Nō abeſt
ergo a cęlo: q̄a cum de cęlo deſcēderit filiꝰ hoīs ma
nens atq̧ loquens eſt: tamen cum hæc loqueretur
in cęlo. deſcēderat quidē filiꝰ hominis: ſed per na
turę virtutē non aberat filius dei vnde deſcende-
rat: neq̧ ſe ex eo q̄d antea erat: tum cū homo ē na-
tus abſumpſerat: neq̧ factꝰ filius hoīs: filius dei eē
deſecerat: ſed a deo filius hoīs: filius dei eſt: vt de-
ſcendēs de cælo filius dei eſſet: & per virtutē ſuæ
ſubſtantię idem filius hominis eſſet in cęlo Sed vo
lēs ꝓpheta ſub perſonę diſtinctione ſignificare pa
trē: q̄ filio ſuo etiā in filio hominis cōſiſtētē in ter-
ris in illa ęterna ſua ſede ac beata maneret. & ſine
deſcenſionis alicuꝰ diſpēſatione requieſceret: ait.
Qui habitat in cęlis irridebit eos: & dominus ſub
ſānabit eos. Vt per eū qui irrideret habitās in cæ-
lo itelligeretꝶ: & dn̄s q̄ ſubſānaret e cęlo. Nō differt
āt ſubſānare & irridere. vtrāq̧ eñ ſecundū volūta
tis affectū officio oris efficiꝶ. Nāq̧ ſecundum in-
telligentiā noſtrā ꝑ corporales ſpecies diuinarum
rerum ſenſus exponitur: vt ſubſannatio & riſus in
eludendis iis q̄ aduerſus dominū & aduerſꝰ Chri
ſtū eius cōuenerāt nominaretur: non q̧ incorpo-
ralem deum aut reſolutio aut obductio oris inci-
deret: ſed vt ex naturę noſtræ cōſuetudine noſce-
retur quale in impios eſſet iudicium diuinæ vo-
luntatis. Subſannati ergo & irriſi ſunt: nanq̧ qui
teſtes falſos cōcinnauerant: qui proditionem mer
cati erant: qui ſuper ſe ac filios ſuos ſanguinē eius
receperant: qui crucifige clamauerāt: qui deſcēde
de cruce ſi filius dei es dixerāt: qui ſepulchrum ob
ſignauerant: q̄ reſurrectionis ſilentiū a militibꝰ &
famā furati corporis emerant: perdiderūt tātum
impietatis ſuæ laborē: deus eſt quē crucifixerant:
æternus eſt cuius ſepulchrum obſignauerāt: Irri-
detur impietas dū ad illicita nititur: dum incōceſ
ſa expetit: dū q̄d obtinuiſſe ſe ſperat amittit: dum
deum eſſe quē tanq̄ hominē cōdemnat agnoſcit.
Ob q̄d cōpetēter hoc ſequitꝶ. Tūc loquetur ad eos
in ira ſua: & in indignatione ſua cōturbabit eos. Po-
ſtea enim q̄ reſurgente a mortuis deo: in quē mors
per ſpeciem corporis quod aſſūpſit inciderat: te-
meritas infructuoſę impietatis irriſa ē: deꝰ ad eos
quos ſubſannauerat loquitꝶ: eoſq̧ in indignatione
cōturbat. Ac priuſq̄ q̄ ſit e irę ſermo & quę hęc indi
gnationis perturbatio ſit oſtendamus: ammone-
ri legentes atq̧ audientes oportet ne aliquas de-
mutationes paſſionū perturbationeſq̧ motuum
cadere in deū credant. Nihil eñ in ęternā illam &
perfectam naturam nouū incidit: neq̧ qui ita ē: vt
qualis eſt: talis & ſemꝑ ſit: ne aliquando nō idem
ſit poteſt effici aliquid aliud eſſe: q̄ ſemꝑ eſt. Terre
nę illud imperfectęq̧ cauſę habent generis vt de-
mutabiles fiant conuerſione naturæ: cū lętitiā me
ror: placabilitatem ira: beniuolētiam offenſa: ęqua
nimitatem inuidia: & ſecuritatem ſollicitudo per
turbat. Sumus per hæc aliud aliquando q̄ fuimꝰ
cum eam quæ preſens ſit mētis affectionē: ſubre-
pens per inconſtantiā infirmitatēq̧ noſtrā motꝰ
appetitionis alterius inquietet: & ex eo q̄d fuimꝰ:
in id q̄d ſumus cōuerſio nos repentina demutet.
Deus autē beatus atq̧ perfectus profectu nō eget
cui nihil deeſt: demutatione non nouꝰ eſt: qui ori-
gine caret. Ipſe eſt: qui q̄d eſt: non aliunde eſt: in ſe
ſe eſt cum eſt. ad ſe eſt: ſuus ſibi eſt. & ipſe ſibi om-
nia eſt: carens omni demutatione nouitatis: qui
nihil aliud quod in ſe poſſet incidere per id q̄d ip
ſe ſibi totū totus eſt relīq̄t. Ex huius igitur: opti
ma ac beniuola beatitudine: ꝑ dn̄m noſtrū Ieſum
chriſtum perfectę oēs ſunt cęleſtiū & inuiſibilium
creationes ſpiritualium & corporalium conſtitu-
tiones: non vt profectū ſibi aliquē ex iis quibus ori
ginē impartiebatur adquireret. Neq̧ eñ q̄ſq̄ eo indi
get: q̄d ex ſe tribuit: aut ꝑ id ꝓficit cui ad id q̄d eſt
auctor ē. Exteriora autē ſūt quæ afferūt ꝓfectū: ꝓa

ea quę inopię medetur aliena ſũt: Deꝰ igiť ex quo
omnia ſunt: nullo eorũ indiget: quibꝰ id q̃d ſũt eẽ
largitus eſt, omnia vero ad profectũ eorũ quę gi-
gnerẽtur creauit. Et quia longus erit ſermo ſi etiã
de cęleſtibꝰ & inuiſibilibus nichoetur ex nobis ip
ſis ad quos prophetię pſalmꝰ eſt: tractemus. homi
nẽ non ꝙ officio eius in aliquo eguerit inſtituit.
Sed qui bonus eſt partic pẽ beatitudinis ſuę cõdi
dit: & rationale animal in vſum largiendę ęterni-
tatis ſuę vitæ ſenſuſq̃ perfecit: & hoc ipſius dictis
abſolute intelligitur. Ait enĩ. Sed nũc iſrael quid
dñs deus tuus poſcit a te: niſi vt timeas dominũ
deũ tuũ & ambules in omnibꝰ viis eius. & diligas
eũ: & ſeruias dño deo tuo ex toto corde tuo & ex
tota anima tua: & cuſtodias pręcepta domini dei
& iuſtificationes eius quæ ego pręcipio tibi vt be-
ne ſit tibi. Nullum a nobis niſi innocẽtię & religio
nis & fidei obſequiũ deus poſtulat. amari ſe a no-
bis exigit: non vtiq̃ amoris in ſe noſtri fructũ ali-
quẽ ſui cauſa ipſe percipiẽs: ſed amore ipſo nobis
potius q̃ eum amabimus profuturo. Nam ama-
ri ſe: ſibiq̃ nos obſequi idcirco vt nobis bene expe-
ctat: vt digni beatitudinis ſuę ac bonitatis mune-
re p̱ meritũ amoris ſui & obſequii iudicemur. Bo-
nitatis autẽ vſꝰ vt ſplendor ſolis: vt lumẽ ignis: vt
vt odor ſucci: non prębenti proficit ſed vtẽti. Q̃d
ergo ſumus: profectus noſter eſt potiuſq̃ eius: qui
nos in id quod ſumus inſtituit: quia deus bonorũ
eorũ quæ in ſe ſũt ęterna nõ inuidens in ſenſũ nos
atq̃ vſum beatę ſuę bonitatis aſſumit. Sed qui per
fectus ac bonꝰ: et bonitate nos ac beatitudine ſua
nõ ſine ratione ac modo vſus eſt: Nã vnicuiq̃ no-
ſtrum libertatẽ vitę ſenſũq̃ permiſit: nõ neceſſita-
tem alterutrũ affigẽs vt vnũquẽq̃ ex natura bo-
nũ malũue eſſe lex cogeret: ſed qui nos p̱ beniuolẽ
tiã vtẽdę beatitudinis ſuę creaſſet: profectũ nobis
ad id meritũ vitæ innocẽtis honeſteq̃ conſtituit.
Quid autẽ honoris ac premii bonitatis neceſſitas
mereretur: cũ malos nõ eſſe vis quędã nobis con-
ſerta nõ ſineret! volũtati ergo permiſſa bonitas ẽ:
vt premum ſibi volũtas bonitatis adquireret: vt
eſſet nobis ęternę huius beatitudinis profectus at
q̃ vſꝰ ex merito: nõ neceſſitas idiſcreta p̱ legẽ Et q̃
q̃ nos ad volũtatẽ bonitatis: idẽ ad bene honeſteq̃
viuẽdũ p̱ ſpẽ p̱merẽdę & vtẽdę ſuę bonitatis illice
ret: poenam tamẽ denitatę & cõtemptę bonitatis
adiecit. Vt cũ libertatẽ nobis voluntatis ad boni
tatẽ promerendã reliquiſſet: quia meritum neceſ
ſitas naturę nõ haberet: libertatẽ ipſam quottid ſe
propoſitus e cõtrario poenę terror argueret. Atq̃
ita & p̱ rationẽ ęqui atq̃ iuſti ad meritũ premii p̱-
miſſa libertas ẽ: & p̱ bonitatẽ dei vis libertatis me
tu cõſtitutiõis arctata eſt: vt bene velle meriti ſpes
moneret: malũ nolle propoſitę vltionis pęna ſua
deret. Itaq̃ iis quibus ex voluntatis libertate mali
cia magis placuit vltio cõſtituta: ira eſſe dei credi-
tur: non quia indemutabilis illa dei quieta natu-
ra motu impetus turbidi incaleſcat: ſed ꝙ ille qui
per cõſtitutionem poenę maneat in poenam: ſenti
at ſibi auctorẽ huius cõſtitutionis iratum. Poena
enĩ patientis ira eſſe creditur decernẽtis. Atq̃ ita
iraſcitur deus: cũ per poenę dolorẽ irã decreti in ſe
ſentiat eſſe puniti: quę nõ p̱ demutationẽ naturæ i
irã ex placabilitate cõmota eſt: ſed ex cõſtitutione
poenę ira ſit puniendis. Hanc autẽ poenę cõſtitu-
tionẽ iram nuncupari atq̃ eſſe Ioannes in euange
lio oſtendit dicens. Natio viperarũ quis monſtra-
uit vobis fugere a ventura ira! Cũ enim debitum
illis eſſet ob ĩpietatẽ ſuã poene cõſtitutiõe puniri
irã tñ hãc futurã pęnitẽtiæ confeſſiõe fugiebant.
Apoſtolus quoq̃ irę huiꝰ ita meminit dicẽs. Quia
ſi cũ adhuc peccatores eſſemꝰ xp̃s p̱ nobis mortu
us ẽ: multo magis iuſtificati nũc p̱ ſãguinẽ eiꝰ libe
rabimur ab illo p̱ irã: irã videlicet poenã manentis
cõſtitutõis oſtẽdẽs. Nõ itaq̃ ad demutationẽ deꝰ
mobilis eſt: neq̃ ad aliud ex alio transferendus: cer
te ipſe cõſtantiſq̃ naturę eſt. Manet vt eſt quippe
q̃ dixerit Ego ſũ q̃ ſũ & non demutor. Beata illa &
p̱fecta ęternaq̃ virtutis bonitas nõ patiť cõuerſio
nẽ: nec demutať ex alio in aliud motu accidentis
inſtinctus. Et hoc idem hic ſancto ſpiritu loquens
propheta teſtatur dicẽs. Deus iudex iuſtus fortis
& magnanimus nunquid iraſceť p̱ ſingulos dies!
Niſi cõuerſi fueritis gladiũ ſuũ vibrabit: & arcũ ſu
um tetẽdit: & parauit illũ: Et ĩ eo pauit vaſa mor
tis ſagittas ſuas arſuris opatꝰ ẽ. Nõ ergo ad irã ma
gnanimꝰ demutať: ſed potẽs iudex poenã decre-
uit ad culpã. Nã nõ cõuertẽtibꝰ gladiũ vibrabit:
& arcũ tetẽdit: & ĩ eo parauit vaſa mortis: & ſagit
tas ſuas arſuris opatꝰ ẽ. Opatꝰ ãt ẽ nõ ad motũ re
pẽtinę irę: q̃ p̱ cupiditatẽ vlciſcẽdi ſubito accẽſa ſit:
ſed opatus arſuris ẽ: q̃ p̱ impęnitentẽ voluntatem

ipſi ſe conſtituerit vtendos. Et iis qui nō conuerſi ſunt: gladius vibratus ē: nō ex demutatione ire pertinendos ad ſingulos. Neq; enim qui magnanimꝰ eſt per dies ſingulos iraſcitur: ſed q̄a iudicium decreuit: gladius eius ex pœne cōſtitutiōe iā ꝓptꝰ eſt. Ipſa aūt pœnalis iudicii ſpiritualia miniſteria in gladio arcu ſagittiſq; memorantur: quia pręparata habētur arſuris. Non ex motu irę tempore ꝑparatur: ſed ea ex decreti cōſtitutione temperatiſſima deus bonitatis ſuę ęquabilitate moderatus eſt: non occultam ſcilicet cōſtitutionis ipſius huius ſeueritatē & incognitā relinquendo: terrorēq; eius denunciationibus pręmonēdo: & ipſam illā conſtitutā licet longa tn̄ ad peccati pœnitentiā dilatione remorādo: atq; ideo poſteaq̄ fremuerant gentes & aſtiterāt reges: poſteaq̄ inania meditantes populi in vnum conuenerant: aduerſus dominū Chriſtūq; eius: & poſteaq̄ iriſi ſubſannatię ſunt: ſubiectum eſt. Tunc loquetur ad eos i ira ſua: & in indignatione ſua conturbabit eos. qualiter autem loqui ſemp in ira ſua dn̄s ſolitus ſit: vnū prophetice doctrinę grauiſſimū & maximū afferemꝰ exemplū. Iſaia dicēte. Audite verbū dn̄i principes ſodomorū: attendite verbū domini populꝰ Gomorre quo mihi multitudinē hoſtiarū veſtrarū dicit dominus. plenus ſum. Holocauſta arietū: et adipem agnorū: & ſanguinē taurorū & hircorū nolo. Nec ſi veniatis apparere icōſpectu meo: qs eī exquiſiuit hęc de manibꝰ veſtris: Calcare aulā meam non apponetis: ſi afferatis ſimilaginē vanū eſt: thimiama abominatio eſt mihi: Neomenias & ſabbata & diē magnū nō ſuſtineo. Ieiunia & ferias: & neomenias veſtras & feſtiuitates odit anima mea. Facti eī mihi eſtis in abundantiā: iā non ſuſtineo peccata vra: & ſi extendatis manꝰ: auertā oculos meos a vobis: & ſi multiplicetis preces: non exaudiā: nō exaudiā vos: manus eī veſtrę ſanguine plene ſunt. Et haec quidē atrocia & plena ire principes Sodomorū generoſā Abrahę familiam nūcupari: populū Gomorre electū: i hereditatem Iſrael dici: improbabiles eſſe hoſtias: abominabiles ſolēnitates: pertęſa ieiunia auertēdi ab cōſpectu adcūctiū oculi: obſtruēde ab auditu ꝓcātiū aures: q̄a manus ſanguine plene ſunt. Quid hac cōminatione grauꝰ eſt: Quid his minis leuerius: Sed videamus qualiter i ira ſua deꝰ loquit. Sequit eī poſteaq̄ dictū eſt manus veſtre ſanguine plene ſunt. Lauamini: mundi eſtote: auferte nequitias ab animis veſtris: a cōſpectu oculorū meorū. Diſcite bonū facere: exquirite iudiciū: liberate iniuriā accipiētē: iudicate orphano: & iuſtificate viduā: & venite arguamur dicit dn̄s. Et ſi fuerint delicta veſtra ſicut feniciū vt niuē dealbabo. Si autē fuerit vt coccū: vt lanā cādidā efficiā. Et ſi volueritis & exaudieritis me quae bona ſūt terrę mādu cabitis. Qd ſi nolueritis neq; audiueritis me gladius vos comedet. Os eī domini locutū eſt. Sequit terrorē benignitas: & q̄bꝰiā vl'cio criminis debita ē his adhucupereſt pœnitentis cōſcientię beata cōfeſſio. Non eī ſtatim deus in ira ſua perimit: ſed logē & diſſimulata adhuc pœna tantū i indignatione perturbat. Qui eī vt coccū & feniciū erāt: redūdanti in manꝰ ſanguine decolores: hi niuē dealbeſcēt: erūt q̄ veſte beati velleris cādidati. Et hęc quidē ex auctoritate teſtamēti veteris pręſumpta ſūt: videamus an etiā in nouo dei ira talis eſſe intelligat: vt ſaluet. Nāq; Ioannes eos quos eſſe natione vipera rū ob maliciā paternę i ſe impietatis exprobrat ita ad ſalutē monet. facite dignū fructū pœnitētię. Et ruſū dominus ipſe. Venite ad me oēs q laboratis & onerati eſtis & ego vos reficiā. Frementibꝰ autē aduerſꝰ ſe & non tm̄ in paſſione ſed etiā poſt paſſionē: nō dico in vnū cōuenientibꝰ: ſed pſecutionē eccleſię: apoſtolorū fugā: cędē martyru ſpirātibꝰ: deus ſic loqtur iratus. Saule ſaule quid me pſequeris Ait autē quis es dn̄e: Dominꝰ vero. Ego ſum ieſꝰ nazarenus quē tu pſequeris. At ille tremēs & pauēs in eo q̄d ſibi acciderat: dixit. Dn̄e q̄d me vis facere: hic loqtur iratus ſic in indignatione cōturbat cum eius ob meritū impietatis pœna decreta ē: ipſis per āmenitionē deſinēdi noui: metꝰ & terror afſertur. Sed ne ipſā quidē pricipalē & maximam loquendi in ira & indignatione cōturbandi prædicationē pretermiſit propheta. Nāq; poſt id dicit. tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in furore ſuo cōturbabit eos: vt oſtēderet qui ille ire ſermo eſſet: & quae ex eo cōturbatio gigneret: addicit. Ego autē cōſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon mōtē ſanctū eius: annunciās pręceptū eius. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſce a me & dabo tibi gentes hęreditatē tuā. & poſſeſſionē tuā terminos terrę. Reges eos in virga ferrea tanq̄ vas

ſiguli confringes eos. Iratus loquēs atq̧ in īdigna
tione perturbans: & iraſcēdi modum temperat &
loquendi. Nam neq̧ iram diſſimulat poteſtate ꝑ
lata: neq̧ a bonitate ſua excedit terrore pręmiſſo
ad pietatem nos metus eius cuius poteſtas eſſet
demonſtraret vocaret. Conturbantur ergo fremē
tes & vana meditātes cum regem ſciūt: cū filium
dei audiūt: cum poſſeſſorem eum finium terrę &
hæredem eſſe gentiū diſcūt: cum regendi vis ī vir
ga ferrea & eiꝰ eē cognoſcūt cum modo ac facili-
tate vaſis figuli comminuēdos populos ītelligūt.
hic loquitur iratus: ſic conturbat indignans nō pu
niēs admiſſam impietatē: ſed impœnitentem ad
pœnitētiæ confeſſionem cōmemorat ę poteſtatis
mandata cōtemnens: putanſq̃ ſę per legē quae fu
turorū bonorū vmbra eſt eſſe diuitē: & adeptis di-
uitiis male vſus. ex viuentiū terra & tabernaculo
eradicatus: & emigratus: auulſus eſt. prępotentē
ſe in vanitatibus credens: in regni ſcilicet ſui glo-
ria: in templi auro: in mandatis hominum ſecūdū
prophetā dicentem. ſine cauſa colūt me docentes
doctrinas & pręcepta hominū diligentes: cōtume
lioſa humanę conſuetudinis obſeruatione muta-
ta. Propheta aūt quē neceſſe eſt iuſtū eſſe intelligi
aliter de ſe fiducia ſpei ſuę loquitur. Ego autem ſi-
cut oliua fructifera in domo dei ſpaui in miſericor
dia dei in ęternum & in ſęculū ſęculi. Differt qui-
dem tempore ętas hominum ſed prophetiae ſpiri-
tus idē ē: ꝓpheta manere ſe in domo dei ſicut oli-
uam fructiferam dicit: arborem ſemper virentem:
& fructus optimi feracē. Apoſtolus huic olęę ꝑfra
ctis ob infidelitatē eius ramis fideles gētes ex igno
bili oleaſtro eſſe inſitas prędicat: vt contra naturā
generis naturam radicis acciperent. Sed propheta
in lege licet manens: euangelic⁹ tā & propheta ſi
mul: & in lege & i euāgeliis cū fructu in ſuo domo
dei eſſe perſiſtit: non perfringendus in ramis: nō re
linquendus in truncū: non inutilis iam ipſe inferē
do ſibi praebendus oleaſtro: nec radicis ſuę virtutē
arbori tranſfuſuras alienae: ſed totus integer vt eſt
fidei apoſtolicae praedicator: non ex gentibus radi
ci legis ad fidem euangelicam inferendus: ſed etiā
in gentiū euangelica fide proprię radicis ſuę ramo
rumq̃ virtute tutus ipſe ex legis pingui conſcien
tia fructuoſus. Eſt aūt dei domus ſecundū apoſto
lum Petrum eccleſia & omnes fidei euangelicę ſe-
ctatores ſicut ait. Aedificamini domos ſpiritales
regnum ſacerdotale. Et Paulus. vt ſcias quēadmo
dum te oporteat in domo dei cōuerſari colūna &
firmamentum veritatis quae eſt eccleſia dei viuen
tis. In hac igitur dei domo iuſtus & ſanctus ꝓphe-
ta tanq̄ fructifera oliua conſiſtēs: proprie ſua vſus
fructuoſa pinguiq̃ radice ſperauit in miſericordia
dei non ad tempus: non in huius corporalis tantū
vitę breui ſęculo: ſed in ſaeculū ſaeculi: Extēdit eñ
ſpes ſuas ad infinitam perhennitatis aetatem: nec
cōcluditur mortis occaſu qui ſciat ſibi in Abrahae
ſinibus exemplo pauperis Lazari eſſe viuendū. Sci
at quoq̃ glorioſę reſurrectionis demutatiōe: coae
ternum ſe & cōformē deo eſſe manſurum. Manſu
rum aūt ob id qd̄ ſequitur. Confitebor tibi in ſaecu
lum: quia tu feciſti & expectabo nomen tuum qm̄
bonum ante conſpectum ſanctorum tuorū. Spes
in miſericordia dei in ſaeculum & in ſaeculum ſecu
li eſt. Non enim ipſa illa iuſtitię opera ſufficient ad
perfectę beatitudinis meritū: niſi miſericordia dei
etiam in hac iuſtitiae voluntate humanarum de-
mutationū & motuum vitia non reputet. Hinc il
lud prophetę dictū eſt. Melior eſt miſericordia tua
ſuper vitā. Quia q̄uis probabilis per iuſtitiae ope-
rationem vita iuſtorū ſit: tamen per miſericordiā
dei plus meriti conſequet̃. Ex hac enim vita in vi
tam proficit ęternam: & operationem iuſtitiae. In-
tantū miſericordia dei muneratᷣ: vt miſerans iu-
ſtitiae voluntatem: ęternitatis quoq̃ ſuę iuſtū quē
q̃ tribuat eſſe participē. Idcirco in ſęculum & in ſę
culum ſaeculi miſericordię ſpes eſt: ſed cōfeſſio tm̄
in ſęculo non etiā in ſaeculū ſęculi. Non eñ confeſ
ſio peccatorū: niſi in huius ſaeculi tēpore eſt: dū vo
luntati ſuę vnuſquiſq̃ permiſſus eſt: & per vitę li-
centiā habet cōfeſſionis arbitriū. Decidentes nā-
q̃ de vita ſil' & de iure decidim⁹ volūtatis. Tunc
eñ ex merito pręteritę voluntatis lex iam conſti-
tuta aut quietis aut poenę excedentium ex corpo
re: ſuſcipit voluntatem. Cuius temporis non iam
liberam ſed neceſſariam voluntatem oſtendit pro
pheta dicens. Non eſt mihi in diebus illis volūtas.
Ceſſant eñ voluntates: libertatis etiam voluntas
ſi qua erit: ceſſabit effectus. Tranſire nanq̃ ad A-
braham volens diues chaos medio non ſinitur: cū
tamen per libertatem voluntatis in Abrahae ſini-
bus eſſe potuiſſet. Intercluſa eſt ergo libertas volū

tatis quia confeſſio nulla ſit mortuis: ſecũdum id qd dictum eſt in inferno autem quis confitebitur tibi? Sperans ergo propheta miſericordiam in ſæculo & in ſæculum ſęculi confitetur tantum in ſęculo temporalia confeſſionis officia ſæculi tempore gerens: ſpem vero æternam ſæculorum æternitate protẽdens. Cõfeſſionis autem cauſam addit dicens. Quia feciſti. Auctorem ſcilicet vniuerſitatis huius dominum eſſe confeſſus: nulli alii docẽs confitendum ꝗ qui fecit oliuã fructiferam ſpei miſericordia in ſæculũ ſæculi. Et quis hic ſit qui fecit iſta demonſtrat dicẽs. Et expectabo nomẽ tuum: qm̃ bonum eſt in cõſpectu ſanctorum tuorũ. Expectabit ergo dei nomẽ cui confitetur per quẽ facta ſunt omnia: vt ait Paulus Vnus enĩ deꝰ pater ex quo & nos in ipõ: & vnus dñs noſter Ieſus xp̃s per quem omnia & nos per ipſum. Huius ergo nomen expectat Ieſum ſcilicet videre: id eſt ſaluatorem ſuum noſſe angelo dicente. Et cognominabis nomen eius Ieſum. ipſe enĩ ſaluum faciet populum ſuũ a peccatis eorũ. Chriſtum conſpicere vt per poſſeſſionẽ generoſę familiæ ſit chriſtianꝰ expectat. Bonũ autem hoc nomẽ eſt: qd angeli atq; archangeli adorãt: qd dęmones tremũt: & ferre nõ poſſunt: qd ad ſalutẽ homines aſſumũt: quia ſcriptũ eſt. Et omnis qui inuocauerit nomen eius hic ſaluus erit. Expectat autem non occulte: non trepidus: nõ ſolus: ſed in conſpectu ſanctorum eius. ſide ſcilicet libera teſtimonio expectatiõis ſuę: vel ſub temporum cęleſtiũ cõſcientiam nõ recuſans: vel prophetiæ exẽplo ſanctis omnibꝰ qui in terra ſunt in ſeipſo præbens expectationis exemplum.

Finitur Pſalmus.LI. Sequit̃ pſalmus.LII.
Dauid in finem pro Abimelech.
Intellectus Dauid

Dixit ſtultus in corde ſuo nõ eſt deꝰ. Corrupti ſũt &c. ¶ Pñs pſalmus.xiii pſalmo pene cõueniens eſt. Sed habet in hac ipſa verborum ſimilitudine nõ exiguũ intelligentię diſcrimen. Primũ virtutem inſcriptionis ipſiꝰ. Nam tertiuſdecimꝰ ita inſcribitur in finẽ illiꝰ Dauid. Quo titulo id ſignificat̃ pſalmum illũ a Dauid prophetatũ fuiſſe. Hic vero in finẽ pro Abimelech: intellectꝰ illi Dauid vbi enĩ eſt in finem intellectus adhortationis: & ammonitionis eſt ſignificatio: qua iubemur ſecundum finis cogitationẽ intelligentię noſtrę admouere iudicium. vt ea in pſalmo denunciari intelligamus quæ cõſummabunt̃ in finem ſecundũ illud apoſtoli. Dehinc finis cum tradiderit regnũ deo patri cum euacuabit omnẽ principatũ: & poteſtatem & virtutem: tunc & ipſe ſubicietur ſubicienti ſibi omnia. Nouiſſima autem inimica euacuabitur mors. Hic ergo finis eſt qui ĩtelligitur in pſalmo. Illud autem qd illi Dauid pſalmꝰ inſcribitur. oſtenditur omnis de chriſto qui Dauid verus eſt prophetari: quia vbi illius inſcribitur: ibi eum ꝗ dixerit ſignificat. Vbi vero illi eſt: ibi eum ad quẽ dicatur. oſtendit. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deꝰ. Vitii eſt humani pudenda eloquia verbis oris non audere cõmittere: ſed inſtinctu neqtię interioris vrgẽte ea intra cor eloq dũ aduerſum publici pudoris neceſſitatem volũtatis iniquitate luctante qd pudet dici: nõ pudet cogitare. Et icciro ſtultus in corde ſuo dicit nõ eſt deus. quia ſi velit verbis oris hoc eloqui: ſtultꝰ eſſe ſicuti eſt publici aſſenſus iudicio argueretur. quis enĩ mũdum cõtuens deũ eſſe non ſentiat: Sed ſit frequẽter vt nos cum veri neceſſitas: ad cõfeſſionem dei cogat: oblectatio tamen vitiorum deum nobis non eſſe perſuadeat. Et qd contra fidem credimus: id tamẽ de cõſilio impii cordis eloquimur. Ex quo illud dei dictum eſt per prophetam. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt a me: quia nolũt credere qd negare nõ poſſunt. Cauſam vero huiꝰ ſtultiſſimi in corde eloquii oſtẽdit dicẽs. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt: in iniquitatibus ſuis. Iniquũ eſt qcquid extra legẽ eſt. Et legem dei excedentes primũ corruptioni ſubditi ſunt: dehĩc aboĩationi: qa iniqtas corruptionem affert: corruptio aũt aboĩationẽ meretur. Cũ enim qs trãſgredietur dei legem tũ deũ negabit: & eũ negare corruptio eſt. Dominus enĩ noſter ad debellandam corruptionem verbũ caro factum eſt. Oportet enĩ ſecundum apoſtolũ corruptionem veſtiri incorruptione. Sed qui iniquus eſt: & ꝗ verbum deũ carnẽ factum eſſe non credit: & quia deus non ſit loquit̃ in corde: corruptus & abominabilis permanebit.

Tertiuſdecimus pſalmus pro eo qđ abominabiles
facti ſunt in iniquitate: ita aut abominabiles facti
ſunt in aduĉtionibꝰ ſuis. Nec differt ſenſus & cri
men quia homines ea quæ ſibi ſūt placita ſectātes
diuinę legis conſtituta trāſgreſſi ſunt. Conſequiť
deinde hæc querela: nō eſt q faciat bonitatē nō eſt
vſq; ad vnū. Verſum hūc qa inferiꝰ etiā cū acceſ-
ſiōe ſubiectus eſt ſuo loco tractabimus. Qui tamē
nūc opportune: & cōpetenter adiectus eſt: corru-
ptis omnibus & abominatis neminē in operibꝰ re
pertū eſſe bonitatis. Quia cū loqui quę bona ſunt
aliquādo ſoleamꝰ: factis tamen ipſis difficile quæ
bona ſunt exequimur. Ac ne indiligēs dei erga ho
mines voluntas eſſe exiſtimareť adiecit dicēs. Do
minus de cælo proſpexit ſuper filios hominū ſi eſt
intelligēs aut regrēs deū. Proſpectio domini de cę
lo frequēs fuiſſe cognoſciť: quotiēs peccatis huma
ni generis cōmotus: ſalutis noſtræ cauſa aut Noe
ante diluuiū eligit: aut Abraham iuſtificat per fi-
dem: aut Iſaac ſpōſionis ſuę promittit herēdē. aut
in Iacob poſterioris populi primogenita profigu-
rat: aut Moſem prophetā & ducē præficit: & lato-
rem legis inſtituit: aut dū prophetas in omni tem
pore legis inſpirat. Per has igiť virtutis ſuę iſtiuſ-
modi efficiētias ad filios hoīm proſpexit: vt vide-
ret ſi quis eſſet intelligens: & exquirens deum. Nō
eſt aūt facile illud hoc qđ deꝰ proſpicere dignať:
vt videat: magnūq; illud ē qđ tā ſtudioſę an in ali-
quo repetiri poſſit inſpicitur. Proſpicit eñ e coelo
deus: vt videat an ſe qſq̄ hominū intelligenter ex
quirat. Quo tū eñ quenq̄ hominū inuenies q ſe-
cundū perfectā intelligentiā deū velit exquirere: q
primū cauſas creaturarū: & dehīc cōſtitutionē hu
mani generis pertractans: per rationem intelligen
tiæ auctorem ac parentem tantę vniuerſitatis ex-
quirat: dehinc cur mundus cur homines: cur ſęcu
la temporum: cur patriarcha electus: cur lex con-
ſtituta: cur propheta præmiſſus: & in quē proſpe-
ctum cauſarum omnium origo conſtiterit: Tum
prætetea quē virtutes cælorum & angelorū mini
ſteria & archangelorū poteſtates: & diaboli regnū
& ſancti ſpiritus donū: & deus ex deo vnigenitus
dei filius profectum nobis tam variis officiorum
generibus impartiantur. Hunc ergo exquiren-
tē ſe per intelligentiā virum deꝰ videre pſpectat
Eſt enim intelligentię nō exiguū meritū. Salomo
ne dicēte. Intelligētia enim bona omnibus qui in-
uenit eam: et rurſū per aliū prophetam. O Iſrael
quid deus exquirit a te niſi facere iudiciū & intelli
gere iuſtitiā. Proprium enim intelligētię hūanę ra
tiōis officiū eſt & iccirco nobis natura animę ſpi-
ritalis inſerta eſt: vt per eam ad intelligētię ſenſū
(q ſolus rationis eſt particeps) tenderemus. Sed
obruti vitiis & per oblectamēta corporis natura
corporeę grauitatis oppreſſi: declinamꝰ nos a ſtu
dia intelligētis exquiſitionis. Declinamus autem
poſteaq̄ inutiles eſſe coeperimꝰ: id eñ propheticꝰ
ſermo ſignificat. Omnes declinauerūt ſimul: inuti
les facti ſunt. Non cū declinant inutiles fiunt: ſed
cum inutiles coeperint eſſe declināt. Et virtutem
dicti facile eſt ex cōſuetudine humanę demutatio
nis intelligi. Nāq; cū ex bonis mali eſſe coeperimꝰ
& ex prudentiū familiaritate: & publicę famę ho-
neſtate per vitia nos & dedecora ſecreuerimus ef-
fecti per id inutiles. Tum oēs probabiliū virorū de
clinamꝰ occurſus: ſectantes deuia & pręſentiū bo
norum cōſcientię noſtrę pudore vitamus. Deniq;
Adam per peccatū inutilis factꝰ: tum dei declina
uit aduentū: viuēs aūt aliquandiu innocēs: & per
mandatorū obſeruātiā vtilis: familiarē ſibi occur-
ſum antea dei ſimul atq; inutilis coepit eē defugit
Non repertis aūt deū intelligenter exquirentibꝰ:
omnes ſimul atq; iutiles facti ſūt: declinātibꝰ ex af
fectus dolore: iterať querela dicentis. Nō eſt qui fa
ciat bonitatē: nō eſt vſq; ad vnum. Grauis dei pro
feſſio eſt: & indiſſolubile ſuper humana vitia iudi
cium: cū bonitatem vſq; ad vnum nemo facit. Et
quęritur poſt hęc quō Abel placuerit: Seth proba
tus ſit: Iſaac hęc ſit: Enoch tranſlatꝰ ſit: Noe reſer
uatus ſit: Melchiſedech ſanctificatꝰ ſit: Abraham
electus ſit: Iacob Iſrael ſit: Iob inculpabilis ſit. Mo-
ſes amicus ſit: Aaron chriſtus ſit: Dauid ſecundū
cor dei ſit: prophetæ ſpiritales ſint: apoſtoli cęlorū
claues ſortiti ſint: ſi excepto vno tantum bonus
nemo ſit. Iam vero illud quomodo dictum intelli-
tur. bonus homo de bono theſauro profert bona.
Et illud. Serue bone intra in gaudium domini tui
Quomodo enim bonus nuncupabitur nemine fa
ciente bonitatem! Ac primū ne etiam in hos quos
ſuperius mēorauimus iudicio dei ꝓbatiſſimos vi-
ros eadē tāq̄ gñalis huiꝰ ſentētię profeſſionē exiſti
memꝰ: ſupiorū dictorū ſenſus obſiſtit. Oīs eñ de-

ſtultis & corruptis & abominabilibus coeptus eſt ſermo: & deo proſpiciente de cælo: vt videret: ſi qs intelligenter exquirẽs eſſet: omnibus poſtq̃ inutiles eſſe coeperant declinantibus nemo repert9 eſt. bonitatem faciens vſq; ad vnum. Ideſt ex illis qui & ſtulti & corrupti & aboiabiles: et poſtq̃ inutiles facti ſũt: declinãtes eſſe coepiſſent: ſentẽtia in eos diuini iudicii cõgruẽte a qbus coepit & ſermo. Id aũt quod ait vſq; ad vnum nõ vnũ excepit ex omnibus: ſed oĩbus ĩutilib9 & declinãtib9 cum vſq; ad vnum bonitatẽ nemo faciat: ſed ne vnum quidem ſecreuit ex omnibus. Non eñ ait pręter vnũ ſed vſq; ad vnum. Et in eo quod pręter vnum eſt: exceptio ſignificatur vnius: in eo vero qd̃ vſq; ad vnum eſt vniuerſitas generalis proſpicientis e cœlo ſciẽtem diligẽtiam: ſub quodam ſpeciali / & perſonali numero continetur. Qq̃ vero eam eſſe infirmitatem humanæ naturæ meminerimus: vt ex cõparatione diuinę bonitatis bonus nemo fit: ſed incomparabilis illa diuinitatis exceptio: non interclufit bonitatis officiũ. vt ſecundũ comparationẽ humanã inter homines bonus nemo ſit. Bonitas nãq; primũ perfecta eſt ea quæ in demutabilis naturæ virtute conſiſtens: neſcit aliquando aliud eſſe q̃ fuerit: nec poteſt non id eſſe qd̃ ſemper eſt. Humani vero motus ipſa plęrunq; mutatione diuerſi ſunt: & terrenæ legis imperfecta natura fit: alia ex alio inſtinctu ſe perturbante demutãs: & ad id nos diuerſarum affectionum mot9 impellit: dum cõtumelia iraſcimur: dum dãno mouemur: dum ira accẽdimur: dum metu perturbamur: dũ amore iflectimur. dum odio impellimur: dum gaudio efferimur: dum dolore ſtimulamur: dũ iudicio diſſidemus: dũ ętate mutamur: His ergo ſubditi naturæ infirmis motib9 ęquales eſſe nõ poſſim9: dũ & affectu demutabiles ſum9: & tempore. Et iccirco pfecta bonitas in nullo eſt: quia eam naturaliũ perturbationum incẽtiua demutant. Sed tamen cũ boni ſumus vel voluntate vel geſtis: non poſſimus vel tũc non hoc eſſe qd̃ poſſum9. Et q̃uis imperfecti ad id ſumus: ne ſemper id ſimus qd̃ tamẽ ſumus in tempore: licet per naturæ infirmitatem demutatio bonitatis obnoxii nõ adimitur nobis: bonos vel tum eſſe cũ ſumus. Bonus autem ſolus per naturã indemutabilẽ ſuã ſemper deus nõ prædurus huius demutationis noſtræ arbiter fuit: indulgentiam infirmitati noſtræ qua non ſemp boni permanem9: ex merito voluntatis impartiens: qua bonos nos eſſe delectat: magiſq; iis quę volumus propiciatus eſt: q̃ iis quæ non poſſimus irat9 eſt. Nanq; cum Moſi fideli v tiq; amico ſuo & quẽ in deũ Pharaõi cõſtituerat dixiſſet: quia nõ glorificaſti me in aquis contradictionis aſcende in mõtem & morere: hunc ſibi poſtea ſepulturæ eius loco a nemine cognito vna cũ Helia ab apoſtolis in monte conſpectũ: beati & ęterni regni ſui cõſortẽ: & martyrẽ reſeruauit. Et ne p Aaron & Dauid: & Salamonem plęroſq; alios iſtius bonitatis dei exẽpla percurrit: qbus increpitis demutationũ offenſis: ob fidei tamẽ meritũ affuit venia procliuis: cõſcius domin9 infirmitatis humanę cum apoſtolis dixiſſet omnes vos ſcandalum patiemini in nocte hac: & beato Petro ter nõ ad denũtiationem damnate negationis: ſed quia per timorẽ carnis demutabilis homo id qd̃ negaturus eſſet ãmonito negãti quidem: claues tamen cęlorũ nõ ademit: quia cũ per trepidationẽ obrepſiſſet negatio: voluntati tamen vſq; ad martyriũ cõfitendi fides firma nõ deerat. Et aliud eſt nolle: aliud non poſſe. Territ9 eñ Petrus & ſi per carnis ſenſum reſponſionis nõ potuit tenere conſtantiam: per fidẽ tamen animi ſtatim fleuit. Et cũ decuſſũ ſe ab eo qd̃ volebat agnouit: lachrymarũ dolore fidei ſue effudit affectum. Et ipſum illud fuit negotiationis tempus: & flet9 ſcilicet ſecundũ demutationẽ trepidationis: volũtatis firmitate potiore. Nam mox in conſtantiam trepidationis cõſtans fides fleuit: probatiſſimam deinceps apoſtolicę firmitatem martyrii confeſſione confirmans. Hæc idcirco in præſenti loco commemorauimus ne generaliter dictum exiſtimaremus. Nõ eſt qui faciat bonum nõ eſt vſq; ad vnũ: cum hi tot & placentes deo viri etiã ſi per naturæ demutationem de propoſito fidei aliquantulũ decidiſſent: tamen maximis ac pulcherrimis bonitatis operibus: gloriã ſint cęleſtis de ſe iudicii cõſecuti. Atq; hanc quidem intelligẽtiæ noſtræ rationẽ ea quæ conſequũtur abſoluũt. Nõne ſciẽt omnes qui operãtur iniquitatẽ: q comedũt populũ meũ vt cibũ panis. Deum nõ inuocauerũt: illic timuerũt vbi nõ fuit timor Quoniã deus diſſipauit oſſa hominibus placẽtiũ: confuſi ſunt qm̃ deus ſpreuit illos. Si eñ vſq; ad vnũ bonitatẽ nemo facit: quo-

modo populus dei eſt:qui vt cibus panis mandu-
catur ab operantibus iniquitatem:Generalitas er-
go ſententiæ admota eſt:cum a dei populo quem
in bonitatis operationibus nõ ambiguum eſt per-
manere:iniquitatẽ ſecernent operãtes. Comedũt
itaq̀ operarii iniquitatis populum dei:vt cibũ pa-
nis qui ſanctorum iniuriis viuũt:quos vexatio p-
phetarũ & vaſtatio eccleſię & omnis iniquitatis de-
lectat operatio.Comedũt quoq̀ etiam illi vt cibũ
panis. dei populum:qui eum obtrectatiõis morſu
& laniatu inuidię dilacerãt:ſecundũ illud apoſto-
li.Si autẽ inuicẽ mordetis & comeditis: videte ne
conſũmamini ab inuicem. Sed & ſunt comedẽtes
populum dei vt cibum panis:quibꝰ (vt idem bea
tus apoſtolꝰ ait) deus vẽter eſt:qui miniſteriũ de-
putant:ad negociationẽ collationibus ſe plębis &
mũeribꝰ ditãdo:dũ cõuiuia ſub obtẽtu religiõis ſũ-
ptuoſa ſectantur:dum apothecas ſuas inutili reli
gioſorum obſequio diſtendũt:cum cõſuetudo ab
apoſtolis neceſſarię huius collationis ad diurnam
tantum ſęculo renunciantium: aut per inopiã in-
digentiũ alimoniã fuerit inſtituta.De quibus ſcri
ptum eſt.Comedẽtes domos viduarum:& oratiõe
longa orantes.Hi ergo vt cibum panis: dei popu-
lum comedũt:& dñm nõ inuocauerũt. Stulti eñi
in corde dixerũt non eſt deus.Non inuocant ergo
quem negant:vel certe ſi qui in eccleſiia poſiti dei
plębem obtrectatione inſectatione & ſumptu co-
medunt vt cibũ panis etiã ſi dominũ ſe inuocare
credũt audient dictũ in euãgelio fuiſſe.Scimꝰ au
tem quia peccatores deus nõ audit.Hi ergo domi
nũ nõ inuocauerũt quia operatio nõ verborũ ſit p
feſſio ſed fidei.Sed qui deũ nõ inuocãt & illud im
pietatis ſuæ addi vt timeãt non timẽda:illic enim
trepidarũt vbi nõ erat timor.ſaxa:metalla:robora
ignem:aquam:æthera:reges mortuos atq̀ mori-
turos.vel cętera religionum ſuperſtitioſa cõmen-
ta venerantes:& hoc ipſo impio inaniũ metu:cõ-
contemptuq̀ neceſſarii timoris ex comparatione
cõdemnandi:cum nõ tam obliuiſci timorẽ dei im
pium ſit:q̃ impietate pręcellat timori metum ina
niũ prętuliſſe.Docuit autẽ dominus ſolum in no-
bis metum eorum quæ vere timenda ſunt oporte
re eſſe cũ dicit.Nolite timere eos q corpꝰ pñt occi
dere:animã aũt nõ pñt occidere. Timete autẽ ma
gis eũ q põt aĩam & corpꝰ perdere in gehennã.Im

plus ergo timor eſt cum quæ non timenda ſunt ti
mentur:& quæ timenda ſũt nõ timent.Et plærũ-
q̀ nos tanq̃ pro debita officii religione pie adulari
regibꝰ exiſtimamꝰ quia in corpus noſtrũ ſit his ali
quid poteſtatis.quibꝰ nihil vltra in nos licet.q̃ fe-
bri:q̃ incẽdio:q̃ naufragio:q̃ ruinę. His eñi calibꝰ
corporꝵ pro ſumma poteſtate deſeuiũt:& propter
breuẽ dolorẽ libertatẽ eccleſiæ:ſpei noſtrę fiduciã
cõfeſſionẽ dei addicimus:punitorem perditorẽq̀
in igne iudicii & corporis & animæ noſtræ deũ nõ
timẽtes:& æternis diuinę vltionis pœnis momẽ-
tanea atq̀ abolenda ſupplicia præferentes: dũ pla
cere nos ipſis & in eorũ gratia permanere famula-
tu impio gloriamur: hoc ipſum decreto grauiſſi-
mo ſententia diuina condemnat. Nanq̀ ad illud
qd dixerat:nõne ſciũt qui operant iniquitatẽ q co
medunt populũ meũ vt cibũ panis:deũ non inuo
cauerũt & in nõ timendis trepidauerunt:id ad ſũ
mã cœpti ſermonis adiecit. Qm̃ deus diſſipauit
oſſa hominibꝰ placẽtium: cõfuſi ſũt qm̃ deꝰ ſpre
uit eos:Hi ergo qui operãtur iniquitatem & popu
lum comedũt vt cibũ panis: & deũ non inuocaue
runt & in non timẽdis trepidauerũt:nõne cogno-
ſcent quia oſſa eorũ qui hominibus placere velint
deus diſſipabit. Timuit huius prophetici dicti ſen
tentiam ſanctus ille gentium doctor dicens. Ego
ſi adhuc hominibus placerem chriſti ſeruus nõ eſ
ſem.Inutilis eſt humanę gratiæ: & irreligioſa ſecta-
tio.Nam ex deo magis q̃ in contumeliam dei ho-
minibus eſt placendũ: vt per diuina inſtituta & p
bitatem fidelis vitę innocentiſq̀ placeatur. Cęte-
rum placere tantũ hominibus velle:deo eſt diſpli-
cere. Non auocat aũt ab hominũ gratia deus iu-
ſtorum mentes: & fideliũ rationabilẽ ſanctitatem.
Et audiamus eam per Paulum loquentem ſine of
fenſione eſtote iudęis & græcis: & eccleſię dei ſicu
ti & ego per omnia in omnibus placeo:nõ quærẽs
quod meũ vtile eſt:ſed qd multorꝵ vt ſaluent.hoc
eſt nõ hominibꝰ ſed deo placere:cum per id quod
deo placetur & hominibus ſit placendũ. Ex cauſa
enim placendi deo cauſa etiam hominibus proba
bilis ſit placendi.Cæterum ſtudium quod vt ho
minibus tantũ placeat impenditur:ad id qd deo pla
cendum eſt nõ refertur:quia tantũ eorum cauſa q
bus placetur adhibetur. Non autẽ maiꝰ vinculũ
hominibus placendi q̃ vt nemo ſui cauſa velit his

priæ vtilitatis efficiẽ: nõ poteſt nõ aliquã interdũ
offenſionẽ ex cauſis accidẽtibꝰ excitare: cũ ꝙd alii
vtile eſt: alteri ſępe fiat incõmodũ. At vero qui ni-
hil ſui cauſa velit: & omnia in profectũ alienę vo-
luntatis exerceat: neceſſe eſt vt cauſam ſibi inoffẽ
ſę placabilitatis acquirat: qa ex alienis vtilitatibus
placeat: nec offendat ex propriis. Et hãc ſibi eẽ cau
ſam probabilẽ placẽdi cũctis apoſtolus docuit. qa
vtilitatis ſuæ negligẽs vtilitati ſe dediſſet alienæ:
Diſſipauit ergo oſſa deus hominibus placentiũ: &
oſſa nõ hęc corporalia diſſipari intelligẽda ſũt. ſed
qa ſpes ęternitatis in oſſibꝰ ſignificari ſolet ex quo
dictũ eſt: hoc nũc os ex oſſibꝰ meis. Qđ beatꝰ apo
ſtolꝰ qa magnũ myſteriũ eſt: ad chriſtũ & ad eccle
ſiã refert: quę ex Adę ſui ęternitate in æternitatis
ſubſtantiã mutuaẽ. Qđ in domini vulnerato licet
corpore: cõfixoq; nõ frangiẽ. Os inqt eius nõ con-
tereẽ: qa cũ fuerit iniquis vis paſſionis in carne: in
æternam tamen diuinitatis: & impaſſibilẽ naturã
nihil licuit paſſioni: Integrã autẽ: & incorruptam
ſpem ęternitatis ſignificari in oſſibꝰ etiã illic me-
minimus vbi diciẽ. Cuſtodit dominus oĩa oſſa iu-
ſtorũ: vnũ ex his contereẽ. qa ſecũdũ demõſtratã
Ezechieli reſurrectionem ſacramẽtũ eiꝰ ſub oſſi-
um ſignificatione ſit reuelatum. Ergo vt cuſtodit
deꝰ oſſa iuſtorũ: ita & hominibꝰ placentiũ diſſipa
bit. & diſſipabit nõ ita vt eo ꝙđ eſſent carerent: ſed
vt per cõtemptũ dei tanq̃ deperdita: abiecta vileſ
cerẽt. Id eñ ſequitur. Confuſi ſunt quia deꝰ ſpre-
uit eos. Cõfunditur qſq; & pudore dedecoris ſui:
& comparatione oris alieni. Et hinc illud eſt: quod
apoſtolus ſignificat dicẽs. Oẽs quidẽ reſurgemus
ſed nõ omnes demutabimur. Sed & propheta: Et
cõfuſionem reſurrectionis & honorem diſcernit
ita dicẽs. Et reſurgent alii qdem in vitam: alii qdẽ
in confuſionem ęternã. Cõfundentur ergo quorũ
oſſa diſperſa ſunt: quos ſpreuit deꝰ: quos tanq̃ in
dignos ne conformes eſſent glorię ſuæ reſurrectio
nis abiecit. Reſurrecturi adeo vt cõfundantur: nõ
demutabuntur vero: & ex eo cõfundenẽ: Hęc eñ
reſurrectionis ſtatuta conditio eſt: & idcirco tanq̃
ex præterito pro decreti definitione fit ſermo: qa
id vt ita maneat ſit ſtatutum. Cõmemoratis vero
humanis & inſolentiæ/& iniquitatis impietatibꝰ
vt is q titulo pręferẽ intellectꝰ in finem poſſet itel-
ligi: tali propheta ſpem beatorũ finis ipſiꝰ adhor-
tatiõe cõfirmat dicẽs. Quis dabit ex Syon ſaluta-
re Iſrael dum auertit dominus captiuitatem plæ-
bis ſuę: exultabit Iacob & lætabitur Iſrael: vna eñ
hęc ſpes reliqua fuit humanę infirmitatis & fidei:
per quã inter tãtas pręſentis vitę calamitates ęter
norũ bonorum expectatione requieſceret. Et idcir
co certus huiꝰ beatitudinis propheta tanq̃ ex va
ſto humanarũ miſeriarum ꝓclamat profundo di-
cẽs. Quis dabit ex Syon ſalutare Iſrael: Nãq; ſecũ
dũ aliũ prophetã. Ex Syõ exiet lex: & verbũ dñi ex
hieruſalẽ. Hoc verbũ dñi caro factũ ẽ. Hæc caro &
ſyon & hieruſalẽ ẽ ciuitas nouę pacis & ſpeculato
riũ noſtrorũ. Huic ſalutaris: huic Ieſus. Ieſus eñ
vt ſępe diximꝰ ipo noĩe ſalutaris ẽ. Lex aũt ex ſyon
non fuit ſalutaris opere quidem viuificans: ſed nõ
iuſtificãs ex fide. Hic vero expectatus eſt ſalutaris
et datus eſt Iſrael. ſed non carnali Iſrael. Non enim
qui filii carnis filii dei ſunt: ſed filii promiſſionis de
putantur in ſemen. Teſtatur & Ioannes nõ eſſe ſe-
cundũ carnem Abrahę filios: cum & filii viperarũ
ſũt & potens eſt deꝰ Abrahę filios de lapidibus ex
citare. Dñs autem ipſos docuit ex fidei operibus
proprietatem ſucceſſionis exiſtere: nec ſecundum
carnis generationem: filiorum originem deputari
cum ait: Si filii Abrahę eſſetis: opera Abrahę face-
retis. Sed & Daniel pręſbireros cõdemnãs ait. Nõ
ſemen Abraham: ſed ſemen Chanaã: & non Iuda.
Ezechiel quoq; increpitis populi iniquitatibꝰ ait.
Pater tuus Chananeꝰ: mater tua Cethea. Radix
tua & generatio tua de terra Chanaan. Non eſt er
go Iſrael iſte ex ſucceſſiõe corporea: cui ob infideli
tatem origo profaniſſimi generis deputatur. Ne-
q; huic data ſalus eſt: qui nõ ſuſcepit oblatam: ſed
ei qui auerſa captiuitate populus dei factꝰ eſt. Ca
ptas autem imperitarum gentiũ mentes: & impiiſ
ſimis vitiis ac religionibus ſubditas: in libertatẽ fi
dei & nomen familiæ cæleſtis abſoluit. Qui enim
erant dæmonum ſeruitus: facti ſunt dei populus.
Et quis hic ſit captiuitatem auertens de ſe ipſe te-
ſtatus eſt. Hæc enim non lex: non patriarcha: non
propheta: non angelus: non aliqua alia cæleſtium
vel dominatuum vel poteſtatum. vel throno-
rum. vel virtutum virtus auertit: ſed ille qui acce
pto libro in Synagoga cum iſta legiſſet: ſpiritus
domini ſuper me: propter quod vnxit me: præ-
dicare captiuis remiſſionem: & cæcis viſionem:

dimittere cõfractos in remiſſionē:prędicare annũ
domini acceptũ:fidē & auctorē cõſummatę ſigni
ficans ꝓphetię ait.quia hodie impleta eſt ꝓphetia
hęc in aurib⁹ veſtris.Hęc igitur populi dei auerſa
captiuitas eſt:cũ oculi intelligētia pandunť:cũꝗ
fracta peccatis corda in requiē relaxanť: cũ annus
domini acceptabilis nũciatur:quo poenitētię nřæ
deo accepta eſt confeſſio.cũ nihil pręteritorũ repu
tatur ad crimen:cũ noua omnia ſũt:noua libertas
eſt.noui filii:& æterna lętitia eſt.Exultabit eñ Ia-
cob:& lætabitur Iſrael:idem nãq; ipſe patriarcha
vtrũq; nomē ſortit⁹ ex merito eſt. Nam quia ma
nu calcem fratris continuiſſet in partu Iacob nun
cupatus eſt.Subplantaturus deinceps & emendo
primogenita:& benedictionem occupando:& in-
terpretationis virtutem Geneſis expoſuit : Iacob
eũ qui ſupplantator fratris ſic nũcupatũ.Per agni
tionem autem cõfeſſi dei tum cum ſe ab eo homi-
ne cui⁹ in lucta dominabať benedici popoſcit:ga
deum aduerſus quem generis ſui populus ſecun-
dum futuræ paſſionis ſacramentum in lucta car-
nis inualuit:fidei oculis īſpexiſſet:in corpore Iſrael
ga Iſrael deũ vidēs ſic meruit nũcupari.Et ſecũdũ
ipſius geneſis prophetiam:in Iacob iuniorē popu
lum qui eſſet ex gentibus crediturus ſignificari ab
ſolutum eſt.Hic ergo exultabit Iacob & lętabitur
Iſrael.Secundum eccleſię ordinē:hic vnus ē popu
lus duplicis & profeſſionis.& honoris:neq; eñ ge
minatis ſententiis id ipſum cęleſtis ſermo ſignifi-
cat.Sed quia fides prima quo quis inuocari ſuper
ſe dei nomen precatur:fide anteriorem populum
ſupplantat:cum Iudeo infideli fidelem ſe optat eſ
ſe gentilis.Hic ergo Iacob eſt ſpe preoccupatę be-
nedictionis inſultãs iam vero vbi baptiſmo rena-
tus:& fide conſummatus:deum intelligentię ocu
lis & mente aſpexerit:tunc iam Iſrael lętabitur:ga
iam ſupplantata ſeniore deum fide videat: viſur⁹
veriore conſpectu ſecundum illam beatitudinis
ſponſionem.Beati mundo corde quoniam ipſi de
um videbunt domini & dei Ieſu chriſti qui eſt be-
nedictus in ſæcula.

¶Item in carminibus intellectus Dauid
cum veniſſent Ziphei & dixiſſent
ad Saul.Nõne Dauid abſcõ
dit⁹ ē apud nos.

Deus in nomi

ne tuo ſaluũ me fac:& in virtu
te tua iudica me.Deus exaudi
orationē meã:auribus percipe
verba oris mei:qm̃ alieni inſur
rexerũt ſuper me:& fortes quęſierunt animã meã:
& nõ propoſuerũt deum ante conſpectum ſuum.
DIAPSALMA.Ecce eñ deus adiuuat me: & do
minus ſuſceptor eſt animę meæ.Auerte mala ini-
micis meis in veritate tua diſperde illos.Volunta
rie ſacrificabo tibi:cõfitebor noi tuo dñe qm̃ bonũ
eſt. Qm̃ ex omni tribulatione eripuiſti me:& ſu-
per inimicos meos reſpexit oculus tuus.

SANCTVS & beatus Dauid nõ ignar⁹.
ſed vt propheta euangelicę doctrinæ:&
in tēpore licet legis hanc corporalē agēs
vitam: tñ quantũ in ſe eſt apoſtolici mandati præ
cepta conſummat:teſtimonio de ſe dei fidem præ
ſtans cũ dictũ eſt. Inueni virum ſecundũ cor meũ
Dauid qui Ieſſe eſt.Nõ eñ inimicos ſuos bello per
ſequitur:neq; inſidiantibus ſibi decertando armis
reſiſtit:ſed exemplo domini cuius & nomē & leni-
tatem ꝑfigurabat proditus orat. periclitans pſal-
lit:patiens odia gratulatur:& ideo ſecundum do-
mini cor repertus eſt.Quia cũ domino duodecim
milia legionũ angelorum poſſent in tempore paſ-
ſionis aſſiſtere:tamen ad omne officiũ humilitatis
explendum paſſioni ſe & infirmati ſubeſſe permi-
ſit:orans tantum & dicens.pater cõmendo in ma
nus tuas ſpiritum meũ.Quo exemplo hic idem ꝑ
ſimilitudinem paſſionum futuræ ei⁹ paſſioni pro
pheta nõ cõtradicit:nõ reſiſtit inimicis malũ pro
malo ex pręcepto euangelico non reddēs : ſed do-
minicæ mãſuetudinis emulatur:cum tribulatur:
cũ proditur:cũ fugatur:dominum cuius tantum
aduerſus impios armis vtitur deprecatur.Pſalmo
autem huic titulus ex hiſtoria pręſcribitur: ſed an
te hiſtoriam quatenus:& quando & in quem ea ꝗ
ſub hiſtoria dicſitur a nobis ſint intelligenda mon
ſtrantur.Eſt enim primum in finem intellectus illi
Dauid tum deinde ſequitur.Cõuenerunt ziphei:
dixerũt Saul nõne ecce Dauid abſcõſus eſt nobiſ-
cum:Ergo hoc qđ a Ziphei Dauid proditur in fi-
nem eſt intelligendum:per quod oſtenduntur ea
quæ in præſens:tum erga Dauid gerebantur.præ

formationem in ſe futuri temporis cõtinere: cũ in
nocens inſectatione vexatur: cum propheta cõtu
meliis illuditur: cũ deo placens ad mortẽ requirit:
cum rex inimico ſuo (vt Herodi dominꝰ atq; Pila
to) ab his prodit: cũ qbus tutus eſſe debebat. Pſal
mi ergo intelligentia in finem eſt: & in Dauid illo
intellectꝰ in quo finis eſt legis. Et qui dauid habet
claues. aditũ intelligẽtiæ tũ aperit: cum quæ de ſe
a Dauid ſũt prophetata cõſummat. Ipſa autem ſe
cundum hebręam proprietatem interpretatio no
minis affert nõ exiguũ nobis ad intelligendũ pro-
fectum. Ziphei namq; ſignificãtur quę nobiſcum
ſunt oris aſperſiones. he ab hebręis ziphei nũcupã
tur. Aſperſio ſecundum legẽ emundatio peccato
rũ erat: per fidẽ populũ ſanguinis aſperſiõe purifi
cãs. Cuiꝰ aſpſiõis hic idẽ beatus Dauid ita mẽinit.
Aſperges me hiſopo & mũdabor: ſacramentũ fu-
turæ ex domini ſanguine aſperſionis fide interim
legis ſanguine holocauſtomatũ repręſentat. Sed
hic populꝰ vt populus ziphei ore potius q̃ fide aſ-
perſus: & mũdationẽ aſperſiõis labiis magiſq̃ cor
de ſuſcipiens. Infidelis in Dauid ſuũ & proditor ex
titit quod antea per prophetã dixerat: populꝰ hic
labiis me honorat: cor aũt eius longe eſt a me. Ad
dẽdũ Dauid ob id ꝑnus: qa ceſſãte fide cordis oĩa
ꝑoris fraudulẽtiã legis ſacramẽta geſſiſſet. Deus
in noĩe tuo ſaluũ me fac: & ĩ virtute tua iudica me
Deꝰ exaudi orõnẽ meam auribꝰ ꝑcipe verba oris
mei. Secũdũ demõſtratã tituli rationẽ paſſio Da
uid ꝓphetæ dei ac dñi nři Ieſu xp̄i paſſiõis exẽplũ
eſt. Iccirco oratio quoq; eius etiã ad intelligentiã
orationis eiꝰ q verbũ caro factũ eſt: tẽperat: vt q oĩa
ſecundũ hominem paſſus eſt: idem omnia ſecũdũ
hominem eloquatur. Et quorũ infirmitates porta
uit: & peccata ſuſcepit corã ad deũ deprecetur ob
ſequio. Proprietates autem virtuteſq; verborum
etiam ĩuitis licet & cũctantibꝰ nobis intelligẽtiæ
huiꝰ exigũt ſenſum: vt omnia ex perſona eius dici
non ambigamus in pſalmo. Ait enim. Deus in no-
mine tuo ſaluũ me fac: in humilitate corporis vni-
genitꝰ dei filius ſub prophetæ dictis hęc precatur
qui & gloriam quam ante ſæcula habuerat: repoſ-
cebat. Saluificari ſe in dei nomine rogat: in quo ẽ:
& nũcupatꝰ & natꝰ: vt ſe ĩ eo corpore in quo erat
natꝰ id ipm quod naturæ anteriori ſuæ: & generi
erat proprium ſaluum faceret dei nomen. Et quia

omnis hęc ex perſona formæ ſeruilis oratio eſt: cui
formę ſeruili vſq; ad crucẽ mortis aſſũptę: ſalutem
eiꝰ nominis qd dei eſt deprecat. & ſaluãdus ex dei
nomine id cõtinuo ſubiecit. Et in virtute tua iudi
ca me. Nãq; ob meritũ hũilitatis qa ſe exinaniuiſ-
ſet formã ſerui accipiẽs: formã non rurſum dei cõ
ſortem in ea quã aſſũpſerat humilitate repetebat.
In dei nomĩe homine ipſo in quo deꝰ naſci obedie
rat ſaluato. Et vt huius nominis in quo ſe ſaluari
orabat: honorẽ nõ nudę tantũ nũcupationis doce
ret eſſe iudicari ſe in virtute dei precatur. Primum
eñ ex iudicio eſt qd meretur. factus inqt obediens
vſq; ad mortem: mortẽ aũt crucis: propter qd exal
tauit illum deus: & donauit illi nomẽ qd eſt ſuper
omne nomẽ: vt ei nomẽ qd ſuper omne nomẽ ẽ do
netur. Tum deinde hoc ipſum iudiciũ fit in virtu
te iudicii: quia per virtutẽ dei is qui ex deo homo
mortuꝰ fuerat: idem rurſus in deũ ex homine mor
tuo reſurrexit. ſecundũ illud apoſtoli. Crucifixus
ex infirmitate: reſurrexit ex virtute. et rurſum. Nõ
eñ erubeſco euangeliũ virtꝰ eñ dei eſt in ſalutẽ
omni credenti. Per iudicii eñ virtutem infirmitas
corporalis in dei nomẽ naturaq; ſaluatur. atq; ita
ob meritum obedientię in ſalutem nominis dei ex
iudicii virtute prouehitur. vt in eo dei & nomẽ &
virtus ſit. Cæterũ ſi ex conſuetudine humana ſer
mo iſte cœpiſſet: in miſericordia potius vel ęquita
te q̃ in virtute iudicari ſe ꝓpheta popoſciſſet. Sed
virtutis illic opus fuerat iudicio: vbi dei filio in fi-
liũ hominis ex partu virginis nato rurſum ipſi ho
minis filio per iudicii virtutẽ dei filii & nomẽ redi
bendũ eſſet & virtus: Sequitur dehinc. Deus exau
di orationẽ meam auribus percipe verba oris mei.
Prõprũ prophetæ fuerat dixiſſe: deus exaudi me.
Sed qa ex perſona eiꝰ loqt qui ſolus ſciret orare: ic
circo conſtans poſtulatio poſtulãdę orationis oſtẽ
dit. Paulꝰ beatꝰ neminẽ hoĩm q̃liter orare oporte
at ſcire docet: dicẽs. Qd eñ quid oremꝰ: qualiter
oporteat neſcimꝰ. Nõ eſt ergo infirmitatis huma
nę exaudiri: orationem ſuam poſtulare: cũ doctor
gentiũ poſt conſtitutã licet iam a dño formã oran
di qd & quatenꝰ oret ignoret. Sed eiꝰ iſta fiducia
eſt q ſolus patrẽ videt: qui ſolus patrẽ ſcit: q ſolus
poteſt orare pernoctans. Secundum euangelium
eñ dominꝰ pernoctauit orans: qui per ſpeculum
verborum formam ipam occultiſſimi ſacramenti

ſub cōmunibus verbis dū oraremus oſtendit. Et q
orationem ſuā popoſcit audiri: vt peculiare hoc fi
duciæ ſuæ doceret eſſe: ſubiecit ī haurire verba oris
mei. Et quiſq̄ hoc humanæ fiduciæ eſſe exiſtima-
bit: vt verba oris ſui velit audiri? An illa qbus mo-
tus animi noſtri & impetus pronunciamus: tum
cum de ira exardeſcimꝰ: tū cum de odio obtrecta
mur: tum cū de dolore querimur: tū cum de adu-
latiōe blandimur: tū cum aut pro ſpe lucri: aut de
veritatis pudore mentimur: aut de contumeliæ of
fenſione maledicimus? Et quis vnq̄ vitæ ita emen-
datæ: & patiētis ad omnia fuit: vt his humanæ de-
mutationis vitiis nō eſſet obnoxius. Solus hoc po
tuit cum fiducia velle: qui peccatū nō fecit: in cu-
ius ore dolus nō fuit: qui flagellis dorſum præbuit:
qui maxillas ab alapis non deflexit: ſputamentorꝫ
contumeliam non exprobrauit: & in illo volūtatē
eius cuiꝰ ad hæc volūtati in omnibꝰ volēs obedie-
bat offendit. Cauſam deinde cui verba ſua audiri
oret adiecit. qm̄ alieni inſurrexerunt in me: & for-
tes quæſierunt animam meā: & non propoſuerūt
deū ante conſpectū ſuū. vnigenitꝰ dei filiꝰ dei ver
bū: & deꝰ verbū: cū vtiqꝫ oīa q̄ pater poſſet oīa ea
& ipſe poſſet ſicuti ait: quæcūqꝫ eñ pater facit: ea
dem: & filius facit ſimiliter: vt indiſcreto deitatis
naturæqꝫ nomine: indiſcreta quoqꝫ eſſet & virtus:
vt abſolutiſſimum nobis humanæ humilitatis eſ
ſet exemplū: omnia quæ hominū ſūt: & orauit: &
paſſus eſt. Et ex cōmuni noſtra infirmitate ſalutē
ſibi eſt deprecatꝰ a patre: vt natiuitatē noſtram cū
ipſis infirmitatis noſtræ ineſſe intelligeret officiis
Hinc illud eſt qd̄ eſuriuit: ſitiuit: dormiuit: laſſatꝰ
fuit: impiorū cœtus fugit: mœſtꝰ fuit: & fleuit: &
paſſus & mortuꝰ eſt. Et vt his omnibꝰ non natu
ra: ſed ex aſſumptione ſubiectus eſſe poſſet intelli
gi: perfunctis his omnibus reſurrexit. Omnis ergo
eius in pſalmis ex naturæ noſtræ affectu querela ē.
Nec mirum ſi ita nos intelligimꝰ dicta pſalmorū:
cum ipſe dominus ſecundū euangelicā fidem paſ
ſionis ſuæ ſacramenta ſcripta eſſe fuerit teſtatus in
pſalmis. Alieni igiť ſup eū inſurrexerūt. Nō eñ iā
filii Abrahæ ſūt: neqꝫ filii dei: ſed natio viparū: ſed
ſerui pctī: ſed ſemē chanaā patre amorreo: mre Ce
thea: & diabolo pr̄e filii diabolicæ volūtatis. Quæ
rūt quoqꝫ & animā ſuā fortes: cū Herodes princi-
pes ſacerdotū vbi naſci habebat xp̄s: īterrogat: cū

omnis Synagoga aduerſus eū teſtis falſa cōiurat.
Sed animā hāc humanæ naturæ & infirmitatis eſ
ſe exiſtimātes. Nō ꝓpoſuerūt deū ante cōſpectū
ſuū. quia deus ex eo qd̄ deus manebat vſqꝫ ad ori-
ginē naſcēdi ſe hominis humiliaſſet: id eſt vt hoīs
filius eſſet: q erat antea dei filius. Nō eñ alius filiꝰ
dei q̄ qui filiꝰ hominis. Et filius hominis nō ex ꝑ
te ſed natus: forma eñ ſe dei ex eo qd̄ erat ad id qd̄
non erat: id eſt vt naſci poſſet in animam ſuā cor-
puſqꝫ vacuante. Et iccirco & filiꝰ dei & filius hoīs
iccirco & deus homo: id eſt dei filius habitu huma
næ originis natus eſt. vſqꝫ ad naturam ſcilicet ho-
minis naſcendi: qui totꝰ ex anima & carne forma
bilis eſt dei ſe humiliante ſubſtantia. Ob qd̄ cū in-
ſurgunt aduerſum eū alieni: cū potētes aīam eius
exquirūt: q frequēter in euāgeliis triſtis & mœſta
eſt. Deū añ cōſpectū ſuū nō ꝓpoſuerūt. quia deus
dei filiꝰ ante ſæcula manens hūanæ naturæ habitu
id ē noſtri corporis atqꝫ animæ homo ex partu vir-
ginis natus eſſet: per operū magnificētiā nō intel-
ligētes. qa hominis filius cuiꝰ animā quærebāt: ad
id qd̄ homo eſſe cœpat ex dei filio qd̄ ſemp manſe
rat: extitiſſet. Interuētu diapſalmæ nō dicētis. Sed
cui dicebatur demutata perſona eſt. Hunc eñ ge-
neralis ſermo ē ꝓphetiæ. Nā poſt eā orationē quæ
ad eū fuerat: vt fiducia orātis poſſet intelligi in eo
ipſo precationis tēpore qd̄ popoſcerat impetrato
continuo ſubiecit. Ecce eñ deꝰ adiuuat me: & do
miꝰ ſuſceptor ē aīæ meæ. Cōuertet mala inimicis
meis. Effectus proprios ꝓpriis reddidit poſtulatis
docēs nō negligētē orationis nr̄æ deū eſſe: neqꝫ irra
tionabilē præſtationē miſericordiæ ſuæ exiſtiman-
dā cū nos ſecūdū qd̄ p̄caremur audiret. Namqꝫ ad
id qd̄ ait qm̄ alieni inſurrexerūt in me: ꝓpriū illud
eſt deꝰ adiuuat me. Ad id aūt & fortes quæſierunt
animā meā: in eo exauditæ oratiōis pecularis effe
ctus ē: quo ait. & dominꝰ ſuſceptor ē animæ meæ.
Ad id vero qd̄ ait & ñ ꝓpoſuerūt deū añ cōſpectū
ſuū: hoc cōpetēter adiecit. Conuertet mala inimi
cis meis. Deꝰ ergo & aduerſus īſurgētes adiuuat:
& q̄ſitā a fortibꝰ aīam ſācti ſui ſuſcipit: & nō ꝓpo-
ſitꝰ añ oculos: neqꝫ ab ipſis cogitatꝰ: ad inimicos
mala ipa cōuertit. dū deū ñ cogitāt iuſti aīam q̄rē
do: & aduerſū eū īſurgēdo adiuto eo atqꝫ ſuſcepto
eo. quē iter iniqtatū opa nō cogitabāt: vltorē ma
litiæ ipſiꝰ ſtributiōe ſētirēt: Hēat itaqꝫ hāc īnocēs.

religio fiduciã: vt iter hũanas inſectatiões: & aīę pi
cula adiutorē ſibi deũ eſſe non ābigat. & ſi quādo ī
iuſtę mortis vis affertur: excedētē habitaculo cor
poris animam ſciat in dei ſuceptione requieſcere:
habeat vltionis quoqꝫ certiſſimam ſecuritatē. Cũ
mala omnia in eos qui inferant reuertātur: nō po-
teſt iniquitatis argui deus: nec pfectę bonitati ma
lignæ voluntatis inſtinctus ac motus ammixtꝰ ē.
Mala enim non maliuolus excitat. ſed vltor retor-
quet: neqꝫ ea ex malitia ſua affert: ſed in merita no
ſtra conuertit. Statuta enim in omnes ſunt adula
tionum miniſteria mala iſta cum lege viuendi iu-
ſti id iudicii ſecura æquitate moderātur. Sed hæc
& auerſa a iuſtis ſunt. lege iuſtitię & conuertũtur
in iniquos æqtate iudicii: Vtrũqꝫ iuſtũ vt & iuſtis
ad metum prōpta ſint nec admixta quia iuſti ſũt:
& iniuſtis ad pœnã ſũt cōuertēda: quia meriti ſũt:
nec iuſtis amixta cũ prompta ſint: nec iniuſtis de-
futura quia prompta ſunt. Dehinc rurſũ fit ad p-
ſonã dei ad quē primũ deprecatio erat cœpta con
uerſio. In veritate tua diſperde illos. Veritas men-
dacium cōfutat: & pimitur falſitas veritate. Om-
nē autem ſuperiorē orationē eſſe eius hoīs in quo
filius dei natus eſt docuimꝰ: etiã hoc quoqꝫ nũc a
deo patre deprecātis: vt inimicos ſuos in veritate
diſperdat: & quę ſit veritas nō ambigitur: nempe
ille ipſe qui dicit. Ego ſum vita via veritatis. Diſ-
perdũtur ergo in veritate inimici cũ falſis teſtibus
damnationē Chriſto cōparātes reſurrexiſſe a mor
tuis eũ audiũt: & in dei veritate gloriam ſuam re-
ſũpſiſſe cognoſcũt. Nam poſtea ob pœnã dei ī cru
cem acti fame & bello aſſumpti. ac perditi ſunt: vi
tę auctorem morte dānātes. neqꝫ deũ in vritate p
operũ magnificētiã cogitantes: hos igitur diſper-
dit dei veritas cum ad reſumendam glorię pater-
nę maieſtatem reſurgēs: abſolutam ſe diuinitatis
probauerit veritatē. ꝙ autem & in crucē actum
vnigenitũ dei filiũ & morte damnatum eum qui
natiuitate quæ ſibi ex ęterno patre eſt naturalis &
ęternꝰ ſit. Frequēter imo ſēp p̄dicamꝰ nō ex natu
rę neceſſitate potiuſ q̄ ex ſacramēto hũanę ſalutis
paſſiōi fuiſſe ſubditꝰ ītelligēdꝰ ē & voluiſſe ſe ma
gis paſſiōi ſubiici q̄ coactũ: & q̄q̄ paſſio illa nō fue
rit cōditionis & gn̄ is: qa īdemutabilē diei naturã
nulla vis iniuirioſę perturbationis offenderet: ta-
men ſucepta volũtarie eſt officio quidē ipſa ſatiſ
factura pœnali nō tamē pœnę ſēſu læſura patien-
tem. Non qd̄ illa lædendi nō habuerit pro ipſa paſ
ſionis qualitate naturam: ſed qd̄ dolorē diuinita-
tis natura non ſentit. Paſſus ergo eſt deus: quia ſe
ſubiecit voluntarius paſſioni. Sed ſuſcipiēs natu-
rales incongruentium in ſe paſſionum. quibus do
lorem patientibꝰ neceſſe eſt eas inferri virtutes: ip
ſe tamen naturæ ſuæ virtute non excidit vt dole-
ret. Sequitur enim. Volũtarie ſacrificabo tibi. Le-
gis ſacrificia quæ in holocauſtomatibꝰ: & oblatio
nibus hircorum atqꝫ taurorum ſunt. nō habent in
ſe voluntatis profeſſionē. Quia maledicti ſenten-
tia legē ſit decreta violātibꝰ. qſqꝫ eñ a ſacrificio de
ſtitiſſet ipſe obnoxiũ ſe efficiebat eē maledicto. Ne
ceſſe ergo erat effici qd̄ fiebat: qa ſacrificii negligē
tia maledicti nō admittebat adiectio. A quo male
dicto nos dn̄s nr̄ Ieſus xp̄s exemit: ap̄lo dicēte xp̄s
nos redemit. de maledicto legis factꝰ pro nobis ip-
ſe maledictum. quia ſcriptum eſt. Maledictus om
nis qui pepēdit in ligno. Maledictorum: ſe ergo ob
tulit morti: vt maledictum legis diſſolueret: hoſti
am ſe ipſum deo patri voluntarie offerēdo: vt per
hoſtiam voluntariã maledictum qd̄ ob hoſtiæ ne-
ceſſarię: & intermiſſę reatum erat auditum ſolue-
retur. cuius ſacrificii alio loco meminit in pſalmis
Hoſtiam & oblationem noluiſti: perfeciſti autem
mihi corpꝰ. Deo patri legis ſacrificia reſpuenti ho
ſtiam placentem ſuſcepti corporis offerendo cuiꝰ
oblationis beatus apoſtolus ita meminit. Hoc eñ
fecit ſemel ſeipſum offerēs hoſtiam deo. Omnem
humani generis ſalutem oblatione ſanctæ huius
& perfectæ hoſtiæ redempturus. ob quæ omnia
ita geſta laudem deo patri refert. confitebor nomi
ni tuo domine: qm̄ bonum: quoniam ex omni tri-
bulatione eripuiſti me. Rreddidit in ſingulis pro-
poſitionibꝰ proprias abſolutiones. Nam in exor-
dio dixerat. in nomine tuo ſaluifica me: pꝰ p̄cũ ve
ro ſatiſfactionē cōgruã gratulationis eſſe oportuit
profeſſionem: vt eiꝰ nomini cōfiteref: in cuiꝰ no-
mine ſaluari ſeſe fuerat deprecatus. Et qa auxiliũ
cōtra alienos īſurgētes in ſe popoſcerat: idipſũ ad-
eptũ ſeſe fuiſſe pfeſſus p hoc gaudii exultatiōe me
moraret. qa ex oī tribulatiōe eripuiſti me. Ad id ve
ro quod cũ fortes quęrunt animam eius: deum nō
ppoſuerũt in conſpectu ſuo p̄clare indemutabilis
diuinitatis docuit ęternitatē; in eo qd̄ dictum eſt.

& ſuper inimicos meos reſpexit oculus meꝰ. Mor
te eñi non interceptus: vnigenitus dei filius ad ex
plendam quidem hominis naturam etiam morti
ſe ideſt diſceſſiōi ſe tanꝗ animę corporiſꝙ ſubiecit
& ad infernas ſedes id quod homini debitum vi-
detur eſſe penetrauit. Sed manet reſurgens & ini-
micos ſuos imortali oculo deſpicit glorificatus in
deū & ex hominis filio in dei filium: ex quo etiā ho
minis filius eſſe cœperat: per reſurrectionis gloriā
iam renatus: inimicos ſuos deſpicit quibꝰ dixerat
Soluite templū hoc: & pꝰ triduū ædificabo illud
Aedificato igitur hoc corporis ſui tēplo: eos ꝗ quę
fierant animam ſuam ex edito videt: & vltra hūa
næ mortis legem auctores mortis ſuę ſublimis ipſe
deſpectat mortem perpetiens: ſed mori neſciens:
deus homo dominus noſter Ieſus Chriſtus qui eſt
benedictus in ſęcula ſæculorum amen.

Incipit pſalmus. LIIII. In finem in
carminibus intellectus Dauid.

Inhaurire deꝰ
orationem meā: & ne deſpexe-
ris deprecationē meam: intēde
mihi & exaudi me. ¶ Superſcri
ptio pſalmi ſine hiſtoria eſt. tā-
tum in finem intellectus in hymnis eſt. Hymnos
aliqui tranſlatores noſtri carmina nuncupauerūt
Pleriꝙ autem hymnos ex ipſa græcitatis vſurpa
patione poſuerunt. De nomine nihil differt: dum
modo res vna eſſe quæ vel in hymnis: vel in carmi
nibꝰ ſignificabitur intelligatur. Hoc ergo de pſal-
mo ſciēdum eſt ꝙꝙ hymno eius vel carmine cōti
nētur in finē: intelligēda ſūt omni intellectu ſcili-
cet nřo ad dñm noſtrū Ieſum xp̄m: quē apoſtolꝰ fi
nem legis docuit eſſe: referēdo. Frequēter aūt ad
monuimꝰ eā in pſalmoꝝ cognitionē ſenſus noſtri
temperādā eſſe rationem: vt eum de quo & ꝑ quē
omnis prophetia eſt ex dei filio hominis filium na
tum meminerimus: & dei naturā omnibꝰ ante ſę-
culis manentē in naturā hominis eſſe ex partu vir
ginis genitā: ita vt naturæ poſterioris adiectio nul
lam defectionē naturę anterioris afferret. neꝙ qui
iam homo eſſe cœperat. id q̄d ante hominē mane-
bat deus ſcilicet eſſe deſineret. Hic ergo aſſumens
carnis noſtræ fragilitatem: & manens ſuꝰ atꝙ no
ſter ita agit. orat profitetur expectat omnia illa quæ
noſtra ſunt vt in his admiſceat etiā illa ꝗ ſua ſunt.
Loquaturꝙ interdū ex ꝑſona hominis qua & ho-
mo natꝰ: & paſſus/& mortuus eſt: interdū autem
omnis ei ſecūdum deum ſermo fit: quia ex deo ho
mo: & ex dei filio hominis filius extitiſſet! naturæ
ſcilicet eius cōfidentiam non oblitꝰ in verbis: qua
in aſſumptione licet hominis nō carebat. Et ita ex
nobis atꝙ ex infirmitate noſtra humani ſermonis
conſuetudine vſuꝙ loquens vt ex ſe atꝙ virtute
ſua quæ deo ſunt ꝓpria: & digna loqueretur: vt in
præſenti pſalmo cognoſci poteſt qui ita cœptꝰ ē.
Inhaurire deꝰ orationem meam: & ne deſpexeris:
deprecationem meam: intēde mihi: & exaudi me
Contriſtatus ſum in exercitatiōe mea: & cōturba
tus ſum a voce inimici: & a tribulatione peccato-
ris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates: &
in ira moleſti erant mihi. Cor meum conturba-
tū eſt in me: & formido mortis cecidit ſuꝑ me. Ti-
mor & tremor venit ſuper me. & cōtexit me tene-
bra. Et dixi quis dabit mihi pennas ſicut columbę
& volabo & requieſcam! Ecce elongaui fugiens &
manſi in ſolitudine. In exordio pſalmi. & ſi humili
tatis voce vſus ſit cum ait: inhaurire deꝰ orationē
meam: non tamen ſine aliqua propria conſcientia
altioris fiduciæ intelligitur hæc locutus. Nō eñi
cuiuſcūꝙ eſt innocētię id poſtulare: vt orationem
ſuam deus inhauriat. Prompte nanꝙ ſemꝑ preca
tioni hominum dei aures ſunt: quia qui naturam
audiendi humano generi impertit. ipſe extra audi
tus nō poteſt eſſe naturam. Et qui vbiꝙ hūc in vo
bis ſenſum auditionis operatur: non poteſt nō vbi
ꝙ in ipſo eſſe q̄d præſtat. Deus itaꝙ vbiꝙ: ſemper
audit. ſed non omnium meriti eſt. vt q̄d audit in-
hauriat auditum quidem eius orantis voce pene
trante. Sed dignationem eorū quæ audiantur in-
hauriendi ſola orationis innocentia promerente.
Triplex aūt in exordio oratio precationis eſt edi-
ta: prima enim ea ē: vt inhauriatur oratio. Sequēs
eſt vt deſpiciatur deprecatio Tertia eſt vt intēdat
ſibi ſeꝙ exaudiat. Et neceſſe eſt diſcretā eſſe vniuſ
cuiuſꝙ generis naturam: vt non idem ſit inhauri
re non deſpicere: rurſumꝙ differat ab vtroꝙ intē
dere & exaudire. Et q̄a de inhaurienda oratiōe q̄d
intelligi poſſet oſtendimus quid illud ſit ne deſpe
xeris deprecationem meam, tractādum eſt. Deſpi

cluntur orationes leues: diffidentes. inutiles ſęcu
li curis anxię: & rerum corporalium deſideriis im‑
plicatę bonorum operũ fructibus infœcundę. Hę
igitur deſpicabiles ſunt orationes dei dignatione
non dignę. De quibus per Eſaiam prophetam ait.
Et cum extenderitis manus veſtras ad me auertã
oculos meos a vobis. Et cauſam deſpiciendę ora‑
tionis continuo ſubiecit dicens. manus veſtrę ſan
guine plenę ſunt: vbi ergo operatio iniquitatis ex
ſtabit: illic deſpicitur oratio deprecantis. At vero
tum in eo qui ſperat intenditur cum tacitę ſpei fi‑
des. pię conſcientię religione cohibetur. Et eſt no
bis hoc abſolutiſſimum vniuſcuiuſq; proprietatis
exemplum. Inhauriuit dominus verba chananeę
ſępe clamantis: deſpexit orationem adoleſcẽtis il‑
lius qui ab ęternitatis largitore diuiſionem patri‑
monii poſtulabat: intendit autem in eam fœmi‑
nam quę fidei ſilentio ſalutem ſibi etiã a veſtis fim
bria expectabat. His ergo totius precationis ſuę
generibus diſtinctis nunc cauſam ipſam expoſuit
deprecandi: quia in exercitatione ſua conturbaretᷓ
a voce inimici: & a tribulatione peccatoris. Et qui
dem exercitatio nunq̃ niſi ad res vtiles ſalutareſq;
ſuſcipitur. Quas quia in ſancto quoq; impii ferre
non poſſunt omnibus eum iniuriis afficere: & vſ‑
q; ad formidinem mortis defatigare contendunt.
Sed hęc in domino Ieſu chriſto exercitatio. noſtrę
ſalutis operatio eſt: quã diuerſarum ſanationũ de
hinc paſſionis ipſius exercitatio puehebat. In hoc
quoq; ſe inuido conſortio noſtrę infirmitatis exer
cens quã exercitationem egreſſu ſuo Iſaac in cam
pum pręfigurauit: cum iuectę camelo Rebeccę tã
q̃ ſponſę ex gentibus exercens ſe in hoc mũdo xp̃s
occurrit. A voce inimici etiam turbatur cum ſa‑
maritanus cũ dęmoniũ hñs dicitur cum quia ſe a
cruce non eruat negatur eſſe cęteris ſalus: declinã
tes in eum iniquitatem falſorum teſtimoniorum:
& ſententię mortis. In ira quoq; moleſti ſunt dũ
flagellis: dum colaphis: dũ alapis deſeuiũt. Sed in
ter hęc habens poteſtatẽ duodecim milia legio‑
num cęleſtium euocare non ad iram cõmouetur:
neq; ad vltionem exacerbatur. Sequitur enim cor
meum cõturbatum eſt in me. pati omnia in ſeip‑
ſo conſtituit: dũmodo humanę ſalutis ſacramen‑
ta perficeret difficillimum autem hominis infir‑
mitati eſt intra ipſum perturbationes mentis cõ‑
motioneſq; cohibere: vt nõ etiã vſq; ad ipſam vul
tus demutationẽ tacito licet motu ſignificatio an
xietatis vel indignatiõis erũpat. Verũ vnigenito
deo q̃uis ĩfirmitas nr̃a ſuſcepta ſit tñ diuinitatis
ſuę nõ ẽ oblita natura. vt nõ his oĩb⁹ q̃ infirma ſũt
ſalua maieſtatis ſuę dignitate pfunctus ſit: dũ vni
uerſa q̃ mortis nr̃ę ſunt: ac timoris ita ptulit vt in
eum inciderent hęc potius q̃ ineſſent: dum infir‑
mitas noſtra magiſq̃ naturalis in deo eſt. Deniq;
idipſum ſequens ſermo connexuit: cũ dicit. Et for‑
mido mortis cecidit ſuper me. Timor & tremor
venerunt ſup me: & contexit me tenebra. Et hęc
quidem in eum omnia quę noſtrę neceſſitatis: ſũt
irruerunt. ſed ab eo naturę ſuę virtute ſucepta ſũt
dum mortem noſtram potens non mori etiam ti‑
more in ſe mortis ingruente non tenuit. Et cum
hęc eadem tanq̃ in hominẽ imbecillitati eius do‑
minatura cecidiſſent: tamen vt non ſubiectũ ſe
his qui irruerũt edoceret: ſubiecit. Et dixi: quis da
bit mihi pennas ſicut columbę & volabo & requi
eſcam Nam infirm⁹ eſt cui ad euolandum de con
tegentibus ſe tenebris metuq; mortis pennę non
aliunde ſumẽdę ſunt. Cum enim dicit quis dabit
mihi: nõ poſcentis ab aliquo. ſed non aliũde ſperã
tis eſt. Euolare autem vt columba feſtinat: id ẽ in
ſpiritalem redire naturam. & in colũbę ſpecie ſpiri
t⁹ in eũ volãdo requeuit. habitatiõe aliqñ in hoĩe q
tũ de Iordanis aq̃s aſcendebat inuenta. Et hęc qdẽ
p̃cationis eſt cã: qa infirmitate corpis degrauat⁹.
hoc qđ nobis eſt mortale ſuſceperat vt caro factus
in ſpm̃ euolaret. Et harũ qdẽ pẽnarũ ſuarũ ĩ pſalmo
alio ita meminit. Si ſũpſero pẽnas meas ante lucẽ
& habitauero in extremis maris. ita. n. illuc man⁹
tua deducet me. Suas itaq; ſumet vt intelligatur
eas ex his euacuat⁹ aſſumere ſed ſũptis pennis vt
volando requieſcat. quo ſit quieturus oſtendit: di
cens Ecce elongaui fugiens. & mãſi in deſerto. Ce
ciderũt quidem ſuper lucem tenebrę: ſed tenebrę
eam non cõprehenderunt. Elõgauit eñ fugiẽs q
ne a gẽtib⁹ qdẽ potuit cõprę hẽdi. Fugit ergo etiã
eos q ſe perſequebãt & ab his lõge fact⁹ habitat in
deſerto. Et qđ deſertũ hoc vel quę ſolitudo ſit? Nã
eodẽ verbo vtrũq; gręcitas elocuta ẽ. Ita alio pro‑
pheta declarat lętare deſtũ ſitiẽs exultet deſertũ
& floreat tãq̃ liliũ: & floreãt & exultẽt deſerta Ior
dãis. Inualeſcite man⁹ ĩualidę & genua diſſoluta
cõſolami. modici aĩ ſcſu ĩualeſcite: & nolite timere.
Ecce de⁹ iudiciũ ſedd it ecce vẽiet & ſaluabit nos.

Tunc aperientur oculi cęcorum: & aures ſurdorũ audient: erudietur lingua mutorũ. tũc ſaliet claudus tanq̃ ceruus. Venerat quidem ad oues perditas dom⁹ Iſrael. ſed ab his fugatus hæc deſerta lętificat: in his enim manet: & manſit poſtq̃ volãdo requieuit. Eſt enim dei requies quæ impiis denegatur cũ dicit̃. Si intrabũt in requiem meam. Reſumpta ſpiritali gloria vnigenitus deus in his tanq̃ in templo digno ſe corporibus quæ erant antea deſerta requieſcẽs: quia plures iam filii deſertæ magiſq̃ eius quæ habet virum. Non ſum autem neſcius plerosq; ſolum verborum ſonum & litteram cõtuentes. nihil de omnibus fere Pſalmis cõgruũ perſonæ domini noſtri Ieſu chriſti exiſtimare: putentq; totum querelis prophetę increpari: ſed nos litem non mouemus. Neq; enim deſtruimus ſed aſtruimus. addentes potius de obſcuris intelligentiam: q̃ ſimplicibus detrahentes: quia quæcunq; Dauid aut paſſus aut queſtus eſt. etiam paſſionibus eius qui vniuerſitatis noſtrę caro eſt fact⁹: impleta ſunt. Et (vt arbitror) ea quæ ſequunt̃ intelligentiæ noſtræ curſum probabunt. Intercedens vero diapſalma demutauit & ſenſum. Nam omnis rurſum aduerſum eos de quib⁹ eſt querela fit ſermo. honore tamen eius ad quem omnia eſt referre ſolitus antelato. Sequitur enim expectabam ſaluificantem me a puſillanimitate & tẽpeſtate. Nõ noua hęc ei⁹ expectatio eſt. Nam & in eo pſalmo (quẽ ex perſona eius eſſe non dubium eſt) ſic precatus eſt. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam. Infixus ſum in limo profundi & non eſt ſubſtãtia. Veni in altitudinem maris: etiam tẽpeſtas demerſit me. Ab hac igitur tempeſtate atq; ab hac puſillanimitate. Humiliatus enim erat vſq; ad mortem crucis: ſaluari expectat ab eo ad quem precatus eſt. dicens. Pater clarifica me apd̄ temetipſum claritate quã habui apud te priuſq̃ mundus eſſet. Sed expectans ſaluari ſe plus iam q̃ ſpem ſalutis expectat. Sequitur enim. Præcipita domine & diuide linguas eorum. Proprietatem verbi ſiue hebraici ſiue gręci latinitas (vt in multis) non elocuta eſt. Nã id quod præcipite dicitur cũ illis cathaponteſon enunciatum eſt. Quo ſermone non vt præcipitentur: ſed vt in profundum demergantur oratur. Demergi ergo eos linguaſq; eorũ diuidi rogat quorũ aliud ſub Noe. aliud poſt edificationem turris ſcim⁹ effectum. cum illos diluuio ſubmerſos cõſumpſit profundum. hos ergo linguarum diuiſio ad cauſam æternæ in ſe concertationis diſcreuit: vt conſpirationem aduerſus deum initam dum ſeinuicem & neſciunt: & metuunt non tenerent. Non diſpar ergo nunc in hos pœna depoſcitur: ſcilicet vt in morem gẽtium quas in aquis ſignificari meminimus abſũpti: & in oẽs linguas cũ qb⁹ nũc habitẽt & q̃bus loquũt̃ diuiſi amitterẽt vitæ ac regni ſui dignitatẽ: vt aũt ob vitia ciuitatis cõtradictionemq; præceptorum ſuorum. Hæc conſecutura noſceremus adiecit. Quia vidi iniquitatem & cõtradictionem in ciuitate. Die ac nocte circũdabit eam ſuper muros eius: & iniquitas: & labor in medio eius. & non defecit de plateis eius vſura & dolus. Ob hæc igitur vitia & crimina futuræ captiuitatis & diſperſionis pœna depoſcitur: ſed potiſſima inter crimina ſunt iniquitas: & contradictio. Nam enim quem lex & prophetæ nunciauerant reiicientes contradictione impia reſpuerunt. Quę contradictio nocte & die circũdans muros ciuitatis ipſi⁹ ſupergreſſa eſt. Quia & ipſa paſſionis ſuę nocte cum ſe videndũ in conſeſſu: & a dextris virtutis profiteretur diſciſſa veſte etiam cũ blaſphemiæ inuidia contradixerunt: in muris autem tuitionem ſalutis ſignificari meminimus ſicut cum nouę Hieruſalẽ edificatio & munitio id eſt cõſtructio & cuſtodia eius cæleſtis optatur ita ſcriptum eſt. Benigne fac domine in bona voluntate tua ſyon: & edificentur muri hieruſalem. Erat ergo tum in eo populo cuſtodia ſpiritalis: & diſpoſitę per angelos legis adminiſtratio cõmuniebatur. Sed vbi ipſo mediatore legis reiecto. hos muros: & hanc cuſtodiam circundãs iniquitas ſupergreſſa eſt: tũ cœpit maius eſſe ipſa munitione peccatum. vt iniquitas vinceret cuſtodis volũtatem vſura & dolo: cęteriſq; quę in lege ſunt vetita redundante; & indignitatem tantę huius iniquitatis oſtendens ſubiecit. Q̃m ſi inimicus meus improperaſſet mihi ſubportaſſem vtiq;. Et ſi odiens me ſuper me magna locutus fuiſſet abſconderem me ab eo. Tu autem homo vnanimis: dux meus & notus meus. q ſimul mecum dulces capiebas cibos. in domo dei ingreſſi ſumus cũ cõcordia. Querela nõ de paſſione eſt ſed de ap̃lo proditore. Nam cũ ſalutẽ generi

humano ſuſcepta crucis morte donaret non po-
teſt videri ſacramentum hoc magnæ pietatis ar-
guere. Nam vtiq; ſi inimicus eſſet quęrelę cauſa
non eſſet. Et cum in ſe conſūmaretur quod ad ſa-
lutem noſtrā perpeti ipſe voluiſſet. Et ſicuti ſi odi
ens ſe/locutꝰ ſuper ſe magna eſſet/abſconſꝰ ab eo
fuiſſet: quia ei non cognitꝰ in homine deus eſſet:
& ob hoc minus eſſet criminis neſcienti. Non etiā
gentes verbum carnem factum prænuncia ſibi le-
ge didicerunt. quod vtiq; his qui ſub lege fuīt etiā
ipſius gentis ad ſpeciem futuræ veritatis apertū
eſt: cum & hominem Abraham adorauit: & Iacob
in homine deum vidit. Portaſſe hęc obprobria gē
tium q cum eſſet homo deum ſe faceret q demo
nium habens populum ſeduceret: quia ignotaſſet
hæc omnia in lege. quæ ad Iſrael lata eſt cōtineri:
Verūtamen cum vnanimis & dux & notus hæc
faciat vnanimis cum electus ad apoſtolum ē dux
cum demorante domino ipſe ad prædicationem
aduentus ſui ad caſtela premiſſus eſt/& futuri re-
gni dux ab eo ac princeps eſt conſtitutus Notus
autem cum omnis ingreſſus eius egreſſuſq; didi-
ciſſet cognoſceretq; in hominis filio & dei filium
q & pīceps ī demutādo ex aq̄ vino & dulcificādo
in populi cibū ordeo extitiſſet cōuiuioq; eodē vſꝰ
eſſet; ſecumq; dei domum ſemper eſſet ingreſſꝰ!
maiorem de ſe querelam in hoc conſortium diui-
ni miniſterii aſſumptus exhibuit. Sed q̄q̄ ſpecialia
hęc in impietatem eius dicta eſſent: tamen pœnæ
decretum refertur ad plures. Veniat mors ſup eos
& deſcendant in infernum viuentes: quoniam ne
quitiæ in hoſpitiis eorum & in medio eorum ē: id
eſt totos ipſos intra extraq; nequitiæ opera circum
dent. Ita ſuper eos morte ventura vt ad pœne ſen
ſum viuentes deſcendant in infernum: cū ī hoſpi
tiis eorum & in medio eorū ideſt totos ipſos. Ve-
rum ille hæc his agentibus atq; meditantibus ad
quem ſpes & precatio ſua eſſet oſtēdit dicēs. Ego
ad deum clamaui: & dominꝰ ſaluauit me: Veſpe
re & mane & meridie narrabo & renunciabo & ex
audiet vocem meam. Liberabit in pace animā me
am ab his qui appropiant mihi: quoniam inter mľ
tos erat mecum Et exaudiet me deus & hum lia-
bit eos qui eſt ante ſæcula. Clamorem fidelē mox
dominus exaudit: & hanc ipſam exauditi clamo-
ris ſui gratulationem veſpere & mane & meridie

narrabit. diem omnē in his diei partibus per quas
dies continetur oſtendens. Talis autem temporū
ordo non niſi ex prophetica ſcientia diſtributꝰ eſt:
vt veſpere & mane & meridie nunciet: et quia ſe-
cundum legem & obſeruantiā legis a veſpere dies
cœpta eadem ipſa vſq; ad meridiem deputat: cū
inchoationem diei non mane lux reddita ſed ve-
ſpere nox facta perficiat. Narrat ergo & renunci-
at ea quæ in pſalmo continentur: quod vocem eiꝰ
audiet & in pace animam ſuam liberet. pacifica-
uit enim omnia in cælo & in terra vt liberet ab ap
piantibus ſibi Superior enim querela de proximis
cum etiam vnanimus & dux & notus hæc ageret
cum apoſtolis cæteris & ipſe electus in apoſtolū.
Deus ergo qui eſt ante ſæcula: ideſt per quem om
nia ſunt: quia ante omnia ſit: exaudiet eum: & hu-
miliabit eos cum indigni gloria æternæ reſurrecti
onis effecti ſint. Nā interiecto diapſalma omnem
his ob impœnitentem impietatis profeſſionē ſpē
recidit dicens Non enim eſt illis commutatio &
nō timuerūt deum omnes ſecundūm apoſtolum
reſurgent ſed non omnes commutabuntur quia
non timuerunt deum. Fas enim fuerat ignoraſſe
in homine deum: ſi reſurgentem tamen deum ex
mortuis credidiſſēt patente his etiam poſt paſſio
nis piaculum pœnitentia & indulgentia. Non
enim ſolum non timuerunt deum/ſed cum ad re-
tribuendum his manum extendiſſet id eſt auxiliū
obtuliſſet: contaninauerunt teſtamentum eiꝰ. cū
eum qui teſtamento legis ad ſalutem prænuncia-
tus eſt repulerunt Sequitur enim. Extendit manū
ſuam in retribuendo: contaminauerunt teſtamen
tum eius diuiſi ſunt ab ira vultus eiꝰ Et idcirco de
mutatio his non relicta eſt: q̄a pro peccato ſemel
mortuus eſt & reſurgens eos tantum demutatio
ne donauit qui ſecū per fidem & cauſa mortui ſūt
& reſurgent. Hos autem ab ira vultus ſui euerſa
ciuitate diuiſit partemq; eorum cum infidelibus
ponēs eos vel diſperſit in omnia: vel diuiſit a ſan
ctis: dehinc de generali querela ad ſignificationē
eius q ei & dux & vnanimis & notus fuerat ſermō
ſe retulit. Et apropiauit cor eius Mollierunt ſmo-
nes eius ſuper oleum & ipſi ſunt iacula Ammix-
tus apoſtolis & curam pauperum agens maximū
ſcilicet miniſterii opus curans apropiauit cor ſuū
Ad appropiantibus enim liberari animam ſuam

gratulatus eſt, non vtiq miniſterio fidei applaudens ſed irę dei & contaminationi teſtamenti ei9. Ceterum ipſe blandiloquus emollito ſuper oleum ſermone curam agere ſe pauperum fallens etiam tũ cum precioſi vnguenti effuſo alabaſtro cõqueſt9 eſt: tan q̃ id magis veniri in ſumptum in opum debuiſſet. Sed ille occaſionem furti de pecunię collatione quęrebat Et iſtiuſmodi forte blandiloquii oleũ pſalmo alio eui tat propheta cum dicit. Oleũ peccatoris non impinguet caput meũ: quia ſub ſpecie boni operis malitiæ arma cõmoueat. Sunt autem etiam in verbis iacula ſicut dẽtes: ſcutum: & ſagittę ſunt: & lingua macheraꝫ acuta eſt. Hæc igitur ſermonũ iacula deteſtatur quæ magis ſub blãdimẽto & adulatiõe nocitura ſunt. Sed inter iſta inimici iacula impterritus manet nobiſq portum ſecuritatis tutum fiduciꝗ demonſtrat. Sequit ẽm iacta in dominum cogitationẽ tuã: & ipſe te enutriet: non dabit in æternũ fluctuationẽ iuſto. Ademit nobis etiam in euangeliis dominus ſollicitudinis maieſtatem dicẽs Nolite ſolliciti eſſe de craſtino ſufficit diei malitia ſua. Quęrite primũ regnum dei & iuſtitiam eius: & omnia præſtabunt vobis. Omnem ſcilicet curam in promerendo dei regno & iuſtitia collocandam Iactanda ergo ſuper eum cura eſt: ipſe enim enutriet ſecundum illud. ſuper aquam refectionis enutriuit me Enutriens autem non relinquit in fluctibus iſtius ſæculi: ſicut enutritus Iacob omnem tempeſtatem & odiorum & durę ſeruitutis euaſit dicens. deusq nutriuit me a iuuentute mea ipſe enim vitæ auctor eſt. ipſe cibi largitor. non terreni tãtum. ſed etiam ſpiritalis Sed illo ſuper aquã refectionis educato: & a procellę fluctibus liberato digna impios pœna cõſequitur cum dicit. Tu vero de9 deduces eos ĩ puteum interitus: viri ſanguinum & doloſitatis non exdimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te domine. Eſt quidem puteus aquę viuæ ſed eſt puteus interitus ſecundum illud Non me demergat tempeſtas aquæ: neq abſorbeat me profundum. neq contineat ſuper me puteus os ſuum. Non relicto igitur in fluctuatione iuſto: illi in puteum interitus deducentur cuius os clauſum reſurgente ex inferis vnigenito deo eſſe non potuit Ceterum poſt paſſionem domini ſtati eos belli victoria cũ excidio ciuitatis aſſumpſit omni promiſcua ętate ad ſatiſfactionem vincentium interempta: nõ dimidiatis vitæ diebus iuuẽtute proſtrata. Dies autem pleni ſanctis & fidelibus reſeruantur: ſecundũ illud & dies pleni inuenientur his quorum ſpes ſe per in domino eſt: qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum Amen.

Pſalmus. LV. in finem pro populo qui a ſanctis longe fact9 ẽ Dauid in tituli inſcriptione cum tenuerunt eum Allophyli in geth.

MVLTA pſalmi ſuperſcriptio comprehẽdit quæ preter rerum geſtarum notionẽ alterius intelligẽtiæ intimant ſenſũ: cũ pro populo qui a ſanctis longe eſt Pſalmus eſt cũ tituli inſcriptio præfertur: cũ poſtremo exordiũ ipſum in fine præſcribitur Si enim eam ſolã querelã præſens ſermo contineret qd cũ fugeret ab allophylis in geth Dauid teneretur totum ſe circa id tantum hic iniquitatis increpitę motus exſereret: At vero cum hæc ante rei geſtę ſignificationẽ ad imbuendum legentium ſenſum dirigendumq prę lata ſint. ſine dubio intelligimus per rerum geſtarum quæ in Dauid gerebantur effectus/ipſi nobis ſecundum ſpiritũ prophetiæ earum rerũ quæ ſub his preſcriptionibus ſignificata ſunt. Notionem vt qd Dauid paſſus eſt pfiguratio fuerit paſſionĩ domini noſtri Ieſu chriſti: vt qd tituli inſcriptio eſt eius qui moriendo vicerit ſignificata videatur ęternitas. Quia tituli inſcriptio (quã ſtelagraphiam ſermo gręcitatis enũciat) his maxime qui probabilem vitam degentes etiam pro ſalute patriæ mori bello non timuerunt ad æternitatis gloriam deferatur. Populo autem qui longe ſit factus a ſanctis Iſrael indign9 factus ſanctificatione gentium longeq ab ea diſcedens eſſe noſcend9 ẽ Qd autem in finẽ eſt proprium ei eſſe qui finis legis eſt intelligatur: qd id ipſum pſalmi fine noſcetur cum huius ipſius intelligentiæ noſtræ abſolutionẽ his maxime quo pſalmi finis cõcludit ſermo declaret Per hæc certe q̃ ſupſcriptioni pter rerũ genera cõnexa ſũt: pſalmũ etiã ex pſona dñi tractabim9 nõ tñ a pphetę ipſi9 diſſidẽtes querelis: neq cũ his q̃ ptulit nõ etiã genuiſſe exiſtimandum eſt: quia idcirco his ipſis quæ ſpiritalẽ ſenſũ itimãt rerũ geſta cõnexa ſũt: vt p actionẽ prohetę ſenſus ac ſmo: noteſceret pphetię: cũ ppheta nõ tã ſpũ q̃ paſſionib9 pphetarit. Erit ergo ſermo inter Dauid ipſũ

& hominem Ieſum chriſtum temperatus vt q̃a infirmitates omnium portauit & peccatorum noſtrorum frequenter & voce ſit vſus & lachrymis extra contumeliam dei ſit & affectus & ſermo q̃ hominis eſt.

Incipit Expoſitio.

MIſerere mei domine quoniam cõculcauit me homo tota die pugnans tribulauit me: conculcauerũt me inimici mei tota die. ¶Diẽ frequẽter ſignificari pro ętate cognoſcimꝰ: vt vbi dies tota eſt illic omne vitę tẽpus oſtenſum ſit. Neq; enim vel Dauid vel dominus vnius tantũ diei inſectatione vexatus eſt. Sed qui miſericordiam dei poſtulat: ſeſeq; cõculcatum eſſe conqueritur. habet ſecuritatis & virtutis ſuæ arma quibus non ſolum terrena odia ſed & ſpiritualiũ nequitiatũ bella ſuſtẽtat. Aduerſũ quas potius quam aduerſum carnẽ & ſanguinem pugnã nobis apoſtolus docet eſſe: miniſteriis eñ impiorum vtuntur aduerſus vexationes tribulationeſq; ſanctorum: cum eorũ corda penetrantes in omnẽ eos impetum turbulentę mentis inſtigant. hanc igitur ſupereminentem in hoc ſæculo & efferentem ſe altitudinem propheta nõ pertimeſcens ait. Ab altitudine dierum non timebo quia multi qui debellant me timebũt Scit æterni iudicii diem: nouit etiam æternũ ignẽ pœnis ęternis pręparatum: atq; ideo magis illi qui eum debellare temptant timebunt: quia hoc ſancto non timente in eos magis iudicii terror incũbit Pro fiducia vero ſecuritatis ſuę ſubiecit. Ego vero in te ſperabo. In domino laudabo ſmones meos tota die. Spes omnis in deo collocat. ſmoneſq; ſuos toto tempore vitæ ſuæ laudat. Neq; obſcurũ eſt quid in loquente ſe laudet vox enim hæc ſãcto eſt digna quæ ſequitur. In deo ſperabo non timebo quid faciat mihi homo Non hunc frangit ſęculi terror: neq; conſpirantiũ aduerſus ſe odia perturbant. ſpes enim quæ in deo eſt terrores humanorũ non pertimeſcit odiorum. Carnem autem pro ſignificatione hominum per quã in corpore continentur frequenter accipimus. vel cum de ipſis dicit nõ habitabit ſpiritꝰ meꝰ in hominibꝰ iſtis: quoniam caro ſunt: vel illud videbit omnis caro ſalutare dei. Vel illud apoſtoli nonne eſtis carnales. & ſecundum hominem ambulatis? Manet itaq; imp̃territus ſub miſericordia dei atq; ideo in eo ſperans omnis carnis impetus inſectationeſq; nõ metuit. Sed digna plane etiam hæc vnigenito deo vox eſt: cui exinanienti ſe ex dei forma virtutẽ dei atq; naturã ſeruilis forma non abſtulit: factus eñ caro deus etiam in aſſumptione carnis deus eſſe permanſit. vtens virtutis ſuæ ſub conſortio noſtri corporis poteſtate Non enim carne eſt degrauatꝰ ne ſuper vndas ambularet: neq; non vt vſq; ad fimbrias veſtis virtꝰ diuinæ poteſtatis exiret. neq; vt nõ peccata dimitteret: vt ſputo ſuo naturam videndi cęcis ab vtero oculis accenderet: & aure p̃ducta de vulnere abſciſſę auris vulnꝰ obduceret: neq; vt nõ ſolida parietũ corpore interlabente penetraret. Non ergo metuit a carne vel in deo ſperans propheta vel ſub aſſumptione carnis deus opera diuina conſũmãs in his etiam quę cõſequũtur rei in eo quoq; geſtę ſignificatio continetur. Ait enim. Tota die verba mea execrabantur aduerſus me omnia conſilia eorum malum habitabunt. In malum habitabũt ipſi calcaneum meum obſeruabũt Nuſq̃ eñ niſi occultis conſiliis aduerſum eum teſtimonia falſa: & captioſę interrogationes ſunt cõparatę. In commune habitantes & cõſilia malitiæ occulentes. Sed et increpationem verborum eius quibus impietatem eorum exprobrare non deſtitit non tulerunt egreſſus quoq; omnes ipſius ĩ calcaneo conuenientes, dum in eius ſupplantationem fraudulenta conſpiratione conſentiunt ob q̃d eos digna hæc iudicii ſententia compræhẽdit. Sequitur enim ſicut expectauerunt animam meam pro nihilo ſaluos facies illos ĩ ira populos deduces Nouus hic prophetę ſermo eſt: vt eos q̃ expectãt animam ſuam ad nihilum deus ſaluet Et cum aliud ſit in nihilum aliud ſaluari nũc ſalus quę in eos fiet in nihilũ ſit Eſt ergo quod ſaluet ĩ nihilũ eſt plane quidq̃d reſurrectione conceſſa demutatiõe nõ dignũ eſt: Nam cum om̃is caro redempta in chriſto ſit vt reſurgat: & omnem aſiſtere ante tribunal eiꝰ neceſſe ſit: nõ tamen omnibꝰ gloria & honor ẽ promiſcuus reſurgẽdi: Quibꝰ ergo tm̃ reſurrectio nõ etiam tm̃ demutatio eſt tributa / hi ſaluantur ĩ

nihilum in ira enim deducentur hi populi quibꝰ
ad pœnę ſenſum ſalus reſurrectionis eſt cõſtituta
a qua ira eripiẽdos nos apoſtolus pollicetur dicẽs.
Quoniam ſi cum ad huc peccatores eſſemus xp̃s
ꝓ nobis mortuꝰ ẽ multo magis iuſti i ſãguine eiꝰ
ſaluabimur per eum ab ira: Pro peccatoribus igiẽ
ad ſalutẽ reſurrectionis eſt mortuꝰ ſed ſanctifica-
tos in ſanguine ſuo ſaluauit ab ira. Deniq; pro ni-
hilo populis ſalutatis & in ira deductis ſpẽ vitæ
ſuę ſanctus hic nũciat dicẽs. Deus vitam meã nũ-
ciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas i cõſpectu tuo
ſicut in promiſſione tua. Dignꝰ promiſſione dei ẽ
ob cõſtãtiam prędita noli & ob meritũ nõ tacẽdi
lachrymę eñ ſuę quas vel per ſe propheta: vel pro
nobis dominus profudit in dei ſunt cõſpectu lega
tione earũ ad obtinẽda quę deus promiſit vſurus:
ſed ſe gratiã ęternę promiſſionis ituro inimici eiꝰ
cõuerterẽtur retrorſũ: vt quod ira deducerẽtur oſtẽ
deret. Id enim ſequitur cõuertãtur inimici mei re-
trorſum in quacũq; die inuocauero te. Illo deum
inuocãte illi eo vnde proceſſerint conuerterẽtur de-
ducente eos dei ira & reſumpto ad pœnas corpo-
re puniẽdos. Sed illis ad ęternitatẽ pœnę i infernũ
poſt reſurrectionẽ reuerſis hic officio gratulationis
ſuæ fũgitur dum ait. Ecce cognoui qui dominus
meus es tu & in deo laudabo verbum. hoc ergo
verbũ ſuum in deo laudat: q; deum ſuum eſſe co-
gnouit. Neq; id tãtũ laudat. ſed etiã illud q̃d ſpe-
rauit in eo nõ metuẽs quid homo ſibi faciat: Hæc
plane digna ſanctis omnibꝰ vox eſt: cõſtanter ẽ inter
iſectationes humanas fidẽ tenere & metu terrenę
turbulẽtiæ nõ moueri. ſpeq; certiſſima q; aliquid
aduerſũ animę ęternitatẽ homo effecturus ſit nõ
timere. cũ poſt interceſſionẽ mortis iſtius i immor
talẽ gloriã & corruptio & iſirmitas noſtra muteẽ.
Atq; ob id ſermones ſuos quibus ſe ſperãrẽ in do-
mino humanã vim proteſtaẽ non metuere collau
dat dicẽs. In domino laudabo ſermonẽ: in domino
ſperabo nõ timebo q̃d faciat mihi homo. Ob hoc
ergo ſermonẽ ſuũ laudat in domino. quia ſperans
in eo hominẽ nõ timebit. Sed vt doceret idcirco ſe
nihil ab homine pertimeſcere: quia ſi quid pote-
ſtatis ſuę exeruiſſet in corpore id rurſũ reſurrectio
nis gloria ſine corporum labe reciperet ſubiecit. In
me ſunt deus vota tua. quę reddã laudationes tibi
quoniã eruiſti animã meam de morte: & pedes me

os de lapſu: vt placeã corã deo in lumine viuenti-
um. Non extra ſe ſunt iſta quę ſperat nec laudatio
nis vota quę reddẽda ſunt extrinſecus capeſſenda
Ipſe enim ſibi reſurrectionis eſt dominus: ipſe huic
emortuo & intra ſepulchrũ relicto corpori diuinę
naturæ ſuę tribuit conſortiũ. Neq; enim reſurrec-
turis omnibus ab exteriore materia corpus acqui-
ritur. neq; peregrinę originis externarũq; cauſarũ
natura recipitur. ſed id ipſũ in profectũ ęternę cla
ritatis emergit. Fitq; in eo demutatione potiuſq̃
creatione quod nouũ ſit. Sunt ergo in ſe vota quę
reddet. tum cũ infirmitas corporũ detrahitur. Id ẽ
lapſus & lachrymæ. tum cum corruptionẽ incor-
ruptio deuorauit. tum cũ mortẽ poteſtas imorta-
lis abſorbet. tũ cũ ſit deꝰ omnia i oĩbus tũ cũ lumẽ
viuẽtiũ ſit i eodẽ viuẽtiũ lumine deo ipſe placitu-
rꝰ. Nã ſi ſibi in creatione mũdi ſecũdũ ſapientię ꝓ
feſſionẽ ſuper filios hominũ adgaudebat pater. lõ
ge magis in recõciliatione mũdi intelligendus eſt
patri eſſe placiturus. Eſt enim lux vera mũdi illu-
minãs hominẽ veniẽtẽ in hunc mundũ dominus
nr̃ Ieſus xp̃s q eſt benedictꝰ i ſęcula ſęculorũ amẽ.

Pſalmi alterius tractus

In finem ne diſperdas in tituli inſcriptione cũ fu-
geret Dauid a facię Saul in ſpelũcã

DES VPErioris Pſalmi ſuperſcriptione id
tantum demutatũ in conſequenti eſt q;
vbi pro populo longe a ſanctis facto eni
gmatum eſt: nũc ne corrumpas vel diſperdas prę
ſcribiẽ q̃d vno verbo tomedias thyres vtrũq; grę-
cus ſermo complexus eſt conſequẽs eñ erat vt qa
corruptio eos q longe a ſanctis diſcederent man-
ſura eſſet ne huic ſanctus ſubderetur oraret Nam
et in pſalmo alio gratulationem auerſæ huius a ſe
corruptionis oſtendit dicens nec dabis ſanctũ tuũ
videre corruptionem. Neq; ambiguũ eſt pſalmũ
hunc ſecundum apoſtolorũ profeſſionem ex per-
ſona eſſe domini intelligendũ. Itaq; Dauid ad hu
manę carnis gloriam reſurrectionis dominicę tem
pus expectans. nũc & non corrũpi ſe rogat & auer
ſam a ſe corruptionem in eo in quo primitię reſur-
rectionis ſunt prophetiæ praeſcientia gratulatur.
Ideo autem in finẽ tituli inſcriptio eſt quia & glo-
rioſa ad æternitatis honorẽ vita ſuſcepta: & mors
plurimis ſalutaris virorum fortium inſcribatur ſe
pulturis. Et hæc omnia ad eũ referri oportebatq

vel finis eſt legis vel quem pſalmi ipſius finis oſtē-
dat. Id autem qđ in ſpelunca clauſus hęc loquitur:
tempus eſt prophetię: quo pſalmum intelligit ſcri
pſiſſe: ipſa illa ſpelunca habitatione manſuro ī cor
pore domini humilitatem prophetans Cæterum
videri non poteſt vt qui ob metum erat intra ſpe-
luncā recon ditus pſalterio & cythara (vt teſtať)
in pſalmo totius artis muſicę pſtreperet appatatu
Cœpit aūt ita Miſerere mei deꝰ: miſerere mei quo
niam in te confidit anima mea Miſericordiam ro-
gat quia confidit in deo. docens ab his miſericor-
diam dei ſperādam eſſe qui crederēt Et miſericor
diæ dei qđ momentum qui ve ſit effectus oſtēdit
dicens. Et in vmbra alarū tuarum ſperabo donec
tranſeat iniquitas. Auibus naturæ eſt infirmitatē
pullorum alis inumbrare: eoſq́ʒ a præteruolantiū
vi. atq́ʒ improbitate defendere Quod & in galli-
nis maxime noſcimꝰ cum collectos intra pennas
fœtus ſuos aut operiant aut tueātur. Quarū con
ſuetudinē ad exemplum ſollicitudinis tuæ domi-
nus cōmemorat dicens ad Hieruſalem interfectri
cem prophetarum Quotiens volui colligere fili-
os tuos ſicut gallina quæ congregat pullos ſuos
ſub alis ſuis ſed noluiſti. Sperat ergo in vmbra ala-
rum dei ſanctꝰ: donec iniquitas tranſeat id eſt dū
aut ſæculi ſcandala: aut iniquitates impiorum: et
renæ humilitatis infirmitatem: dum hanc ipſam
q̄ſi ſpelūcā habitaculi & corporis ſui Dauid quia
nunc eſt clauſꝰ euadit: & ſperans ſub vmbra alarū
dei officio ſpei ſuę ſemper intentus eſt: dicens Cla
mabo ad deū altiſſimum: deū qui benefecit mihi.
Clamat fide potiuſq̄ voce qui fugiens & latēs cla
mat. Porro autem non eſt in ſermone ſperantis
gratulatio ademptorum. ſed propheticæ ſcientię
ac fidei eſt: gerendis non aliter gaudere q̄ geſtis: &
idcirco ad eum qui ſub indemutabili conſtitutio-
ne bonitatis iam ſibi benefecerit clamat. Et quate
nus benefecerit dominus conſequentibꝰ docet di
cens Miſit e cęlo & liberauit me: dedit in obprobri
um conculcantes me: miſit deus miſericordiam ſu
am & veritatem ſuam. eripuit animam meam de
medio catulorum leonum. dormiui conturbatus
Dignum fuit etiam ſi nulla demutatio perſonę eſ
ſet aſcenſus diapſalma interueniret: quia ad intel
ligentiam dictorum ſenſus eſſet credentium erigē-
dus. Benefecit deus ſancto ſuo mittendo de cælo.

Vt liberato eo in obprobrium hi q eum conculca-
bant darentur. Et miſit miſericordiam ac veritatē
ad eripiendam de catulorum medio animam ipſi
us: tum cum conturbatꝰ dormiſſet. Sicut mors ſi
gnificatur in ſomno vel cum dormiturus Dauid
cum patribus ſuis eſt: vel cum dormiens Lazarus
excitandus eſt: vel cum centurionis illius non eſt
mortua puella ſed dormit. vel cum eos qui dormi
erunt non pręueniemus in reſurrectione. ſi contur
batio dormiētis ſignificatio eſt paſſionis: cū dicit:
nunc anima mea turbata eſt valde quā tamen eri
pi de manu canis: ita ātea deprecatus eſt libera me
de ore leonis: & de manu canis vnicam meam. et
nō alii canum vel leonum catuli intelligi poſſunt
q̄ qui ſunt: & natio viperarum de quorum medio
anima eripitur: permiſſam e cælo miſericordiam
& veritatem ſecundum illud miſericordia & ve-
ritas ſe obuiauerunt. Et ſi miſericordia eſt veritas
dominus Ieſus chriſtus eſt. non ambigitur quin il
li in obprobrium dedentur qui conculcantes do-
minum in paſſione iſta non credunt: quibus vtiq́ʒ
obprobrium eſt vnigeniti dei aduentum & pecca
torum indulgentiam perdidiſſe. Et quia huic ſan
ctorum ſpei vel perſequentium odia vel negantiū
aduerſatura ſemper eſſent commemoratis huma
næ ſalutis ſacramentis: ſubiecit filii hominum dē
tes eorum arma & ſagitte & ligua eorum mache-
ra acuta. Vicia motuſq́ʒ animarū ſub corporalibꝰ
officiis diuinus ſermo ſignificat. vt in deuterono-
mio cantico incraſſauit & calcitrauit dilectus im
pietatis luxu ſub ſignificatione cōſuetudinis cor
poralis increpito: vel illud qui deuorant plębē me
am vt cibum panis: vel etiam dentes peccatorum
cōtriuiſti. Nec non & apoſtoli qđ ſi mordetis inui
cem videte ne conſummamini ab inuicem: vt qđ
ſingulis quibuſq́ʒ membris officii actionisq́ʒ man-
datum eſt id ad efficientiam mentium animorū-
q́ʒ referatur: vt nūc vel perſequentium vel obtre-
ctantium commemoraturus effectus ait Filii ho-
minum dentes eorū ſcutū & ſagittę: & lingua eo
rum machera acuta Cum & conſumerent iniuria
poteſtatis & obtrectationum iaculis vulnerarēt.
ſed inter hæc quæ ſcit & expectat propheta nō ta
cuit: deprecatis enim ne corrumperetur abſorben
dę corruptionis iſtius tempus exoptat dicens Ex-
altare ſuper cælos deus & ſuper omnem terrā glo

ria tua Quæ in altum de humilibus efferſitur ea
exaltari videntur quia per profectum quédã in id
qd ſublimius eſt euadunt .Quod autem ſuper cæ
los exaltandum eſt.neceſſe eſt vt prius deſcende-
rit ad inferiora de cælis:per qd rurſum exaltandũ
ſit ſuper cælos .Qđ ipſũ apoſtolus abſolutiſſime
ita dicit Qui cum aſcendiſſet in altitudinem cap
tiuam egit captiuitatem dedit dona hominibus
Aſcendit autẽ quid eſt.niſi quia & deſcendit in in
feriora terræ Qui deſcendit ipſe eſt qui aſcẽdit ſu
per omnes cælos:vt adimpleret omnia.Hinc exal
tandi ſuper cælos cauſam ſignificans extitiſſe .qd
deſcendendi vſqꝫ in inferiora terræ humilitas eẽt
aſſumpta ex voto.Ergo propheta pręnunciat ex-
altari ſuper cælos deum:& quia exaltatus ſup cæ-
los impleturus eſſet in terris omnia ſanctiſpiritꝰ
ſui gloria ſubiecit Et ſuper omnem terram gloria
tua cum effuſum ſuper omnẽ carnem ſpiritus do
nũ gloriã exaltati ſuper cælos domini proteſtaret̃
Omnis autem hic profectꝰ non naturę diuinę ſed
infirmitati hominis optat̃:quia ſe per aſſumptio-
nem carnis in cæleſtibus collocandum propheta
nõ neſcit:quippe cum corporales & eũ participes
effecti ſimꝰ in chriſto Et idcirco hæc in carnis ſuę
infirmitatem quæ in paſſionibus domini verãda
& ſuper cælos eſſe exaltanda connexuit.Laqueos
parauerũt pedibꝰ meis & incuruauerũt animam
meam: fodierũt ante faciem meam foueam:& ici
derunt in eam.Per compaſſionis fidẽ etiam ſe ip-
ſo in dño:in dño propheta patiente tanq̃ & ipſe ſit
paſſus hæc quæritur Sed in eos qui maieſtatis do
minũ perſecuti ſũt cum in foueam præparatã inci
derint mortis ipſius & ſenſus refertur & poena Et
quia compatiendi & cõmouendi fides nos glorifi
cat chriſto velut in procinctu ſpei fideiqꝫ huiꝰ pro
pheta conſiſtit dicens Paratum cor meum deꝰ:pa
ratum cor meum:cantabo & pſalmum dicam ti-
bi Exurge gloria mea exurge pſalteriũ & cytha-
ra: exurgam diluculo.Et confitebor tibi in popu-
lis domine:pſalmũ dicam tibi in gentibꝰ Interie-
cto diapſalmate hũc ad deum retulit propheta ſer
monem pſalmi interim fide hæc eadem in quę cor
eiꝰ paratum eſt: concinendo & animi ſui & corpo
ris gaudia ſub ſignificatiõe pſalterii & cytharę ad
hortatꝰ ſeſe ipſum in eo qđ cantet pſalmumqꝫ di-
cat oſtendit. Ait enim exurge gloria mea:exur-
ge pſalterium & cythara:exurgam diluculo. Se ip
ſum ſcilicet oſtẽdit in pſalterio cytharaqꝫ declarãs
cum ad exurgendum cythara pſalterioqꝫ cõmo-
nitis ipſe potius qui in his ſignificet̃ exurgat Ex-
urgens autem diluculo cum gloria ſua ſpei euan
gelicæ gloriam cantat congruente diluculi & ora
tionis tempore & ſalutis Nam id ſequitur Et con
fitebor tibi in populis domine:pſalmum dicam ti
bi in gentibus.Laudaturus in populis & in genti-
bꝰ deum neceſſe eſt vt in eo ſalutem gentium lau
det:quia iam non in vno iſrael funiculus hæredi-
tatis artatꝰ ſit:neqꝫ Iacob portio ſed terræ plenitu
do iam dei ſit:neqꝫ ſimus iam imago terreni ſed i-
mago cæleſtis Quid autem confitendum in po
pulis pſallendumqꝫ inter gentes eſſet oſtendit:qa
magnificata eſt vſqꝫ ad cælos miſericordia tua:&
veritas tua vſqꝫ ad nubes.Hæc eſt ergo in populis
gentibuſqꝫ confeſſio.quia magnificata vſqꝫ ad cę-
los ſit miſericordia:& veritas vſqꝫ ad nubes Nam
cum domino obuiam ſancti rapientur in nubibꝰ:
ipſo illa nube in reſurrectiõis corporeę elato:& cre
atura omnis ſecundum apoſtolum a corruptione
ſit liberanda pacificãdaqꝫ omnia per eum quæ &
& in cælo ſũt & in terra: merito & vſqꝫ ad nubes
veritas noſtra in eo reſurrectionis effertur.& ma-
gnificatur vſqꝫ ad cælos miſericordia eius conge-
miſcentis creaturæ corruptione depulſa. Sed
horum quidem vſqꝫ ad nubes & vſqꝫ ad cælos ſi-
gnificatur elatio:verum illi propriũ eſt cælos tranſ
gredi: & omnem ſenſum exiſtimarę ſublimitatis
euadere. Repetita itaqꝫ ſpei ſuæ precatione pro
pheta ſic clauſit Exaltare ſuper cælos deus:& ſu
per omnem terram gloria tua Nullus exaltando
deo modus eſt:nam ſuper cælos eius elatio eſt Do
minus enim creaturarum eſt vltra creaturas intel
ligendus: & cum nobis non aliud ſit in cognitione
q̃ cælum vltra omnem ſenſum eſt qui ſuper cæ-
los exaltatus ſenſum notionis excludit Miſeri-
cordiam quidem eius vſqꝫ in nos redundauit. ſed
magnificata vſqꝫ ad cælos in cæleſtibus mox fu-
turis. Et cum vſqꝫ ad nubes veritas eius elata
ſit nobis obuiam in nube rapiendis. Sed cælos

omnes tamen conſeſſurus a dei dextris ipſe tran-
ſcendit:gloria quoq; eius in terris id eſt nobiſcum
manſura cum dicit:Ecce ego vobiſcum ſum omni
bus diebus vitæ vſq; in conſummationem ſęculi:
dominus noſter Ieſus chriſtus qui eſt benedictus
in ſæcula ſęculorũ amen.

In finem ne diſperdas Dauid in tituli inſcri-
ptione.

DE SVPERIOris pſalmi ſuperſcriptione
ſola deeſt ſignificatio aliq̃ geſtorũ. Nã
& in finẽ & ne diſperdas & tituli inſcri-
ptio eſt. Neq; enim Pſalmus quicq̃ per rerum ge-
ſta continet prophetiæ vt ſicut cæteris ſanctꝰ Da
uid & dictis prophetæ & geſtis:ſed increpatio in ĩ
pios eſt & denunciatio iudicii dei ĩ peccatores:&
retributio letitię in ſanctos:& fructus omnis iuſti
tiæ cõtinetur Hic ergo finis in pſalmo eſt hęc de-
pellenda corruptionis fiducia:hæc ei qui nos per
mortem redemit.tituli inſcriptio eſt Et quidẽ tali
ter pſalmus ipſe ſe profert.Si vere vtiq; iuſtitiã lo-
quimini directa iudicate filii hominum Et enĩ in
corde iniquitates operamini in terra iniquitatem
complectuntur manus veſtræ Iuſtitiæ ſermo cõ-
munis ẽ:ſed quia iudicii ſtudiũ & cõſuetudo pau
corum eſt.et plane tum vere quis loqui iuſtitiam
exiſtimãdus eſt:cum iudicium retineat veritatis:
deo ob id nõ eloquia humana ſed cordis opera id
eſt cogitationum molitionis iudicante. Solet au-
tem iniquitas ſub publicæ conſcientiæ pudore nõ
peragi:& ideo licet complexæ manus non ſint ini
quitatem tamen iniquitatem deo cor operatur
in terra.Hinc adulteriũ ſolo cõceptum corde iam
crimen eſt.hinc ſecum Pauli euangelium ſecre-
ta hominum deus iudicat:voluntates hominum
deo in ipſis humanæ natiuitatis exordiis contuẽ-
te.Nam cum naturæ potentis virtus non tam vi
ſcerum fibras q̃ appetitus mentis introeat:neceſſe
eſt vt non per motus ſenſuum perſpiciẽdi ſumat
exordium:ſed per naturæ ſciẽtiam etiam futuros
motus ſenſuũ præſciens appræhendat Et idcirco
de his q complexas manibꝰ iniqtates corde perfi-
ciũt continuo ſubiecit Alienati ſũt peccatores ab
vtero:errauerũt a vẽtre:locuti ſũt falſa.Sic eſau ali
enatꝰ ab vtero eſt cũ maior minori ſeruiturꝰ etiã
anteq̃ exiſteret nũciaſ:deo futuræ non neſcio vo-
lũtatis cũ & ſermonis falſitas & vitæ error a ven-
tre eſt:ipſo potius hoc ſciente q̃ aliquo ad neceſſi
tatem genito naturãq; peccati ac ne vitium refer
ri poſſet ad originẽ prędurarę in his ad obediendũ
voluntatis crimen exprobrat dicens.Furor illis ſe
cundum ſimilitudinem ſerpentis ſicut aſpidis ſur
dę & obturantis aures ſuas:quæ non exaudiet vo
cem incantantiũ medicamentis medicati a ſapiẽ-
te.Non excuſatur quędam neceſſitas naturalis in
crimine.Nam ſerpens inocẽs eſſe potuiſſet cui au
res per ſe vt ſurdę ſint obſtruũtur:vocemq; incan
tantis non audit cum medicata medicamina a ſa
piente nõ pcipit.Neq; hæc morſorum cantꝰ & cõ
ſopita viperarum ſibila memorat:quia hęc eadem
maiore cum ener tia per fidem nominis dei virtu-
temq; torpeſcunt:ſed illam contumacem atq; in-
ſolentem antiqui ſerpentis inobedientiam docet
aduerſum ſanctorum cantus & medicata a ſapiẽ-
te medicamina obſurdeſcentis:cũ ei cotidie ne fal
lat:ne ſubrepat:ne mordeat etiã ſub diuini nomi-
nis denunciatione mandetur:& tamen obſtructo
deſęuit auditu:ex quo non obedientes euangelio
nati viperatum ſunt.Sed quia poteſtas eius ſuor ũ
q; conteritur:& omnia in his ſęuitiæ arma frangũ
tur hæc ſubdita ſũt deꝰ contriuit dẽtes eorũ ĩ ore
ipſorum: molas leonum cõfregit dominꝰ.Spernẽ
tur velut aqua decurrens:intendent arcum ſuum
donec infirmentur.Sicut cęra liquefacta auferent:
ſupercecidit ignis & non viderunt ſolẽ. De pecca
torum dentibus & molis leonum frequenter no-
bis fuit ſermo:quia in his deſęuientis malignitatis
ſignificatur inſtinctus.his ergo confractis contri-
tiſq; velut decurrens aqua ſpernentur.Omnis enĩ
ſuperfluentiũ aquarum curſus eſt ocioſus cũ vnuſ
quiſq; ex his id tñ quod ſibi vtile putet eſſe deri-
uet cęteris meatu tranſcurrente perituris: cum ad
ſolam ſui abolitionem vſq; ad maria deferãtur: at
q; huius quidem in his naturæ atq; contemptus ĩ
pſalmo alio meminit cum dicitur.Effuſus ſũ tan
q̃ aqua & diſperſa ſũt oſſa mea Factum eſt cor me
um tanq̃ cęra liqueſcens in medio ventris mei. Et
multa quidem quæ ex ſolidis in liquida ſoluũtur
demutãt habitũ ſine abolitione naturę.vt ex agẽ
tibus fluant cæra autem ſola ſuſcepta igni ſic li-
queſcit vt pereat eodẽ nũc modo creationis vtri-
uſq; in perdendis peccatoribꝰ poſuit exemplum:
Spernentur velut aqua decurrens:intendit arcum

ſuum donec infirmentur. Sicut cera liquefacta au
ferentur Primum ergo ſpernentur fine conſiſten-
di ſpe & manendi inutiliter defluentes: dehinc ar
cus domini erit donec infirmentur intentus: infir
mati autem liquefacti cere modo auferenẗ: & in ar
cu ſeueritatem iudicii dei ſignificari frequẽter oſtẽ
dimus: peccatorum hunc ſemper poenis his q pu-
nientur intentum. Et ſane intento arcu igne iudi
cii eos vt liquefactam ceram auferendos ſequens
ſermo declarat. Supercecidit ignis & non viderũt
ſolem. Superiectꝰ ergo ignis eos auferet: ne ſolẽ iu
ſtitię cõtemplentur: indigni enim ſunt qui ſint co
hęredes aeterni luminis. Tanq̃ cera autem lique-
facta auferẽtur igne ſuper eos ne ſolem videãt de-
cedẽte. Et vt abolitionem eorum potiuſq̃ poenam
ſignificaret adiecit. Priuſq̃ pducat ſpinas veſtras
rãnus ſicut viuẽtes ſic in ira abſorbet vos. Rãnus
ſentium genus eſt qđ plures ex ſe condẽſaſq; ſpi-
nas modo rubi affert. Floreſcit autem cum caete-
ris vere conſotum. Ergo anteq̃ rãnus peccatorum
ſpinas producat: viuẽtes eos ignis i ira abſorbebit
Neq; eñi ſuſpenſo adhuc iudicii tempore quieſce
re peccatores ſine poena erat dignum. viuẽtes ira
q; eos cũ poenę ſcilicet ſenſu abſorbebit ignis etiã
anteq̃ reſurgẽt: corporum eñi reſurrectio ſignifica
tur in ramno q̃ ipſa in ſe ſpinas quibus compungẽ
da ſunt exhibebunt aliis fructus aeterni floris habi
turis. his vero tantum ad efferẽdos in ſe modo rã
norum ſpinarum aculeos excitandis: peccatorum
autem vim & dolorem ſignificari meminimus in
ſpina cum dicitur: in erũnam incidet dum confrin
gitur ſpina quouſq; ad mortem humiliatꝰ de pec
cato condemnauit peccatum in carne: velut cõ
figens ſpina configitur. & vnuſquiſq; ſecundum
apoſtolũ ſiue bona ſiue mala pcipiet in carne: cum
ipſam materiã ac ſenſũ in qua cõpũgatur habitu-
rus ſit peccator. Ante reſurrectionem carnis ideſt
anteq̃ ſpinas ſuas rãnus emittat viuens abſorbeẗ:
ad poenã anima eiꝰ (ſecũdũ diuitẽ i euãgelio) pu
niẽda quae viuens ſit Sed iter haec iuſti cuiuſq; (tã
q̃ lazari in ſinu Abrahę requieſcentis) lętitia mon
ſtratur. Sequiẗ eñi Lętabiẗ iuſtꝰ cũ viderit vindi-
ctam manꝰ ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.
Et dicet homo ſi vtiq; erit fructꝰ iuſto: vtiq; eſt de
us iudicans eos in terra. Lętitia iuſti eſt cum vide-
rit vindictam: quia peccatoribus puniendis dedu
ctum ſe per angelos in ęternam requiem laetatur:
manus ſuas non peccatorum ſanguine abluẽs. ſed
cum peccatores in ſanguine ſint quia rei ſangui-
nũ ſũt: manꝰ ille ab omni reatu ſanguinis ablutas
continebit: & ipſũ pſalmo alio teſtatꝰ eſt cũ dicit:
Odio habui congregationẽ malignorũ: & cũ impiis
nõ ſedebo: lauabo inter innocẽtes manꝰ meas Et
cõmemoratis innocẽtiae officiis adiecit. Ne pdas
cũ impiis deꝰ animã meã: & cũ viris ſanguinũ vi-
tam meam. In peccatorum ſcilicet ſanguine ma-
nus ille abluet inter inocẽtes Adeo autem hi viri
ſanguinũ ſũt vt omniũ ab Abel vſq; ad Zachariã
interfectorũ ab his ſanguis ſit repoſcẽdꝰ Et abalu
ente manꝰ ſuas Pilato ſuper ſe ſuoſq; eſſe iuſti ſan
guinẽ ſint profeſſi: ſed manꝰ ſuas lauãte iuſto atq;
lętante dicet hõ an fructꝰ erit iuſto? & vtiq; eũ eſſe
dicit qa deus ſit in terra eos iudicãs: dicẽs ergo hõ
an fructꝰ ſit iuſto? nõ ãbigiẗ expectare iudicium iu
ſto tñ iam in terris qa p angelos in Abrahę ſinũ de
ductꝰ ſit iudicato: ſecũdũ illud qui credit in me nõ
iudicaẗ ſed tranſit de morte in vitã: qui autẽ nõ cre
dit iã iudicatꝰ eſt: Cũ ergo ſãctꝰ nõ iudicãdꝰ ſit q
in vitã ſit tranſiturꝰ ex morte: & infidelis iã iudica
tus ad poenã ſit: intelligiẗ in eos reliquũ eſſe iudici
um qui pro geſtorũ qualitate inter peccata fidem
q; ſint iudicandi p dominũ noſtrũ Ieſũ chriſtũ q ẽ
benedictꝰ in ſaecula ſaeculorũ amen.

Expoſitio Pſalmi

In finẽ ne diſperdas Dauid in tituli inſcri-
ptione: qñ miſit Saul & cuſtodiuit domũ eius vt
interficeret eum.

SVPERSCRIPTIO pſalmi a ſupiore nõ
differt ſed pſalmꝰ eo differt q; quaedã ex
his quae in Dauid ipſũ geſta ſũt pręferũ-
tur: cũ Saul miſit & cuſtodiuit ad interficiendũ eũ
domũ eius: Verũ ſi ob id dirigẽda ad deũ eſſet ora
tio: ſuperiora illa id eſt in finẽ & ne diſperdas vł cor
rũpas: & in tituli inſcriptiõe nõ neceſſe fuerat an
teferri Haec autẽ maxime q̃q̃ ſpiritali ſint diſtri-
buta ratione: cũ & finis legis ſit chriſtꝰ: & corrupti
oni ſubiecta nõ fuerit eiꝰ ęternitas: & glorioſę mor
tis ipſius titulus in ſalute ſit gentiũ tñ etiam ipſa
quae de geſtis eius praeſcripta ſũt prophetica eẽ de
clarant: cũ paſſionis dominicae propheta nõ neſci
us ſub occaſione ac tempore eorũ quae perpetieba
tur odiorũ & patiendo prophetam ſe docuerit &

loquendo. Tractabimus autem pſalmum: vt eo-
rum qui ſecundum litteram ſapiu‹›t ‹›ntelligenti-
am non grauemus. Sed & vt q̃d a Saul cuſtoditus
ad interficiendum eſt: non minus eius ſit tempo-
ris propheta q̃ apoſtolus: & in Hieruſalem tan-
q̃ in domo ſua concluſus & cuſtoditus ſit ad mor
tem. ¶Eripe me de inimicis meis domi
ne & ab inſurgentibꝰ in me libera me. Eripe me de
operantibus iniquitatem: & de viris ſãguinum li
bera me. Vitiorum humanorum cauſas profectuſ
q; cõplexꝰ eſt vt vnde orta ẽ. & quo euaderet ipie
tas noſceremus. Et idcirco iras & ſimultates & ini
micias euangeliũ cõpreſſit cũ iraſci ſine cauſa fra
tri reatus gehenne ſit: & oblatio muneris niſi poſt
reconciliationem non conceſſa ſit ſimultatis: & ĩi
micos non ſolum diligendos: ſed & pro his oran-
dum eſſe decernit: quia ex his ad virum ſanguinũ
peruenitur: nam primum inimici ſunt: dehinc in-
ſurgunt in eum cuius inimici ſunt. Inſurgentes
autem iniquitatis operarii ſunt: poſtremo iniqui-
tatis operarii vſq; ad viros ſanguinum proſece-
runt. Viros autem ſanguinum non ſolum admiſ
ſa cedes ſed & cogitata conſummat. Sequit̃ eñ.
Quia ecce ceperunt animam meã irruerunt ĩ me
fortes. Neq; iniquitas mea neq; peccatum meum
domine ſine iniquitate cucurri & direxi: arctata
anima eſt cũ Dauid ad ĩterficiẽdũ domo clauſꝰ ẽ
Et q̃q̃ exutus de Saul ſit inauibus: tamen viri ſan
guinum ſunt ſanguinem eius optantes. Sed ſecũ
dum pſalmi pręſcriptionem aduerſum vnum eſſe
precationem conuenerat regem vtiq; hęc volen-
te ſed orationi propheticę fuit ſermo moderan-
dus. vt querela referetur ad populum cum cap-
tant animam fortes irruentes: quippe quos fortis
armauit qui & cor iudę ad miniſterium proditio-
nis ingreſſus eſt Hi ergo fortes capeant animam
& eius animam in quo neq; iniquitas neq; pecca-
tum eſt: qui currens ſine iniquitate direxit. Et ne
ſcio ſi anterior pſalmus referri in Dauid iſta pati-
atur quo dicitur. Ecce iniquitatem meam ego ag
noſco & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Non conuenit pſalmorum ordini tanta diuerſi-
tas: vt ab eodem dictum eſſe vtrunq; intelligen
dum ſit. Et ſit quia anterior confeſſi peccati pſal-
mus poſterior in tempore eſt videatur dauid ante
peccatum: vt peccati neſcius hęc locutus: memi-
nerimus eum ſub eodem peccato de humanæ ne
ceſſitatis confeſſione dixiſſe Ecce enim in iiquita
tibus conceptus ſum: & in delictis peperit me ma-
ter mea. ſecũdum illud Quis enim gloriabitur ca
ſtum ſe habere cor coram deo: nec ſi vnius diei fu
erit infans; manente in nobis etiam ſecũdum apo-
ſtolum & origine & lege peccati: non ergo conſci-
entiæ humanæ vox iſta conueniet. Sed videamꝰ
ne forte eius querelis hic abnegatę de ſe iniquita-
tis competat ſermo, qui peccatum non fecit & in
quo inuentus dolus non eſt: qui & dixerat Ecce ve
niet princeps mundi & non inueniet in me quicq̃.
Peccati ſcilicet ĩ ſe calumniam non reperiendã per
q̃d de peccato peccatum condemnaturus eſſet
in carne. Ergo hic intelligendus eſt conqueri ca-
ptatã animam ſuam: & irruiſſe in ſe fortes: qui &
hanc querelę ſecuritatem vt in ſe neq; iniquitatẽ
neq; peccatum eſſe profiteretur: & qui ſe ſine ini-
quitate cucurriſſe dixerat ſecundum illud Exul-
tauit vt gigas ad currendam viam a ſummo cæli
egreſſio eius: & occurſus eius vſq; ad ſummũ eius
Hic ergo ſolus currens direxit qui infirmitatis no
ſtræ humilitate ſuſcepta egreſſus cælos: regreſſus
ad cęlos qui reuehens nos ſecum oblaturuſq; deo
munus precatus ſit. Exurge in occurſum meum
& vide tu domine deus virtutum deus iſrael. In-
tende ad viſitandas omnes gentes: ne miſerearis
omnibus qui operantur iniquitatẽ. Exurgere eñ
ſibi in occurſum deum virtutum ad viſitãdas om
nes gentes precatur. In eo nanq; quo excitatæ &
collocatæ a dextris eius in cæleſtibus gẽtes ſũt &
dignum fuit reditum eiꝰ ambitione occurſus cœ
leſtis ornari: ne ĩ greſſuro cęlos dignatio paterna de
cœlo eẽt Neq; id mirũ cũ primo nominis ſui mar
tyri Stephano velut in primoribus in occurſũ a
deo patre deſcenſum ſit Viſitari itaq; in occurſũ
ſuum oẽs gentes precatur ſecũdũ illud Neq; eñ
miſit deꝰ filiũ ſuũ in hũc mũdũ vt iudicet mũdũ:
ſed vt ſaluꝰ fiat mũdꝰ p eũ: deſcenſũ nãq; eiꝰ ĩ car-
nẽ & ex maria natiuitatẽ lætãtes ãgeli & patẽtes
cœli honorauerũt. Nõ ĩpudẽs ergo hæc occurſꝰ
ſui oratio ẽ cui ad ſalutẽ gẽtiũ ſicuti & pſalmo alio

& apoſtolico teſtimonio continetur primogeni-
to ex mortuis vox occurrentis hæc fuerit: filius
meus es tu ego hodie genui te. Hanc itaq; oc-
curſus ſui ſignificationem viſitandis: et ſe genti-
bus deprecatur. non tamen iudicii ſeueritatẽ pre-
terita enim miſericordia ab omnibus qui iniquita
tem operantur auertitur: omnibus quidem in eo:
(q̃a caro fact⁹ eſt) gẽtibus viſitatis: ſed ęque om-
nibus iniqua operantibus iudicatis. Interiecto eñ
diapſalmate quæ in impietatem populi eſſent mã
ſura declarat. Mox nanq; & templi deſolatio &
ciuitatis euerſio; & ipſos illos captiuitas conſecu-
ta eſt. Quinetiam nunc ingreſſus ciuitatis eiuſ-
dem edicto Romani regis inhibentur: & cum de-
ſerta ſanctorum ſancta: & prophetias ſilere & pla-
cationum hoſtias deeſſe: & dignitatem omnẽ de-
formatam miniſterii leuitici recordantur: conuer
ſi nunc: & fame verbi dei: & ibi ſalutaris affecti ad
ſolatium præſentium miſeriarum circũire ſũt ſo-
liti ciuitatem. Id enim ſequitur. ¶Conuertentur
ad veſperam: & famem patientur vt canes: & cir-
cuibunt ciuitatem. Famem huius temporis per
prophetam alium denunciãs dicit. Ecce induco fa
mem ſuper terram. Non famem panis: neq; ſitim
aquæ: ſed famem verbi vt audiatur verbũ dei. Im-
pudẽtiam eorum ac rabiem in nuncupatione ca-
num arguens. Secundum illud. ¶Libera me de
ore leonis: & de manu canis vnicam meã. Et hoc
quidem habent interioris conſcientiæ ſuæ dolo-
rem. cum ſe diſperſos. cum captiuos: cum tributa
rios congemiſcunt. ſine templo: ſine ſacerdote. ſi-
ne regno. Et hoc poſtea q̃ in maieſtatis dominum
ſaluatorem mundi manus impias intulerunt. Sed
vbi de peccato crucifixi vnigeniti dei arguuntur:
impii eſſe non deſinunt: & dolore tranſlatę ad gen
tes diuinæ cognitionis accenſiore adhuc verbiſq;
deſæuiunt. Sequitur enim. ¶Ecce eloquuntur
in ore ſuo: & gladius in labiis eorum. Sed hanc ob
trectandi atq; inſectandi impietatem: non ſolum
in his: ſed etiam in gentibus: quæ audire detre-
ctant: ira diuinus ſermo condemnat.

¶Quoniam quis audiuit? & tu domine deride-
bis eos: pro nihilo habebis oẽs gẽtes. Nemine au-
diente irridentur a deo. Quia vbi dicitur quis: ibi
aut rar⁹ ſignificat: aut nullus: Nullus ſecundũ il-
lud. Qui ſimilis tibi in diis domine? Rarus autem
in eo quod dicit: quis dabit ex ſyõ ſalutare Iſrael?
Irridentur igitur non audientes: & in quorum ore
labiiſq; ſit gladius. Quia in cœlis habitans deus
ſubſannabit aduerſus deum: & chriſtum eius re-
ges ac principes congregatos Gentes etiam om-
nes ſpernet viſitatas: & non obediẽtes: quia q̃uis
ex his ſit portio quantulacunq; credentium: tamẽ
vniuerſitas reputatur in plurimis: ſecundum il-
lud domini dictum. Nunquid cum venerit fili-
us hominis inueniet fidem ſuper terram? Non
q; non in aliquibus reperietur quibus & dicetur.
Venite benedicti patris mei poſſidete præpara-
tum vobis regnum a conſtitutione mundi. Sed
cum pauci ex omnibus gentibus ſint fideles non
perpaucos efficitur: ne non omnes gentes ſint in-
fideles. Irridendarum autem gentium ea maxime
cauſa eſt q; dum crucifixum: dum mortuum: dũ
ſepultum ſtulticia prudentię ſęcularis exprobrat:
magnæ pietatis ſacramentum non intelligentes:
filium dei reſurgentem ex mortuis: & maieſtatis
eſſe dominum non credunt. Sed habens ille pote-
ſtatem animæ ponendæ: & animæ reſumendæ:
quia hoc mandatum accepit a patre irriſis ſpre-
tiſq; gentib⁹ ſubiecit. Fortitudinem meam ad te
cuſtodiam: quia deus ſuſceptor meus es deus me
us miſericordia eius præueniet me.

¶Deus meus oſtendit mihi inter inimicos meos
fortitudinem ſuam ad deum cuſtodiet animam
ſuam: ſcilicet quam depoſuit reſumendo. Nemo
enim aufert eam ab eo. Et quia virtus ſua: & re-
fugium ſuum: ſit in cuius manibus commendaue
rit ſpiritum ſuum: cuius miſericordia eum pręue-
niet: vt etiam ante reſurrectionem dei filius intel-
ligatur. Cum moriente eo in obſcuro ſole lux de-
periit: cum pendente eo in cruce tremit terra: cum
deſcendente eo ad inferos: ſanctos eius inferi non
tenent: cum emittente eo ſpiritum: velum templi
tanq̃ cuſtodia illinc ſpiritali erumpente diſcindi-
tur: cũ poſtremo Centurio proclamat vere dei fi-
lius erat iſte. Cuſtodita igitur ad deum fortitudi-
ne ſua: quia lux lucet in tenebris: & tenebræ eam
non comprehenderunt: & præueniente eum mi-
ſericordia ſua oſtendit ei inter inimicos eius: quia
ſuſceptor eius eſſet: cum id etiam inimici confeſ-

ſione patuiſſet: vere enim eum dei filium eſſe cen-
turio proclamat: & haec tum quidem ita cognita
ſunt: ſed quia ſecundum illud: & videbũt in quẽ
compunxerunt: etiam in futurum inter inimicos
eius oſtendet deus ꝙ eius ſit ſuſceptor. Quippe
cum ſecundum apoſtolum introgreſſa gentium
plenitudine id quod de Iſrael ſit reliquum ſaluabi
tur vt quod ſcriptum eſt impleať. Veniet ex Syon
qui liberabit: & auertet impietates ab Iacob. Et
hoc illis a me teſtamentum cum auferam impie-
tates eorum. Ad ſignificationem itaq; repoſitae
huius miſericordiae ſpeiq; ſubiecit. Ne occide-
ris eos ne quando obliuiſcantur legis tuae. Diſper
ge illos in virtute tua & deſtrue eos protector me-
us domine. Delicta oris eorũ ſermonem labiorũ ip
ſorũ & comprae hẽdantur in ſuperbia ſua. Et de ex
ecratione: & mendacio conuellentur in conſum-
matione. Conſummatio in ira conſummationis:
& non erunt. & ſcient quoniam deus Iacob domi-
nabitur finium terrae. Inimici quidem propter nos
ſed dilecti propter patres miſericordiae id quod eo
rum eſt reliquũ reſeruatur. Diſperſi quidem inte-
rim circum omnes fere gentes. ſed cõſperſione eo
rum ſancta atq; radice liberabuntur. Deſtruentur
ergo ſecundum prophetam non occiſi: ſed diſper-
ſi & deſtruẽtur in delictis oris eorum: & ſermõe la
biorum: cum ex ſyon veniat liberator de quo cla-
mauerũt crucifige crucifige: & cui dixerũt nos pa
trẽ habemus Abrahã. Et rurſum qs tibi dedit hãc
poteſtatem. & in qua poteſtate haec facis? In hac
igitur ſuperbia comprae hendentur: cum ſaluato-
ri ſuo haec a ſe ingeſta eſſe non cognoſcant: auerſa
q; impietate de execratione ac mendatio auellen-
tur: & hoc in conſummatione: quia cum intraue-
rit gentium plenitudo tum quicquid Iſrael eſt. re-
liquũ ſaluabitur. In ira autẽ conſummationis non
erunt: quia impietates ex Syon veniens auertet.
Non autem non erunt: qui & ſunt cognituri co-
gnoſcẽtq;: quia deus Iacob dominetur finium ter
rae non iam in funiculo haereditatis: & in Iacob
portione noſcendus: ſed deus Iacob id eſt quia in
homine Iacob deus intellectus: & viſus eſt: Do-
minator ſit terrae finium quorum: & creator eſt
confitẽdus: ſed illos interim deſolationis ac diſp-
ſionis ſuae manet poena. Qam etſi conſumma-
tioni temporum propter patres: & electos haec diſ
penſatio miſericordię reſeruetur: interiecto tamẽ
diapſalmate quid in eos interim repetita ſignifica
tione conſtitutum fuerit: oſtẽditur. Sequitur enĩ.
¶ Et conuertentur in veſperum: & famem patien
tur: vt canes: & circuibunt ciuitatem. Ipſi diſper-
gentur ad mũducãdũ ſi autem nõ ſaturabuntur:
& murmurabunt. Amiſſa ciuitate temploq; de-
ſerto & ſecundum Romani regis edicta circũeun
tes tantum non etiam in euntes ciuitatem. Fa-
mes eos nõ huius panis & cibi ſed oblationum ho
ſtiarum viſionum quibus omnibus ſaturabantur
afficiet aduerſum cuſtodem ſuum canum impro
bitate latrantes. Et diſpergentur ad manducan-
dum: quia per diuerſa ſpeciem ſacerdotii illius le-
gittimi: & holocauſti & circuncifionis imitantur:
cum haec tantum non niſi intra Hieroſolymam
ſunt legitima conſtituta. Sed ad manducan-
dum diſperſi non ſaturantur. Non enim ſanctis
& deo placitis: & loci ipſius ac templi conſtitutio
ne religioſis ſolemnitatibus explebuntur. Sed
adhuc & murmurabunt ne hac quidem fame fe-
ſtiuitatum ſuarum edomiti: vt ſecundum mur-
mur quo in deſerto deum exacerbauerunt poeni-
tentiae quietae reſipiſcant. Sed inter haec ſpes om
nis ſuas: & gratulationes pſalmi fine concludi-
dicens. Ego autem cantabo virtuti tuae: exalta-
bo mane miſericordiam tuam. Quia factus es
ſuſceptor meus & refugium meum in die tribu-
lationis meae. Adiutor meus tibi pſallam: quia de
us ſuſceptor meus: deus meus miſericordia mea.
Et iſta omnia poſſunt ad propheticam gratula-
tionem referri: ſed neq; a domini ſunt confeſſio
ne diuerſa. Haec enim eorum diſperſio paſſionis
impietatem eſt conſecuta. Sed ꝙ in miſeri-
cordia dei manet: quia ſuſceptor: & refugium eius
factus eſt exultaturus: videtur id ad reſurrectio-
nis tempus eſſe referendum. Quia cum omni tẽ-
pore laus dei cantanda ſit a propheta reſurgen-

ti tamē ex mortuis diluculo i cæloſq; redituro. exaltatio matutinæ gratulationis eſt propria domino Ieſu chriſto qui eſt benedictus in omnia ſæcula ſæculorum Amen.

¶ Pſalmus. IX. in finem: pro his qui immutabuntur: in tituli inſcriptione: Dauid in doctrina cum ſuccendit meſopotamiam & ſyriam ſobal & cōuertit Ioab & percuſſit in valle ſalinarū. XII. milia.

Expoſitio tituli.

MVlta in pſalmo ante rerum geſta præſcripta ſūt quæ neceſſe eſt ad alicuius intelligentiæ ſignificationem his quæ effecta ſunt anteferri cum in finē: cum pro his qui demutabuntur: cū i tituli inſcriptiōe: cum in doctrina Dauid ſuperſcriptio comprehendit poſtq̄ geſtorum tempus aſcribitur. Succendit meſopotamiam & ſyriam Sobal & conuertit Ioab & percuſſit in valle ſalinarum duodecim milia. Quo pſalmus ab hiſtoria diſſentit. Nam cum ſobal percuſſus cum meſopotamia & ſyria q̄ ab eodē ad bellū cōmota & accenſa & capta eſt Hanc maximi belli victoriam ingens gratulationis lætitia conſecuta eſt. Pſalmus autem totus triſtis & mœſtꝰ eſt: cum ſuper repulſo deſtructoq; populo dolor eſt: cum cōmotæ turbatæq; terræ querela eſt: cum ſanandę contritiōes eius oratio eſt. Deinde id qđ in ſalinarum valle memoratum eſt: neq; in hiſtoria neq; in aliquorū tranſlatorum intelligentia eſt. Nam ſecundum Aquilam qui tranſlator legis iudęis poſt paſſionem domini fuit: ita ſcribitur. Cum percuſſit valles Sed hic ſecundum litteram ſcribens & extra ſpiritalē intelligentiam manens belli locum edidit. Tranſlatio autem illa ſeniorum ſeptuagīta & legitima & ſpiritalis ante paſſionē domini geſtorūq; ſuſcepta per nominum naturarumq; ſpecies: nunc quoq; vt in omnibus pſalmis cauſam ſenſumq; manifeſtat in commemoratione geſtorum nō argumētum pſalmi ſed tempus oſtendēs: nec ob id qđ cōtinetur in geſtis ſed vt tum cum ea geſta ſūt ſcriptus eſſe noſcatur. Sed anteq̄ de tempore loquemur prophetiæ: quia multum ad intelligentiam pſalmi proficit ſcire qn̄ ſit ſcriptꝰ de ſuperſcriptione tractemꝰ q̄ intelligenda refertur ad finē & his qui immutabuntur Qui ex impietate ſcilicet ac viciis deſinentes ad religionem atq; innocentiam tranſferentur: & ex peccatis ſynagogæ ad eccleſię gratiam demutabuntur: ſicut in eo pſalmo qui primus in his qui immutabuntur eſt ſcriptus oſtēdimꝰ: cum dicitur Audi filia & vide & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuū: & domū patris tui: quoniam concupiuit rex ſpeciem tuam Et rurſum in eodem Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terrā Filiorum itaq; demutatione facta pro patribꝰ paternam domum obliuiſcitur deo regi magis regina placitura cuius morte renouatur ad vitam Et idcirco tituli inſcriptio pro his qui immutabuntur aſcribitur gloriæ mortis eius qui pro oībꝰ mortuꝰ eſt tituli iſcriptiōe reſtāte. Et teſtāte ad doctrinam Dauid vt eum omnes Dauid qui eſt oriēs & iuſtꝰ & rex & ęternꝰ eſt nouerimꝰ. qui inimicas nobis infeſtaſq; virtutes cum duce ſuo pemit omnibus his qui aduerſum nos viciorum bella aſcendere erant ſoliti: extinctis non in valle planctus neq; in valle tabernaculorum: ſed in valle ſalium: Id enim magiſq̄ ſaliuarum gręcus ſermo declarat: cū ex ſe iam non flebiles habitationes: nec lamentanda tabernacula: ſed ſalem potius hæc mundi huiꝰ vallis exhibeat Eos ſcilicet eorumq; ſimiles quibꝰ dictum eſt. Vos eſtis ſal terræ: in quibus maxime antiquus ille noſq; incendens hoſtis extinctus eſt: Pro his igitur in finem commutandis & ſub teſtimonio ac tituli inſcriptione Dauid edocentis pſalmus hic ſcribitur non alio tempore q̄ cum nathā propheta Troni æterni regem ex Dauid ſemine eē nunciauit. In eo enim tempore hæc quæ in rebus geſtis præſcribuntur effecta ſunt: in quo prophecia æterni regis oſtenſa eſt Intelligēdꝰ ergo pſalmus pro his eſt qui immutabuntur in Dauid ęternum regem & qui pro amiſſis patribus erunt ex cōmutatione iam filii Ita enim cœpit.

Expoſitio Pſalmi.

DEꝰ reppuliſti nos & deſtruxiſti nos: iratus es & miſertus es nobis. Commouiſti terram & conturbaſti eã: ſana contriciones eius quia mota eſt. Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis. Dediſti metuentibus te ſignificationem: vt fugiant a faciæ arcus.

¶Secundũ cõmunem ſæculi ſenſum iræ miſerationiq́ non conuenit neq́ ipſius in eoſdem vterq́ hic idem conueniet affectus vt vltio volũtati: voluntas miſerationi admixta ſit. Solis autẽ hoc patribus pie iraſcentibus congruit: vt miſericors eorum ira in peccatis ſit filiorum: ſæcundum etiam illud beati Pauli. cum ita ſathanę in interitum carnis tradit vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini: vindictæ præſentis ſeueritatem ad ſalutem ſpiritꝰ pficere demonſtrans Aeternus ergo ille cæleſtis oĩbus pater: qui et dixit ego occidam & ego ſanabo: repellit & deſtruit ſuos vt miſereatur iratus. Deſtruxit enim Hieruſalẽ templum: ſed cæleſtem ſãctis reddidit ciuitatem: reppulit ab operationibus legis: ſed iuſtificationem fidei iuſtificãs ex fide impium tribuit. Diſſoluit terreſtre regnum: ſed reges conſtituit cælorum: Ita iram miſericordia conſecuta eſt: dum damno terrenorum præſentium ingens æternorum bonorum retributio repenſat̃ Et hæc quidem non magis ad iſrael q̃ ad vniuerſitatem humani generis aptata ſunt: quia ex vno ĩ omnes ſententia mortis & vitæ labor exiit: cum dictum eſt. Maledicta terra in operibus tuis Nũc autem per vnum in omnes donum vitæ iuſtificationis gratia abundauit: vt quorum terra maledicta eſt: horum nunc conformia deo corpora ſint. Et q̃ commota metu. & ignoratione turbata. & labore contrita eſt: & ipſo illo lętificantis vini compũcta potu nunc ſuſceptę ſignificationis ſecura virtute futuræ iræ defugiat poteſtatem. In arcu enim vt frequenter tractauimus. præparatæ ad pœnam impiis iræ terror oſtenditur: Secundum illud Nunquid iraſcetur per ſingulos dies. Arcum ſuum tetendit & parauit in eo vaſa mortis: ſagittas ſuas arſuris operatus eſt. Metuentibus igitur ſignificationem dedit vel ſigni in frontibus: vel fidei in cordibus: vel teſtimonii in opéribus: vel gloriæ in cõfeſſionibus: vel victorię in martyribus vt a facię arcus irę q́ fugiatur vt dictum eſt. Natio viperarum quis monſtrauit vobis fugere ab ira ventura? Gratulatis igitur humani generis hęc vox eſt: poſt regnum mortis: poſt diaboli terrores: poſt laborum peccatorumq́ onera: poſt infœlicis lętitię dolorẽ: quia vitiorum gaudia cum ſint intellecta cõpungunt. In vino enim ſecundũ apoſtolum laſciuia ẽ: et ſicut eſt vinum cor hominis lętificans: ita & vinum eſt cor hominis cõpungens. Nã & calix iræ eſt ſicut & calix vitę eſt. Poſt hæc ergo & poſt hoc cõpũctionis vinũ ſignificatione fugiendi arcꝰ iræ q́ cõceſſa vniuerſitas fideliũ ęternis ſpeciebꝰ exultat. Id eñ mox diaplaſmate iteruenĩẽte declarat.

¶Vt liberentur dilecti tui ſalua dextera tua & exaudi me.

¶Dextera domini fecit virtutem & a dextris dei virtus dei coexcitata cum humilitatis noſtrę carne conſedit: Data ergo ſignificatione fugiendi a facie arcus liberãtur dilecti: & per dei dexteram ſaluantur: & a qua facie liberẽtur ſaluenturq́ apoſtolus docuit dicens. Qui liberauit nos de poteſtate tenebrarum & tranſtulit in regnũ filii dilectionis ſuę. liberandi ergo dilecti ſaluandiq́ per dexteram dei ſunt: ſed ſalutis huius ad fidei firmitatem noſcẽda eſt ꝓphętia. Sequitur enim.

¶Deus ẽlocutus in ſancto ſuo: lętabor & partibor & ſichimam cõuallem tabernaculorum dimetiar meus eſt galaad & meus eſt manaſſes: & effrem fortitudo capitis mei iuda rex meꝰ: moab olla ſpei meę. In idumeam extendam calciamentum meũ: mihi allophyli ſunt. In ſancto deus locutus eſt. In eo nẽpe cui etiã dęmones clamãt Scimꝰ q̇a tu ſanctꝰ dei es & de quo ãgelꝰ euãgelizat: & q̇d ex te naſceť ſanctũ vocabiť filiꝰ dei. In hoc itaq́ ſancto locutꝰ ẽ cũ dicit. Pr̃ q in me loqtur ipſe facit opa ſua Locutꝰ ergo deꝰ in ſancto in pricipio ſermonis exultat: Exultauit eñ vt gigas ad currendam viam: & exultauit in ſichima partienda. Sichima ſamaria eſt quæ eadẽ in ſichem eſt quã Iacob Ioſeph filio ſuo ſub benedictionis ſpiritu deputauit. Hæc cũ omnibꝰ antea legis temporibꝰ ĩ ipietatẽ mãſiſſet euangeliũ dñi ex pte ſuſcepit. Nam hodieq́ pseiꝰ ĩ religioſiſſimis ſtudiis de ſtudio vetere detin eť Illic eñ vaccæ adoratæ: illic mons relicto ſacrario electꝰ: Illic regnũ aduerſũ iudeam excitatũ ſed eo

primum dominus accedens etiam credente ſamaritana & aquæ viuæ potum precante fidem intulit Mox etiam apoſtolis prędicantibus participes ſancti ſpiritus facti ſunt: parata ergo ſichima eſt cũ fideles ab infidelibus ſeparantur Et eſt futuri iudicii iſta diuiſio: ſicut ſcriptum eſt. Veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat: & hora qua ignorat: & diuidet eum: partemq; eius ponet cũ hypocritis. Diuiſa ergo ſamaria eſt vel iudicio vel fide ſecundum illud: Non veni pacem mittere in terrã ſed diuiſionem. Neq; ſolum loquens in ſancto deus ſichimã partitus eſt: ſed etiam conuallẽ tabernaculorũ dimenſus eſt: hãc ſiquidẽ habitatiõis humanæ dimenſam ſimilemq; ſedem: quã & alio loco ob ęgritudines vitæ ac lamẽtationes calamitatum, vallem planctus eſſe commemorat: dicẽs de poſuerunt in valle plorationis. Dimẽſus hanc eſt quia gentium plenitudo ſpectatur Et vbi modus eſt credentium futurus: illic dimenſionis examen eſt: partim intra eccleſiam congregãdis: parte alia in eadem valle reſidentibus: Quiſquis autem aliqua metitur neceſſe eſt vt ea quæ ſua ſunt metiatur: Suus enim eſt galaad: & ſuus eſt manaſſes: Mõs iſte phœnicum eſt arabiæ meſopotamiæq; contiguus ex parte manaſſe in poſſeſſionẽ deputatus: & ideo ſuus eſt manaſſes. Sub manaſſis nomine terræ plenitudinẽ ſicuti & ſub galaad omnem orbem ſuum eſſe demonſtrans: Sed in his vſurpandis nihil præter ius proprietatis oſtẽſũ ẽ. Effrem autẽ aſſumptio capitis eiꝰ & iuda rex eius eſt. Hæc ſanctus loquente in ſe deo loquitur: qui & per Iacob effrem cõuerſa manuum ſanctificatione benedixerit: & regem ex iuda qui expectatio gentium futurus eſſet oſtenderit. Aſſumptio ergo effrem eſt non etiam manaſſes: cũ Ioſeph vterq; ſit filius. Sed cum in capite ſignificatio contineatur & corporis: ſecũdum illud De torrente in via bibet ꝓpterea exaltabit caput: & omnis ſanctus caput eſt corporis chriſti: idcirco aſſumptio capitis eius effrem eſt: quia contra generationum ordinẽ ad præferendam eccleſiæ ſanctificationem in prælato effrem & poſtpoſito manaſſe minor maiori ẽ antelatꝰ. Aſſumptio itaq; capitis ſui effrem ideſt populus quem in effrem prefigurauit: vel potius eccleſia in corpus aſſumitur. Iuda etiam rex meus eſt. ideſt a ſe diſpoſitus & electus. Nõ vtiq; vel Dauid ipſe rex iuda eſt: cum ex iuda rex ipſe ſit primꝰ vel loquenti in ſancto ſuo deo rex eſt: ſed loqui hęc ſanctus iſte in quo deus loquitur intelligendꝰ eſt: qui & ſpiritu Iacob repleuerit ad æterni regis iſtiꝰ prophetiam cum ait Nõ deficiet prĩceps de iuda: nec dux de femoribus eius: donec veniat qui mittendus eſt. et ipſe eſt expectatio gentium. Et ꝙ nõ ſolum ex hac generatione ſanctorum ſed etiã ex peccatorũ origine huic dei ſancto carnis eſſet ineunda ſuſceptio: quia in ſimilitudine carnis peccati deꝰ filium ſuum miſit: idcirco etiã moab olla ſpei eius eſt: & hęc quidem moab generatio ſecundum eam quæ in geneſi ſententia eſt: diuinæ maledictionis ſuſcepit obprobrium. Sed poſt decem generationes per gradus ſuſceptiõis ſancto digna ſit genere ſanctuſq; hic ex iuda & ex moab originẽ ſumens decocta tanq̃ per ollam carnis cruditate in ſpeciem cibi ſignificatur ęterni. cum caro eiꝰ vere cibus vitę ſit. Eſt & olla ſecundum hieremiam vrẽs peccata atq; tollẽs: ſicuti & dominꝰ ipſe mittere ignẽ venit ſuper terram. Et multi ſecundum apoſtolum tanq̃ per ignem erunt ſalui: cum defęcatis & peruſtis vitiis vt argentum ignitum ꝓbabiles iudicentur. Hinc ergo moab ſpei ſuę olla ẽ: cui etiam ex moab cruda vtiq; atq; vitioſa iam cæleſtis illa ad cibum vitę ſanctificatio: carnis in ſpe eſt. Quinetiam vſq; idumeam calciamentum ſuum extenſurum eſſe ſe dicit: ſcilicet vſq; ad defectionem eſau: quia idumea eſau ſedes eſt: & prędicationis apoſtolicę dirigat greſſum. Spetioſi enĩ pedes euangelizantium ſunt. Et in calciamento pedes: in pedibus autem greſſus oſtenditur. Neq; ſolum in idumeam curſum prædicationis extendit: ſed etiam allophyli ſubditi ſũt ſecũdum illud Exaudi deus orationem meam: ad te omnis caro veniet: quia deo dignum ſit gentes ei omnes eſſe ſubiectas: & vniuerſitatem carnis ad confeſſionem æternæ huius miſericordiæ erudiri. Sed cognitis his qui immutabuntur ſecundum tituli inſcriptionem: & doctrina eius qui Dauid eſt æternus accepta æternam illam primitiuorum in cæleſtibus Hieruſalem & circunſtantium deo ſanctorum ciuitatem ingredi propheta feſtinat: ducem qui ſe eo deducat expectãs. Seqtur enĩ.

Quis deducet me in ciuitatem circunſtantię? quis deducet me vſq; in idumeam? Nonne tu deus

qui reppuliſti nos & non egredieris in virtuibus
noſtris? ¶Eſau defectio eſt & idem ſe-
cundum geneſim deficiens eſt: & ſecundum apo
ſtolum qđ eſt reliquum Iſrael ſaluandum eſt. Op-
tans ergo propheta in ciuitatem circũſtantiæ de-
duci: ſcit ſe ante vſq; in idumeam eſſe venturum:
id eſt in illam defectionẽ populi ãterioris qua ma
ior ſuiet minori. Et vltima pdicatio cõuertet cor
da patrũ ad filios. cum veniens ex ſyon peccata &
impietates ab Iacob auferat. Sed hic idem dedu-
cet qui & ob impietatem ante deſtruxit & reppu-
lit quia capta Hieruſalem: deſtituto ꝓ regno indi
gnos ſpretoſ ꝓ deſeruit: ſolitus ante eos ſpiritalibꝰ
auxiliis confouere & cæleſti militia aduerſum ini-
micorum bella tutari. Nunc autem deſerente eos
cuſtodia ſpiritusſancti: nullum in virtutibus eorũ
id eſt in exercitibus diuinæ propugnationis au-
xilium eſt. Et ideo quia deſtruxit non egredietur
in virtutibus eorum: ſed repoſitæ ſpei quia qđ iſra
el eſt reliquum ſaluabit: miſericordiam propheta
non tacuit dicens.

¶Da nobis auxilium de tribulatione: & vana ſalꝰ
hominis In deo faciemus virtutẽ: & ipſe ad nihilũ
deducat tribulantes nos.

Scit vanam ſalutem eſſe quæ ab hominibus ſpera
tur: quia & vitæ huius vſus ſine miſericordia dei
nullus ſit. ſecundum illud. Melior eſt miſericordia
tua ſup vitam: quia niſi ad profectum æternitatis
vita ſuſcepta ſit. Miſeriarum in nobis potius erit
origo non vitæ. Auxilium itaq; a deo in tribulati-
onibus ſperat: quia hominum ſalus vana ſit. Poſtu
lat ergo de tribulatione auxilium in deo virtutes
conceſſo auxilio facturus cum liberati omnes a le
ge peccati in dei potius iuſtificatione maneamus:
cum pugnam non aduerſus carnem & ſanguinẽ:
ſed aduerſus ſpiritales nequitias & mũdi poteſta-
tes deo ſathanam ipſo ſpiritu oris ſui interficiẽte:
peragamus cum non regnet in immortali cor-
pore noſtro tribulans nos ante peccatum. cum ab
ſorbeatur mors a vita in contentione victoriæ per
dominum noſtrũ Ieſum chriſtũ qui eſt benedictꝰ
in ſæcula ſæculorum Amen.

Pſalmus LX In finem hymni. Dauid.

SIMplex eſt pſalmus æternæ gratulatio-
nis continẽs prophetiam Nam neq; res
geſtas: neq; ſignificationes alicuius co-
gnomenti ſuperſcriptio compræhendit. Tantum
hymnus in finem eſt: vt id q̃d a proheta cantatum
eſt in finẽ vel pſalmi vel tẽporũ explicãdũ eſſe no-
ſcat: Oratio autẽ iuſti æterna eſt ſperãtis ſeſeq; in
xp̃o coexcitatũ i cęleſtibꝰ gratulãtis Cœpit eñi ita.

Expoſitio pſalmi LX.

EXaudi deus orationem meam: intende
deprecationi meæ. A fini-
bus terræ ad te clamaui dũ
anxiaretur cor meũ.

Exaudiri depræcationem
ſuam ſanctus hic poſtulat: cuiꝰ & ea fiducia eſt vt
in orationem ſuam velit intendi. Verum ſit inno
cens. caſta. & fidelis & ex intimo conſcientiæ atq;
cordis metu profecta: quia ſecundum apoſtolum
& corde credendum: & ore confitendum ſit ad ſa
lutem. Intendendę autem orationis hinc precatio
eſt ꝙ dum corde anxio eſt a terræ finibus clamaue
rit. Non hic extima ſolitudinum aut contigua
oceani incolebat: qui a terrę finibꝰ anxio corde cla
mabat: Sed ſciẽs ſe in carne quidem (quæ terra ẽ)
degentem iam in fine carnis habitare. dum ſecun-
dum apoſtolum habitãs in corpore peregrinatur
a corpore: dum viuens iã nõ ſibi viuit: neq; ipſe vi
uit ſed viuit in eo chriſtus Congemiſcens tamen
in hoc ſuo habitaculo ſuperueſtiri ꝓ feſtinãs: ideo
anxio corde a terræ finibus clamat quũ & neceſſi-
tatẽ habeat in carne viuẽdi: & ſpem teneat a car-
nis vitiis deſinẽdi dicẽs. ¶In petra exaltaſti me
Quia factus es ſpes mea turris fortitudinis a faciẹ
inimici: habitabo in tabernaculo tuo in ſæcula.

¶Hic itaq; iã ſanctꝰ a terræ finibꝰ clamat qa exal
tatus in petra ſit. Petra autẽ ſecũdũ apoſtolũ xp̃s
eſt quẽ exaltauit deꝰ & donauit illi nomẽ qđ ẽ ſup
oẽ nomen. In quo & elegit nos ante mundi conſti
tutionẽ in cæleſtibus: per eum eñi ſumꝰ in ſpẽ ęter
nitatis deducti: & in hac ſpe nõ cõfũdimur: qa ab ĩ
mici faciẹ hęc eadẽ ſpes nobis fortitudinis turris
eſt facta Nã cũ ĩ muris ſit valida & firma munitio
murorũ tñ ipſorũ firmitas ĩ turribꝰ oĩs eſt Et ideir
co turris fortitudinis exaltans nos in petra deꝰ fa-
ctus eſt: quia per hãc ſpẽ vim diaboli eiuſq; inſidi-
as ſuſtinemꝰ: tutiſſima aduerſũ eũ ſpiritaleſq; eiꝰ
neqtias fidei munitione cõſepti: cũ in tabernaculo

dei habitaturi ſimus in ſæcula ſine vllo ſcilicet ęta
tis modo in æternum fluentibus ſæculis tempori
buſq; manſuri. Et qa hæc q̃uis ſpe repoſita iã ſan-
cti ſint: tamen adhuc ſub diſpenſatione temporũ
differunt: & qua munitione interi tut⁹ ſit interie-
cto diapſalmare demonſtrat dicens.

¶Protegar in velamento alarum tuarum: quoniã
tu de⁹ exaudiſti orationem meam. Protectionem
miſericordiæ dei ſub velamẽto alarum diuin⁹ ſer
mo ſignificat: de quo quia ſuperiorib⁹ pſalmis tra
ctatum eſt ſuperfluus nunc & ocioſus erit ſermo:
ſed protectionis meritum ex fide orationis indul-
tum eſt: ſecũdũ illud: Petite & dabit̃ vobis. Quin
etiam ad quã ſpẽ protectione alarũ dei inumbran
dus eſſet oſtendit dicens.

¶Dediſti hæreditatem timẽtib⁹ nomẽ tuũ. Dies
ſuper dies regis adiicies annos ei⁹ vſq; in dies ge-
nerationis & generationis. Permanet in æternũ
in conſpectu dei.

¶Hæc enim hæreditas ſancti eſt. vita & incorrup
tio & regnũ: & coęterna cũ deo habitatio. Nõ iſra
heli tñ hæc hæreditas ſcripta eſt: ſed timentibus
dei nomen: Dies eñ ęterni ſũt regis ſiue quia ſan-
cti qui peccati ſerui non erunt reges ſunt: ſecundũ
illud apoſtoli Iam ſine nobis regnatis & vtinam
regnaretis vt & nos vobiſcum cõregnarem⁹: ſiue
quia hic idem etiam rex ſit propheta: ſiue qa ĩ æter
no regno conſedentem a dextris oportet regnare:
donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. Non
vt rex ipſe tum nõ ſit: ſed cum tradiderit regnum
deo patri conregnabit his ipſis qui reges ſunt. Ex
quo mihi videtur hæc nunc ratio ſeruata vt vſq;
in dies generationis & generationis adiiceret̃ ſu-
per dies dierum anni eius. In conſpectu autem dei
manere in æternum: vt tempus illud quo eum re-
gnare donec ponat inimicos ſuos ſub pedib⁹ ſuis
oportet: a generatione vſq; in generationem ſit cõ
pręhenſum. quia generationem hãc ſpiritalis na-
tiuitatis generatio ex mortuis cõſeq̃tur. ęternita-
tis autẽ ſuę exceptio: dum in æternum in conſpe-
ctu dei eſſe prędicetur. Eſt autem ipſe primogeni-
tus ex mortuis. Sed huius regenerationis domin⁹
ad apoſtolos ita meminit. Amẽ dico vobis q̃d vos
qui ſecuti eſtis me in regeneratione cũ ſederit fili-
us hominis in ſede maieſtatis ſuę. & vos ſedebitis
ſuper duodecim thronos iudicantes duodecĩ tri-
bus iſrael: huius igitur generationis tempus oſten
dit. & vſq; ĩ hãc ſup dies dierũ ãni regis adaugent̃.
Cæterum ipſe in conſpectu dei ipſe manebit ęter-
nus iam omnibus quos redemit in reges cælorũ
& cohæredes æternitatis aſſumptis tradens eos
regnum deo patri. Et quia compticipes & incorpo
rales & conformes eius effecti ſint: iam in his nec
corruptione: nec morte dominante: cum in omnẽ
plenitudinẽ dei repleant̃ ſubiecit ſp̃us pphetię.
Miſericordiã & veritatẽ eius quis requiret eorum?
Non inopes iam miſericordiæ veritatiſq; eius. Hę
ſcilicet generationes erũt: quas in ſe ex mortuis re
generabit ad vitam: quęq; in ſpe gloriæ dei manſe
rint: tum cum in regnum traditę deo patri ſuſcipi
entur in reges: conſummata in omnes eius miſeri
cordia ac veritate per quem redemptas ſe gratulẽ
tur ad vitam. Sitq; omnibus acceſſus ad patrem.
Poſt quod miſericordiæ ac veritatis nihil requira-
tur a domino: cum in dei plenitudinem implean-
tur. Simile autem huic prophetæ dictum eſt id q̃d
ad apoſtolos dominus ita locutus eſt. Nunc qui-
dem triſtitiam habetis. Rurſum autẽ videbo vos
& lætabitur cor veſtrum: & gaudium veſtrum ne
mo auferet a vobis. In illa die me non rogabitis qc
q̃ quia iam gaudium nemo ablaturus ab his ſit: In
hanc igitur æternitatis ſpem ſeſe propheta confir
mat dicens. ¶Sic pſallam nomini tuo in ſæcu-
lum ſæculi. vt reddam vota mea de die in diem.
Pſallet in ſæculum ſæculi: & vota de die in diẽ red
det nullo temporum fine concluſus: hymnis æter
nis æternorum votorum gaudia redditurus: cum
abſoluta omni terrenorum corporum infirmitate
cæleſtem atq; angelorum agat vitam: de die in di
em vota reddendo ſecundum illud. Vota mea do
mino reddam in atriis domus domini: in conſpe-
ctu omnis populi eius in medio tui Hieruſalem.
Cæleſtis vtiq; matris & liberæ per deum ac domi-
num noſtrum Ieſum chriſtum qui eſt benedictus
in ſæcula ſæculorũ Amen.

Pſalmus LXI in finem pro Idithum
pſalm⁹ Dauid.

PRophetiæ ſermo non niſi ad aliquem p
fectum audientiũ ſcript⁹ eſt: vt aut ſciẽ
tiam doceat: aut ad voluntatis innocen
tiam confirmet: vt nunc hic Pſalmus ad Idithum

a Dauid cãtatur: in quo a dei timore ad humanarum ſiue ſpiritalium nequitiarum conſtantem tolerantiam eruditur: & ad contemptũ opum (quia auaritia malorum omnium radix eſt) firmatur. In his enim beatę ęternæq; vitę ſtatus certus eſt: ſi & pietas in deum ſit: & patientia in aduerſis. & contemptus opulentiæ. A dei itaq; cõfeſſione coeptꝰ eſt pſalmus.

Expoſitio Pſalmi. LXI. in finem pro Idithum, pſalmus Dauid.

Nonne deo ſubdita erit anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum. Et ipſe deus meus ſaluator meus: ſuſceptor meus: nõ mouebor amplius. ¶ Confeſſio dei communi hominum affectu a propheta ita coepta eſt: vt cũ poſt multam inſcientiæ noctem: poſt ambiguam humanarum ſentẽtiarum incertamq; doctrinam poſt diuerſarum religionum variam opinionem: cum diu erratum quęſitumq; de deo ſit an vnus an plures: & ſexus an vnius an duplicis: & poteſtatis an æqualis an diſparis. & ętatis an vniformis an variæ: & naturę an innaſcibilis omniũ an aliquorum aliquãdo generatę: cũ deinde cum aliquibus magna ętate & lõgo labore certatum ſit: aut nullos omnino eſſe: aut a cura humanæ vitæ abeſſe. Iam porro cũ a plęriſq; tractatũ ſit vel ſolem aſtraq; cætera deos eſſe: vel mundum ipſum in æternitatis ſpeciæ huius ac mutationum manentem cum omnibꝰ ſuis quæ ex ſe efferat deũ eſſe: Iam vero vt plærıq; ignẽ vel aquas vel ſpiritũ diuino nomini atq; honori donauerint: alii quoq; ligna: lapides: metalla: ſub ſpecie hominum: volucrũ: ferarũ adorauerint: poſtremo confeſſis omnium deſtitutiſq; ſtudiis plęriq; eorum maximeq; prudentes vnum hoc ſe ſcire: id eſt nihil horum hominẽ ſcire docuiſſent. Tũ poſt hanc quaſi neceſſarię cõfeſſionis inſcitiã prudens quiſq; cõuerſus ad prophetas atq; apoſtolos dei legem omnem ſub ſacramento æternæ diſpoſitionis percepit: in qua rationẽ deductæ in hoc corpus animæ cõnexãq; tractauerit: in qua diuiſionem gẽtium ſecũdum angelorum numerum acceperit: in qua & eſſe principem mundi & vnius electionem gentis audierit: in qua humanę mortis auctorem nõ ignorauerit: & habitare in carne ſua peccati legem obnitentem legi mentis ſuæ ſenſerit: & congemuerit. poſteaq̃ dei ſpiritum: dei virtutem: dei ſapientiam: dei filium: & vnigenitum deum ad remiſſionem peccati condemnationemq; peccati legis hominem natum eſſe cognouerit: qui humanarum paſſionũ ſorte perfunctus ad cõdemnanda in ſe cæleſtium nequitiarum impia tẽtamenta ſit mortuus: vt æternitatem omnibus q per habitantem in carne noſtra peccati legem moriebamur inueheret: hac tũ hoc ſacramento pietatis accepto poſt ignoratiõis noctem in ſcientiæ lumie collocatꝰ ita dicit. Nõne deo ſubdita erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meũ: & enim ipſe deus meus eſt ſaluator meus: ſuſceptor meus non mouebor amplius. Reperta itaq; fidei ſede poſt vagos errores impietatiſq; ſentẽtiam; quia ſuſceptorem ſuũ ſaluatoremq; cognouerit: amplıꝰ nõ mouetur. Quid enim vltra ignorãtię anxietatiq; hominum eſt relictũ cum æternitas animę & corporis id eſt totius hominis prædicetur: cum aſſumptio atq; ſuſceptio terrenæ noſtrę carnis a deo ſub ſacramento magnæ huius pietatis oſtẽſa ſit: cum peccatorum remiſſio condemnata peccati lege ſit præſtita: cũ homini noſtro a dextris dei conſeſſus in coelis ſit: ſed hanc humanæ beatitudinis ſpem gentilium impietatum ſtudia comminuũt prudẽtiæ ſęcularis inanitate: profectum homini ad deũ denegantes. & deo conſortium aſſumpti corporis detrahentes: arbitri moderatoreſq; diuinæ poteſtatis: quaſi difficilius deo ſit aſſumpſiſſe hominẽ q̃ eum in tanta naturæ ac vitę ſuæ ratione formaſſe. hanc itaq; impietatum eorum obtrectationẽ propheta mox arguit, dicens. ¶ Quouſq; irruitis in hominem: interficitis vniuerſi tanq̃ parieti inclinato & macheriæ impulſæ? ¶ Impellunt enim hę ignorantes atq; impię diſputationes hominem ad vitia procliuem: & quaſſatum iam cadentẽq; demergunt: cõſiliis adhortationum fallaciũ noxiarumq; perimẽtes: quaſi parua ſibi ipſa cõſiliatrix viciorum voluntas ſit: quã adhuc deſperatio iudicii ęterni retributioniſq; in vſum tantum preſentium & corporalium adhortetur. Sed hũc corporis ſui parietẽ quẽ ante libido ebrietas: auaritia: ira perfoderat. Iam ſe in domũ dei viuis lapidibus exſtru-

ctum eſſe nõ neſcit: & in imaginem dei creatũ eſſe
recolit: certuſq; cõformem ſe dei gloriæ pręparari
ſubiecit. ¶ Veruntñ honorẽ meũ cogitauerũt re
pellere cucurri in ſitim: illis honorẽ ſuũ detrahere
cogitãtibꝰ ille in ſitim cucurrit. Eſt enim ſitis bo-
norum ęternorũ & ſpiritalis in ſanctis de qua di-
ctum eſt. Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiã: Cur-
ſum ergo iuſtitiæ ſuæ ſciens tenuit, omnẽ vitã in-
tegram etiã ab ipſa contra dicentiũ ſibi obtrecta-
tione conſeruãs. Nam & a domino ſuo didicit vt
opera omnia ſua etiam gentilis teſtimonii iudicio
laudentur: cum dicitur. Sic luceãt opera veſtra co
ram hominibus: vt magnificent patrẽ veſtrũ qui ẽ
in cælis. Sic & paulus placens per omnia omnibꝰ
neq; iudæis: neq; græcis: neq; eccleſię ſcãdalum ẽ:
ne habeat aduerſariꝰ male de ſe quid loqui. Illo: q-
dem obtrectandi ſtudium voluntateq; retinẽte q̃
uis ſe ille liberum ab omni obtrectationis occaſio-
ne præſtaret. Qd̃ & in hoc ſancto in ſitim curren-
te cognoſcimus Sequitur enĩ ¶ Ore ſuo benedi
cebant: & corde ſuo maledicebant. Cum & conſer
uantes honorem ſuum probabilis vitæ cõfeſſione
benedicerẽt: & interioris odii malignitate maledi
cerẽt: ſed id qd̃ ſibi maxĩe ſalutare ẽ ſanctꝰ iſte etiã
diapſalmate ĩteruenĩete cõgeminat indefeſſę ĩ no
bis cõfeſſiõis pſeuerãtiã: oportere eẽ demõſtrans.
Seqẽ enĩ. ¶ Verũtñ deo ſubiecta eſt aĩa mea quoni
am ab ipſo eſt patiẽtia mea. Quia ipſe eſt deus: &
ſaluator meus: adiutor meꝰ nõ emigrabo. In deo
ſalutare meum: & gloria mea deus auxilii mei &
ſpes mea in deo eſt. Impellant quidem iſti inclina-
tum parietem: macheriãq; iam quaſſam: & bene-
dicente licet ore: corde maledicent: ſcit tamen ſub
iectam animam ſuã deo eſſe oportere: quia ab ip-
ſo patientia ſua ſit. Didicit enim ab eo non auer
tere faciem: a ſputamentis: nec ſubtrahere alapis
maxillas: nec potãdum cum felle acetum renuere:
nec pꝰ colaphos & flagella maledicere. Ipſe enĩ deꝰ
ſuꝰ eſt atq; ſaluator: ipſe etiam adiutor ne de pa-
tientię huius perſeuerantia ſpeiq; ſuæ fiducia mo
tus emigret. In eo enĩ eſt ſalꝰ & gloria eius & ſpes
qui ſe coexcitatum ſibi conformem ſit cęleſti glo-
riæ ſuæ redditurus. Et quia ſpei huius ipſe etiam
cæteris: vt propheta ſit prædicator ſubiecit.
¶ Sperate in eum omnis coetus plębis: & effundi-
te corã illo corda veſtra: quia deꝰ adiutor noſter ẽ

¶ Nihil occultum: nihil clauſum: nihil obligatũ:
ſub dei confeſſione in corde retinendum ẽ. Effun-
dendus coram eo omnis affectꝰ eſt: vt nihil de no
biſmetipſis fiducię ſit: ſed vt per eum ante quẽ nos
tanq̃ pro peccato effundimus adiuuemur. Effun-
denda autem coram eo corda noſtra lachrymis et
fletibus ſunt ſecundum illud. Fuerũt mihi lachry
mę meę panes die ac nocte: dum dicitur mihi quo
tidie vbi eſt deus tuus. Hęc recordatus ſum et ef-
fudi in me animam meam. Effuſionem animæ in
lachrymarum profuſione eſſe demonſtrans: quia
per eas rogandus eſt; qui eſt ſolus fidelis adiutor.
Sed officio ſuo functus propheta admonitionem
ſuam parui apud impios ſcit eſſe momenti. Nam
continuo diapſalmate: intercedẽte ſubiecit. Verũ
tamen vani filii hominum: mendaces filii homi-
num in ſtateris vt decipiãt ipſi de vanitate in idip
ſum: Vani homines ipſi vana ſperãt aut in eo ſpe
rate ſit vanum. Mendaces quoq;: quia impietatis
ſuæ ſenſu aut falluntur aut fallunt. & in eo men-
daces: vt decipiant in ſtateris. Sub iuſtitiæ ſcilicet
nomine iniuſta peragentes. Nam vbi examen de
ſe moderatę prudẽtiæ pollicẽt: ibi ſtudia ĩmodera
tę impietatis exercent: errore ſe ipſos quem a cęte
ris depellere ſe profeſſi ſunt implicantes. Et idcir-
co ipſi de vanitate in idipſum illo ſcilicet reciden-
tes ex quo ſe excedere gloriant. Sed radix maxime
ĩniq̃tatũ in pecũiæ cupiditate ẽ: quã q appetit gra
uiſſimæ tẽpeſtatis naufragio mergit. Seqt enim.
¶ Nolite ſperare in iniq̃tate: & rapinas nolite con
cupiſcere. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere:
Magne enim in hiſce deſiderii ſui: & amoris illece
bręſunt: rapiunt ingenia menteſq; pẽdulas apprę
hendunt. Non ſolum itaq; non concupiſcendę ea
rum rapinę ſunt: verum ab his volũtas noſtra etiã
ſi præbeantur fluantq; refrenanda eſt: ne deſidera
te cupiteq; dominentur. Non enim hæc ſpeciebꝰ
noſtris bona ſũt coęterna: neq; nobiſcũ aut cõde-
ſcẽdũt in iſernũ: aut cõreſurgũt de inferno. Fides
pietas: cõtinẽtia: benignitas expetẽda ẽ: & maxĩe
dei cognitio ſectãda eſt. Cæterum hæc vana & p
naturã ſui ad omnẽ iniquitatũ neceſſitatẽ captio
ſa vitanda ſũt: & q illud magis ad ſpẽ æternitatis
expetendum eſſet propheta ſubiecit dicens.
¶ Semel locutus eſt deus. duo hęc audiui quia po
teſtas dei ẽ & tibi domine miſericordia; qa tu red-

des vnicuiq; ſecundũ opera eius.Semel deo loquẽ
te duo audiuit.& necẽ eſt.ea ſibi eſſe cõnexa quę
ſub vnius ſermonis ſignificatiõe ſũt cognita. Ad
deum nãq; in exordio pſalmi propheticã cõfeſſio-
nem retulerat dicẽs.Nõne deo ſubdita erit anima
mea? Ab ipſo enim ſalutare meũ. Depellendus ita
q; abſolute fuit iudaicę impietatis furor:vt in deo
patre ſignificari doceretur & filius. Vt nũc in vno
etiam alter oſtenditur.Eam eñ fidem eſſe ſubden
dæ deo animę ſuę teſtatus eſt; quia ab ipſo eſſet ſa
lutare eius: & ſalutarem Ieſum eſſe ſępe tractũ eſt.
Semel autem deo loquente duo intellecta ſunt &
audita ſicut illud Pater manifeſtaui nomẽ tuũ ho
minibus in patre ſignificauit & filium vti nũc ſe-
mel loquente domino deo duo haec audiuit: quia
poteſtas dei eſt:& tibi donmine miſericordia:quia
tu reddes vnicuiq;:ſed in opera eius nouit Paulus
in vno vtrũq;. id eſt neutrum ſine altero confiteri
dicens vnus deus eſt:& vnus dominus: quia & in
deo dominus:& deus ſignificatur in domino ĩſe
mel itaq; loquẽte deo hęc duo audiuit: & quia po
teſtas dei ẽ & tibi domine miſericordia ab ipſo eñ
ſalutare eius eſt.Et filius omnia accepit a patre:&
idcirco in eo dei poteſtas vł accepta vel nata ẽ:Pa
ter enim nõ iudicat quẽq̃ ſed omne iudicium de-
dit filio:retributor ergo vniuſcuiuſq; eſt ille qui iu
dex eſt.Sed poteſtas eius eſt a quo vnigenitus de-
us eſt natus.In iudicem & poteſtas eius a deo eſt:
qui iudicium accipit a patre atq; ita nec caret po-
teſtate q̃ iudex eſt:nec miſeratione q̃ deus eſt cer-
te neceſſe eſt eñ ęterni iudicii reus maneat in vno
vtrunq; nõ cõfitens cũ tñ nõ vnus intelligendus
ſit eẽ:qui vterq; ſit: dicẽs Pater in me & ego in pa
tre dñs noſter Ieſus chriſtus. qui benedictus eſt in
ſaecula ſaeculorum amen.

¶ Pſalmus.LXII.Dauid cũ eẽt
in deſerto Idumeae.

DAuid in deſerto habitaſſe libro regnorũ
continetur:vt qui paſſiones domini pręfigurabat:etiam tum eas cum deſertum
habitat prophetaret vnigenito deo ęque in deſer-
to moraturo.Sed vt ſancto viro cõgruum: & tan-
to propheta erat dignum cũ declinãs odia impio-
rum ſolitudini ſe dediſſet: maximis rerũ cæleſtiũ
ſacramentis occupatur:& ab omni humanę aut ĩ-
pietatis aut ignorationis coetu remot⁹ animũ ad
ea quibus æternitatis cognitio ac meritum adq-
rebatur intẽdit.Nõ occupatus:nõ impeditus con
muniũ rerũ ac ſęculi curis ſed in illo ſolitudis ſuæ
quieto ocioſoq; ſecreto.cũ nihil in oculos & ĩ mẽ
tẽ offenſionis incurreret ſolis diuinis ſtudiis ne-
gotioſus. Et videamus vnde pſalmi ſermo ſit
coeptus.

¶ Expoſitio Pſalmi LXII Dauid cum
eſſet in deſerto idumeę.

DEus de⁹ me⁹
ad te diluculo vigilo. Huic pla
ne ad gratulationẽ cognitionẽ
q; dei dies coepta ẽ;cui idipſum
orãdi ad deũ initiũ:q^d lucis eſt:
deũ q̃dẽ vniuerſitatis:ſed tñ ꝓ cognitiõis ſcientiã
deum ſuum deprecatur.Oratio autẽ nõ tam ver-
borum eſt q̃ affect⁹.& idcirco ſubiecit.Sitiuit tibi
anima mea q̃ ſimpliciter caro mea In terra deſerta
& in inuio & inaquoſo. A deo igitur penes quem
fons vitæ eſt anima ipſius ſitit deſiderio intẽta po
tandi:& qui dem vniuſcuiuſq; mens ad cognitio-
nem ſpem æternitatis naturali quodam fertur in-
ſtinctu; quia veluti inſitum impręſſumq; omni-
bus diuinã ineſſe nobis animarũ originem opina-
ri;cũ nõ exiguã cęleſtis in ſe generis cognationem
mens ipſa cognoſcat:Porro autẽ terrena haec cor-
pora quæ ad vitiorũ concreta materiam ſũt:dum
his quib⁹ quaſi naturaliter delectãtur infecta ſũt:
deſperant ſe conſequi poſſe conſortium munuſq;
cæleſte: quaſi nõ & animę naturã vitia corporis q
bus oblectant̃ inficiant:aut cũ delectatio corporis
redũdet:ad mẽtem & nõ mentẽ ſecum corpus re-
trahat ad oblationis affectũ.Neceſſe eſt autem vt
in eadem condẽnatione ſit voluptatis:q^d in eadẽ
eſt voluptate.Sed nos ſpiritalibus doctrinis erudi
ti ſcimus & animæ & corpori ſalutẽ a deo eſſe da-
tam: ſi modo poſt regenerationis gratiam mentis
gladiis ſenſus corporis imbuat̃.Id eſt ſi nõ ſecun-
dum carnem :ſed ſecũdũ ſpiritũ vixerim⁹;q̃a ſpiri
tus carniſq; opera ſecũdũ apoſtolũ vitiorũ & con-
tinẽtiæ ſtudiis diſtinguitur.Arduũ aũt ſed maxi-
mę verũ eſt æternitatem ita corporis vt aĩæ ſpera-
re.Et ideo ad ſitim ꝓpheta ſubiecit.Sitiuit tibi aĩa
mea q̃ ſimpliciter caro mea.Nihil in ſe ſub infide-

ſitatis ambiguitate retinẽs incertũ:ſed tã ſimplici
ter ꝗ̃ anima deo ſitiens:& caro ſua ſitiat Sitit eñ
nõ corpori ſed deo ſitiens.Nã ꝗ̃uis in eum in deſer
to & in inuio & inaquoſo manentẽ neceſſitas ipſa
naturæ ad ſitim corporis detineret: tamẽ etiam ꝑ
has inediæ & ſitis paſſiones ſcit fidem probandá
eſſe credentium:vt magis anima deo ꝗ̃ corpori ſi-
tiat: ſitiens & corpori:quia neq; fames:neq; angu
ſtiæ . neq; vlla genera paſſionum a charitate dei ꝗ̃
eſt in chriſto ſint apoſtolum ſeparatura.Sitit ergo
deo ſanctus.Et quid ſitiat pſalmo alio teſtatus eſt
cum dicit.Sitiuit anima mea ad deum viuũ:quan
do veniam & parebo ante faciem tuam. Hoc ani-
mę deſiderium.Hæc ſitis ſpei eius eſt:vt dei ſibi ꝓ
ueniat aſpectꝰ:vt ꝗ̃ primũ raptus in nubibus deo
chriſto obuiam eleuatꝰ appareat:& deſiderii hu-
ius affectum nũc quoq; propheta declarat . Nam
poſt ſitis preſtationem:poſt deſerti & inuii: & in-
aquoſi inopiam(quia in his veluti militia & victo
ria ſit fidei)ſubiecit.Sic in ſancto appparui tibi:vt
videre virtutem tuam;& gloriam tuã : quia me
lior miſericordia tua ſuper vitam.Propheticæ ſciẽ
tiæ eſt pro gerendis geſta memorare : & hinc fre-
quẽs auctoritas eſt : cum aceto potauerint adhuc
in paſſione potandum:cum diſciderant veſtem ꝗ̃
diſcindẽda poſt eſſet:vt nũc in ſitim corporis deo
ſitiens:ei in ſancto ſuo talis appareret:in ſimplici-
tate carnis:in ſiti animæ:in oratiõe diluculi.Quia
nõ niſi per hæc probati ; vel aſſumpti habebunt in
chriſto:vel ei obuiam rapientur in nubibus.Sed in
ſancto dei nõ aliter apparebũt deo ꝗ̃ ſecũdũ illud:
qui me videt:videt & patrẽ.Atq; illud ego & pa-
ter vnum ſumꝰ.Quia in filii:& natura/& nomine
paternę naturæ ac nominis ſignificatio continet:
apparens filio: apparẽs autem filio vel ſuſceptꝰ a
filio patri apparebit in filio:atq; vt in ſancto appa-
raturus deo cuius ſancti deſideriũ:in hac ſitis ſuæ
ſignificatione oſtenderet ſubiecit. Vt viderẽ vir-
tutem tuam:& gloriam tuam. Eum ſcilicet : vi-
deret qui ſecundũ apoſtolum virtus dei eſt : & in
gloria dei eſt. Viſurus autem nõ ad aliud ꝗ̃ ad cõ-
ſortium æternitatis merendũ:& ad regni cæleſtis
æternitatem ſortiendam:quia hæc per miſericor-
diam dei vltra vitę huius beatitudinem prępare-
tur.Id enim ſequitur.

¶ Quia melior eſt miſericordia tua ſuper vitam.
Magnum quidẽ dei munus eſt:ꝙ venimꝰ in vitã:
& ipſa natura duce naſci nos gratulamur. Sed ꝗ̃a
plena oĩm anxietatũ;ac dolorũ ætas noſtra ẽ: plus
in miſericordia dei ſpes eſt ꝗ̃ ĩ vita: quia hãc mors
ex peccati lege conſequitur:Hæc vero æternitatẽ
ex morte reſtituit: ſicuti tritici ſatio ac diſſolutio
ipſa tritici conſeruatione prętantior eſt:(hoc eñ
deus pro vt vult veſtit in ſpico)ita magnũ miſe-
ricordię dei munꝰ eſt ſi cõmortui xp̃o viuamus in
chriſto.Nam & ipſa adę mors ne ęternitatis pœ-
na maneret ſub miſericordię ſignificatione eſt con
ſtituta: et apoſtolus diſſolui ſe melius ſibi eſſe de-
cernit.Et ꝓpheta gaudiũ manſurę ſibi mortis oſtẽ
dit dicens.Præcioſa in cõſpectu domini mors ſan
ctorũ eiꝰ.Quia per eã cũ peccati lege reſolutis de-
mutationis glorioſæ profectu ęternitas animę cor
poriſq; iam ſine peccati corpore rependet.Certꝰ er-
go miſericordię dei quæ ſupra vitã melior ſit pro-
pheta officiũ gratulationis exequit dicens. Labia
mea laudabũt te dñe. Sic benedicã te in vita mea
& in nomĩe tuo leuabo manus meas.

¶ Et ſermone ſuo:& opere laudat deũ atq; benedi
cit. Nam in vita ſua benedicens in noĩe ſuo manꝰ
eleuabit.In eleuatione manuũ nõ habitum orãdi:
ſed excelſi operis iudiciũ ſignificari frequenter do
cuimus.In hac igit vita ſua deũ quũ miſericordia
eius ſupra vitas ſit melior laudauit. Eſt eñ & vi-
ta poſt vitam qua in Abrahæ finibus viuendũ eſt:
in qua dei nomen pauperis quiete benedicitur : ſe
cundum illud prophetę.Non mortui laudabũt te
domine:neq; omnes qui deſcendũt in infernũ:ſed
nos qui viuimꝰ benedicimus dño. Super has igit
vitas miſericordia eſt.quę qd oculꝰ nõ vidit/& au
ris nõ audiuit:& in cor hominis nõ aſcendit:his ꝗ
dñm diligunt præparauit.Hãc igitur laudat atq;
benedicit. Nõ etiam nũc ab holocauſtis pecudũ:
adipiſq; pinguedine ſacrificia legis expectans: ſed
in ſola animę cõfeſſiõe benedictioniſq; laude ſeip-
ſum deo hoſtiam ſtatuens:ſecundum illud.Sacri-
ficium laudis honorificabit me. Et illud.Immola
deo ſacrificium laudis.& illud.

¶ Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem:vti
q; holocauſtis nõ delectaberis . Quia litteræ ac le
gis alligoricorũ præſcriptione ceſſante deus viuę
intelligentiſq; hoſtię ſit laudibꝰ honorãdus.Sub-
iecit enim ſicut adipe & pinguedine repleatur aĩa

mea & labia exultationis laudabunt nomē tuum Neq; illa quaſi abominâda cōdemnat: ſed haec vt magis expectata cōſirmās: cum ſicut adipe & pinguedine quae ſacrificiorum primitiae habebantur repleri animam ſuam exultatiōis laude depoſcat. Verum hęc nō tam verborū officia q̃ mentis ſūt: vt ſacrificium laudis ex operum ſanctitate deſcendat. Itaq; continuo ſubiecit. Si memoratꝰ ſum tui ſupra ſtratum meum in matutinis meditabor in te. Meditationem matutinam recordatio nocturna cōſūmat: & idcirco de luce ad deum vigilat: qa ex ſtrati id eſt ex lectuli puritate & fiducia: & conſciētia orationis eſt matutinae. Obrepentes itaq; ſub ſecreto noctis cogitationes dei recordatione compraeſſit ſeſeq; aduerſum carnis incentiua luctātem metus nominis dei iuuit. Sequitur eñ.

Quia fuiſti adiutor meꝰ: in velamēto alarū tuarum ſperabo. dei ſe meditatione per quam ſibi adiutor eſt protegente. Non eñ ei alia q̃ placēdi deo cura eſt: cuius tātum inſtanto meminit. In eo quoq; matutinis ex nocturna recordatione meditať: quia adiutor ſuus eſt: & ſub velamēto alarum eiꝰ exultat id eſt tegmine protegēris eſt tutꝰ. Sed horum omniū hinc profectus eſt: hinc cauſa eſt: quia ſequiť. Adhęſit anima mea poſt te me ſuſcepit dextera tua: amoris hęc vis ē: vt his quos amamꝰ etiam ſi abſentes ſint hęreamꝰ dum affectū infixū vt nequaq̃ aut locus diuellit: aut tempus. Adhęſit ergo deo propheta nō blādimētis ſęculi: nō corporis vitiis amorē ſuū ab eo charitatēq; retrahentibus: quia ſecundū apoſtolū adhęrēs deo vnꝰ eſt ſpiritus cū eo. Et dominꝰ pro diſcipulis orauit patrem ſicut nos vnum ſumus: vt & illi vnū ſint in nobis. Adherens ergo deo ſuſceptꝰ a dei dextera eſt: id eſt per virtutem dei quę ſignificatur in dextera ab eo qui dei & virtus: & ſapientia & verbum caro eſt factus: aſſumptus eſt cōformis glorię corporis iam futurus. Et qui ſuſceptus a dei dextera metū omnē a ſe qui ab inimicis ſuis eſſe poſſit abiecit: fiducię ſuę nō tacuit ſecuritatē: neq; iuſti iudicii dei ignorat ſeueritatē dicens.

Ipſi aūt inuanum quęſierunt animam meā: introibūt in inferiora terrę: tradentur in manus gladii partes vulpium erunt. In vanum itaq; animā ſuam quęſierunt. Secundum eñ euangelium homo cum corpore animā nō perimit: & miſericordia dei melior ſuper vitas eſt. & hic iam ſuſceptus a dextera dei eſt. Terrae autem inferiora introibūt qui a chao inuio ſeparantur a ſanctis: & in manus gladii tradentur: quia ſecūdum diuitem poteſtas poenę: quę in ore gladii ſignificatur in impios exercetur. Partes etiam vulpium erunt fallacium beſtiolarum ſortem adepturi: quia & Herodes ē vulpes & vineam ſponſi extermināt vulpes: & foueā ſibi filio hominis caput ſuum nuſq̃ reclināte in impiorum cordibus condiderūt: & demonum in his ſignificatas eſſe nequitias nō dubiū eſt: quibus cū principe eorum preparatus ignis gehennę eſt. Sed inter hęc lętitiam eius qui humanę ſalutis gaudiū frequēter ad patrē exultauit: Rex aūt laetabitur in deo: & laudabitur omnis qui iurat in eo quoniā obſtructū eſt os loquentium iniqua. Cauſam cur rex laeteť ſignificat quia quiſq; in eo iurabit in deo ſacramenti huius religione laudabitur qui ſciat ſcilicet regem chriſtum Ieſum: qui etiā deū ſup omnia: qui ſecundum Paulum teſtetur magni dei ſaluatoris aduentum: qui ſecūdū Eſaiam iurās iurauit in deū verum. Obſtructū eñ eſt os loquentiū iniqua. Quia praediceť ex lege: & ex prophetis atq; ab apoſtolo in eo nos ante conſtitutionem mundi & elegiſſe patet: & benedixiſſe doceatur & ipſe nos exercitauerit & collocauerit a dextris dei in cęleſtibus. Et cum videbunt eum in maieſtate ſua iudicare de viuis & mortuis. Per hęc itaq; obſtruetur os loquentiū iniqua. Ipſe eñ eſt rex inęternum & in nomine domini Ieſu omne genu flectetur cęleſtium/ & terreſtrium/ & infernorū: & omnis lingua cōfitebiť: quia dominus Ieſus in gloria eſt dei patris: q eſt benedictus in ſaecula ſaeculorū amen.

Incipit pſalmus. LXIII. in finem pſalmus Dauid.

Exaudi deus orationem meā cum precor ad te: a timore inimici eripe animam meam. Protexiſti me a cōuentu malignantium a multitudine operantium iniquitatē. Quia exacuerunt: vt gladium linguam ſuam: intenderūt arcum rem amaram: vt ſagittent in occultis immaculatum. Subi-

to ſagittabunt eum & non timebunt:firmauerūt
ſibi ſermonem nequā Diſputauerunt vt abſcon-
derent laqueos:dixerunt quis videbit eos.Scruta
ti ſūt iniqtates:defecerūt ſcrutantes ſcrutinio Ac
cedet homo & cor altum & exaltabitur deꝰ Sagit
tæ paruulorum factæ ſunt: plagæ eorū & infirma
tæ ſunt contra ipſos linguæ eorum. Conturbati
ſunt omnes qui videbant eos & timuit omnis ho
mo Et annunciauerunt opera dei:& facta eius in-
tellexerunt Lætabitur iuſtus in domino & ſpera-
bit in eo:& laudabuntur oēs recti corde.

PSalmi ſuperſcriptio hiſtoriam non con-
tinet Simplex eſt & prophetali ſpiritu e-
ditꝰ tantū per id ꝙ in finem preſcribitur:
res non ſui ſed temporis quo ſcriptus eſt contine-
re teſtatur:Sed quęrendū eſt ex qua perſona ſit di-
ctus quid ve ex ſe intelligendum enunciet Nam
ſine dubio eſſe ſpiritalis eſt opinandus. Cum enī
ipſi illi pſalmi qui ſecundum titulorum inſcriptio
nem res geſtas continere creduntur:in plurimis a
tituli ſui & rerum ac perſonarum proprietate diſ-
ſentiant:magiſq; per editiones nominum atq; ge
ſtorum ſpiritalium operationū ſignificēt effectꝰ:
quid de eo erit intelligendum in quo ſimplex tan
tū pſalmi in finē intelligēdi inſcriptio cōtinetur:
niſi quod ſpiritalis in eo doctrinę forma ſit cōſtitu
ta.Eſſe autem plures memini qui oīa quę in libris
pſalmorū ſcripta ſūt ad perſonā domini noſtri vni
geniti filii dei exiſtimēt eſſe referenda: nihilq; ī eis
aliud q̄ quod ei ſit proprium cōtineri.Quę eorum
opinio argui nō poteſt.Omnis enim ex affectu re-
ligioſę mentis hic ſēſus eſt & caret culpa propēſio
ri ſtudio omnia ei per quē ipſa omnia ſunt coapta
re.Qꝫ q̄ enim idipſū iterdū impie fiat:tamē per id
quod ad eum cūcta referūtur:neceſſe eſt vt ea quę
ei ſūt propria vere ac fideliter prædicentur.Cauē
dū autē eſt ne dū oīa cōuenire in eū ęqualiter opi-
namur:p aſſertionis huiꝰ ſtudioſā intētionē pluri
mū: & diuinitatis ſuæ dignitati & corporationis
ſacramēto:& operationū poteſtati:& paſſiōis vir
tuti:& reſurrectionis gloriæ detrahatur.Tenēdꝰ
igitur modus eſt diligenter ac caute conſtituēdū
eſt:quid de diuinitatis ſuæ natiuitate: quæ ei a pa
tre eſt:fuerit prophetatum:quando eius hominis
quē aſſumpſit perſona tractetur vbi operatio paſ-
ſio & reſurrectio prædicetur: Quid vero vniuſq;
tempori congruat quando fides gentium nuntie
tur: quando peccata anterioris populi arguātur:
quando doctrina timoris dei & confeſſionis eru-
ditio ex prophetæ oratione preſtetur. In his enim
prophetiæ ſpiritalis ordo conſiſtit. Et ſi dominus
prædicatur:profectus ſcientiæ huius ad fidem vti
lis eſt Si ad timorem & confeſſionem eiꝰ docemur:
domino formamur:proficimus.acquirimur:vt per
paſſionem eius redempti ita eidem per doctrinæ
ſuæ inſtituta placituri Eſſe autem in præſēti pſal-
mo quædam intelligo quæ ei homini quem domi
nus aſſumpſit aptari poſſe videantur vbi dicitur
Perſcrutati ſunt iniquitates:defecerūt ſcrutantes
ſcrutinio .Significari enim forte in eo exiſtimabi-
tur iudæorum conſpiratio:cum teſtimonia quibꝰ
argui poſſet quęruntur nec repeiuntur:& omnia
ſcrutantium ingenia deficiunt. Dehinc ꝙ ſagit-
tis paruulorum ideſt doctrinis apoſtolorum vul-
nerentur aduerſum quos nullam cauſam iuſtæ p-
ſecutionis inuenerint:& ideo defecerint contra ip
ſos linguæ eorum. Hæc quidem non tanq̄ impro
babilia præmittimus: ſed quædam alia in pſalmo
ſunt quæ ordinem intelligentiæ huius impediāt
Non longe tamen ab his ſermo expoſitionis no-
ſtræ diſſentiet.Exiſtimamus enim non modo apo
ſtolorum qui primi fuerunt:ſed cuiuſq; ſancti ī do
mino ſperantis confeſſionem præſenti pſalmo cō
tineri. Inter maximas enim ſæculi tempeſtates &
grauiſſimas humani generis in deum impietates
ſumus conſtituti:cuius fidelem per nos & veram
confeſſionem nunc philoſophia irrideat:nunc hæ
reticorum furor incurſet:nunc auaritiæ ſtudia cō
demnent:nunc ambitionis fauor inquietet:Qui-
bus omnibus diſſimulandis tolerandis vitandis
& coarguendis mens noſtra niſi per deum erudi-
ta non ſufficit Quātis enim & q̄ moleſtis diſputa
tionum aculeis dei prouidentiam & principalem
atq; initiabilem increato ab eo mundo domina
tum eius philoſophia impugnat:nunc aquis:nūc
terræ:nūc athomis:nunc cælo dei nomen indul-
gēs Qꝫ vero ingenioſo calliditatis vſu fidei doctri
nam hæreticus mētitur: q̄to deinde audientiū pe
riculo opū gloriam auarꝰ affirmat:q̄to quoq; cō-
tinētiæ excidio gaudia corporis voluptatū aſſertor
exequitur:q̄ peſtifera autem ambitioſorum in ho

notis adhortatione facundia eſt. Quibus omnibꝰ
peruigil cura: per nox oratio: & æterna ad deū con
feſſio repugnabit Ob hęc igitur fidei noſtrę & ęter
nę ſalutis excidia propheta orare itelligitur ī pſal-
mo ex perſona ſua quatenus in deum ſperare nos
conueniat oſtendens: Ait enim. Exaudi deus ora-
tionem meam: cum tribulor a timore inimici eripe
animam meam: Ingruentibus his quæ ſuperiꝰ me
morauimus: per quæ fides noſtra & ſpes periclitaẽ
ad eū qui ſolus mederi his poteſt refertur oratio:
Metus eſt enim ne infirmam per naturam & con-
ſortium carnis animam vndiꝗ ſubrepentium il-
lecebrarum æſtus abſorbeat. Ad ſunt nanq; coti-
die & pugnant blandimentis fallacibus quaſdam
machinas excidii admouentes Itaq; per doctrinā
cæleſtis eruditionis peruigilem curam fidei impē
dere admonemur: timere inſidiantem ſemper ho-
ſtem ne incautam ſecuriatem noſtram ipſe in ſpe
culis poſitus incurſet. Vigiliandum ergo in ora-
tione dei eſt & ſemper orandum: vt cum fatigari
anima & affligi ſubrepentium illecebrarum acu-
leis cœperit. Deus ſemper oratus exaudiat: noſq;
ab his quæ timemus eripiat. Ait enim a timore ini
mici eripe animam meam Deus enim non tantū
tum orandꝰ eſt cum quę timentur ingruerint: ſed
timenda ea ſunt q̄ cū cœperit adeſſe dominantur
& ſemper atq; inde feſſis precibus orandus eſt vt
nos a timore eorum quorum dominatum time-
mus eripiat. Scriptum enim in ꝓuerbiis eſt: cū vo
carem non exaudiſtis: & cū extenderem verba nō
intendiſtis. Sed inania feciſtis & ego perditionem
veſtram irridebo Erit ergo cum iuocabitis me &
ego non exaudiam: Propheta ergo licet prior tem
pore/non tamen eorum quæ poſtea dicerētur igna
rus eſt: ſed impendentibus ſemper tribulationibꝰ
anxius & ad omnē timorem inimici ſollicitus de-
um orat: ob ea quæ timet. & vt ſecum in tribulati
one ſit: & vt exaudiat depræcatur Neq; enim dei
miſericordiam metꝰ noſter ſed fides promeretur:
& longe pręparationis documento opus eſt vt me
reamur audiri. Meminit ergo ꝓpheta ab his ſeom
nibus precantē liberari: & docet orationem ſuā nō
ex dominatu eorum quę timuerit ſed ex merito eē
fidei exauditā. Ait eñ protexiſti me a cōuentu ma
lignantiū & a multitudine operantiū iīquitatem
Quia exacuerūt vt gladiū līguas ſuas: intenderūt
arcū rem amarā vt ſagittent in obſcuro imacula-
tū. Nō hic ꝓpheta arma bellica nec enſes/aut ia-
cula: aut tormēta arcuū pertimeſcit: Omnis enim
in lingua timor eſt: huius gladios ſpicula metuit:
ab his quidā fide ſua tutus. Ait enim Protexiſti
me a cōuentu malignantiū. Sed arcus homicidæ
linguæ ſemper intentꝰ eſt & acumē gladii in līgua
eiꝰ ꝑſto ē Volāt aūt letales eiꝰ ſagittæ & nō ambi
guū ē efficiāt ſcilicet vt ſagittēt in obſcuro imacu
latū Et ꝓprietas verbi ītelligēda eſt nō ſanctū nō
fidelem. non iuſtū ſed immaculatū Sagittāt eum
cui per ſacramentum batiſmi ſordes & maculę ve
terum criminum recens ablutę ſūt nōdum tamē
firmatę fidei: nondū doctrinis ſpiritalibꝰ eruditū:
nondū contra hæc pugnacis linguæ arma certan
tē: ſed ſimplicē & ex nouæ natiuitatis infantia te-
nerū. hinc ergo ſine metu contradictionis alicuius
intento iampridem arcu per rerum ignorantiā in
obſcuro poſitum vulnerabunt Ait eñ Subito ſa-
gittabunt eum & timebūt Naturam ſimplicē & ī
maculatā nouitate impitam: hanc eñ fallūt: huic
occultos laqueos pretendunt: inſidiarum ſecretis
latentibus gloriantes. Sequitur enim firmauerūt
ſibi verbū malū: diſputauerūt vt abſconderēt la-
queos Dixerūt quis vidit eos? Tempꝰ diſcerniẽ &
inferendi vulneris & conſilii firmati Nam cum di
citur ſubito ſagittabunt. futuri tēporis opus doce
tur. cū autē firmauerūt verbum malū iā ex preteri
to cōſilium firmatę pridem volūtatis oſtenditur:
Sēper eñ excidia aduerſus fidē preſto ſūt: & occul
tis ac fallentibꝰ inſidiis peſtiferę adhortationis do
li adiacent: quos a ratis quibuſq; conſpici opinanẽ
Et ideo dictū eſt abſconderūt laqueos & dixerunt
quis videbit eos Si enim hęreticus peruertere fidē
temptet incredibile eſt quantis eam dolis ſubuer-
tere cōtēdat. Si ſpē æternitatis noſtræ philoſophus
impugnet mirum in modū omne bonū preſentis
vitæ ponet in corpore oī ingenii ſui alacritate ea q
bus doctrinæ cæleſtis inſtitutio ſubrui poſſit vt er
q; ſcrutantes. Sed qd ad deum humana peruerſi-
tas? Quid aduerſus opificē operis ingeniū? Exqui
rant licet omnibꝰ argumentationis ſuæ quęſtiun
culis excidium veritatis: deficiet tñ in veritatis di
ſtinctione falſitatis aſſertio atq; ideo ſubſequitur
Per ſcrutati ſūt iniquitates: defecerunt ſcrutantes
ſcrutinio Defectio ſcrutātium defectionem ſuper

uacue cõtra deũ adhortationis oſtẽdit. Quæ enĩ
nõ labefactabuntur ingenia cõtradictioni verita
tis intẽta Rimẽtur licet omnia naturaliũ cauſarũ
ſecreta peruicacique ſtudiorũ ſuorũ vigore ipſa cœ
leſtiũ motuũ interna ſcrutentur: in ipſa tamẽ op-
is ſui intentione deficient doctrinis ſpiritalibus re
futati. Qui enim fortuitis motibus agi omnia do
cent: audiẽt a nobis ęternę virtutis deũ non in for
tuitis manere: ſed eſſe mũdi creatorẽ indeſinitę vt
eſſẽtię ita & virtutis. Ipſũ a nemine ſed ex eo om-
nia moderãtem ea ipſa omnia & cõtinẽtem. Qui
vero prędicabit animę cũ corpore occaſum: audi-
et animã non eſſe terrenã: ſed ex afflatu dei ortam
elemẽtis corporis admiſceri. Mortẽ autem nõ inte
ritum eſſe ſed diſceſſionẽ eius a corpore. Qui autẽ
reſurrectionẽ carnis abnegabit: ſciet nõ difficilem
eius iſtaurationẽ futuram ei cui incoatio prima ſit
facilis: Porro qui curã humanę cõuerſationis deo
auferet: cognoſcet ęterni regni deũ iudicẽ neq̃ ho
minẽ idcirco tantũ conditũ vt eſſet. Quid enĩ eſſe
hominẽ deo vtile fuit? ſed vt in cognitionẽ dei edi
tus ꝑfectũ ſibi ex opificis ſui cognitione ſperaret. Iã
ſi fidẽ hęreticus deſtruet dei filiũ ſẽp eẽ cognoſcet
nullo a patre interuallo tẽporis ſeparatũ: ipſũ eſſe
verbũ virtutẽ ſapientiã dei. hũc mundi opificem
fuiſſe: hũc & hominis cõditorẽ: hunc prima mun
di crimina diluuio abluiſſe: hunc Moiſi legem de-
diſſe: hũc in prophetis fuiſſe: & per eos ingentia il-
la corporationis & paſſionis ſuę ſacramẽta ceciniſ
ſe: hũc in corpore reſurgẽtem caducæ carni clari-
tatem ſpiritalis glorię intuliſſe: & in naturam diui
nitatis ſuę terrenę corruptiõis abſorbuiſſe primor
dia. Deficiẽt igitur aduerſũ iſta ſcrutãtes & p vi-
rũ doctrĩa dei eruditum & in altũ humilitatẽ cor-
dis ſui erigẽtem. Hęc diuinę operationis pręconia
proferẽtur: ita vt hęc eminẽtia dei eorũ ipſorũ qui
hęc audiãt confeſſione laudet. Atq̃ ideo ita ſeq̃t
Perſcrutati ſunt iniquitates: defecerũt ſcrutantes
ſcrutinio. Accedet homo ad cor altum & exaltabi
tur deus: Cognita enĩ ſcrutãtiũ defectione & ac-
cedente homine cordis alti magnificentia diuinę
bonitatis agnoſcitur Q̃tus autem fiet doctrinæ
ſpiritalis profectus? Nam quis non magnificabit
deũ quẽ mundi huius cognouerit conditorẽ? quis
nõ metuet quẽ iudicẽ ſciet? Quis nõ renaſci inno
cẽtiã volet cũ peccati remiſſionem ſacramentum
nouę natiuitatis indulgeat? Quis nõ a peccato de
ſinat iam renatus? & in innocẽtia velit paruuli p-
manere? cũ taliũ ſciat regnum eſſe cœlorũ? hęc p
feſſio noſtra ſcrutãtium ingenia debilitat: hęc do
ctrinę ſpicula quę per regeneratorũ exordiũ ſagittę
ſunt paruulorũ ſtultas diſputatiões & ridicula de
deo dogmata vulnerãt His aduerſarii pfanæ lĩguę
cõtradictio nõ poteſt ad horum omniũ diſputati
onum & adhortationũ noſtrarum fidem & trepi-
datio a bnuẽtiũ & metus eſt audientiũ. Anũciaris
enim operibus dei tunc incipient facta eius intelli
gi: tunc in his lętabitur iuſtus: tunc eũ omnes recti
corde laudabunt. Et hoc ipſum pſalmus ita edocet
Accedet homo ad cor altũ & exultabit deus. Sagit
tę paruulorũ factę ſunt plagę eorum: & nihil habu
erunt cõtra ipſos linguæ eorum. Conturbati ſunt
omnes qui vidẽbãt eos. & timuit omnis homo. Et
annũciauerunt opera dei & facta eius itellexerũt.
Lętabitur iuſtus in domino & ſperabit in eo: & lau
dabũrut omnes recti corde. Aduerſus vulnerãtes
ſagittas paruulorũ loqui aliquid aduerſãrium lin
gua non habuit: & qui videbant paruulos ſagittã
tes conturbantur & metuũt cum ſe i errores iſtos
recognoſcunt cum diẽ iudicii & retributionẽ actę
vitę in corpore agnoſcũt: cum opera dei audiunt:
& facta eius intelligunt. In his eſt lętitia ſanctorũ: i
his ſpes firmiſſima Ob hęc deũ qui recto corde ſũt
laudant ſcientes eſſe remiſſionem peccatorũ mor
tis peremptorem: & diaboli debellatorem iudicẽ
ſęculi: æternitatis largitorem deum & dominum
noſtrũ qui eſt bñdictus i ſęcula ſęculorũ amẽ.

Incipit pſalmus Lxiiii in finem pſalmus Dauid.

TE decet dñe
hymnus deus in ſyon & tibi
reddetur votum i hieruſalem
Exaudi deus orationem meã
ad te omnis caro veniet. Ver-
ba iniquorũ pręualuerunt ſuper nos: & impietati
bus noſtris tu propiciaberis. Beatus quem elegiſti
& aſumpſiſti inhabitabit in tabernaculis tuis Re
plebimur in bonis domus tuę: ſanctum eſt tẽplũ
tuum mirabile in ęquitate. Exaudi nos deus ſalu-
taris noſter: ſpes omnium finiũ terrę & in mari lõ-

ge Præparans montes in virtute tua accictus potentia Qui conturbas profundũ maris ſonũ fluctuum eius. Turbabunt gentes & timebunt oẽs qui habitãt fines a ſignis tuis exit⁹ matutini & veſpere delectatiõis: Viſitaſti terrã & inebriaſti eam multiplicaſti locupletare eam. Flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibũ illorum quoniam ita ẽ præparatio eius Riuos eius inebria: multiplica generationes eius in ſtillicidiis eius lætabitur exoriens Benedices coronam anni benignitatis tuę: & campi tui replebuntur vbertate Pingueſcẽt fines deſerti & exultatione colles accingentur Induti ſunt arietes ouium & conualles abundabunt frumento & enim clamabunt & hymnum dicent.

Incipit Expoſitio.

OPortune ſuperiorẽ pſalmum hic qui ſubiacet conſecutus eſt Eſt autem & ipſe in finem & congregationem gẽtiũ quæ dominum laudaturę ſunt initiat: & ipſe huius interptationis noſtræ fidem reddet In exordio autẽ eius ſecũdum conſuetudinem ſuam propheta orationem omnem ad deum dirigit Omnis enim nobis tes atq; ſermo cum confeſſione dei ineundus eſt. Sed ſciens propheta plures pro diuerſitate rerum ſtudiorum in ſuperuacuis demorari, ſpecialem & proprium dei a nobis honorem requirit dicẽs. Te decet hymnus deus in ſyon. Syõ mõs quidẽ Hieruſalem adiacens eſt. Sed montem hũc eiuſq; nomẽ atq; etiam vrbis ipſius eccleſiam (quæ corpus eſt chriſti) nũcupatam ſemper accepimus in pſalmis. domino dicente. Ego autem conſtitut⁹ ſum rex ab eo ſuper ſyon montem ſanctum eius Et ne in regno eum collis huius conſtitutum arbitraremur: in prophetis atq; etiam in euãgeliis dictum eſt Gaude valde filia ſyon: prædica filia Hieruſalẽ ecce rex tuus venit tibi. Et apoſtolus Ea autẽ quę ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt quæ eſt mater noſtra. Hymnus ergo hic deo condecet: qui fit ĩ ſyõ ſpiritali & eccleſiaſtico cantico innocẽs & dei laudibus dulcis. Omnia autem ſuperſtitionum genera quæ extra religionem dei ſunt condemnat. Plures enim ſunt in diuerſiſſimo erroris profundo locati: qui doctrinæ ſuæ peruerſitatem quadã inanis laboris probitate commendent. Cernimus nanq; nudis philoſophos corporibus algere. ipſo etiam coniugiorum vſu magiſtri abſtinent. hæretici ſicco panis cibo viuunt. Sed qui tandem ocioſi huius propoſiti profectus eſt: Totum hoc inane atq; ridiculum eſt: & cum ipſis ſuperſtitionis cauſis miſerabile. Deo ergo vouenda ſunt contemptus corporis, caſtitatis cuſtodia, ieiunii tolerãtia. Atq; ideo ait Et tibi reddetur votum in Hieruſalẽ. Vota enim tantum eccleſiaſticæ religionis vtilia ſunt: quæ cum & dignis deo cantionibus, & poſitæ in eccleſia obſeruantiæ ſtudio probantur: tum digni erimus pro quibus deum ſanctus ſpiritus interpellet. Idem nanq; per prophetam loquitur & docet Ipſe autem ſecundum apoſtolum pro nobis inenarrabilibus gemitibus interpellat: atq; ideo hic ita dictum eſt. Exaudi orationem non enĩ ſubſequitur meam: vt dicentis perſona poſſit intelligi: Licet enim multi tanq̃ hoc deeſſet addiderint non tamen in authenticis extat. Propheta enim non ſuo ſenſu ſed inſpiratus hæc loquitur. Exaudi orationem Sequitur vt quorum oratio ſit exaudienda demonſtret nec lõge expectationem noſtram differt: Subiecit enim. Omnis caro ad te veniet. Humani generis vniuerſitatem ſcriptura ſub carnis nomine deſignat. In lege ſcriptũ ẽ Et dixit deus Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis quoniam caro ſunt. Et in eadem. Quoniam corrupit omnis caro viam eius Et in propheta dominus. Et effũdam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem Et in euangelio Et verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Huius igitur humani generis orationem exaudiet deus: quod vanis infœliciũ ſupſtitionũ doctrinis tenebat: cũ pcepta gentilia omnes eos ad ſtudium impietatis inbuerent: deum in lignis. & ſaxis. & metallis prædicando: & mundi opificem atq; animæ noſtræ parentem intra ĩanimẽ materiam collocando. Hinc igitur errorem gentes fatentur q̃ eos philoſophiæ facundia detinuerit in errorem Scientes tãdem vetera delicta ſua & antiquæ impietatis crimina deo propicianda eſſe per chriſtum. Ipſe enĩ ſecundum apoſtolum noſtra placatio eſt Ait nanq;. Quem propoſuit deus placationem per fidem in ſuo ſanguine Ea iterum ipſe eſt placatio

pro peccatis noſtris veniet ergo ad eum omnis ca-
ro dicēs Verba iniquorum pręualuerunt ſup nos:
& impietates noſtras tu propiciabis. Sed qui tādē
propiciationis effectꝰ eſt/vel quid proderit errorē
gentilem reliquiſſe & doctrinam impiam ſpreuiſ-
ſe! Et id ipſum non diſſimulauit dicēs. Beatꝰ quē
elegiſti & aſſumpſiſti: vt inhabitet in tabernacu-
lis tuis Omnis quidem caro veniet id eſt ex omni
hominum genere congregabuntur. Sed beatꝰ eſt
quiſq; fuerit electus: Multi enim ſecundum euan-
gelium vocati ſunt ſed pauci electi. Electi autem
ſunt nuptiali veſte cōſpicui puro atq; integro no-
uę natiuitatis corpore ſplendidi: Itaq; non res indi-
ſcreti iudicii electio eſt: ſed ex meriti delectu facta
diſcretio eſt Beatus ergo quem elegit deus. beatꝰ
ob id quia electione fit dignꝰ Scire autem nos cō-
uenit. Hic beatus in quā rem fuerit electus. ſcili-
cet ad id q̄d ſequitur. Inhabitabit in tabernaculis
tuis Omnis perfectio bonorum inhabitationis cę-
leſtis eſt requie. Multas manſiones dominus in cę-
lis eſſe teſtatur: ſed patrem orat vt apoſtoli vbi &
ipſe ſit maneant dicens. Pater quos mihi dediſti
volo vt vbi ego ſum ibi & illi ſint mecum. Ex plu
rimis manſionibus apoſtolis ſuis eam quę ſibi eſt
propria communicat Scit propheta q̄ta beatitu-
do ſit in tabernaculis dei eſſe. alio loco dicens. Cō
cupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Sed
ob id bonorum cęleſtiū ſpes adimitur ſi nō omnes
ad cohabitationem dei eligentur Plures enim mā
ſiones diuerſæ dignitati habitantium pręparant.
Sed licet diuerſa ſit dignitas differt em̄ ſtella ſtel-
læ in gloria: tamen quotquot habitationibus va-
riis licet digni habebuntur: fidei fructum & hono
rem cæleſtis gloriæ ſortientur. Poſt enim beatitu-
dinem eius qui ad habitandū in tabernaculis dei
fuerit electus hoc ſequit̄ Replebimur in bonis do-
mus tuæ Sanctum eſt templum tuum mirabile ī
æqtate. His ergo bonis domꝰ dei replebimur quia
in tabernaculis dei beatus habitabit. Et quidem
interim bona domus quæ ſint poſſumꝰ exiſtima
re eccleſię ſcilicet munera: quæ ei ſecundum mul-
tiplicem fructū chriſtus indulſit: quia & ipſa ſecū-
dum apoſtolum domus dei eſt. vt ſcias iquit quē-
admodū oporteat in domo dei diuerſari: quæ eſt
eccleſia dei viui. columna. & firmamentum verita
tis. Hæc ergo habet triceſimum ſexageſimum cē-
teſimumq; fructum. His ergo bonis domus dei fi
des credentium explebitur: quę interim donorum
diuiſionibus adornatur: ſicut ſcriptum eſt. Huic
enim datur ſermo ſapientiæ: alii vero ſcientię. alii
fides in eodem ſpiritu: alii dona ſanationū. alii ge
nera linguarum: alii interpretatio ſermonum Ve
rum ſunt & alia plena & perfecta domus dei mu-
nera nequaq̄ naturis carnalium ſenſuum ęſtimā-
da. Nouit hęc vſq; ad tertium coelum apoſtolꝰ ra
ptꝰ: & pręadicat dicens. Q̄d oculus non vidit: nec
auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit: quæ p̄-
parauit deus his qui diligunt eum. His igitur do-
mus dei bonis replebimur: & meritum percipien
dorum horum fructuum docet dicens. Sanctum
eſt templum tuum mirabile in æquitate Omnia
nanq; credentium corpora templum dei eſſe apo
ſtolus docet dicēs. An neſcitis ꝙ tēplum dei eſtis
& ſpiritus dei habitat in vobis! Si quis templum
dei corruperit corrumpet & hunc deus. Templū
enim dei ſanctum eſt. Ornandum ergo hoc tem-
plū dei eſt ſanctitate atq; iuſtitia vt bonis domus
dei repleatur. vt æquitatis ac fidei operibus mira-
bile ſit Domum autem dei etiam ipſum aſſūptū
a dei filio hominem intelligere erit promptum: q̄a
in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis: & per
naturæ proprietatē in eo pater habitat. bonis eiꝰ.
id eſt virtutis: gloriæ: æternitatis vnunquēq; re-
plendo qui ſe templum deo ſanctum & mirabile ī
æquitate ſeruauerit Omnium itaq; noſtrum ſpes
iſta eſt vt bonis domꝰ dei replebimur: vt ſanctum
& mirabile templum illius ſimus. Beati quidem
ſunt qui iam a deo ad habitandum in tabernacu-
lis eius electi ſunt. Sed feſtinare nos in conſortiū
huiꝰ beatitudinis congruū eſt: operationibus id
atq; orationibus expetentes: ob q̄d ita ſequitur.
Exaudi nos deus ſalutaris noſter ſpes omnium fi-
nium terræ & in mari longe. Non competit hæc
oratio iudæo Et q̄q̄ hic liber legis ſit: prophetia
tamen non eſt gentis vnius. Spes em̄ hæc commū
finium terræ eſt & quacunq; ſe habitabilis mun-
di huius temperies extendit: omnibus chriſtus in
ſpe eſt. Quinetiam interni atq; externi maris inſu
le in huius nominis virtute requieſcunt Spes em̄
omnium finium terræ & ī mari lōge eſt. Sed ſpem
oportet non ex inani eſſe pręſumptam ne magis
ſit incertorum pręſumptio q̄ expectatio cognito-

rum Itaq; cur in eo ſpes omnium ſit inconſequen-
tibus docet dicens: Præparans montes in virtute
tua accinctus potentia: qui conturbas profũdum
maris ſonum fluctuum eius. Ad terrenorum mõ-
tium naturam ſermo iſte non pertinet: firmati eñ
ſunt non præparati. Præparatio autem futuræ ope
rationis eſt cœptum Dehinc memoratorum mõ-
tium præparatio in accinctu potentiæ atq; virtu-
te eſt Terra autem omnis ex nihilo eſt iuſſa ſubſi-
ſtere: reſq; ea potentiæ non eguit accinctu quæ ex
iubendi facilitate pendebat. Vtile eſt autem
cognoſcere ſicubi in ſcripturis montium facta
eſt mentio Ait nanq; propheta audite populi
omnes; & attendat terra & omnes habitantes in
ea Et erit vobis dominus deus in teſtimonium:
domin⁹ de domo ſancta ſua Propter quod ecce
dominus deſcendet de loco ſuo: & deſcendet ſu
per excelſa terræ. et conteret montes ſubtus ſe: &
valles liqueſcẽt tanq̃ cæra a faciæ ignis propter
impietatem Iacob. hæc omnia propter peccata
domus Iſrael. Et rurſum Et commota eſt &
contremuit terra: & fundamenta montium con-
turbata ſunt & commota ſunt: quoniam iratus
eſt his Aſcendit fumus ab ira eius: & ignis a fa-
ciæ eius exardeſcet: carbones ſuccenſi ſunt: ab eo ĩ
clinauit cœlum: & deſcendit: & caligo ſub pedib⁹
eius. Et in conſequentibus Miſit ſagittas ſuas &
diſperſit eos: & fulgura multiplicauit & conturba
uit eos Et in his q̃rum lectio docet deſcenſionem
domini de cælo per prophetam ſpiritusſãct⁹: oſtẽ
dit: motum terræ montium trepidationem. ob id
quia his dominus iratus ſit fumo de ira eius exor
to igne: deinceps de cõſpectu eius accendendo. In
fumo qui accẽdit præteriti temporis res eſt In igne
autem accendendo futuri ſignificatio continetur
Dehinc ne quicq̃ de natura hebeti & immobili di
ctum exiſtimaretur: hos montes ſagittę miſſę di-
ſpergunt & fulgura multiplicata conturbant. In
hoc igitur montium nomine omnẽ ſupereminẽ-
tem virtutem intelligi oportet: quę ſe contra deũ
exaltans atq; efferens irę dei ſubdidit. Deſcendẽs
igitur deus verbum aſſumptum ſibi hominẽ potẽ
tia accingens: primum hæc cacumina montium
depreſſit: diaboli ſcilicet & ſuorum contumacem
excellentiam protriuit: quos per hãc primę obtri-
tionis poteſtatem pœnę æterni iudicii præparauit
Seruauit autem hanc eandem propheta rationẽ.
dicens Aſcendit fumus ab ira eius & ignis a con-
ſpectu eius ardeſcet Fumus enim eos interim ar-
ſuri ignis inuoluit: atq; ob id in præſẽti pſalmo ita
ſcriptum eſt Præparans montes in virtute tua ac-
cinctus potentia Accinctio potentiæ ei q̃d indige
bat corpori coaptatur Non enim virtus accin-
gitur ſed in virtute dei potentia: homo quem do-
minus aſſumpſit accingitur. Contemplandum
autem eſt quid præparationem montium ſubſe-
quatur Qui conturbat fundum maris ſonum
fluctuum eius Conturbat non mare ſed maris fũ-
dum: neq; fluctus eius ſed ſonum fluctuum Mare
autem vt prophetiæ ſermo edocet pro ſæculo nũ
cupatur vt ait Super inducet dominus macherã
terribilẽ & magnã ſup draconẽ ſerpẽtẽ prauũ & pi
met draconẽ q̃ i mari ẽ Et iterũ mare hoc magnũ
& latũ ibi regeicet draco quẽ figuraſti ad illudẽdũ
ipſũ vel certe illud abſoluti⁹: veni ĩ altitudinẽ ma
ris & tẽpeſtas demerſit me Montes igitur id eſt ad
uerſariæ omnes ſupereminenteſq; virtutes pœnę
iudicii præparantur. & maris fũdamenta turban-
tur. In harum enim inimicarum virtutum fiducia
ſæculum conſiſtebat & hæc in inuiſibilibus ſæcu-
li huius profundis latebant. Sonus autem fluctuũ
cum fundo maris perturbatur. Turbato enim dia
bolo omnia terroris ſui miniſteria turbantur: & ip
ſe in quo gentes pauebant aduerſantium poteſta
tum ſonus trepidat. Recordemur vatũ murmu-
ra & inconditos bacchãtium fremitus & nonnũ
q̃ confuſo audientium ſenſu incertum neſcio q̃d
ſimulacrorum æra ſonuiſſe omnẽ deniq; propha
no cerimoniorũ cantu mundũ reſultantem. Nũc
vero domino chriſto prædicato ſilere omnia con-
futata & trepida. cum hi templorum & gentium
dii virturę fidelium ſubiiciũtur ad pœnam: cum
credentium verbis torquentur: leniantur: vrun-
tur: & inuiſibi les nobis atq; incomprehẽſibiles na
turæ verbo continẽtur: puniuntur: abiguntur. cũ
vates ſilent cum muta ſunt templa Per hæc itaq;
iam iudicio præparantur & præparatio iſta quid
proficit? Proficit nanq;. Turbabuntur gentes ti-
mebunt Cernentes ſcilicet deos ſuos mutos &
tantum ad impoſitionem manuum noſtrarũ pœ
nę ſuæ vocibus ingemiſcentes Sed poſt turbatiõ-
nem gentium alii timebunt Timorem enim erit
illatura turbatio. Nũq̃d om̃es qui & turbabunt
timebũt? Nõ vtiq; oẽs q̃ turbabũt timebũt qui ergo

timebūt? Qui inhabitant fines. Non ſubiecit ſcri
ptura (vt aſſolet) fines terrę Nō enim hic de terrę
finibus loquebatur: dehinc ſermonis ratio non pa
titur vt ita dictū exiſtimemus Ait enim qui inha
bitant fines. Nunquid & gentes quæ intra fines
ſunt non timebunt? Et terrarum tantum extima
deū metuent ab eiꝰ metu cęteriſq́ in medio habē
tur alienis? Finis autē eſt non res ipſa ſed rei exti-
mum Extimum vero eſt in quo res ipſa deficiet.
Qui ergo fines inhabitant? ſcilicet qui in carne po
ſiti neq́ in totum adhuc ſecundum carnem agūt
neq́ iam omnino finem peccati per deſinēdi a pec
catis conſuetudinem teneat: ſed volentes deſine-
re nec penitus deſinentes: & finem etiam nūc id ē
quandam proximam defectionem peccati: carne
habitantes nec a carne abſunt nec in totum inter
na carnis exercent. Apoſtolus autē cū in corpore
ſit: peregrinatur a corpore. Apoſtolus cum in vita
ſit quotidie tamē moritur: viuit autem iā nō ipſe:
viuit vero in eo chriſtꝰ. Omnes ille fines ambiguę
voluntatis exceſſit: etiam extra fines corporis pec
catiq́ habitat peregrinādo a corpore dū in corpo
re eſt: & quotidie moriendo dñi viuit & iam nō ip
ſe in ſe viuēdo ſed chriſtus. Cæterum timentium
trepidatio ex ambiguę habitationis incerto eſt.
dū adhuc habitando fines timent nondū penitꝰ
qđ iam habitatū ſit tranſeundo: Et tamen deſinē-
di voluntate in fine iam habitent deſinendi. Sed
videamus: hi qui fines habitant cur timebunt? Et
vnde illis metus ingruat? Neq́ id occultū eſt. Seq
tur nanq́ Et timebunt qui inhabitant fines a ſi-
gnis tuis. Metus ergo omnis a ſignis eſt. Sed quæ
hæc erunt ſigna? Exitus matutini & veſpere dele-
ctationes. Viſitaſti terrā & inebriaſti eam multi-
plicaſti locupletare eam. Flumen dei repletū eſt a-
qua paraſti cibū illorum: quoniam ita eſt prępara
tio tua. Ab his igitur ſignis metus ortꝰ eſt Eſt enī
magnū in ſingulis quibuſq́ eorū ſignū. Nā poſt
præparationes montium in accinctu potentiæ &
cōturbationem maris fundi: & ſonitus fluctuum
eius progreſſus eccleſię in matutinum & veſperti
norum hymnorum delectationes maximum mi-
ſericordiæ dei ſignū eſt. dies in orationibus dei in
choatur: dies hymnis dei clauditur Secūdum qđ
dictum eſt Suauis ei ſit laudatio mea Et rurſū Ele
uatio manuum mearum ſacrificium veſpertinū

Succedit igitur ex hoc ſequens ſignū. viſitaſti ter
ram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eā
Terra hæc qua vtimur non locupletatur. ſed ex
fructuum ſuorum vbertate locupletat Non ergo
in eam ſermo conueniet quæ & locupletādi ſe ca-
ret ſenſu: & cuius ideſt vt locupletet officiū. Viſi-
tauit autem deus terram ideſt humani generis na
tiuitatem: eaq́ viſitata a deo multiplicatis gratia
rum muneribus diteſcit: apoſtolo dicēte. In omni
bus ditati eſtis in ipſo: in omni verbo & ſcientia.
His enim bonis replemur & ſine ceſſatione potan
di quotidie bonorum cæleſtium munꝰ haurimus/
pleni diuinis copiis atq́ ebrii. Locupletatio enim
oſtenſa eſt eſſe ea quæ ſuperius nūcupabatur ebri
etas: & locupletationis atq́ ebrietatis huius fru-
ctus eſt contuendus. Et qui hic tandem ſit non ta
cetur. Flumen dei repletū eſt aqua: paraſti cibū il-
lorum: quoniam ita pręparatio tua. Et de flumine
ambigendi locus nullus eſt Ait enim ꝓpheta Flu
minis impetus lętificat ciuitatem dei Et ipſe do-
minꝰ in euāgeliis ait. Qui biberit ex aqua quā ego
dedero flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ
ſalientis in vitam æternam. Et iterum Qui credi-
derit in me (ſicut ſcriptū eſt) flumina de vētre eiꝰ
exient. Hoc autem dicebat de ſpirituſancto quem
accepturi erant credentes in eum. Hoc ergo flu-
men dei aqua repletur Spiritus enim ſancti mune
ribus mundamur: & in nos ex illo vitæ fontē fluui
us dei aqua repletus infunditur. Habemus etiam
& cibum paratum. Et quis hic cibꝰ eſt? Ille ſcilicet
a quo ad dei conſortium pręparamur: p cōmunio
nem ſancti corporis in communionem deinceps
ſancti corporis collocandi. Id enim pręſēs pſalmus
ſignificat dicens. Paraſti cibum illorum: quoniam
ita eſt pręparatio tua. Quia cibo illo q̄uis in prę-
ſens ſaluemur tamen in poſterum pręparamur.
Seruat aūt conſuetudinem ſuā ꝓpheta vt tēpora
de qbꝰ loqtur diſtiguat. Supior nāq́ ſmo tanq̄ de
p̄terito fuit: q autē adhuc gerēda erāt gerendorū
fide & ſcientia tanq̄ iam geſta memorauit. Vt au
tem ea omnia futuri temporis doceret eſſe ait Ri-
uos eius inebria: multiplica generationes eius in
ſtillicidiis eiꝰ lętabitur cum exorietur. Omnis hic
orantis eſt ſermo: & vt ea quæ commemorata ſūt
deus expleat deprecantis Terra autem viſitata in
ebriata eſt. Et quomodo nunc riui eius inebriātur

Sed meminiſſe debemus quod ſi qui ex aqua do
mini potauerit flumina de ventre eius effluant.
Ergo potatione aquæ opus eſt vt flumina fluant:
Inebriamur autē ipſi cū ſpiritumſanctum qui flu
uius eſt nuncupatꝰ accipimus: De hic quia ex no
bis diuerſi gratiarum riui emanant/orat propheta
vt hos eoſdem dominus inebriet. Vt his inebria-
tis & dono diuini muneris perfuſis generationes
noſtræ multiplicētur: Terra ſcilicet bona ſecundū
euangelicam comparationem. verbi ſemen exci-
piens fructu trigeſimo& ſexageſimo & centiſimo
diteſcat. Eſt autem nobis per ſacramētū baptiſmi
renatis maximum gaudium cum quædam in no
bis ſpiritusſancti initia ſentimus. cum ſubeat nos
ſacramentorum intelligentia: propheticę ſcientia.
ſermo ſapiētię. ſpei firmitas. ſanationū chariſma
ta. et in dęmonia ſubiecta dominatus. Hęc enim
tanq̄ ſtillicidia nos penetrāt que paulatim cœpta
fructu multiplici exuberāt. In his ergo ſtillicidiis
cum exorietur terra lętabitur. Sed ſtillicidia mul-
tiplicantur vt riui ſint: riui autem inebriantur vt
flumina ſint. Conſequēs autem eſt vt omnē ex-
pectationem noſtrā propheta cōfirmet et doceat
quid montium pręparatio: fundi maris turbatio.
terrę viſitatio et eius inebriatio. et fluminis pleni-
tudo cōſūmationis habitura ſint. Docet itaq; in
his quę conſequuntur dicens Benedices coronam
anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur
vbertate. Pingueſcent fines deſerti: & exultatione
colles erigentur. Induti ſunt arietes ouium & cō-
ualles abundabunt frumento: & enim clamabūt
& hymnum dicent. Annum benignitatis dei & p
pheticis atq; apoſtolicis doctrinis cognouimus.
Dictum eſt enim ex perſona domini Spiritus do-
mini ſuper me: propterea vnxit me. euangelizare
pauperibus miſit me. Prædicare captiuis remiſſio
nem & cæcis viſionem: vocare annum domini ac
ceptum & diem retributionis annum æterni &
beati illius ſæculi ſine dubio declarat. Nanq; boni
tatis domini hic annus eſt: quo erunt indefeſſa illa
benignę retributionis tempora auſpicanda. huiꝰ
igitur anni dei benedicet coronam iocundiſſimus
& ſuauiſſimus viſitatę terræ inebriatæq; fructus.
Hæc enim chriſti eſt depulſa corporum noſtrorū
corruptione & perēpta mortis poteſtate victoria

Hęc corona ſanctificatę terræ noſtræ flore benedi
cta eſt dominus ſanctorum ſuorum choro atq; ā-
bitu glorioſus Tunc vbertate campi replebuntur:
tunc deſerti fines pingueſcent. tunc colles exulta-
tione accingentur. tunc arietes ouium induentur
Illud enim retributionis eſt tempus Sed diſcri-
men prius retributionis eſt contuendum. In cam-
pis enim quorum incultura vſus eſt ea quæ ſub lę
ge & cultura dei fuerint opera vbertatem conſe-
quentur. Vbi autem fines deſerti pingueſcent ec-
cleſiæ quæ deſerta diu fuit: populus repromiſſiōis
bonis opimatur. In collibus vero exultatione ac-
cinctis glorioſa martyrum gaudia nunciātur. Hi
enim ſunt terris cæteris celſiores. Cum autem ari
etes ouium induentur: æterna illa & beata patriar
charum & prophetarum & apoſtolorum (qui
duces gregis ſancti ſūt) veſtis oſtenditur: de qua
ait beatus apoſtolus Paulus Oportet enim cor-
ruptibile hoc induere incorruptionem. Et iterum
In quo nolumus diſpoliari ſed ſuperindui vt ab-
ſorbeatur hoc mortale a vita. Hoc ergo indumēto
arietes ouium induuntur. & hoc glorioſę immor-
talitatis habitu veſtiuntur. Sed q̄q̄ diuerſa retri-
butionum dona monſtrata ſunt ſpem tamen pręe-
ter hæc non exiguam miſericordiæ ſuæ deus tri-
buit. dicens per prophetam. Et conualles abun-
dabunt frumento. humiliores ſcilicet ſed tamen
non impiæ fidei atq; operis homines fructum vitæ
ſortientur: Non enim vbertate replebuntur vt cā
pi neq; ex deſerto pingueſcent. neq; exultatione ac
cingentur vt montes. neq; tanq̄ arietes ouium in-
duentur. In quibus omnibus indefinitę glorię mu
nus oſtenditur: ſed frumento abundabunt: viuen
di ſcilicet ſubſtantia non carebunt. quia per infir-
mitatem fidei humiles ſūt. Et editis circum ſe col
libus vallium more depreſſi. Ac ne propheticꝰ ſer
mo hos campos hæc deſerta. hos colles. hos arie-
tes. hæc conuallia quæ aſpectui noſtro ſubiacent
voce & ſenſu carentia ſignificare exiſtimaretur ad
iecit Et enim clamabunt & hymnum dicent. Dei
ſcilicet laudes ob hæc diuerſa retributionū p̄mia
indefeſſis & maximis vocibus concinentes.

Pſalmus. LXV. in finem. can
ticum Pſalmi

Iubilate deo
omnis terra:pſalmū dicite no
mini eius:date gloriam lau-
dationi eius. Dicite deo q̄ ter
ribilia ſunt opera tua in mul
titudine virtutis tuę:mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te & pſallat tibi:pſalmū dicat
nōi tuo: DIAPSALMA. Venite & videte opera
dei:terribilis in conſiliis ſuper filios hominū. Qui
conuertit mare in aridā:in flumine pambulabunt
pede:ibi lętabimur in ipſo q dominatur in virtute
ſua i æternum. Oculi eius ſup gētes reſpiciūt qui i
iram prouocāt non exaltētur in ſe Diapſalma Be-
nedicite gentes deum noſtrum:& obaudite vocē
laudis eius. Qui poſuit animam meam ad vitā &
non dedit cōmoueri pedes meos Quoniā proba-
ſti nos deꝰ igne nos examinaſti ſicut examinatur
argētū. Induxiſti nos in laqueum:poſuiſti tribula
tiones in dorſo noſtro:impoſuiſti homines ſup ca-
pita noſtra. Tranſiuimꝰ per ignē & aquā & indu-
xiſti nos in refrigeriū. Introibo in domū tuā: in ho
laucauſtis reddā tibi vota mea quæ diſtinxerūt la
bia mea. Et locutū eſt os meū in tribulatione mea
Holocauſta medullata offerā tibi cū incenſo & ari
etibꝰ:offerā tibi boues cū hircis. Diapſalma Veni
te & audite & narrabo oēs q timent deū q̄ta fecit
animę meę Ad ipſum ore meo clamaui & exulta
ui ſub līgua mea. Iniquitatē ſi cōſpexi i corde meo
non exaudiat deꝰ. propterea exaudiuit deꝰ. Et in
tendit voci orationis meæ Benedictꝰ deꝰ q nō a-
mouit deprecationē meā & miſericordiam ſuam
a me.

SVperſcriptio pſalmi a ſuperiore eo di-
ſtat. qđ in ſe habet canticū pſalmi cū in
anteriore pſalmus cantici editus ſit Cæ
terum æqualiter pręſcribunẗ in finem. Itaq; ſecū-
dū illā quā in exordio attulimus de titulorum in-
ſcriptione rationē perſpicuū eſt pſalmū hunc ob
adepta ꝑ meritū boni operis ſpiritalis doctrinę in-
ſtituta cantari. Quia quādo in ſuperſcriptiōe pſal
mus cantici eſt per cognitionem cœleſtiū prędica
tionum geſta boni operis continentur in pſalmo.
Cū autē canticū pſalmi eſt ex operationis obediē
tia adepta:ſpiritalis ſcientiæ hymnus oſtendiẗ. Cā
ticum enī vocis officiū eſt:pſalmꝰ autē ex coapta
tione (quā harmoniā nuncupant) organis cōpa-
ratur. Fitq; ex imparibus ac diſſimilibus modis ar
tificis ingenio apta & cōſonans & amoena modu
latio. Quo exemplo variis officii noſtri & ſcientię
miniſteriis gratum deo opus & ſibi conſonās cō-
paramus Et huius quidem intelligētiæ ipſi nobis
pſalmi auctores erūt cū quādo fit in pſalmo cātici
ꝑ ſcientiæ & cognitionis doctrinam boni operis ꝑ
dicatio. In cantico vero pſalmi per geſtorum meri
tum gratulatio adeptæ ſcientiæ intelligatur. Ob
eam igitur cauſā in pſalmo pręſenti ſpiritus pro-
phetiæ a gratulationis doctrina coepit. Pſalmum
autē ex ꝑſona prophetarū conſiſtere res ipſa & rō
demōſtrat. Iubilate deo omnis terra:pſalmū dicite
nomini eiꝰ:date gloriam laudatiōi eiꝰ Dicite deo
q̄ terribilia ſunt opera tua in multitudine virtu-
tis tuę:mentiētur tibi inimici tui Primū ergo iu-
bilandū deo pręmonet:ſecundo pſallendū nomi-
ni eius:dehinc gloriam dādam:laudationi eiꝰ: tū
dicendū deo q̄ terribilia ſunt opera tua:poſtremo
id cōfitēdū in multitudine virtutis tuæ mētienẗ
tibi inimici tui Sed vt rationē atq; ordinē ita diſpo
ſiti huiꝰ ſmonis itelligamꝰ. Neceſſariū eſt id qđ
difficultatē affert paucis abſoluere:in latinis codi
cibꝰ ita legimꝰ Iubilate deo oīs terra Et q̄tū ad elo
quii noſtri conſuetudinē pertinet iubilū paſtora-
lis agreſtiſq; vocis ſonū nūcupamꝰ. cū in ſolitudi
nibꝰ aut reſpōdēs aut regrēs per ſignificātiā ductę
i lōgū & expliſę iemēſū ſonꝰ vocis audiẗ. In gręcis
vero libris (q ex hebręo ꝓximi ſūt) nō eadē ſignifi
cātia ſcribiẗ Nāq; ita ſe hēnt αλαλαξατετωθεμι
τακλнτε Et cū illis alalagmos quē latine iubilū po
nūt: & ſignificat vocē exercitꝰ ꝓliantis aut in con
curſu ꝓterētis hoſtē:aut ſucceſſū victorię exulta-
tionis voce teſtātis. Quā rē vbi ita ſe trāſlationis
ratio tēperauit abſolutiꝰ in pſalmo altero itelligi
mꝰ cū dicit. Oēs gētes plaudite manibus:iubilate
deo i voce exultationis Vox autē exultatiōis diſ-
ſerit ab iubilo ſed ꝑ trāſlatiōis cōditiōe (qa ꝓpria
exultātis vocis nūcupatio nō repta ē) ꝑ id qđ iubi
lū diciẗ vox exultātis oſtēdiẗ:Poſiti igiẗ in vitę iſti
us ꝓliis & i hoc carnis ac ſanguinis noſtri certami
ne aduerſū diabolū exercitūſq; eiꝰ armis ſpiritali-
bꝰ dimicātes deo monemur i voce exultatiōis iu
bilare Et ne ad inanē hāc terræ molē eēt ſmo refe

tendus vniuerſitas nr̃a ex terra in primo Adã parẽte genitorũ ſub plurali numero monſtrať cũ dicit. Iubilate deo oĩs terra. Simul eñ & officiũ oĩum doceť & origo. Terrẽdꝰ ergo eſt cõfeſſiõis noſtræ ſermone omnis prophanꝰ auditor: & aduerſum diabolũ armaq; eius orationũ noſtrarũ ſonitu certandũ eſt: & belli noſtri victoria exultatiõis voce mõſtranda eſt: Audiat orãtis populi cõſiſtẽs quis extra eccleſiam vocẽ ſpectet celebres hymnorum ſonitus. & inter diuinorũ quoq; ſacramẽtorũ officia reſponſionẽ deuotę confeſſionis accipiat Neceſſe eſt terreri omnẽ aduerſariũ: & bellari aduerſus diabolum vinciq; reſurrectionis fide mortẽ tali exultãtis vocis noſtræ (vt dictum eſt) iubilo. Sciat hoc deo placitum eſſe. hoc ſpei noſtræ teſtimoniũ. publicas victriceſq; exultatiõis nr̃æ voces pſonare. Quarũ propheta nõ negligẽs ẽ loco alio memorãs Circuiui et ĩmolaui ĩ tabernaculo eiꝰ hoſtiam iubilationis Et ne inanem iubilationis huius doctrinam atq; obſeruantiam crederemus alibi proteſtatur. Beatus populus qui ſcit iubilationem Neceſſarium ergo id fidei noſtræ eſt in cuius ſcientia beatitudo eſt: nam primum in admonitionum ordine propheta diſpoſuit vt iubilet deo oĩs terra: ſecũdo vt pſalmũ dicat nomini eiꝰ Deo ita q; iubilãdũ eſt: qa debitum ei a nobis eſt exultãtis vocis officiũ Pſallẽdũ autẽ nomini eiꝰ eſt: qa vt p organũ pſalmus ẽ ita & corporis noſtri qd aĩæ & affectionis & negociorum omniũ organũ ẽ artificioſis operibus eſt placendũ Digne ergo dei nomine agẽdũ eſt: vt ĩgrũ effici licet dictis dñi obſecundemꝰ dicẽtis. Sic luceat lumen veſtrũ corã hominibꝰ vt videãt opera veſtra bona: & magnificẽt patrẽ veſtrũ q in cęlis eſt. Vitę eñ noſtrę honeſtas ad eiꝰ laudẽ erit referenda cui viuimꝰ. Deniq; idipſũ ex ſubiectis doceť. Seqtur eñ Pſallite nomini eiꝰ date gloriã laudationi eiꝰ Quia ex organi noſtri pſalterio id eſt corporis animę famulãtis effectibꝰ prębetur p nos deo glorioſa laudatio cũ gẽtes opera noſtra cõtuẽtes patrẽ noſtrũ q in coelis ẽ magnificent. Et dabitur laudi eiꝰ gloria ſi digne nomini eius organi id eſt corporis noſtri operatiõe pſallamus Docemur etiam conſequentibus monitis ad ordinem obſequelę prophetal s ſpiritu p prophetam ita admonẽte. Dicite deo q̃ terribilia ſũt opera tua. Quis enim non trepidet ad maieſtatẽ eius qui ſaecula inſtituerit. mundum cõdiderit tẽpora reuolubili viciſſitudine curſuq; dimenſꝰ ſit: coelũ aſtris ornauerit: terrã fructibꝰ repleuerit: mare obicibus concluſerit: hominẽ vt his aut vtereť aut dominareť elegerit. Per hæc enim omnia virtutis ac poteſtatis eius æternitas noſcitur apoſtolo dicente Quæ eñ inuiſibilia eius a creatura mũdi ipſius facti intellecta aſpiciuntur. æterna quoq; virtus eiꝰ & diuinitas. Hæc terribile nomen conditoris efficiunt: & operum dignitas maieſtatem eiꝰ (qui ea ſit operatꝰ) oſtẽdit Horũ igiť operũ eẽ deus & a nobis prędicandus eſt & a cæteris confitendꝰ. Nõ hæc omnia eſſe dei mentiẽda ſũt. Alii enim fortuitu hæc extitiſſe cõmemorant: alii ęterna manſiſſe confirmant. Et idcirco mũdũ ipſũ deũ eſſe cõtendũt: dum aut ſua parte cum voluiť poteſtate conſtiterit aut dum initio caret, careãt dominantis arbitrio. Alii autem ſolum coelum quia igneum ſit. alii aera quia motu ac natura indiſſecabili circunferatur. alii aquas quia indefeſſe effluant deũ nũcupãt: plures terrę metalla. robora. ſcopulos. herbas deos adorauerunt. Nõnulli deos eẽ aut putrefactorũ corporũ oſſa. aut deflagrantiũ rogorũ buſta mẽtiti ſũt. horũ omniũ cõditorẽ deũ neſciẽtes Et idcirco talẽ cõfeſſiõis nrę ordinẽ propheta eſſe docuit oportere Dicite deo q̃ terribilia ſũt opa tua ĩ multitudine virtutis tuę mẽtienť tibi inimici tui. Ex multitudine ſcilicet virtutũ dei venerationẽ falſorũ in diis nominũ mẽtiẽtes. Sed qa mẽtiũtur inimici qd a cũctis fieri oporteat docetur ita. Oĩs terra adoret te: pſallat tibi: pſalmũ dicat nõi tuo altiſſime. Mẽdacio ĩimicorũ ĩ nũcupatis diis demõſtrato. ſalutis nrę ĩſtituta p̃bẽť vt terræ omnis origo noſtra adoret & pſallat altiſſimo: verũ deũ & vniuerſorũ conditorẽ relictis ĩpietatũ mẽdaciis recognoſcẽs. Senſũ diapſalma diſtinxit Sermo eñ ad eũ cũ oratione directꝰ ad hoĩes nũc referť: quos tanq̃ lõge a cognitiõe dei cõſiſtẽtes pphetia ad proximũ aduocat dicẽs Venite & videte opa dei. Docuit autem & apoſtolꝰ eẽ plures lõge a deo poſitos quos doctrinæ adhortatio tãq̃ in vicino collocauerit cum ait. Et cum veniſſet euangelizauit pacem vobis qui lõge: & pacẽ his q ppe Ex lege enim multi tãq̃ de prope manentes. crediderunt gentibus longe aduocatis. Prophetica igitur prædicatio omnis ad dei opera contuenda

aduocauit ſed non ea ope ra quæ cunctorum aſpe
ctui ſubiecta ſũt cæli.aeris.terræ.ac maris(hęc eñ
omnes contuẽtur)ſed ea quæ fidelium tantum
ſtudiis comperta ſunt:quibuſq; ſaluti humanę cũ
ingenti admirabilium virtutum terrore conſultũ
eſt pharaone impietatis ſuæ pœnis in exemplum
humani timoris cohercito.vt terror damnationis
in religioſorum metu religionem inchoaret .cum
in aere iter mare aruit:& aquæ in aridam conuer-
ſę ſunt: cum iordanem pedibus populus ingreſ-
ſus eſt.& ingreſſuro repromiſſionis terrã Iſrael flu
entis ſtare iuſſis.reliquus ad gradiendi ſecuritatẽ
fluuii alueus decucurrit. Ad huius igitur legis &
prophetarum dei opera contuenda propheta gen
tes aduocat dicens. ℭ Venite & videte opa dei:
terribilis in conſiliis ſuper filios hominũ.Qui cõ-
uertit mare in aridam.in flumine pertranſibũt pe-
de.Ipſe enim deus eſſe intelligendus eſt :cuius ter
ribilibus conſiliis humanæ ſaluti per hęc opera cõ
ſultum eſt. Vt opinionem de deo quia nemo cæ-
lum contuens deum eſſe non ſentiet:ſcientia nos
& cognitio talium operũ de auctore confirmet.
Verum hæc q̃uis virtutũ dei opera ſũt:non tamẽ
ſpei & ſaluti ſatiſfaciũt vniuerſorum. Populo eñ
tantum legis mare in terram demutatum eſt eiuſ
q; itineri Iordanis aruit. Sed quid hoc ad vniuerſę
terræ ſalutem proficit?Omnibus enim hoc qđ ve-
nite dictum eſt. competit: quia de vniuerſis præ-
ſcriptum erat omnis terra adoret te. Quid ergo
mihi ad ſalutem tanto poſtea genito Iordanis tũ
arefactꝰ impertit?Impertit plane.huius enim pri-
mum aquis peccatorum ablutio Ioanne pœniten
tiam prędicante donata eſt.Et per quem populo ĩ
repromiſſionis terram iter fuerat per eum via no-
bis cæleſtis regni & nouę generationis lauacro poſ
ſeſſio æternorum corporum inchoatur.Aquis ip-
ſis batiſmate domini conſecratis. Ob qđ ad id qđ
dictum erat. Venite & videte opera domini.q̃
terribilis in conſiliis ſuper filios hominum :qui cõ
uertit mare in aridam. in flumine pertranſibunt
pede:ne ab his quæ antea geſta ſunt ſpei noſtrę eſ-
ſet intercisa ſecuritas cum de futuro tranſibũt di
xiſſet.ideo ſubiectum eſt ibi lætabimur in ipſo.Per
has enim iordanis aquas in illa q̃ a prophetis pro-
miſſa ſunt terræ bona greſſu abluendorum corpo
rum tranſitum eſt atq; tranſitur:& ibi cæleſtis ſa-
cramenti exordiis lætamur.Cuius lætitiæ & tem
pus & cauſã alius propheta teſtatur dicens. Lęta-
re deſertum ſitiens.exultet deſertum & floreat tã
q̃ lilium:& effloreant & exultent deſerta iordanis
inualeſcite manus inualide & genua diſſoluta cõ
ſolamini.Modici animi ſenſu inualeſcite. Nolite
timere Ecce deꝰ iudicium reddet:ipſe veniet & ſal
uabit nos Tũc apiẽt oculi cęcorũ. & aures audiẽt:
audietur lingua mutorũ. Tunc ſaliet claudꝰ tan
q̃ ceruꝰ. Hoc ergo illud eſt qđ ſignificatur ibi lęta
bimur in ipſo. Quæ in aduentu domini & iorda-
nis baptiſmo & infirmitatum omnium curatio-
ne expleta ſunt.Quod autem ibi lętabimur ad ior
danem pertinet ita enim dictum eſt ĩ flumine per
tranſibunt pede.ibi lętabimur Quod autẽ in ipſo
quis iſte ſit in quo lætabimur in ipſo.propheta ſub
iecit dicens. Qui dominabitur in potentia ſua in
æternum.Non ambigimꝰ quis iſte erit.ſi dicti hu
ius euãgelici recordemur.Data eſt mihi poteſtas
in cælo & in terra Euntes nunc docete omnes gen
tes .Et apoſtoli dicẽtis. Propter qđ exaltauit eum
deus & donauit illi nomen qđ eſt ſuper omne no-
men:vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæle-
ſtium:& terreſtrium.& infernorũ.& omnis lingua
confiteatur quia dominus Ieſus in gloria eſt dei pa
tris.Et hæc non de diuinitatis ſuæ dicta ſunt po-
teſtate illa enim vt ſemper eſt dominans ita & do
minabitur ſemper:ſed in æternam gloriam eiꝰ aſ-
ſumptę ex virgine carnis natura tranſſertur.Ieſus
enim eſt eius hominis qui ex maria natus eſt nun-
cupatio Et Ieſu nomen qđ ſuper omne nomen eſt
donatum Non enim hic vt in cæteris Ieſu chriſto
ſed Ieſu tantum Et enim a cæleſtibꝰ & terreſtribꝰ
& infernis adorato & per omnem linguam in dei
patris gloria eſſe confeſſio: æterni regni donatur
arbitrium. Sed vt in pluribus nunc quoq; latini-
nitas noſtra non ſatis proprie ſignificationem di-
cti græci elocuta eſt Qđ enim nobiſcum ſcribitur.
qui dominabitur in virtute ſua in æternũ. in græ-
cis ita legitur to.deſtio zonten edi nas teiali tulio
nos Qđ nobiſcũ inęternũ id ſimplex & in
oẽ tẽpꝰ ſine de finitiõis alicuꝰ pprietate cõmune
ẽ. q; cũ illis Id certi & deſignati ſęculi ſigni
ficationẽ habet. Vnigenitꝰ eñ dei filiꝰ & ſi regna
uit ſẽp non tñ regnauit ſemp ĩ corpore.Ergo vbi
deſignati & tanq̃ demonſtrati ſæculi dominatio

perid qđ   dr̃ virtute verbi
ipſiꝰ cōtinet̃ Tēpꝰ illud oſtēdit̃.qđ gloiarificato
in gl̃iā dei corpori & nomen dei donatur & regnū
Et huius quidem dominandi ſęculi tempus abſo
lute apoſtolus docet dicēs.Cum euacuauerit om
nem principatum & poteſtatē & virtutem & no-
uiſſima inimica deuincetur mors.tunc ſolus ī vir
tute ſua ſæculo dominabitur.Nunc enim q̄uis re
gnet tamen princeps huius ſęculi petit vt modo
tritici apoſtolus cerneret.& ſūt ſpiritales nequitię
in cœleſtibꝰ aduerſum quas ſpiritalibꝰ nos armis
beatus Paulus inſtruxit:aduerſus quas militātes
nos fidei noſtrę angeli/qui ſecundum euāgelia co
tidie in cœlis deum patrem vident proſecūtur: &
miſericordia dei protegit atq̧ ob id conſequitur
Oculi eius ſuper gentes reſpiciunt.Ab omni eni
in peccatis morante vultus domini auerſus eſt.
Hoc nanq̧ indemutabilis dei ſignificata conuer-
ſio eſt:non q̧ tanq̄ per naturam corporalē ſe quoq̄
aut auertat aut referat:ſed quod par atq̧ idē ęq̄-
liter ſemper manēs vniuſcuiuſq̧ auxilio pro meri
torum diuerſitate aut deſit aut adſit: Ex perſo-
na enim peccatorum ita ſcriptum eſt Auerte faci
em tuam a peccatis eorū.Et iterū.Quare auertis
faciem tuam & dexteram tuam! Et turſum. A-
uertiſti faciem tuam & factꝰ ſū cōturbatus. Vbi
autem iuſtorū perſona tractat̃ hęc dicta ſūt Oculi
domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum
Et iterū.Oculi tui videant ęquitates. Et deiceps.
Deſignatū eſt ſuper nos lumen vultus tui domi-
ne.Ego incorporalis deꝰ miſericordię ſuę oculis et
tanq̄ miniſterio famulantiū angelorū protegit gē
tes:& in omnes credentes donū ſe diuinę miſerati
onis effūdit.Hoc iudei denegant:his operibꝰ dei ī
fidelis populꝰ contradicit gloriam ſibi in Abrahā
electi generis vſurpās.Et cōſeq̄entibꝰ iſtud dictis
propheta demonſtrat ad id quod dixerat. Oculi
eiꝰ ſuper gentes reſpiciūt:connectens iſtud q ī irā
prouocant non exaltentur in ſe hoc quod in ſe ex-
altantur.Dominus in euangeliis cōdemnat dicēs
Nolite proferre inter vos dicētes.patrem habemꝰ
Abraham.potēs eſt enim deꝰ ex lapidibꝰ iſtis ſu-
ſcitare filios abrahæ.Quod autē in iram ꝓuocāt.
omnifariam prophetę loquitur.Eſaias.in iracūdiā
ꝓuocaſti ſanctū iſrael.ad Ezeciel quoq̧ ſpiritꝰ lo
quit̃:fili hominis mitto te ego ad domū iſrael qui
exacerbauerūt me.Et in pſalmis exacerbauerūt ſpi
ritum eius:Et rurſū.Frequēter liberaui eos ipſi ve
ro me exacerbauerūt. Omnes ergo operationem
et miſericordiam dei in ſalutem gentium denegā-
tes in iram prouocāt miſericordię & ſalutis aucto
rem:quia in ſe glorioſi & exaltati iram eius qui ſo-
lus glorioſos poteſt efficere exacerbant.Interiecto
turium diapſalmate .& ſenſus & perſonę demuta
tionem docet.Nam ſub hac ſignificatione frequē
ter alterum/nōnūq̄ vtrūq̧ diſtinguitur. Superior
enim ſermo ex prophetę perſona:omnis fuit dicē-
tis Venite & videte opera dei q̄ terribilis in conſi-
liis ſuper filios hominū.Sequentem vero apoſto-
licū eſſe oportebat:vt his inuitantibꝰ iſtis prędicā
tibꝰ eadem doctrina veteris ac noui teſtamēti ꝓ-
dicatio contineretur Horū igit̃ adhortatio refert̃
ad gentes:cū dicitur.Benedicite gentes deum no
ſtrū.Nō ex inani noſtrū prophetię ſermo ſubiecit.
Non vtiq̧ illos quos deos putabatis:heroum no-
mina vel elementorū creatiōes vel materię metal
lorū.ſed noſtrū & eū cuiꝰ opa recēſent̃.qui terribi
lis ī cōſiliis ſup filios hominū.qui cōuertit mare ī
aridā:qui dominat̃ ī virtute ſua ī ęternū. Hoc eīm
propriū apoſtolicę doctrinę eſt deū ex lege ac pro-
phetis ī euāgeliis prædicare.Sed id quod cōſeq̄t.
& obaudite vocem laudis eius intelligentiam cō
fudit Nam vox laudis non eius qui laudatur ſed
eius qui laudet auditur.Et quomodo gētes vt vo
cem laudis obaudiant admonentur! Verū & hic
latinitas noſtra proprietatē dicti in tranſlatiōe nō
reddidit. Nam hoc quod nobiſcum ſcribitur. &
obaudite vocē laudis eiꝰ a græcis ita dictū eſt.

Quo verbo id ſignificat̃ obaudiri poſſe vt efficiāt
vocē laudis eiꝰ:quod pleniꝰ itelliget q meminerit
deū ī euāgeliis dixiſſe.Quod dico vobis ī tenebris
dicite in lumine:& quod in aure auditis prædica-
te ſuper tecta.Deus nanq̧ conſtanti & publica ꝓ-
dicatione laudandus eſt : neq̧ debet incomme-
morandis virtutibus eius fides noſtra trepidare.
Sed quæ tandem vox laudis eius audiri efficien-
da eſt! Nempe ea qđ credentium animam poſue-
rit in vitam:quod apoſtolicę prædicationi & mar
tyrum confeſſioni conſtantiam & perſeuerantiam
largitus ſit confitendi quorum diſcurſibus orbē
terrę quibuſdam.quaſi pedibus cœleſtis regni prę

dicatio tranſcucurrit In omnem enim terrā exiit ſonus eorum. Et alibi ſpiritalis diſcurſus gloriam clamat ſpiritusſanctus: Q̄ ſpecioſi pedes euangelizantiū bona eſt euangelizātiū pacē: hęc ergo vox laudis dei prędicātiū audiēda pręconio eſt ꝓpheta teſtante. Qui poſuit animā meā ad vitam & nō dedit cōmoueri pedes meos. Non enim humanarū cōmutationū terriculis a curſu ꝑdicationis ſuę apoſtoli deflexi ſūt. Neq; firmitas pedū inſiſtētiū a fidei greſſu cōmota eſt quin ſemper iudicii & regni ęterni dominū prędicarēt. Locutus autē ex vnius perſona ſpiritus propheticę rē ipſā nō vni tantū nomini competere ſignificat. Nam cū dixiſſet & nō dedit cōmoueri pedes meos. ſubiecit. Quoniam probaſti nos deus igne nos examinaſti ſicut examinatur argētum. Sermo itaq; cœptꝰ ex vno refertur ad plures. Eſt nanq; vnius ſpiritus & vna credētiū fides eſt. Et ſecūdum quod in geſtis apoſtolorū eſt erat credētium anima. & cor vnū Atq; ita cū ab vno cœptū deſignatur i plures vnanimitas docetur in pluribꝰ. Sed quę tādem comparationis ſimilitudo eſt examinatos eos igni ſicut examinatur argētū. Et (vt arbitror) examinādi argenti illa ſola ratio eſt vt ſordes quę ex prima terrę materię adhęſerint decoquantur: & quę fraudulenter ex alterius metalli natura admixta fuerint purgentur. Deus itaq; credentes in ſe non tāq̄ fidei eorū ignarus examinat ſed quia etiā ſecūdum apoſtolum tēptatio probationē affert. Examinātur credentes nō ad cognitionem dei ſed ad ſui probationē: vt igne purgati & ab admixtiōe viciorum carnaliū deſecati ſplendeant examinatę innocentię claritate. Temptationū autem genera & diuerſas martyrū victorias cōtuentes. Scimꝰ quibꝰ modis anima ponatur in vitam: cuius cōtēptu deſęuientibꝰ pęnarū ingeniis a fidei greſſu & teſtimonio nō mouētur. Alii enim in vinculis carcerū gloriātur. Alii cęſi in verberibꝰ gratulātur: alii poteſtati in eligioſorū deſecanda ſubitiſſi capitū colla ſui mittūt: plures in exuſturos rogos currūt: & trepidantibus penę miniſtris. ignem ſaltu deuotę feſtinationis inſiliunt. alii in profundum demergendi nō in aquas necaturas. ſed in refrigeriū ęternę beatitudinis decidunt. toto ipſo ſe corpore deo hoſtiā tāq̄ holocauſta prębētes. Percurrit ergo ꝑ hęc paſſionū genera ex perſona apoſtolorū. euangeliſtarū, martyrū: propheticus ſermo dicens Igne nos examiaſti ſicut igne examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueū id eſt i cuſtodia cathenas: poſui tribulationē in dorſū noſtrum: pęnas ſcilicet verberū quibꝰ cum apoſtolis Petrus gaudet: & Paulus exultat. impoſuit homines ſuper capita noſtra tranſiuimus per ignem & aquam. Glorioſas videlicet martyrū mortes conmemorat gladii ignis profūdi. Sed qui tranſit ꝑ ignē & aquam nō his abolętur. ſed in aliud per illa tranſducitur: Et quo tranſducatur. propheta non neſcit dicens. Et eduxiſti nos in refrigerium. huius refrigerii & in loco alio meminit dicens Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit mihi. Eripuit animam meam de morte. oculos meos de lachrymis: & pedes meos de lapſu. Beneplacebo domino in regione viuentium. Animam videlicet ſuam in requiem beatę illius reſurectionis hortatus. in qua poſt mortis iſtius tempus omni humanarum calamitatum labe deterſa. nō doletur: non fletur: non peccatur: & viuitur. In huius igitur beatitudinis per ignē & aquā refrigeriū educti ſunt. Et ne aut pertranſeuntis aquas natatꝰ aut tranſilientis ignem ſaltus. aut introductio in refrigerium communis alicuius & terreni loci requies ſignificari exiſtimaretur adiecit. Introibo in domum tuam in holocauſtis. Holocauſta ſunt integra hoſtiarum corpora. quę quia tota ad ignem ſacrificii deferebantur. holocauſta ſunt nuncupata Per hęc igitur genera pęnarum martyres in fidei teſtimonium corpora ſua holocauſta vouerunt. vt in dei domum id eſt in cęleſtis domicilii habitationem conſummatis hoſtiarum ſuarum ſacrificiis introirent. Sed quid tandem in hac corporum ſuorum oblatione vouerunt? Scilicet vt per hęc martyrii ſui exempla gētes ad ſpem regni ęterni erudirent. Qui enim tum chriſtum prędicabant non ſibi quibus tum erat cognitus: ſed nobis qui futuri adhuc eramus vel quibus tum erat incognitus prędicabant. Quę eorum prędicatio omnis poſteritatis fidem ad martyrii deſiderium accēdit Non enī cauſa alia prędicabāt niſi vt fidei ſuę & martyrii exemplo plures martyres erudirent. Quod Paulus docuit dicens. Ego Paulus vinctꝰ chriſti Iheſu pro vobis gētibus. Atq; ob id I huius prędicatiōis fructu deo ſe tota reddere cōſt

tentur dicentes.Reddã tibi vota mea quę deſtin-
xerunt labia mea. Et elocutũ eſt os meum in tribu
latione mea:holocauſta medullata offerã tibi cũ
incenſo & arietibꝰ:offerã tibi oues cũ hircis. An
ignorat propheta ex perſona dei in ſpiritu ſancto
ſe locutũ Nõ accipiã de domo tua vitulos neq; de
gregibꝰ tuis hircos:Et nũquid mãducabo carnes
taurorũ aut ſanguinem hircorũ potabo?Et rurſũ,
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſẽ: vtiq; ho-
locauſtis nõ delectaberis. Ceſſat igitur opinio-
nis noſtrę error vt hęc vouiſſe martyres exiſtime-
mus.Sed in martyriis poſterorũ reddũt deo quę lo
cuti ſunt vota:ipſi quidem ſe primum deo vouen
tes & ſe ipſos holocauſta prębentes:quia in his do
mũ dei introibunt in paſſionũ ſuarũ tribulationi-
bꝰ Pauli voce clamãtes.Quis nos ſeparabit a cha
ritate dei tribulatio an anguſtia an pſecutio .aut
fames.aut nuditas.aut periculũ?Et cõfido q; neq;
mors.neq; vita.neq; pręſẽtia neq; futura poterunt
nos ſeparare a charitate dei quę eſt in chriſto iheſu
Hęc ergo in tribulatione primũ beatorũ martyrũ
vota ſunt:quæ in tribulationibus ſuis loquuntur &
ſpondent. Tum deĩde vt ex nobis holocauſta me-
dullata cõſummẽt.Medullata ob id quia fides aĩ-
mę & cordis officium eſt teſq; hęc volũtatis inter
nę eſt cum incenſo quoq; arietes offerũtur.Quid
autem ſit incenſũ ita hoc eodẽ pſalmorũ libro do-
cemur.Fiat oratio mea tanq̃ incenſum in cõſpec-
tu tuo.In incẽſo orationes intelligendas eſſe ſigni
ficans.Qui vero ſub arietũ nomine oſtendãtur ã-
terior pſalmꝰ oſtẽdit cum ait. Induti ſunt arietes
ouiũ:in his enim tanq̃ in principibꝰ gregũ ſignifi-
cat ſacerdotes quos doctrinę apoſtolicę eruditio
cũ orationũ odore.Bonꝰ enim ſecũdũ Paulum in
chriſto odor ſumus ad martyrii ſtudiũ proſequiẽ
Non ſolũ autẽ arietes cũ incenſo offerũtur :ſed eti
am boues offerũtur:id ẽ cõtumacis naturę pecora
in culturã dei mitigantur in hoc martyrũ chriſti
nominis doctrinis apoſtolicis edomita.In hoc au
tem qđ dicit.offeram tibi boues cũ hircis.virtutẽ
verbi ex hebręo in græcũ demutati latinus ſermo
non tenuit. Nam quod nobiſcum eſt offeram tibi
boues cum hircis:cum illis ita habetur.
Cũ græcis non propriũ ſed ap
pellatatiuũ nomẽ hircorũ eſt & eorũ maxime qui
in ipſo hiemis tempore editi ſint: & ſcriptura hoc
in loco tantũ nũcupauit cete
ris autẽ locis quos nos hircos dicimꝰ tragos poſu
it.Cõfirmat autẽ ſpiritalis intelligentię ſenſũ alio
rũ conſonãs ſibi & cõcors trãſlatio qui pro
tranſtulerũt autẽ ſignifi
cantur qui ex ipſo tempore editi ſunt.
autem quos hyems genuit. vnde
et torrentes eodem vocabulo gręcitas nnucupat
quos ex nihilo in fluuios hiems auxerit. Ergo cũ
ait non de pecudibꝰ ſe loqui pro
pheticus ſermo demõſtrat .Sed in bubꝰ eccleſiæ
ſe homines oſtendere aut eos quos ipſa
perſecutionis tempeſtas in martyrii gloriã genu
erit.Scimus enim plures ſacramẽtorum diuinorũ
ignaros .exemplo martyrũ ad martyrium cucu-
riſſe.& extra ſciẽtiam fidei: aut viuentes facto fi-
dei pręſentis edoctos ipſam illam conſummatę ĩ
martyrio fidei gloriam conſecutos.Qualis fuit il-
le qui dominum in ipſa ſua damnatione confeſ-
ſus eſt dicens.Memento mei domine cum veneris
in regnum tuum.Qui mox tale martyrii huius a
domino munus accepit.Amẽ dico tibi hodie me-
cum eris in paradiſo.Huius igitur ſimiles apoſtoli
cę doctrine eruditio deo offert cũ hominibꝰ diu-
turnæ frugiferęq; culturę ſub ipſa deſęuiẽtis hye
mis tempeſtate progenitos. Dicente autem deo:
quo mihi multitudinem hoſtiarum veſtrarũ ple
nus ſum:holocauſta arietũ & adipem agnorũ et ſã
guinem taurorũ & hyrcorum nolo.Quis enĩ hęc
exquiſiuit de manibus veſtris?Superfluũ eſt exiſti
mare in hircis & bubꝰ tanq̃ perfecta ſolẽniorũ vo-
ta placuiſſe.Dimittat vt in cęteris interiectio dia
pſalmę perſonam atq; ſenſum doctrinę tamen or-
dine diſſidente.Poſtea enim q̃ ex perſona apoſto-
lorũ ac euangeliſtarum martyrũ.prophetarũ oſtẽ
dant quibus modis anima eius poſita eſſet ĩ vitã
idẽ per paſſionum pœnas atq; mortes per quaſi
locum beatitudinis tranſiſſet reddens in holocau-
ſtis deo vota.Poſt hunc ergo ſermonem quem om
nem ad deum habuerat eos nunc quos ad ad ho-
locauſtorum ſolemnia erudierat affatur dicens.
Venite & audite & enarrabo vobis omnes qui ti-
metis deum Aduocat non incertos neq; ad incer
ta. Nam q ſint quos aduocet docet. Omnes qui
timetis deum In religioſis enim neq; adeundi neq;
audiendi voluntas eſt:de hinc qui enarraturus ſit

ſignificat quanta fecit animę meę. Hanc enim po
luit in vitam: hanc in refrigeriū induxit: hęc in ho
locauſtis domū dei introibit. Sed vt hęc aiæ fierēt
ex cauſis meruit vt fierēt: qbus vero cauſis meruit
edidit. Ad ipſū clamaui ore meo. Meruit ergo bo
na aiæ ꝙ ad eū ore clamaui. Sed clamor oris plęrū
ꝗ mēdax eſt/& nō ſēper verborū ſonꝰ affectū men
tis enūciat. Sequi ergo clamorē oris debet & ſenſꝰ
& ſecutus eſt Nam propheta cōnexuit. & exalta-
ui ſub lingua mea. Non in lingua ſed ſub lingua: i
occultis ſcilicet linguę: & quodam intra ſe tacitę
voluntatis eloquio: quod id ipſū in euangeliis do
mino placuit dicenti. Intra ī cubiculū tuū & clau
de hoſtiū tuū & ora. & pater tuꝰ qui videt ī abſcō
ſo reddet tibi. Ergo nunc qui ore clamatus eſt ex-
altatur ſub lingua deus: Sed qui ſub linga axalta-
tur omni cordis puritate venerādus eſt. Nec ſuffi
cit nō egiſſe aliqd ipiū ſi mēte cogitaꝫ impietas:
Ab eo autē q ſub lingua exaltat deū hāc īpietatis
cogitationē abeſſe oportere propheta docuit. di-
cens. Iniuſtitiam ſi cōſpexi in corde meo nō exau-
diet deus. Proptetea exaudiuit me deus & inten
dit voci orationis me. Iniquitatē non modo te nō
effecit: ſed nec corde cōſpexit. Vel certe iniquita
tem non conſpexit in corde nullum vitiū iniquæ
ſuæ voluntatis in corde ſuo cōtuens. Et ob id di-
gnus audiri: In vitam enim eius anima poſita eſt
pedesꝗ eius non cōmoti ſunt & in refrigerium in
ductus eſt: & domum dei introiuit: & quæ deſtin
xerit labiis vota perſoluit deo honoris & gloriæ
confeſſione ſubnixus dicēs. Benedictus deus qui
non amouit deprecationē meam: & miſericordiā
ſuam a me. Laudē dei cœptam in exordio pſalmi
in fine confeſſus. cui eſt gloria in ſæcula ſæculorū
Amen.

¶ In finem hymnus pſalmus cantici Dauid.
Deus miſereatur noſtri & benedicat nos. Lxvi

PSalmus breuis eſt. & euangelica prædi-
catione abſolutus. Nam & in finem eſt.
& pſalmus cantici eſt per quod confeſſio
per ſcientiam gerendorum & per doctrinam pro-
ficiētia geſta cantantur: & principium eius vnde
oportuit ſumptū eſt. Eſt autē omnis ī eo ſermo vel
prophetarū. vel apoſtolorū quorū alii vēturū ī cor
pore vnigenitū deū/alii veniſſe docuerūt ſancto

ſpiritu illuminati & honore gloriæ cœleſtis exple
ti. Oratio ergo eorum in pſalmi exordio eſſe noſcē
da eſt. Deus miſereatur nobis & benedicat nos: il-
luminet vultū ſuū ſup nos & miſereaꝫ nobis. Secū
dū doctrinę ordinē primū miſericordia dei poſcit.
Ex copia enim bonitatis ſuę miſericordiā in pecca
torū remiſſionē largitur: & peccatorū remiſſio nō
probitatis eſt meritū: ſed ſpontaneę indulgētię vo
lūtas ex bonitatis diuitiis ad miſerandi munus ex
uberās. Ergo qui miſericors eſt vt benedicat oraꝫ.
Et benedictionis quidē fructū iam in exordio for-
mati hominis cognouimꝰ. cū talis ad Adam tum
adhuc peccati neſcium/ſermo eſt. Creſcite & mul-
tiplicamini & replete terram: & dominamini eius
Iſta quidē ꝗuis corporaliter tantū dicta plęriꝗ ar-
bitrētur: tamē ſpiritali doctrina eruditis plus de ſe
virtutis prębuerūt. Hęc enim benedictio nō crea-
tionis tantū corporaliū ſucceſſionū adę largita eſt
ꝗuis enim fœcūde eius ſoboles futuræ eſſēt: tamē
terrā īplere non poterāt. quæ pro copia hominum
Licet habitetur nō tamē adimpletur. Verū terrā
corporis noſtri impleri doctrinis ſpiritalibꝰ volu
it & multiplicari & creſcere ſcientia dei. Per Adā
enim atꝗ in ipſo Adam (qui primus opus dei fue
rat) oportuerat cognitionē dei īchoari: ſed eo pec
catis coinquinato benedictionis iſtius fructū pro
phetę ſibi atꝗ apoſtoli deprecātur. Quē beatus
apoſtolus cōſecutus ita de ſe gloriaꝫ. Benedictus
deus qui benedixit nos in omni benedictione ſpi-
ritali in cœleſtibꝰ in chriſto. Hi ergo creſcūt multi
plicātur. replentur qui in chriſto cœleſtes ſūt: & be
nedicti ſūt qui ſpiritali benedictione in cœleſtibus
benedicūtur. Et videamus an benedictionis iſtius
fructū præſentis pſalmi oratio depreceꝫ. Poſt mi-
ſericordiā enim & benedictionem id ſequiꝫ. Illumi
net vultū ſuū ſuper nos & miſereatur nobis. Be-
nedictione dei opus eſt vt nos vultus eius illumi
net. vt tenebroſa corda noſtra cognitionis ſuæ lu-
mē irradiet: vt maieſtatis ſuę ſpiritus lucē obſcuri
tatis intelligētiæ noſtræ ſēſibꝰ tribuat & gloriari
deīceps liceat dicētes. Deſignatū eſt ſuper nos lu-
mē vultus tui domine. Hanc autē illuminationē
vultus ſui ſuper nos miſericordia ipſius quę ī pec-
cati remiſſione in nobis eſt cœpta largitur. In quē
autē profectū illuminationē vultus dei ſup ſe poſcāt
ſermo cōſequēs docet Diapſalma vt cognoſcamꝰ.

in terra vitam tuam & ĩ omnib⁹ gẽtibus ſalutare tuũ Interiectio diapſalmę & ſi conuerſionẽ perſonę attulit: ſẽſũ tamẽ demutauit. Nũc enim ſermo eſt ad eũ qui nũc vſq; fuerat in votis. Quod autẽ in latinis libris ita ſcribitur /vt cognoſcamus ĩ terra viam tuam: in græcis ita eſt.

Et cognoſcam⁹. id differt qd ſine pſonę diffinitiõe eſt Cognoſcamus autẽ ipſos eos/q hæc locũtur oſtẽdit. Ergo ſecundũ veram illã gręcitatis trãſlationem illuminari ſe dei vultu ob id deprecãtur vt cognita fiat ĩ terra dei vita quę ẽ doctrina vitę religioſę Per eam enim ad deum pergitẽ Religioſę autẽ vitę doctrina chriſt⁹ ẽ. quã ſe eſſe in euangeliis oſtendit dicẽs. Ego ſum veritas via. et vita. & ruſũ. Nemo ad patrem vadit niſi p me Et hunc eſſe viam ipſe ille cõnexus ſibi pſalmi ſermo teſtatur. Quæ in terra id eſt vel ex terra ortis vel terram inhabitãtib⁹ cognoſcibilis & nota pręſtãda eſt. Vt cognoſcamus ĩ terra viam tuam ĩ omnibus gẽtibus ſalutare tuũ. Ieſum ſalutare ac ſalutarẽ dici ipſe ille proprietatis ſermo loq̃tur. Nam qd nobiſcum ſalutare ẽ. id apud hebręum Ieſus ẽ. Confirmat autẽ iſtud angel⁹ ad Ioſeph de Maria loquẽs Pariet autẽ filiũ & vocabis nomẽ eius Ieſũ: quia ipſe ſaluũ faciet populum ſuum a peccatis eorũ. Ieſum itaq; oſtẽdit angel⁹ iccirco quia ſalutaris eẽt populo nũcupãdum: Tãtę ergo pdicatiõis ſe impares eẽ niſi illuminẽt oſtẽdũt niſi quodam vultus domini ſplẽdore luſceſcãt. Sũt enim et ipſi ſecũdum euãgelicum lumẽ mũdi. Domin⁹ autem ipſe lux vera eſt: a luce illuminati/vt lumẽ eſſent apoſtoli & prophetę. Cęterum ſuperfluũ ẽ ideo illuminati ſe velle vt cognoſcãt ea de quibus quaſi cognitis prædicabãt. Hanc autem omnem ppheticã atq; apoſtolicam doctrinam neceſſe eſt cõfeſſio populorum & remiſſorum peccatorum lętitia cõſequatur: neq; ſolum peccatorum remiſſorum ſed quod eum qui peccata remiſſerit ęquitatis futurum iudicem ſciãt: quod per eum in viã vitæ omnes gentes terram inhabitãtes dirigãtur relicto idolorũ errore ad cognitionẽ dei erudite idcirco hęc ſequũtur. Cõfiteantur tibi populi deus cõfiteãtur tibi populi omnes. Lętẽtur & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terrã dirigis. Cum cõfitentur populi de ſignari videtur ex tribubus duodecim vel credentes vel credituri. Cum cõfitentur populi omnes exceptio nulla fit gentium: cum lętantur et exultant gẽtes quoniã iudicabit populos in ęquitate: & gentes in terrã diriget. Cauſa lętitiæ ex ſpe iudicii ęterni & directarũ in viam vitæ gẽtiũ prędicatur: Interiectio diapſalmę videtur hic nihil ĩnouaſſe cũ præſertim ſub hiſdẽ verbis ſẽſus iteratus ſit. Cõfiteantur tibi populi deus/ confiteãtur tibi populi omnes. Sed cum adiicitur terra dedit fructũ ſuum. intelligitur non ex nihilo eorundẽ verborũ facta eſſe repetitio. Si tamẽ idipſum ſub hiſdẽ verbis ſignificatum intelligere debeam⁹. Inuenimus confeſſionem duplici ratione tractandam eſſe. Vnam cõfeſſorum peccatorũ vbi in deſerto iordanis cõfitebãtur peccata ſua eẽ: Aliam laudatiõis dei vbi dominus loquitur ad patrem. Cõfiteor tibi domine pater coeli & terræ quoniã abſcondiſti hęc a ſapientibus & reuelaſti ea paruulis. Prima ergo illa & ſuperior cõfeſſio peccatorum eſſe credẽda ẽ: maxime quę pdicationi propheticę atq; apoſtolicę cõnectitur. Sequẽs hęc laudationis dei intelligenda eſt populorũ: deinde omniũ ideſt gentiũ vniuerſarum: & ob id q̃a terra fructũ ſuũ dederit. Sed quęrendũ eſt quem fructum terra dederit: ob quem populi omnes deũ laudẽt. Cauſa quidẽ deo debitæ laudationis ęterna eſt q corporales hos & nobis neceſſarios fruct⁹ terra ſubpeditet. Sed terrę nõ ſunt. Aut eñi noſtri ſunt quib⁹ prębẽtur: aut dei ſunt per quem miniſtrantur: Requiram⁹ ergo quos fructus terra habuerit & amiſerit. Per id autem q amiſit oſtenditur habuiſſe: Adę terrã meminimus poſt peccatum datarum ſibi benedictionum honore fuiſſe ſpoliatam. Ipſi enim dictum eſt Quoniam terra es & in terram ibis. Ergo quia terra eſt/hac poſt peccatum maledictione damnatẽ Maledicta terra ĩ operibus tuis: in doloribus edes eam in omnibus diebus vitę tuæ. ſpinas & tribulos generabit tibi. Terræ elementum extra crimẽ fuit. caret ergo maledictione quod carebat & crimine. Verum hic adę terra quę illecebra cibi erat criminoſa maledicitur. Hęc ergo ab eo omnib⁹ pſentis vitę mœroribus conſũitur: ęgretudinũ doloribus editur omnibus in ſpinis & tribulis viciorũ & cupiditatum aculeis compuncta. Omnis ergo terreno adę ſimilis hos maledictos fruct⁹ terrę ſuę

reddit. Ceterũ qui iã cęleſti adę cõfiguratꝰ habet inocẽtẽ terrę ſuę fructũ primũ dei cognitione locuplete: dehinc caſtitatis. iuſtitię. miſericordię operibꝰ glorioſũ vetere homine cũ viciis & cõcupiſcẽtiis eius exuto. Ob id ergo deo ẽ reddẽda cõfeſſio: q̃ terra fructum ſuũ dederit. Suũ quia eũ Adam cũ habuiſſet amiſerat. Dedit ergo quod ſuũ ẽ idẽ fructũ: q ei & i cognitiõe dei ẽ exibuit i ipſo illo primũ dño noſtro: qui terrenũ corpꝰ ſũpſit nihil peccans Ob quę demõſtranda & docẽda rurſũ benedictionis dei munꝰ oratur cũ dicit̃ Benedicat nos deus Ac ne de incerto & incognito deo ſperari benedictio exiſtimaret̃: adiectũ ẽ. Deus noſter. Patriarcharũ ſcilicet & ꝓphetarũ: & apoſtolis ipis tã q̃ ſucceſſiõis hęreditate iã proprius i quibꝰ fructũ ſuũ dedit terra: cõtinẽtię & fidei & iuſticię & miſericordię Qui etiã iter ipſos ſęuiſſimarũ ꝑſecutionũ cruciatꝰ atq̃ mortes ipſo iam diuini nois deuota martyrio. Repetitur deinde benedictionis oratio cũ dicitur. Benedicat nos deus. Nõ ex nihilo iterãtur hęc vota. ſed vt per benedictionẽ dei augeſcente doctrina deũ omnes terrę fines timeãt. Ait eñ & metuãt eũ oẽs fines terrę. Metuãt ergo oẽs fines terrę deũ ſed deũ noſtrũ: ſed deũ bñdicẽtẽ. Nõ ẽ minimũ officiũ fidei metꝰ. Nã inter pręcipua ſpiritalium gratiarũ dona muneratur: cũ dicitur per Eſaiã. Et replebit eũ ſpiritus timoris domini. Et per Salomonẽ Initiũ ſepiẽtię timor domini eſt. Beatus cui prouenerit timere nõ ex naturę humanę trepidatiõe. ſed ex cognitiõe rationis. Qui eñ ex infirmitate i rebꝰ trepidis metuit hic i ſecũdis rebus rurſũ ex naturę vitio iſoleſcit. At qui ex ſciẽtia timet: ſẽp timet Neq̃ minꝰ ſecũda q̃ aduerſa formidat. Sumit igit̃ originẽ ſapiẽtia ex timore. res vtiles atq̃ probabiles exequẽdo: quæ ꝓprie peculiareſq̃ ſapiẽtię ſũt Hũc ergo dei timorẽ oibꝰ terrę finibꝰ ꝓpheta optat: vt nulla gẽs terrã incolẽs extra metũ eiꝰ ſit: ap ſo voti iſtiꝰ ſũmã explicãte cũ dicit. Et oĩs ligua cõfiteat̃ q̃ dñs Ieſꝰ I gl'ia ẽ dei patris: qui ẽ benedictꝰ in ſæcula ſeculorum amẽ.

¶ Pſalmus ſexageſimus ſeptimus

In finem ipſi Dauid pſalmus Cãtici.

Psalmus non a dauid ſed illi Dauid i finẽ pręſcribitur: Deĩde nõ cãticũ pſalmi ſed pſalmus ẽ cantici vt in eo cognitionis & ſciẽtię propheticæ enunciatio doceretur. Eſt autẽ ipſe totꝰ ſacramẽtis. legis euãgeliorũq̃ cõtextus: magnaq̃ & ex p̃teritis & ex futuris allegoricorum dictorum iterp̃tatiõe cõfertꝰ: q & legis latę i ſe doctrinã cõtineat: & aſſumptę a dño carnis afferat notionẽ & ĩpietatẽ populi ãterioris exꝓbret & futurę cognitiõis noſtrę fidẽ nũciet: & domini ſup cęlos cõplectatur aſcẽſum: & futuri regni eiꝰ gloriã cõp̄hendat. Initiũ aũt ex eo ſũpſit ꝓpheta i quo ſalutis noſtrę cõſiſtit effectus. Cepit eñ ita.

Exurgat deus et diſſipentur inimici eius & fugiant odientes eum a facie eius. Sermo votorum eſt non ex incerto poſcẽtis: ſed ex cognitione ſcientiaq̃ ſperantis. Reſurrectionis enim nunc in deo tẽpus optat cum de peccato peccatum in carne condemnans poteſtates huius mundi oſtentui fecit: cũ fiducia triũphans in ſemetipſo. Venit enim mũdum vincere & principẽ mũdi cum peccati lege cõfugere: & decretum mortis/peccati remiſſiõe delere. Hãc igit̃ propheta fugam horum inimicorum eius expectat Neq̃ enim reſurgentis ex mortuis occurſum eius potuit hæc odientium eum demonum turba perferre: cum ad primam apoſtolicę fidei vocem poſt ſubiectas his ſpiritalis nequitię poteſtates excidiſſe de cœlo ſathanam modo ſit fulguguris prædicatum: & princeps mundi in paſſione ſit iudicatus: Sed fugientes a facie dei trepidationem ſuam quidem dum fugiunt oſtendunt. Euadere tamen faciem dei quanq̃ fugiant non poſſunt Nam & trepidationem earundem nequitiarum ſpiritalium pſalmo anteriore declarat dicens: Miſit ſagittas ſuas & diſſipauit eos & fulgura multiplicauit & cõturbauit eos. Cõturbãt̃ itaq̃ & fugiũt diſſipati. verũ dei vultꝰ nõ effugiẽt poteſtatẽ: ſcd̃m illud. Aſcẽdit fumꝰ i ira eiꝰ & ignis a facie eiꝰ exardeſcet: carbões ſuccẽſi ſũt ab eo. Horũ itaq̃ iimicorũ fugã hęc & iteritꝰ & iudicii pęna cõſequet̃. Et ſane idẽ nũc q i ãteriore pſalmo ꝓphetię ordo diſtiguit̃. Seq̃t̃ eñ Sicut deficit fumꝰ deficiãt. Sicut liq̃ſit cęra a facie ignis ſic peãt peccatores a facie dei. Fumꝰ cũ emerſerit licet globoſus & craſſꝰ: tñ paulati ita deficit aboleſcitq̃ ne extet. Sicut i cõſpectu ignis cęra ſic liq̃ſit vt ñ ſit: fumo qdẽ in igne p leuitatẽ ſui tenuitatẽq̃ dilapſo Cęra autẽ vi & calore ignis abſumpta quia infirmæ ipſa

per ſe ſe naturę potioris diripiatur ardore. quem ī
modum omnis iniquorū poteſtas a facie dei id eſt
dei iudicio deliqueſcit. Et hunc peccatorum a fa
cie dei interitum neceſſe eſt vt iuſtorū lætitia con
ſequatur. Nam & continuo ſubiectū eſt. Et iuſti lę
tētur lętitia. Et quia eni iudicii cęleſtis & iuſta mo
deratio eſt/vt peccatores morte deficere ita et iu
ſtos lętitia munerari. Idipſū autē ad oſtēdendum
iudicii examē eſt conſecutū. Exultēt in conſpec
tu dei epulentur in lętitia. Mundo enim corde (ſe
cundū euāgelicę benedictionis merita) in cōſpec
tu dei digni ſunt. Verum lętari in lętitia ſignifica
tionis eſt altioris: cauſam ſcilicet perfectæ letitiæ
oſtendens. Plerique enim in his quę ſibi ſūt nocitu
ra lętantur. vt gaudet laciuus in ſcortis: vt fur læ
tatur in furtis: vt vnuſquiſq; pro viciis ſuis ea quæ
excercet oblectant. Verū qui in lętitia lętatur cau
ſam lætitiæ ex ipſis lætitiæ honeſtamen tali ꝙ ve
ritate ſuſcipit. Et idcirco ait in lætitia lętantur qa
in conſpectu dei exultabūt: eam verę exultationis
docens eſſe lętitiā quę cōſpectus dei iocunditate
perfecta ſit. Exultationis autē huius atq; epulan
tium gaudia ex quibus eſt lætitia iuſta factus. Mo
ſes in diuina illa deuteronomii cantione ita memi
nit: dicēs. Iocundamini cœli ſimul cum eo & ado
rēt eum omnes angeli dei. Iocundamini gentes cū
populo ei⁹: & confortentur omnes filii dei. In hac
itaq; lętitia lætabuntur: & iuſti cęleſti gaudio vna
nimes exultationis diuinę ſocietatē lętātes: ad cu
ius nos temporis gratulationē ſub fidei euangeli
cę confeſſione nūc propheta aduocat dicēs: Cāta
te deo pſallite nomini eius: iter facite ei qui aſcen
dit ſuper occaſum dominus nomen eſt illi: & exul
tate in conſpectu ei⁹. Adhortatio omnis licet mul
tum ad quendam pulſum & voluntatis noſtrę ꝓ
ficiat & mentis cum aliquid optandū agendūq;
conciliante caſu vel illiciente deducimur. Tamen
ſi maxime adhortationis ipſius cauſa propoſita ſit
iam ratione animus ac via tanq̄ certiſſimo duce
nititur: vt nunc propheta nos ad cantādum deo
pſallendumq; nomini eius hortatur: ne quid forte
ambiguitatis relinqueret. cui deo & cui⁹ nomini
pſallendum eſſe oſtendit. Vt iam non adhortatio
adhibita. ſed cognitio præcepta in dei nos exulta
tione canticum collocaret: Pſallendū itaq; ei: iter
q; eius parandum eſt qui aſcendit ſuper occaſum

Occaſu autem vniuerſa quę veniunt in vitam in
telliguntur aboleri. Abolitio autem omnium oc
cidentiū ſecūdum humanam cōmunē q; opinio
nē exiſtimatur in morte Ei ergo pſallēdum eiuſq;
iter nobis eſt pręparādum: qui occaſū mortis aſcē
derit: id eſt qui occaſum omnē occaſu ipſo nō de
tentus excelſerit. Huic autē nomē eſt domino qui
ſe ex forma dei exinaniēs & formam ſerui ſuſcipiēs
obedientem ſe vſq; ad mortem crucis egit. Proptet
quod eum exaltauit deus nomenq; ei ſuper omne
nomē donauit: vt in eius nomine genu cœleſtia et
terreſtia flecterent & inferna. Linguaq; omnis cō
fiteretur dominū Ieſū eſſe ī gloria dei patris: Aſcē
dit ergo ſup occaſū cui nomē eſt domino: idq; quo
occidunt vniuerſa tranſgrediens: legem mortis ex
mortuis ęternus egreſſus eſt. Huic itaq; iter parā
dum eſt ſecūdū illud. Parate vias domini rectas faci
te ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis
collis humiliabitur. Parato itinere in nobis id eſt
vicioꝝ infidelitatiſq; noſtræ vel cōpreſſis tumori
bus vel eleuata humilitate terrenæ. labis: iturus
cū rectis æquitatis vitæq; ſemitis in corda noſtra
deſcēdet. In huius itaq; cōſpectu exultabim⁹. cui
iter ex æquitatis & inſolentię tumoribus & libidi
num voraginibus ſit parādum & in quo nos reſur
gentes ex mortuis cōtuebimur. Super occaſū em̄
noſtræ mortis aſcendit qui vitā nobis ex mortuis
inſe reſurgēte q̄ſiuit. Hęc illa apoſtolorū eſt lętitia
cum eū poſt reſurrectionem cōtemplantes cōtre
ctātes q; viderūt. Sed hāc ſanctorū lætitiā trepi
datio eorum quos cum mūdo vicit inſequitur. Id
em̄ ait Turbabūtur a facie eius patris orphanorū
et iudicis viduarum: Cauſam turbationis hanc
docuit etiā ꝙ pater orphāorū ſit iudex q; viduarū
A facie enim patris orphanorum viduarūq; iudi
cis fugiēt. Non relinquētis eos orphanos q agno
ſcētes patrem in cœlis diabolo patri renūtiauerit:
eaſq; viduas quæ legi mortuę ſponſū ſeſe ſequutæ
ſunt iudicātis. Viduam enim quę a lege ſit libera
beatus Paulus tranſire ad nuptias alterius ſine ad
ulterii crimine docuit Idq; exēplū omne ad eccle
ſiam quę legi ſit mortua chriſto poſtea ſe ſociari ap
tauit. Eſt autem etiam ſecūdum huius ſęculi ſor
tem ſeſus aptiſſim⁹: vt deus qui aduocatū nobis a
patre aliū dedit ne orphani eſſemus in ſæculo or
batorū ſit pater iudex q; viduarū: quia & deſolatę

a parentibꝰ miſereať infātiæ. Viduarūq; ꝗ in ſe adquieuerit iudex ſit. Iudex autē ideo ꝗa ſub noīe viduarū plerę q; nō viduę ſūt vel delicia tę in xp̄o nubere volūt: vel fallūt humana iudicia. & ꝗa dignitas noīs i cōſeruato ꝓpoſito ſit volūtatis: Scrutās corda & renes deꝰ. Idcirco ſit iudex ꝗa ſolꝰ earum mētē ſēſūq; diiudicet: & ꝗdē hęc & dixit ſm̄ deſolationē conditiōis hūanę de orphanis viduiſq; ſint dicta. Cęterū vt ad eccleſię totius demōſtrationē hęc ita ſignificata eſſe poſſit intelligi. cōtinuo ſubiecit. Deus in loco ſancto ſuo deus inhabitare facit vnius moris in domo. Educēs vinctos in fortitudine. ſimiliter eos qui exacerbabāt qui īhabitāt in ſepulchris: hic ergo locus deo ſanctus eſt vbi ſit vidua ex lege vbi orphanus ex ſęculo. vbi vniꝰ moris ac voluntatis pacificus vnanimiſq; cōuentus. Erat enim ſecūdum actus apoſtolorum credentiū anima & cor vnum: vbi qui vincti ſunt educentur in fortitudine. Ligato enim prius intra domū ſuā forti eos qui peccatis ſuis vinciebātur abſoluit: vt Abrahę filiam ſeptem & decem ānis ligatam in libertatem verbo virtutis eduxit: Eduxit etiam eos ꝗ ante exacerbabāt: id ē qui tranſgreſſiōe legis irā in ſe dei iudicis incitabant: vel aduerſum nomen eius gentili eloquio diſſerebant ad doctrinā diuinę cognotionis inſtituit: vt ex perſecutore Paulū gentium apoſtolū doctorēq; pręfecit. Hos itaq; exacerbantes īhabitātes antea in ſepulchris id eſt intra corporum ſuorum e mortua domicilia cōſepultos in cęleſtē vitā ſpiritalemq; deduxit. Sunt enim multi in viuētibus mortui. Nam & in euāgelicis mortui non putati non differre docentur a mortuis: domino dicente: Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et apoſtolus ſcit quaſdā mortuas viuere: id eſt dum viuūt eſſe iam mortuas. Sed hos homines de ſepulchris dominus qui in filios dei regenerātur eduxit. Verū hęc qui in nobis deus ſuper occaſū aſcēdens per virtutē reſurrectiōis operatus eſt idem omnia ad huius ſpei noſtrę pręparationem adumbrata geſſit in lege: vt non alius prophetarū. alius euangeliorum deus poſſit intelligi. Atq; ideo erga nos quoq; paribus hęc momentis quibus ex ęgypto populū eduxit impleuit Nam & patres noſtri ſub nube fuerūt & in Moſe i mari baptiſati ſunt. & in ſimilitudinem coeleſtis: panis manna e cęlis decidēte ſaturati ſūt. Et chriſto aquā petra prębēte potati ſunt: quę quidē in illis ſalubriter geſta figurā quoq; noſtrę in ſe ſalutis habuerūt: vt ſequens prophetię ſermo declarat: dicens. Deus dum egredieris corā populo tuo dum tranſgredieris in deſertum terra mota eſt: etenim cęli diſtillauerunt a facie dei. mons ſyna a facie dei iſrael: Pręiſſe dominū iter populi ſui dū deſertum tranſgredit ut in columna nubis igniſq; cognouimus: & vſq; ad populi terrorē de coelis ſtillaſſe māna ſed cū ſuperiora omnia quę eccleſiæ propria ſūt atq; apta memoraſſet: ſcilicet cum ſuper occaſum aſcendit dn̄s cū orphanorum pater ē iudexq; viduarum: cum in oleo ſācto ſuo id eſt i domo cōgregatos vniꝰ moris: & vinctos in fortitudīe & exacerbātes extrahit e ſepulchris. Haec tamen coram populo egrediens & in deſertum tranſiens conſummare memoratus eſt: vt nūc ex pręterito motā eſſe terrā diſtillaſſe cęlos & hoc a facie dei iſrael in ſyna refertur effectum. Hoc ideo vt cum illa quę legis ſūt geſſit in his quoq; ea quę euāgeliorum ſūt pręformaſſe ſciretur. Egreſſus enim corā populo ſuo deſertum tranſgreſſus eſt: in illud videlicet deſertum iordanis in quo lilia floruerūt: ī quo fons aquę vitalis deſolatos & aridos irrigauit. Funiculus nāq; ante erat hęreditatis iacob: deſertaq; gentes elementorum ſubditę fuerunt poteſtati. At nūc īſpectāte eo qui fuit dei populus deus ad ea quę ante erāt deſolata tranſiuit: vt iam irrigata ab eo finium deſerta pingueſcerēt. Et hic idem eſt qui manna de coelis dedit populo. Si eñ lex diſpoſita eſt ꝑ angelos: panemq; angelorū manducauit homo: cęliq; ſtillaſſe i ſyna ſcribunť: profecto miniſteriū hoc a cęlis id eſt ab angelis expletum eſſe nō ē dubiū. Eſtq; idem largitor eius qui de cęlis eſt panis: qui in ſyna māne fuerat indultor. Sed traſiens addeſertum deus id et ad gentilium arida et deſolata quōdam corda trāſcendens: foelicē illam bonę voluntatis pluuiā ſegregauit. Segregauit enim ipſe ex vtero matris Paulū in apoſtolum: ꝗa quos pſ̄ciuit hos & pręde ſtinauit: Hāc etiā eloquii ꝓdicationiſq; pluuiā & in pſalmo Salomon terrę ad ſpei ſecuritatē nūciauit dicēs. Et deſcēdet ſicut pluuia i vellꝰ: & ſicut ſtillicidia ſup ſtillātia terrā. Et aliqbꝰ nubibus ne ſup vineam pluerent meminimus eē pręceptum. Sāctus quoq; moſes quæ ſub velamēto verborum cōmunium ingentia cęleſtis ſpei ſa-

eramenta condebat verba ſua excipi vt pluuiam
imbr emq; cātauit: pluuiā irrigātem deſerta: et ari
da & pręparatā dei hęreditatem atq; ideo ſequit.
Pluuiā voluntariā ſegregabis deꝰ hęrediati tuæ
& infirmata eſt; tu vero pfeciſti eam. Animalia
tua habitabūt ī ea: paraſti ī dulcedine tua pauperi.
Prouidus enim voluntatum deus ſegregauit vo
luntariam pluuiam pręſciēdo quę infirmata ē. cū
iudicium in ſe mortis habuit Paulus. cum Petrus
ſcandalo crucis motꝰ ter denegat/admonitus ne
negaret. cū apoſtoli timēt, fugiūt: diffidūt. Sed qā
in his bonæ voluntatis eſſet affectꝰ perfecti ita ſūt
vt & fundamenta eccleſiarū fierent & colūnę. Hęc
ergo hæreditati dei pluuia ſegregatur Quę autē
hęreditas ſit nō obſcurū eſt: ea ſcilicet q̄ data ē po
ſcēti cū dicit. Poſce a me & dabo tibi gentes hære
ditatē tuā Gētes itaq; animātiū & pecorū ritu nō
intelligētes (Et ideo cū cura pecorū deo nulla ſit.
hæreditas illa in hac ſegregata volūtaria pluuia
ē) in ea habitare mōſtrātur. Sequit em̄ Animalia
tua habitabūt in ea: paraſti in dulcedine tua pau-
peri: Habitabūt ergo aīalia vel in hęreditate dei vł
in pluuia volūtaria: & hęc in dulcedine pauperi vł
hęreditas vel pluuia ē p̄parata. Eloq̄a em̄ dei in ſan
ctorū faucibꝰ dulcia ſūt. & beati ſūt paupes ſpiritu
q̄a ipſorū ē regnū cælorū Aīalia aūt cū eēnt facta
ſūt ſpiritalia Hæc ergo oīa in vſū hæreditatis vel
volūtariæ pluuiæ in miniſteriū ſūt ſegregata. At-
q; vt ſm̄ p̄paratā dulcedinē paupi vel eccleſiæ cō
gregatio q̄ hęreditas dei ē vel apoſtolicæ p̄dicatio
nis ſignificatū eē intelligeret eloqū: ſubiecit. Dn̄s
deꝰ dabit verbū euāgelizantibꝰ virtutibꝰ multis.
rex virtutū dilecti & dulchritudini domꝰ diuidere
ſpolia. Segregat eitaq; pluuię ad euāgeliū irrigādū
dn̄s dabit veribū dipſū in ſenſū noſtrū: & ora diffū
dens ſm̄ illud. Nō enim vos eſtis q loquimini: ſed
ſpiritꝰ patris veſtri qui loquitur in vobis: Sed vir-
tutes multæ euangelizantibus ſunt. Sunt quibus
dabit verbū vt ſit in paulo virtꝰ: in petro virtꝰ: in
Ioanne virtus: & in cæteris virtus. Multaſq; ob id
euangelii pręidcandi ſignificet eſſe virtutes q̄bus
q̄uis deus & dominus & rex dabit verbum. virtu-
tes tamen iſte dilecti ſunt: ideſt eius qui regi & do-
mino & deo fit dilectus. Laborioſius autē id et ob-
ſcurius dum collocationes verborum non demu-
tat tranſlatio latina declarat Cæterum abſolutiꝰ
totum hoc ſermo e gręco enunciatus eloquit hūc
ſcilicet deū & dominū nr̄m regem earū quæ dile
cti ſint eſſe virtutū: vt virtutes ad apoſtolos dile-
ctum vero referatur ad chriſtum: cuius vel in his
vel hi omnes intelligantur eſſe virtutes. Oportuit
autē propterea quæ ſequūtur (licet in oībus vnꝰ
atq; idem eſſet ſpiritꝰ) numeroſarū virtutum fieri
mentionē. q̄a ad pulchritudinem domus ipſe vir-
tutis ſpolia diuideret. Ad eccleſię enim decus de-
tracta ab diabolo gentium ſpolia diuiduntur: at
q; etiam ex his ſpoliis domꝰ pulchritudo p̄ficitur:
cum in ſacerdotes dei ad myſterii ſanctificationem
ab aris templiſq; dæmonum abſtrahuntur ſancto
q; ſpiritu irrigati euangelizantes effecti ſunt dile-
cti virtutes. Ad has enim eaſdem virtutes quę ad
pulchritudinem domꝰ vel ſpolia diuidentur vel
ipſe ſunt ſpolia diuinus ſermo ſe retulit dicens.
Si dormiatis inter medios cleros pēnæ colūbę de-
argentatę & poſteriora dorſi eius in viridate auri
Prophetiæ vota ſunt quibꝰ manere in mediis cle-
ris hæc ad pulchritudinē domꝰ diuiſa ſpolia exo-
ptat: vt vſq; ad conſummationis ſuæ diē q̄a ſignifi
cari mors ſoleat in ſōno: in domꝰ pulchritudine p
ſeuerēt Qui quidem ſunt in vſum prædicationis
tanq̄ deargētatę pennę columbę ideſt ſpiritusſan-
cti munere ornatuq; precioſi. In his autē q̄ poſt eos
ſunt in auri viriditate cōſiſtēt: vt his poſt prædica
tionem euangelii honor regius & indefeſſa æter-
nitas ex cōſciētię ſuę fructu ī auri viriditate reddat
dū & aurū refert ad honorē. & in viriditate vigor
ęternꝰ oſtēdit. Poſteriora itaq; dorſi q̄ iterſcaplia
magis gręcus ſermo ſignificet: ideſt q̄ bonę cōſciē
tię atq; honoris poſteriora ſint tēpore: vltra p̄dica
tionis huiꝰ honorē ſint honorāda: cū interi dearge
tatę pēnę ſub munere ſancti ſp̄s p̄manētes: pꝰ etiā
ad cōſciētię ſuę fructū auri viriditatē: ideſt florē ho
noris p̄petui conſequent: vt autē hęc ad pulchritu
dinē domus ſpolia diuiſa quibus vt inter medios
cleros dormirēt: ideſt vt morte tales cōſumarent:
optatū eſt ad pricipes eccleſiarū per quos pulchri
tudo domꝰ cōſiſtit relatū poſſit itelligi cōtinuo
ſubiecit Dū diſcernit cęleſtis reges ſup eā niue de
albabūt: ī ſelmō mōs dei mōs vber mōs cōſectatꝰ
mōs piguis dū itaq; hos cęleſtis reges ſup eā diſcer
nit: id eſt dum dominus de cælis deſcendens. eos
qui ſpolia fuerint conſtituit in reges ſuper eam do
mū q̄ p eos pulcherrima eſt vnūquēq; diſponit. In
ſelmō niue deababunt; ī pace ſcʒ: q̄a ſelmon inter-

ꝑcatio pacis ē gloriā æternitatis accipiēt. Hic em̄
dei mons in quo pax dei nominis ipſiꝰ eſt ſignifi-
cata virtute: & vbi conſecratus & pinguis eſt. Re-
ges autē eos eſſe non obſcurū eſt de qbꝰ dictū ē. Iā
ſine nobis regnatis & vtinā regnaretis: vt & nos
vobiſcū conregnaremus. Dn̄s ergo cæleſtis: quia
qualis cæleſtis tales & cæleſtes: hos in ſelmō reges
ſup domū ſuam p quas diuiſis ſpoliis ornabit exal
batos niue diſponet in reges. Factus eſt em̄ in pa-
ce locus eiꝰ & tꝰ cenicīū (ſecūdū Eſaiā) vt nix deal
babit. Sed reges neceſſe eſt penes quos ſit domus
pulchritudo vltra candorē niuis præſtare: lux em̄
mūdi ſunt. Et quiſq; dignꝰ erit cū dn̄o montē re-
gni cæleſtis aſcēdere: ſup niuē dealbabit: quia cum
se apoſtolis in habitu quo cum ſanctis cōregnatu
rus eſſet oſtēdit veſtimenta eius ſup niuē alba ſūt
viſa. Hic ergo mōs & hoc regnū deo pacis eſt: Sed
pleriq; ſunt qui eccleſiæ pacē ſub hæreticorū con
ſortio mentiuntur: diſſoluētes noui ac veteris te-
ſtamēti cōnexā ſibi coniunctāq; rationē: dū pleriq;
aliū euangeliorū. aliū deū legis effigunt Nonnul-
li vero aduerſū vnigeniti dei naturā nomenq; ve-
nientes ex tēpore natū ſolū hominē confitentur.
Neq; ex forma dei in formam ſerui eſſe deductum
ſed ex forma ſerui tm̄ eſſe cœpiſſe cōfingūt: Plures
autē non veræ diuinitatis deum: neq; ex paternæ
maieſtatis naturęq; ꝓprietate ſubſiſtere diſſerunt:
ſed externæ ſubſtantiæ deoq; diuerſæ: quæ in ad-
optionē filii electa ſit modo creaturarū ex nihilo q
bus nulla origo anterior ſit conſtiterit. Plures etiā
in corpꝰ atq; ex ſe protenſū pmanētemq; patrem
loquantur: vt aſſumptio illa carnis ex virgine filii
nomē acceperit nō qui ante erat dei filiꝰ idem ho
minis filiꝰ ſit natꝰ in corpore. Et quidē omnia hęc
ad ſpeciē humanæ prudētiæ coaptant poſtq̄ rati
onē cæleſtis ſapientiæ nō compręhēderūt: quibus
vt ſpero aliis locis vberius copioſiuſq; reſponſum
eſt. Quia ergo veræ fidei vna hæc eſt fides deo quę
ſit placita & hic æterni regni mons vnꝰ in pace ſit
de ſuſceptis plurimis arguit nos propheta: dicēs.
Vt quid ſuſpicitis montes caſeatos! lac cum cor-
rūpit denſatur & ex vicio in coaguli caſeiq; ſpeciē
cōcreſcit Nam vtrūq; id vnus gręcitatis ſermo cō
plectitur Ergo ſicuti ex natura ſua lac ipſū vicio
accedente degenerat: & quadam ſui corruptione
coaceſcit: ita hæc genera doctrinarum quæ initia
cognitionis ex innoxio ſyncero q; lacte deducunt
corrumpuntur in vicia fiuntq; corruptione ſui co
agulata vel caſeata ne lac ſint Quod id ipſū loco
alio ita meminit. Coagulauit ſicut lac cor eorum:
ego vero legem tuā meditatꝰ ſum. Quia cōſiliis
geſtiſq; impietatis cor infeſtū cū p infantiæ ſim-
plicitatē naturā lactis habuiſſet viciorū poſtea cor
ruptione degenerās in coagulum denſatū eſſet at
q; concretū. Referēdꝰ ergo ab his omnibꝰ & ſenſꝰ
& ſtudiū eſt: neq; quiſq̄ alius magiſq̄ hic mons pa
cis habirādꝰ eſt. Nā poſt exprobrationē caſeatorū
coagulatorūq; mōtiū cōtinuo ſubiecit Mōs ī quo
beneplacitū ē deo habitare ī eo dn̄s habitabit vſq;
in finē: In eo mōte ęternę habitatōis ſalē deo oſtēdēs
eē cōplacitā q ad ſedē pacis eēt electꝰ. Sed qa poſt
legis tēpora circūciſioniſq; ꝓſcripta ſacrificiorum
q; ꝓcepta p euāgelicæ cōfeſſiōis fidē ab his q glori
anē in lege id eſt a carnali iſrael quædā per nos vi-
detur pacis dei facta eſſe mutatio: cognitioniſq; al
teriꝰ q̄ in lege pręſcripta eſt introducta cōfeſſio: cū
nos omnia p dominū Ieſum chriſtum quecunq; ꝓ
cepta ſūt lege. In ſpē euāgelicā adumbrata eſſe do
ceamus: illis contra deum patrē ſecū locutū ac le-
gem dediſſe iactātibꝰ reſpōdēdū eſt hac ipſa pſal-
mi prophetia p angelos potiꝰ legē in manu medi-
atoris eſſe diſpoſitam: neq; a nobis quicq̄ eſſe mu-
tatū: ſed in his manere quę ſola ſunt ideſt vnā ean
demq; ſedem dei pacis incolere: cum quando eun
dem prædicatorem euangelii dominum Ieſū chri
ſtum quē & latorem legis habeamus. Poſt vnius
enim complaciti deo montis ſedē quā vſq; in finē
cæleſtis habitabit vt ſedes hæc euangelicæ pacis
præformata per mediatorem legis intelligeretur
in lege: cōtinuo ſubiecit. Currus dei decem miliū
multiplex milia lætantium. dominus in illis in ſy
na ſancto Aſcendit in altum cepit captiuitatem
dedit dona hominibus etenim non credentes in-
habitare. Fidem omnē breuia hæc quidem verba
ſignificāt: ſed quę virtutibus ſuis magna & infini
ta complexa ſunt. Hāc autē currus ſiue ſedis dei
dignitatē haud diſſimiliter Danihel propheta de
ſcripſit dicens. Sedes eius flāma ignis ardens: rota
eius flumen ingens ducebat ante eum milia mili-
um ſeruiebant ei: & decies cētena milia aſtabāt ei
Atq; in his quidem ſiue ſub ſpecie talis ornatꝰ ſi-
ue ſub ſignificatiōis exēplo nobis in curru opinio

& ſenſꝰ comitatꝰ cæleſtis affertur:vt ſub cõcordi
iugo milibꝰ lętantiũ obſequelã cæleſtẽ intelliga-
mꝰ Et hoc illæ in ſyna ardẽtes faces conlucẽteſq
ignes.ingraueſcẽtiaq tonitrua & totꝰ dñi aduẽtꝰ
terror oſtẽdit miniſteria ſcilicet ãgelorũ:legẽ i ma
nu mediatoris diſponẽtiũ adſtitiſſe Hic ergo cur-
rus dei decẽ miliũ multiplex eſt:miliaq lętãtiũ ſũt
Et qa mediator dei hominũ ꝑ ſit dñs in cuiꝰ ma-
nu ꝑ ãgelos(vt dictũ ẽ)lata lex fuerit:ſequẽs ſmo
ſubiecit : dñs in illis in ſyna.In illis ſcilicet lętãtibꝰ
milibꝰ curruſq numero multiplici decẽ miliũ id ẽ
infinitorũ i ntelligẽtiã ſub decẽ miliũ multiplicati
one ſubiecta .In his itaq deꝰ in ſyna eſt.Sed ne for
te euãgelia nõ ſupplemẽta legis aliqua tenꝰ vide-
rent q i illis in ſyna eſt dñs.Hic ruſũ in ſãcto aſcẽ
dit in altũ : captiuãq cepit captiuitatẽ.In eo ſcili
cet ſãcto cuiꝰ formã ex forma dei euacuatꝰ accepit
Qd aũt ſãctꝰ ſit cũ plures ꝓphetię tũ Gabriel ãge
lꝰ ad Mariã teſtat dicẽs.Et qd ex te naſcet ſanctũ
vocabit filius dei.Et dęmones clamãt ſcimus q ſis
ſanctꝰ dei.In ſancto ergo aſcẽdit in altũ:& qd illud
ſit aſcendere in altũ ſub huiꝰ ipſiꝰ dicti ſignificati
one Paulꝰ docuit dicẽs Aſcẽdit aũt in altũ:qd eſt
niſi qa & deſcẽdit in inferiora terræ:q deſcẽdit ipſe
eſt q aſcẽdit ſup oẽs cælos Aſcẽdẽs ergo in altũ &
ſeſe hominẽ ex mortuis in cęleſtibꝰ reuehẽs .acce
pit eos qa diabolo erãt capti:quos & ad pulchritu
dinẽ domꝰ ſpolia diuiſit Dehinc dona in hoĩbus
accepit cũ primogenitꝰ ex mortuis de ſe ipẽ teſtat
dicẽs Dominus dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu ego ho
die genui te.Poſce a me & dabo tibi gẽtes hęredita
tẽ tuã & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ.Accepit
ergo dona in hoĩbꝰ:gẽtes ſcilicet in hęreditatẽ in
qbꝰ in ſancto in altũ primogenitꝰ ex mortuis ca-
pta captiuitate cõſcendit .Et quia vltra humanæ
ſpei fidẽ ſit:eũ terrenę carnis corruptionẽ in cæle-
ſtẽ gloriã tranſtuliſſe :gentelq ipias :& ante vicio
rũ ac ſuperſtitionũ furore ꝑuerſas ad cognitionũ
dei cõſortiũq eẽ deductas:ob hoc in his dona hoĩ
bus accepit q ſe cũ deo habitaturos eſſe nõ crede-
rent.Atq ita huiꝰ mediatoris ex lege cognitio eſt
vt qui in lętantiũ milibus in ſyna fuiſſet.hic idem
in ſancto ruſum in altũ captiua captiuitate cõſcẽ
dẽs : dono nos q ſecũ cohabitaturos diffidebamꝰ
acciperet.Poſt hanc itaq contra ſpei noſtræ diffi-
dentiam acceptorum in hominibꝰ donorũ hære-
ditatẽ digna hæc ad deũ prophetæ ſubiecta con-
feſſio eſt Dñs deus benedictus de die in diẽ:proſpe
rum iter faciet nobis deꝰ ſalutarium noſtrorũ.Be
nedictꝰ itaq dominus & deus eſt aſcendens in al-
tum:capiens captiuitatem in hominibus:dona ꝑ-
cipiens eos qui ſcilicet inhabitaturos ſe eẽ nõ cre-
derent Quotidie autẽ pro populi credentis acceſ-
ſiõe benedictiõis multiplicat:augetq cõfeſſio: cũ
gẽtiles ſupſtitiões impięq de diis fabulę:cum aræ
dæmonum idolorum inania relinquũtur:& iter oĩ-
bus ac profectꝰ dirigitur in ſalutẽ .Hic igit ſaluta
rium noſtrorum dominꝰ ac deus eſt:cuius de die
in diẽ benedictionũ ſignificat ęternitas.in eo autẽ
qd quotidie eſt cõtinuatur:& ſemper cũ tanta cui
protenditur infinitas .quanta & dierum poſt dies
ſucceſſio cõſequatur.Cautiſſime autẽ ſemꝑ ꝓphe
ticꝰ ſmo ne qd ꝑ gẽtiles fabulas philoſophięq do-
ctrinã notionẽ noſtram de diuinæ veritatis ſcien-
tia perturbaret admonuit:quia varię eorum ipliſ-
ſimęq ſententię multa de deo ſtulte prophaneq
complexę ſunt Nos vero ad cognitionem dei pa-
tris & dei filii inſtituti ſacramentũ ſumus verę cæ
leſtiſq prudentiæ in eo qd verbũ caro factũ eſt cõ-
ſecuti.Ipſum enim nobis qd Iudæis ſcandalum gẽ
tibꝰ vero ſtultitia eſt:id eſt dei paſſio:crux mors:ſe
pultura:ſiue per rationem diuinæ voluntatis per-
fecta cęleſtiſq ſapientia eſt:ſiue per reſurrectionis
poteſtatem virtutis æternitas eſt .Ad huiꝰ igitur
nos propheta ſcientiam dei:qui nobis & paſſus &
& mortuus eſt & reſurrexit & dominus eſt inſti-
tuit dicens Deus noſter deus ſaluos faciendi & do
mini exitus mortis eum nobis deum intimãs:qui
cum eſſet deus omnia ad ſalutis noſtræ incremen
ta ſuſcepit Et idcirco hic deus noſter eſt quia deus
eorum ſit qui fient ſalui:Saluos autem nos per id
deꝰ noſter efficit:quod exitus ſit mortis egreſſus.
Id eñ his verbis quæ latine minꝰ expreſſæ atq ab
ſolute tranſlata ſunt continetur Admonui enim
ſuperius plęrunq interpretes cunctos :dum collo
cationem ordinemq verborum demutare ac tem
perare non audent:minus delucide proprietatem
declaraſſe dictorũ Verũtñ in his q̃ dicta ſũt deꝰ nr̃
deꝰ ſaluos faciẽdi & dñi exitꝰ mortis & ſalutis nr̃ę
deꝰ & exitꝰ eiꝰ vltra exitum mortis oſtendit:qui
mortis exitus dñi ſit.Omnibus enim qui veniunt
in vitã.ingreſſꝰ in mortẽ eſt : ſed primogenito ex

mortuis tāto ꝑprior fuit egreſſus ex morte Atq;
ideo propriꝰ exitꝰ mortis ē dñi: quia aſſumptę ab
eo carnis hæc virtus fit: vt naturę noſtræ corrupti
onē in gloriā cæleſtē poſt exitꝰ mortis efferret. Ve
rū ſuſceptæ mortis ipſiꝰ nō fuit occultāda vel cā
vl' ratio & qđ nobis vnigenitꝰ deꝰ ex forma dei ex
inanitꝰ: & formā ſui aſſumēs afferret auxilii opor
tuit ad fidei noſtrę & ſecuritatē & ſciētiā reuelari.
Et primum quidē non alienū a dei miſericordia &
bonitate videri poteſt: vt vitā oībꝰ in ſeipſo reſti-
tueret ex mortuis Nāq; q primū animā nobis ac
flatum reſpirationēq; viuendi: cū hominē ſecūdū
imaginē ſui ſimilitudinē cōſtituit: de theſauris po
teſtatis ſuæ diuinitatiſq; diffuderit Secundū apo
ſtolum eñ ipſius genꝰ ſumus: & ſecūdū eūdē om
nia ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſūt: ſcilicet vt in
ipſo habitatio noſtra atq; incolatus oſtenſa ſit ſe-
des: dū oīa immēſa virtutis poteſtate cōplexꝰ eſt:
Per ipſū vero originis inchoatę opꝰ effectuſq; mō
ſtret: cū in nobis id ipſū qđ ſumus operatꝰ ſit: ex ip
ſo autē initia vitæ ac exordia ſpiritus indulta no-
ſceret Nō fuit ergo a beneficentia diuinæ bo-
nitatis alienum: vt q ex ſeipſo nobis (q eiꝰ genꝰ ſu
mꝰ) vitæ ac ſpiritus elementa tribuiſſet: in ſeipſo
quoq; nobis ꝑ vnigenitū deū æternitatis noſtrę in
choaret exordia: vereq; nunc & ex ſeipſo & ꝑ ipſū
& in ipſo maneremꝰ: cum quando nos in hac ipſa
habitatione ac ſede mūdi huiꝰ q oīa in oībꝰ ē col-
locatꝰ: rurſū plenius iā atq; perfectius in ſe ac ꝑ ſe
in iſta vl' ipſa carnis noſtrę ſocietate poſt exitꝰ mor
tis iā collocaret æternos. Hæc qdē ad ſignificatio
nē diuinę bonitatis ita dicta ſint: ſed ſuſcipiēdę ab
vnigenito deo carnis adeūdęq; mortis & ꝑ apoſto
lū & nūc ꝑ ꝓphetā grandior ꝓfundiorq; ratio tra
ctat. Ac primū quid in crucis ſacramēto atq; mor
tis ab vnigenito deo & domino maieſtatis effectū
ſit: ꝑ apoſtolū intelligamꝰ/ vt duce eo docti ꝓphe
tiæ ſcientiā cōſequamur Ait eñ ita Et vos cū eſſe
tis mortui in peccatis & pręputio corporis veſtri
conuiuificauit cum illo donās nobis oīa peccata:
delens qđ aduerſū nos fuit: cirographum in ſentē-
tiis (qđ erat contrariū nobis) tollens illud de me-
dio: & affigens illud cruci ſpoliās ſe carne & princi
patus & poteſtates oſtentui fecit cum fiducia tri-
umphans eos in ſemetipſo. Sacramentum itaq; ſa
lutis nrę primū reſurgēs: ipſe ex mortuis decretiſq;
mortiſq; nrę quo āte detinebamur abſoluēs: i ſeipſo q
ex mortuis æternꝰ iā maneret ipleuit: Sed in eo ip
ſo qđ nobis vitę auctor in ſe eſt: dum per aſſūptio-
nem corporis homo natus & mortuus/ iā rurſū æ-
ternꝰ ex mortuis eſt: omnes quoq; inimicas virtu
tes mūdiq; poteſtates pricipeſq; aeris huiꝰ oſtētui
reddidit: id eſt vel noſtrę ſpei vl' ſuę damnationis
fecit oſtenta: & ipſos quędā quaſi ex diis ſęculi por
tenta conſtituit: his ipſis in ſe cū fiducia triumpha
tis: dū & ꝑ ſecuritatē æternitatis mors ipſa in deo
moriente fiducia eſt: & auctores mortis humanæ
cū etiam in ſe ipſo per occupatum a ſathana cor
ludę auctores ſunt mortis. triumphat ex mortuis
vt neq; poenæ mortis abeſſent: cū ſe vſq; ad mor-
tis infirmitatem ſubieciſſet æternus & omnē poe-
nam humanæ mortis excipetet: vt auctores cum
in æternitatis dominū auctores mortis: per id qđ
verbū caro factum eſt extitiſſent Hæc quidem ita
apoſtolus: ſed propheta breuibus licet eandem
intelligentiā verbis ſignificantibꝰ eadem iſta cō-
plexꝰ eſt. Nam vbi dominū in exitum mortis oſtē
derat ſubiecit Veruntamen conquaſſabit capita
inimicorum ſuorū: verticem capilli deambulātiū
in delictis ſuis. Principatꝰ eñ ac poteſtates in qui
bꝰ capita inimicorū ſignificant fecit oſtētui. Hęc
igitur in mortis exitu conquaſſat quorum ſpirita-
lem nequiciā atq; naturā (in eo qđ capilli verticē
libro cū omnē populum deleri Moſes metueret ſe primum deleri deprecatus eſt optās (vt opinor) ſecundum apoſtolū anathema pro fratribꝰ ſuis eē: Et quia ſuper dolorem vulnerum dolorem perſecutionis addētes rurſū pœnitentię locum perdiderunt: deleti de viuentiū libro ne poſtea quidem ſcribi cum iuſtis metuerunt: vt intelligi poſſit alius viuētiū alius liber eſſe iuſtorū: Nec ābiguū ē eos ī viuētiū libro eē q antea ſine vlla chriſti cognitione pie in lege verſati omnia pręſcripta legis impleuerit. de quibꝰ ſcđm legē apoſtolꝰ Paulꝰ ita docuit. quia qui fecerit ea viuet in illis. Scribūtur autem in libro iuſtorum quibus iuſtitia chriſtus ē factus: Iuſtus enim ex fide viuit. Quo de libro ad apoſtolos dominꝰ ita loquitur: dicēs. Gaudete & exultate quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo. Et idcirco duplex ſignificātia delēdorū de libro viuentium & non ſcribendorum in libro iuſtorū fuit: quia poſt librum viuentiū liber eſſet reliquus iuſtorum. Apoſtolis autem hinc magne gratulationis cauſa ſuggerit̄: quia plus ſit ī libro ſcriptos eē iuſtorum q̄ de viuentium libro non eſſe deletos. Tenet autem in ſe eum confeſſionis modum quē in nobis eſſe oportet fidei: vt in eo tam natura hominis q̄ natura dei cognita ſit. In forma enim ſerui veniens euacuauit ſe a dei forma. Nam ī forma hominis exiſtere: manens in dei forma potuit: aboleri autem dei forma vt tantum ſerui eēt forma: nō potuit. Ipſe enim eſt & ſe ex forma dei ianiens/& formā hominis aſſumēs/ quia neq; euacuatio illa ex dei forma naturæ cęleſtis interitus ē neq; formæ ſeruilis aſſumptio: tanq̄ geminę originis conditioniſq; natura eſt cum id quod aſſumptū eſt non proprietas īterior ſit ſed exterior acceſſio: quod ipſum cōſequentibus docet: dicens. Pauper et dolens ſum ego: & ſalus vultus tui deus ſuſcepit me. Pauper eſt qui ſecundum apoſtolum cum eſſet omnium diues: ſe ipſū vt nos diteſceremus paupertauit: dolēs eſt qui ſecundum prophetam ꝑ nobis dolet. Sed hūc pauperem ac dolentē ſalꝰ ea quę vultus dei ē ſuſcepit: forma & vultus et facies et imago non differunt: idipſum enim in vtroq; horum ſignificari cōmunis eſt ſenſus. Hinc igitur pauperem ī ſalutem vultusˢ dei qui forma dei eſt: ſuſcepit: id eſt aſſumptum hominem vnigenitus deus qui imago inuiſibilis dei eſt in ętermitatis ſuę vita quæ in deo ſalus eē ītelligitur collocauit. Omnis enim lingua confitebitur quia dominus Ieſus in gloria dei patris eſt id eſt ſuſceptus homo in naturam diuinitatis acceptus. Eſſe autē in eo finem legis & ſacrificium laudis euangelica cōfeſſio ē: Ita vt hoſtiarum ſanguine ex oblatiōe ceſſante ſacrificium gratię laudiſq; pręlatū ſit. Hoc enim iſto paupere & dolente ī ſalutem vultus dei formę quæ ſuſcepta continuatur. & ſequitur. Laudabo nomē dei cum cantico: & magnificabo eum in laude: Et placebit deo ſuper vitulū nouellū cornua producentē & vngula. Hęc itaq; laudatio nominis dei laudiſq; ipſius magnificatio ſuper vitulum nouellum placebit. Talis enim ante in lege ꝑ peccato offerebatur: cuius ętatem per terrena vngularum & cornuū incrementa ſignificat: Placebit ergo ſuper vitulū peccati honor laudis: ſecundum illud. Sacrificiū laudis honorificabit me: et illic iter in quo oſtendam illi ſalutare dei. Iter igitur oſtendendi ſalutaris dei in laudis ſacrificio & ipſum in conſequentibus pſalmus oſtendit. Nā poſt placitutam magnificentiam laudis ſuper vitulum nouellum ſubiecit. Videant pauperes & lętentur. & quęrite deum & viuet aīa veſtra. Quoniam exaudiuit paupē dominus: et vinctos ſuos nō deſpexit. Hoc ſcilicet tempus lętentur videntes cuius ſacrificium in laude ſit: quia illic oſtendetur ſalutare dei. Et ideo deus ab his ad vitam animæ quęretur: carnis enim & corporis timeri iudicem vetuit: quia animam in gehennam mittere ſolus potens ſit deus. Quærendi autē dei ad vitā animę ea cauſa eſt: quia exaudiuit deus pauperem eū ſcilicet qui ſe paupertauit: vt nos diteſceremꝰ: quem in ſalutem vultus ſui ſuſcepit: in quo nobis peccata donauit non ſpernens vinctos ſuos ſiue q vincti ſūt chriſti: (vt Paulus in vinculis gloriat̄) Siue quos ſathanas peccatis vinctos vt armatꝰ et prępotens obtinebat ſecundum illud. Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Lętētur ergo in his quæ vident pauperes: quia ſcriptū eſt. Beati pauperes ſpiritu quia ipſorum eſt regnū cęlorū. Et quia his q pauperes ſpiritu ſunt in cælorū regno conſtitutis creatura omnis congemiſcēs et dolens in gloria filiorū dei liberanda eſt vanitati nō ſua ſponte ſubiecta: nūc quoq; oblętātes pauperes vitamq; q̄rentes exauditūq; pauperem vin

ctoſq; non ſpretos ipſa illa ad laudem dei expectãs
reuelationem glorię pauperũ creatura aduocatur:
Laudent eum cęli & terra: mare. & omnia repentia
in eo. Sub horũ elementorũ comemoratioñe crea
turarũ omniũ liberandarũ ſenſum menteq; ſigni-
ficans: vt dum cęlũ & terra & mare dicitur cogno
ſcãt domino Ieſu chriſto: cęleſtia & terreſtria & in
ferna genu flectere. In his eñ quę in mari repunt
& cum tamen i aquatilibus natatus magis ſit ex na
tura q̃ reptio ea q̃ in inferis degunt docent: cũ pro
fundu maris ſedem intelligamꝰ inferni. Cauſam
autem adhuc cur cęlũ & terra & mare deũ laudẽt:
oſtẽdit dicens. Quoniam dominꝰ ſaluificabit ſy-
on: & ędificabũt ciuitates iudę: & ĩhabitabũt i ea &
hęreditabũt terrã. Et ſemen ſeruorũ eiꝰ poſſidebit
eã & q diligũt nomẽ eiꝰ ĩhabitabũt eã. Laus vni
uerſa ex rerũ admirabilitate pſiciſcit. Tũ eñ aliqd
laude dignũ videt: cũ opus ipſum ita magnificum
atq; praeclarũ eſt: vt et prudentiam ac virtutẽ ge-
rentis & geſtorũ decus vſũq; contineat. Q; itaq;
ſenſũ atq; opinionem ingenii cõmunis excellat id
per admirationem ſui meret & laudem. Cęlũ ergo
quod tanto ornatu diſtinctũ impletumq; eſt: tan-
toſq; motus atq; curſus incredibili conſtantia ac
varietate conſeruet: vt annũ inter hyemem calo-
remq; ęſtatis temperatis autũni & veris tempori
bus moderetur & finiat. Terra autem quae ſup-
nis inumbrata naturis vel conplexa in ſeſe vel ſu-
ſcepta ſinu ſemina & contineat & alat: & fęcũdet
ſecundum vniuſcuiuſq; generis naturam vſu ac
maturitate conſolidet. Mare autem quod vitę no
ſtrę modo nunc hauſto ſpiritu. nunc refuſo anime
tur & maneat: motuq; in tanta ſui varietate ratio
nibus ſe lunaris incrementi detrimentiq; mode
retur: & profũda infinitaq; ſui obice mentem hu-
manę opinionis excedat: vt neq; quid extra neq;
quid intra ſit ſenſu perſequente capiamus. In his
tamen tantis tãq; admirabilibus rerũ naturarũq;
virtutibus in deo hoc quod ſyon ſalua ſit ciuita-
teſq; iudę ędificandę ſint. Caeli terra maria. lau-
dabunt humana vtiq; opera & caduca: & in ipſo
temopore ac vetuſtate ſoluenda. Quod ſi extru-
cta ea vt ſit laude ſit dignum non magis conſer-
uatas eſſe eas ne deſtruerentur proficeret ad lau-
dem. Non ergo he maxime vtiq; praeſtantiſſimae
rerum omnium vel magis quibus vniuerſites cõ
tineantur alanturq; naturae maris terrae & cęli ad
inanium poene ac leuium operum laudem aduo-
cant id eſt quia ſyõ ſaluificata ſit extructęq; iudeae
ciuitates quas poſt Babiloniorum antiochiq; vi-
ctoriã bellũ quoq; romani regis abſumeret. Dehic
ipſam hanc inopem impiãq; ſententiam. rei quo-
q; cõmunis ſcientia & ratio cõdemnat. Nã ob id
ędificari ciuitates iudeę propheticus ſermo decla
rat: vt in ea quae ſalua facta ſit ſyon ĩhabitet. Et qd
hic ſecundum humanas extructiones ciuitatũq;
fabricas ĩtelligentię loci ẽ cũ neq; in aedificãdis his
laus vlla ſit quę ſint poſtea deſtruendę: neq; ratio
et natura patiatur ędificari ob id ciuitates vt ĩha-
bitent ciuitatem. Eſt autem digna plane deo laus
cęli & terrę ac maris confeſſiõe tribuenda: qd illa fi
lia ſyon quae inuecta in hieruſalem tanto prę unti
um ſequentiumq; comitatu ſalua per deum ſit: in
quam angeli concupiſcunt in quam creatura om
nis gemens dolenſq; proſpectat: in qua ęternitatis
noſtrę gloriam laudemq; ſpeculamur: in qua ędi-
ficatę eccleſiarũ ciuitates manebunt; Syon enim
licet coliculus templo quod in hieruſalem fuit iũ-
ctus ſit tamen ſecundũ interpretationẽ ex hebręo
in latinum gręcumq; ſermonem ſpeculatio dicit.
In hoc ergo corpore dñi quod reſurrexit ex mortu
is quod a dextris virtutis conſedit. quod in gloria
dei patris eſt. ſpem noſtram vitãq; ſpeculamur. Et
quia reuelationem noſtrę in eo claritatis & ipſa in
eandem liberanda: creatura omnis expectat ſalu-
tem huius ſyon ſub ſignificatione caeli & terrae &
maris laudat: quia omnia in coelis & in terra paci-
ficata & reconciliata per eam deo ſint. quia ĩ reſur-
rectionis gloriam cuius ſpem ĩ ipſo ex mortuis re-
ſurgente ſpeculamur: peccatum mors corruptio a
vita & ĩmortalitate deuorata ſint & exhauſta. Nã
ſi ſuper vnius peccatoris poenit ẽtiã magnũ in cę-
lis gaudium eſt angelorum: quanto magis in roti
us mundi reconciliatione lętitia ſit? Et quia ĩ finẽ
pro his qui immutabuntur eſt pſalmus: iudeę etiã
ciuitates (vt in ſyon inhabitent) ędificandae eſſe
laudantur. Et ciuitates ipſas conuentus hominũ
eſſe quis dubitet. eccleſias vero ex conuentu plae
bium effici notum eſt. In hac ergo ſyon quę illam
in ſe etiam primitiuorum cõſcriptorum ĩ cęlis cõ-
plexa ſit: ciuitatem habitatio noſtra perficitur: qui
vt ſemen Abrahę ita & ſemen iudę manemꝰ. Nõ

enim qui in carne iudęꝰ ſed qui i ſpiritu: Ob quod
in his noſtris conuentibus ciuitates quoq iudę ſu
mꝰ. Ac ne ſibi iſrael impius ciuitatum iudeę glo
riam eo q ſecundũ carnem ſeruorum dei ſemẽ eſt
vendicaret eorũ hęreditatem eorum habitationẽ
in ſion eſſe demonſtrat qui nomen domini diligãt
vt pietatis magis ſit nõ generis electio ga pręſtet
oĩbus charitas dei quę in chriſto eſt: & Petrum ni
hil aliud q̃ vtrum ſe amaret interrogat dominus
noſter ieſus chriſtꝰ dei filiꝰ qui eſt benedictꝰ in oĩ
a ſęcula ſęculorum Amen.

In finẽ pſalmꝰ dauid in rememoratione eo q ſal
uum me fecit dominus. Pſalmus LXIX.

Domine deꝰ

in adiutorium meum intẽde:
domine ad adiuuandum me
feſtina: Confundantur & reue
reantur qui quærunt animam
meã. Auertantũ ſtatim erube-
ſcẽtes qui dicũt mihi euge euge: Exultẽt & lętẽtur
in te oẽs qui quærunt te: & dicant ſemper magni
ficetur dominus qui diligunt ſalutare tuum. Ego
vero egenus & pauper ſum deus adiuuat me. Ad
iutor meus & liberator meus eſto. domine ne tar-
daueris.

Alius hic in rememoratione pſalmus ẽ: nã
trigeſimo ſeptimo eadem inſcriptio eſt
Ex ipſa autem verbi huius ſignificatione
vſuq communi q in rememoratione præſcribi
intelligendum ſit edocemur Nam rememoratio-
nis precatio ei competit qui ſe incidere in obliuio-
nem eius a quo vel auxilium vel veniam expectat
pertimeſcit: & aut ſui ad ſalutem commemoratio
nem fieri deſiderat aut eorum ad poenam qui ſibi
ſemper infeſti ſunt: Et quidem in anteriori ſuper-
ſcriptionis ipſius pſalmo de venia & ſalute tracta-
tum eſt qui totus ex perſona dolentis domini pro
nobis portantiſq peccata noſtra cõſiſtit. In hoc ve
ro neceſſitas poſcendę veniæ non relicta eſt quia iã
ſuperior & contiguus huic pſalmus ſaluificatę ſi
on ędificatarumq ciuitatum iudeæ laude conclu
ſus eſt Sed i eo rememoratio i impios vltionis ẽ &
retributionis in ſãctos. Et quia non illiꝰ Dauid ſed
in illũ Dauid pſalmꝰ in finem eſt ſecundum editã
in anterioribus ex nominis proprietate rationem
ex perſona domini tractabitur: vt ipſo pſalmi fine
noſcetur. Domine deus in adiutorium meum in-
tende Piæ confeſſionis hæc vox eſt adiutorium a
domino & deo ſperare ſed plus hic q̃ in deprecatio
nibus ſperandi auxilii ſolet eſſe: ſermo ſignificat.
Videri enim id poteſt vt qui i adiutorium poſitus
ſit ſuper potentem nunc in adiutorium i quod po
ſitus eſt vt intendatur orare. Et quis hic ſit non am
bigitur ex pſalmo in quo ineſt ſcriptum Poſui ad-
iutorium meum ſuper potentem & exaltaui ele-
ctũ de plębe mea: inueni Dauid ſeruum meum.
Et ne aliquid in illũ Dauid ieſſe referri poſſet adie-
cit Et ego primogenitum ponam eum excelſum
ſuper reges terræ. At ne q primogenitus eſt ad pri
mitias indulti ei a deo regni trahi poſſet id quod
ſoli domino Ieſu Chriſto proprium eſſet oſtendit
dicens. Et ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo et
ſicut luna perfecta manet in ęternum: & teſtis in
cęlo fidelis. Nunc ergo qui aduerſum potẽtem po
ſitus ſit adiutor & qui intendi in adiutorium ſu-
um precatur pęnam in eos qui ſibi aduerſantur ex
poſtulat dicens: Confundantur & reuereãtur qui
quærunt animam meam. Auertantur retrorſum
& erubeſcant qui cogitant mihi mala. Auertãtur
ſtatim erubeſcentes qui dicunt mihi euge euge.
Ex verbis loquelę ſermonis noſtri diuinꝰ ſermo pẽ
dendus eſt. Pudor & confuſio ex dedecore eſt: auer
ſio ex repulſa eſt. Reditus vero in noua loca magis
q̃ in ea vnde digreſſio eſt. Qui quærunt animam
ſancti huiꝰ qui in adiutorium ſuũ orauit dominũ
confundentur: poſt etiam auertentur non in alia
ſed in eadem. Et idem eſt dictorum ordo qui & re-
rũ. Confundentur iuſti animam quęrendo quem
cum peremerint ſcient quomniam deus vitæ & re
ſurrectionis eſt dominus. Ac deide auertentur ne
occurrãt cũ ſancti ſobuiã CHRISTO in nubibus
raptis Poſtremo auerſi nõ ibũti aliena loca. Sur-
gẽtes enim impii ex mortuis rurſum detrudẽtur ĩ
infima terræ vnde emerſerant. Nam vt apoſtolus
ait Omnis quidem caro reſurget ſed nõ omnis de-
mutabitur. Reſurget autẽ quia in carne ſiue bo-
na ſiue mala egerint recipere conſtitutum eſt. Er-
go & quærentes animam iuſti: & euge euge dicẽ-
tes & confũdentur & reuertẽtur in reſurrectione.
confundentur inq̃ ad iudicium reuocari. Euge eu

ge autem iuſto dixiſſe conſtat qui dixerũt. Saluos
fecit alios: ſe ipſe ſaluare non poteſt. Sed poſt hãc
malorum pœnam quia rememorationis erat pſal-
mus: pro ſanctorum quoq; fuit ſpebus orandum.
Sequitur eni. Exultent & lętentur in te omnes qui
quęrunt te & dicãt ſemper magnificetur deus qui
diligunt ſalutare tuum. Vt confuſio & reuerentia
iuſti animam quęrentibus: ita exultatio & lętitia
quęrentibus deum quia ſecundum prophetam re
ſurgent alii in confuſionem alii in lętitiam. Et vt
retrorſum erubeſcentes auertentur qui mala cogi
tant qui dicunt euge euge: ita qui ſalutare dei dili
gunt ad confeſſionem magnificentię dei proficiſcũt
vt ex gratia indultę ſibi a deo exultationis: laudis
cõfeſſio augeatur. Non enim aliquo deus qui idẽ
atq; ęternus eſt indiget aut quicq̃ in rerum na-
turis & mentium opinionibus eſt quod expectet.
Quod enim incremento demutabile eſt id detri-
mento ſępe mutatur. Deus autem qui idem origo
& cauſa gignentibus eſt ad ęternę beatitudinis na
turam ſibi ipẽ ſufficiens nihil extra vel vltra quod
ſibi deſit ne aliunde expectat dereliquit. Magnifi-
catur autem per beneficiorum ſuorum incremen-
ta nobiſcum cum magnificentia eius & commo-
dorum noſtrorum ſenſu ac iocunditate & referen
dę gratię: laude cumuletur. Ergo quotienſcunq;
magnificetur dominus totiens aut optandi nobis
a deo muneris vota ſunt aut ſumpti perceptiq; cõ
feſſio eſt: magnificentię eius laude nobiſcum per
commodorum noſtrorum incrementa naſcente.
Oportuit autem pſalmum qui rememoratiõis in
finem eſt digno rememorationis fine concludi. Se
quitur enim. Ego autem egenus & pauper ſũ de-
us adiuua me. Adiutor meus & liberator meus
es tu domine ne tardaueris. Neq; regis dignitati
neq; regni / ſummę paupertatis atq; inopię profeſ-
ſio congruit: ſed eius vox eſt: qui vt nos ditiſcere-
mus pauperẽ ſe pręſtitit: cui ne ad ſupremam qui-
dem cœnam niſi quęſita & aliena dom9 fuerit. Au
xilium pro nobis itaq; rogat. In forma enim ſerui
obediens vſq; ad mortem factus eſt. Citum quoq;
auxilium vt liberetur orat: in quo nullius mora-
tionis tarditas ſit: qui & ipſas paſſionis moras nõ
ferens proditori dixerit: fac quod facis cito: memo
rari in ſe ſuſceptę carnis infirmitatem vt liberetur
paterni numinis virtute feſtinat.

Finis primi commentarii Beati hylarii epiſco-
pi vſq; in pſalmum. lxx. Sequitur ſecundus qui in-
cipit ab explanatiõe pſalmi. cxviii. Beati imacula
ti. In reliquos autẽ / vt ex diui hieronymi teſtimo-
nio colligere poſſumus / non ſcripſit.

Pſalmus. Cxviii. Alleluya. Aleph.

BEati immaculati in via qui ambulant & c. vſq; ibi derelinquas vſq; quaq;.

QVi ad doctrinā rationalis & pfectę prudentiæ pparantur ab ipſis ſtati litterarū elemētis docēdi ſunt: vt pfectā verāq; rationē tanq̄ ab exordio primę inſtitutiōis cōſequāt. Sciēs iſtud ſanctꝰ Paulꝰ apſus eā ſolā verāatq; vtilis doctrinę eē prudētiā: q̄ ab ætatis ĩitiis atq; ab ĩfātię ipſius inchoaret exordiis. Hęc ad Timotheum inter magna atq; pręclara fidei ſtudiiq; pręconia. in ſecūda æpiſtola ſcribit. Tu vero pmane ĩ hiis q̄ didiciſti & credidiſti: & ſciēs a qbꝰ didiciſti & q̄d ab infātia ſacras litteras noſti q̄ te poſſūt inſtruere in ſalutē. Hoc ppter pſentē pſalmū ita dictū ſit ĩ quo cū cognitio veritatis ad eruditionē humanę ignorātię eſſet edenda. per ipſa litterarum atq; elementorū initia: doctrinæ ordo eſt diſtributus. Secūdū eñ hebręorū litteras ſingulis octonis verſibꝰ ſingulæ litterę pferunt. Eſt autē oīs numerus verſuū in cētū ſeptuaginta octo verſibus. Nam cū ex viginti duabꝰ litteris oīs hebręus ſmo cōueniat / & octonos verſꝰ litteræ ſingulæ explicent / numerus iſte verſuū octonis partibus multiplicatꝰ explet. Hāc igit extitiſſe cauſā exiſtimo vt p litteras totius iſtius pſalmi ordo decurreret: vt ſicut paruuli & iperiti & ad legēdū ĩbuēdi. hęc primū p q̄ ſibi verba cōtexa ſūt litterarū elemēta cognoſcerēt. ita & humana ignoratio ad mores ad diſciplinā ad cognitionē dei p hūc ſingularū litterarū octonariū numerū ipſis veluti infantulis doctrinę initiis erudiret. arduū eñ & difficillimū eſt hominē p ſeipſū vł p ſæculiq; doctores rationē pceptorum cæleſtiū cōſeq. nec Natę nr̄æ nō recipit ĩfirmitas diuinis iſtitutis niſi p eiꝰ gratiā q̄ hęc ipi dederit erudiri. Nāq; q ſimpliciter ea q̄ ĩter manꝰ ſibi ĩciderit legūt exiſtimāt nihil differētię verbis nihil ĩ hoibꝰ nihil ĩ rebꝰ exiſtere. Sed ſi iſtud cōis colloqi ſmo nō patit: vt ſub diuerſis verū nūcupationibꝰ niſi diuerſa ſignificata eē ĩtelligat: nūqd dei eloq̄a tā ipita & tā cōfuſa eē credimꝰ: vt aut inopia verborū qbꝰ iterant laborauerit aut diſtinctionū genera neſcierit. Plures eñ cū audiſſēt legē iuſtificationē pcepta teſtimonia iudicia q̄ oīa moſes ſub diuerſa vniuſcuiuſq; generis virtute diſpoſuit: vnū atq; idē eē exiſtimāt ignorātes aliud legē, aliud iuſtificationē, aliud pceptū aliud teſtimoniū. aliud eē iudiciū q̄ multū a ſe differre & diſcrepare teſtis nobis eſt octauuſdecimꝰ pſalmꝰ q cōtinet ppetas vniſcuiuſq; & nūcupatiōis & generis. Lex eñ ĩmaculata cōuertēs aīas teſtimoniū dñi fidele erudiēs paruulos. iuſtitiæ dñi recte lętificātes corda: pceptū dñi lucidū illuminās oculos. Timor dñi ſanctꝰ pmanēs in ſæculū ſcli iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa. Sūt ergo diſtātię in ſingulis qbuſq; rebꝰ: & prudētis atq; itelligētis viri ē in q̄ ſcripta ſūt diſcernere. vbi lex. vbi pceptū / vbi teſtimoniū. vbi iuſtificatiōes. vbi iudicia. cōſtituta ſit: ne illa q̄ ſmo ppheticꝰ mirabili vniuſcuiuſq; pprietate diſtīxit. ea ignorātię nr̄æ ĩfirmitas ĩdocta ĩperitiæ opiniōe cōfūdat. Itaq; p litteras ſingulas hæc oīa maximꝰ & vltra cæteros copioſiſſimꝰ pſalmꝰ iſte diſcreuit. vt p hæc verbū elemēta credēdi: & viuēdi: & erudiēdi ĩ domini doctrinarō diſtīctio doceret: Plures aūt arbitrāt ſīplicitatē fidei ad abſolutā æternitatis ſpē poſſe ſufficere: tāq̄ ĩnocentię ſecundum iudicium ſæculi ſtudium doctrinę cæleſtis nō egeat inſtitutis. Et quia aliter ſe res habet iccirco nūc viuēdi ĩ deo inocēter: & in innocētia religioſe manēdi cognitio multa cū copia pphetici ſmonis expōſita ē. qa difficile ē quenq̄ p ſemetipſū id ē p ſęculi inſtituta: hāc inocētię religioſæ cognitionē: ad verū vſū vitæ pię & īnocentis adipiſci. Nouit etiā ĩfirmā p ſe eē humanā naturā apoſtolꝰ ad hāc viuēdi ſcientiā capeſcēdā. Nā cū de cariſmatū & munerū dei donis doceret: cū pmū ſmonē ſapiētiæ ptuliſſet: ſtati ſmonē ſciētiæ ſubiecit. Hoc eñ ſciētiæ poſt ſapiētiæ ſequēs a deo donū dei eſt: qa vſꝰ ſapiētiæ in vſu ſciētiæ pfectus eſt. Occurrit autem in pręſēti pſalmo etiam ea nobis difficultas quod cum duos tantum pſalmos accepimus: per litteras hebræas conſcriptos ideſt cēteſimū vndecimū atq; duodecimū ita vt a prima vſq; vigeſimā ſam ſecundū hebreos litterā verſuū numerꝰ conueniret. verſuſq; ſinguli a ſingulorū elementorum initiis inchoarētur: in hoc nūc pſalmos octonos verſus elementa ſingula obtinerent. Sed cum oīa viuēdi credēdi & placēdi deo pcepta cōtinerent in pſalmo. in eo numero oīa litterarum

Initia cõtinenť: qui maxime ſecundũ plenã & re-
ligioſam eiuſdẽ numeri virtutẽ primꝰ omniũ cõ-
uenientiũ in ſe vndiqꝫ partiũ æqualitate perfectus
eſt. Primum etenĩ per duas in ſe partes ex partibꝰ
coęqualis. tum deide per quattuor æquę partes cõ
uenit. Et virtutes pſalmorũ qui in hoc numero vł
ſingulari vel multiplicato collocati ſũt docẽt nu-
meri huiꝰ eſſe ſanctam & religioſam plenitudinẽ.
Hic autem numerus etiam in lege ſanctꝰ eſt. Iuſ-
ſum eñ eſt vt qui natus eſſet in octauo ſignũ cir-
cuncisionis acciperet. Hęc etiam in circuncisione
domini ratio ſeruata eſt: & in hoc dierum numero
cum ipſe circuncisione nõ egeret. oblatus in tem-
plo eſt. vt in corpore eiꝰ humanæ carnis recidere-
tur infirmitas. Hic etiam numerus oĩa genera pe-
cudũ (vt digna ſacrificiis habeanť) emũdat. Octa
ua enim die iubenť offerri & in hoc numero dilu-
uii diebus origo rurſum humanæ generationis eli
gitur. Conſũmatio igitur nunc doctrinæ & erudi
tionis noſtræ ſub perfecti huius numeri abſolutio
ne per ſingula elementa concluditur: anteq̃ neqꝫ
mundi deo hoſtia fuit: neqꝫ in generis familia quis
ceſſante circuncisione ſuſceptus eſt: & ex quo rur
ſũ iterandæ generationis cœpit exordium. Pri-
mę igitur litterę hi verſus ſunt/ Beati immaculati
in via qui ambulant in lege dñi. Beati qui ſcrutan
tur teſtimonia eiꝰ in toto corde exquirũt eum. Di
ctorum ordo non negligendꝰ eſt: qui ſi non diligẽ
ter a nobis cognoſciť/ nec diſpoſitę quidẽ beatitu-
dinis ordinem cõſequemur Non enim primũ bea-
ti ſcrutantes teſtimonia: ſed primũ beati immacu
lati in via. Prius eñ eſt confirmatis moribus/ & in
innocentię ſtudiis excõmuni probitatis honeſtate
cõpoſitis viam veritatis ingredi: ſequens deinde ẽ
ſcrutari dei teſtimonia: & expurgato emundatoqꝫ
animo ad inueſtiganda adeſſe. Ordinis autẽ huiꝰ
& alius propheta non imemor eſt dicens. Serite in
iuſtitia voſmetipſos: & metite vos in fructum vi
tæ: & illuminate vos in lumine ſcientiæ. Non illu
minatio primũ ſed ſatio noſtra pręceptũ eſt & cũ
ante noſmetipſos/ ideſt vitæ noſtrę vſum in ſpem
fructuum ſeuerimꝰ. deinde cum quæ ſata ſũt meſ
ſuerimus tunc nos lumine ſcientiæ illuminemur
Tenẽdꝰ igiť hic ordo eſt ſationis meſſis & illumi-
nationis. Plures eñ noſtrum illuminari ſe priuſq̃

ſerere ac metere feſtinãt cũ ſatio atqꝫ meſſis q̃dam
cõſequẽdi luminis p̃paratio ſit. Prima igiť hęc bea
titudo eſt/ beatos eẽ q̇ imaculati in via ſint. Sed nõ
in via fortuita & incerta & in erratica ſed in via in
qua in lege dñi ãbulať. Plures eñ vtilẽ & neceſſa-
riã viã eẽ ſe ingreſſos exiſtimãt ſed imaculati i via
nõ erũt: qꝫ nõ in lege dñi ãbulãt. Sed via hęc nõ ſo
lũ incũda eſt/ ſed etiã peragenda eſt. Nemo eñ dũ
i via ẽ id ad q̇d per viã tendit obtinuit. Beatꝰ Pau
lꝰ ait. Nõ q̇ iã acceperi aut p̃fectꝰ ſim ſequor au-
tẽ ſi appręhẽdã: in quo & appręhenſus ſũ a chriſto
Ergo adhuc ille p̃gebat/ ea q̃ retro ſũt obliuiſcens
in his autẽ q̃ in priora ſũt ſe extẽdẽs. Itaqꝫ viã hanc
agens beatꝰ eſt/ q̇ cũ obliuione p̃teritorũ in futuro
rũ ſpẽ extendiť. Et q̃ via ſit in qua vnuſquiſqꝫ am-
bulãs beatꝰ ſit/ dñs docet dicẽs. Ego ſũ via. Quiſ-
qꝫ igiť in p̃ceptis eiꝰ inſtiterit/ hic beatꝰ eſt dũ vi-
cia carnis coercet: dũ animi petulantiam edomat.
dũ auaritiæ famẽ vincit: dũ terrenorũ honorũ glo
riã euitat: Quiſqꝫ ergo i his mãſerit/ hic ẽ imacula
tus in via & in lege dñi ãbulans/ Adiectio autẽ ea
qua dictũ ẽ/ in lege dñi nõ eſt ocioſa. Eſt eñ & pec
cati lex de qua ait beatꝰ apoſtolꝰ. Video aliã legẽ
i mẽbris meis cõtramilitãtẽ legi mẽtis meę. & ca-
ptiuũ me ducẽtẽ in legẽ peccati. Ergo qꝫ & lex pec
cati eẽt: iccirco dñi lex dicta eſt. Niſi eñ et lex exte
rior nõ cũ adiectione p̃prietatis legẽ dñi p̃pheti-
cꝰ ſermo dixiſſet. Sequẽs deinde verſꝰ ẽ primę litte
rę Beati q̇ ſcrutanť teſtimonia eiꝰ i toto corde exq
rũt eũ. In primo verſu eſt q̇ ãbulãt in lege dñi: in ſe
cũdo q̇ ſcrutanť teſtimonia eiꝰ. In quarto qꝫ tertiꝰ
ſupplemẽtũ dedit: ſecũdo de mãdatis ait dicẽs. Tu
mãdaſti mãdata tua cuſtodiri nimis. In quito de
iuſtificatiõe vtinam dirigant vię meę ad cuſtodiẽ
das iuſtificatiõẽs tuas. In ſexto rurſũ de mãdatorũ
effectibꝰ/ nõ cõfũdar cũ reſpicio i mandata tua. In
ſeptimo de iudiciis. Cõfitebor indirectiõe cordis i
eo q̇d didici iudicia tua. In octauo de iuſtificatiõe
Iuſtificatiões tuas dñe cuſtodiã/ nõ me dereliquas
vſq̃qꝫ nimis. Si ergo aliud lex aliud p̃ceptũ aliud
iudiciũ/ aliud iuſtificatio. aliud teſtimoniũ neceſſa
riũ ẽ ab eo q̇ hęc oĩa cõſtituit & cõdidit itelligẽtiæ
gratiã nos & munꝰ orare. Totum autẽ hoc in ſe ha
bet legis nuncupationem. Quid ergo eſt lex? vm-
bra ſcilicet (vt apl̃us ait) futurorum. Quod de

cęteris ſcriptũ nũq̃ ē: ſiue futurorũ vmbra ſit aut
iuſtificatio aut teſtimonia / aut mandata ſed tan-
tum legi id proprium eſt (vt apoſtolꝰ in pluribus
docet) nõ ſecũdũ litterę intelligẽtiã legem eſſe tra
ctandam / ſed ſecundum ſpiritalẽ doctrinã futuro
rũ in ea vmbrã eſſe noſcendã. Ait eñ. Nõ obtura-
bis os boui trituranti Et adiecit. Nũquid pecudũ
deo cura eſt? An nõ propter nos dicta ſcriptaq; ſũt
Et rurſum legẽ legentis non audiſtis qđ Abraham
duos filios habuit. vnũ ex ancilla / & vnũ ex libera
Sed qui ex ancilla: ſecundũ carnem natus eſt. qui
autem ex libera: ſecundum repromiſſionẽ. & quia
lex futurorum vmbra eſt adiecit quę ſunt. Hęc eñ
ſunt duo teſtamẽta. Ergo quęcunq; doctrinarum
ſpiritaliũ vmbra cõplexa eſt / hæc lex eſſe dicenda
eſt. quia lex & ſpiritalis & vmbra eſt futurorũ. Mã
datum autẽ dñi eſt. in quo obſeruatio præcepto-
rum & cuſtodia cõtinetur: vt illud Non occides /
non mœchaberis / & cætera horum ſimilia. Et quia
hæc ſimplicia & ſplendida ſunt: noſq; in verum lu
men per obſeruantiam ſui dirigentia. Iccirco ita di
ctum eſt præceptum dñi lucidũ illuminans ocu-
los. De lege autem non cõueneret iſta dixiſſe quæ
per vmbram futurorũ aucta eſt & animas per fu-
turorum cognitionem cõuertens. Mandatum au
tem per obſeruantiam ſui illuminãs. Ergo quia be
ati ſunt ſcrutantes teſtimonia dei & aliud legem /
aliud mãdatũ: aliud teſtimonia eſt / ſicut cætera di
ximꝰ / quæ hæc ſint dei teſtimonia noſcẽdum eſt.
Legis enim totius liber ſub teſtimoniis datus eſt.
Cælum nanq; & terram Moſes librum teſtamenti
traditurus in teſtimoniũ aduocauit. Sunt & pluri
ma in cauſa teſtimoniorum conſtituta cum Iacob
ait. Teſtimonium erit vobis collis iſte. & teſtimo-
nium erit lapis iſte. & in Ieſu ſcriptum eſt. Duode-
cim lapides tollite vt ſint hi in teſtimonium filiis
veſtris. Curato etiam leproſo dominus ait. Offer
munus tuum in teſtimonium qđ cõſtituit Moſes
illis. Apoſtolus plura ad Timotheũ per epiſtolã lo
quens enũciat ſub teſtibus dicens. In conſpectu
multorum teſtium denuncio tibi: & in conſpectu
dei viuificantis omnia. & Ieſu chriſti & electorum
angelorum vt hæc cuſtodias. Plura igiť & innu-
merabilia ſunt dei teſtimonia. quæ ſi quis ſcruta-
ri per cognitionem legis prophetarũ, apoſtolorũ.
euangeliorum vellet in beatitudine ꝑmaneret: ne

q; velut vacuo & ſolitario orbe viuens ſciret ſe niſi
ſub teſte peccare. Plena ſunt eñ oĩa diuinis teſti-
moniis & omne hoc vacuũ qđ putatur repletum
eſt angelis dei. nihilq; quod non hæc diuinorũ mi
niſteriorum frequentia incolat. Horum itaq; co-
gnitionẽ ꝑ doctrinã quis adeptus / ſcit ſe ſub teſti-
bus viuere. Et cum natura humanę infirmitatis ꝓ
cliuis ad vicia eſt: refugit tamen vel ſub teſte pec
care: qđ ipſum docet nos cõmunis conſuetudinis
ratio. Quis enim furari ſub teſte nõ metuit? Quis
ad ſcelꝰ niſi ſecretũ elegit? quis ad adulteriũ nõ aut
ſolitudinem aut noctem optauit? Et ſi quando in
caleſcentibus viciis iam ad crimẽ animꝰ promptꝰ
eſt: tñ furor inſaniẽtis voluntatis occurſu teſtis co
ercetur: & in ſeſe abruptam humanæ petulantiæ
naturam nonnunq̃ intercesſio repentina reuoca-
uit. Si ergo metu interceſſionis iã præſumpti ai-
mo facinus demoratur quid chriſtianum hominẽ
agere conueniet ſcientem ſe tot vndiq; ſpiritaliũ
virtutũ teſtimoniis (nõ dico operũ ſuorum): ſed
ipſius tantũ voluntatis obſeſſum? Nonne cũ in ali
quã turbidę affectionis voluntatem infirmitatis
noſtræ aculeis commouemur? metuimus adſiſten
tes vndiq; nobis choros angelorũ: & plenum mi-
niſteriis cæleſtibus mundum? Si enim ãgeli paruu
lorum patrem noſtrum quotidie vident: qui in cæ
lis eſt: poſſumus teſtimonia eorum metuere: quos
& vobiſcum manere & deo quotidie ſcimꝰ adſiſte
re. Quinetiã ipſũ diabolicum illum per quem ipſa
illa viciorũ noſtrorũ incẽtiua prębentur ſuoſ. ꝓ om
nes teſtes metuere debemꝰ: puncto temporis om
nem ãplitudinẽ mundi huius obeuntẽ. Cui dulce
eſt peccare nos: vt peccatorum noſtrorũ teſtimo-
nio glorietur: Eſt enim eius hæc propria calliditas
inſtigare ad peccandum: & arguere peccantes: di
ctũ eſt eñ An neſcitis qa adeſt diabolus accuſator
fratrũ vr̃orũ. & qa hę ſũt aduerſarię nobis virtutes
ĩ teſtimonio cũ cęteris ꝑmanẽtes de ſãctis tñ ꝓphe
tã meminiſſe dignũ fuit dicẽtẽ. Beati ſcrutãtes te
ſtimonia tua non aliena ſcilicet: ſed illa q̃ dei ſunt:
non negligens autem teſtimoniorũ dei oporteret
eē ſcrutatio ob qđ dictũ ē ĩ toto corde exq̃rũt eum
Nõ ꝑ parte ſtudiũ cæleſti doctrinę adhibẽdũ ē: ſed
toto corde dei teſtimonia inq̃rẽda ſũt. vt qa ſũt &
alia q̃ dei nõ ſũt: ea q̃ dei diſcimꝰ eē nõ auocato ĩ a
lia negocia corde hęc ſcrutemur Succedit deĩ hic

verſus Non enim qui operãtur iiquitatẽ ĩ viis eiꝰ
ambulauerũt. In primo verſu ſingularit et via cō-
memorat̃ i hoc tertio plures ex quo intelligẽdũ eſt
ꝑ multas vias ad vnã ꝑueniri in qua quiſq; imacu
latꝰ ſi ſit/hic beatꝰ eſt. De plurimis autẽ viis atq;
vna Hieremias paria teſtatꝰ eſt dicẽs. State in viis
& interrogate vias dñi aeternales & q̃rite q̃ ſit via
bona. In plurimis ergo viis ſtandũ eſt: & plurimae
interrogãdę ſunt: & hę quidẽ plures & dñi ſunt &
aeternales: & in hiis cernẽdũ ẽ q̃ ſit via optima Vię
plures ſũt: & plurima dei mãdata. plures ꝓphetae
ꝑ quos oẽs in vnã viã ꝑgit̃: ſed in hiis operarii iniq-
tatis nõ ãbulauerũt. Nã ſi in eis mãſiſſent vſq; ad
optimã illã noui teſtamenti viã ꝑueniſſẽt. Eſt via ꝑ
Moſem. eſt ꝑ Ieſũ. eſt ꝑ Dauid. eſt per Eſaiam: eſt ꝑ
Hieremiã. eſt ꝑ apoſtolos. ꝑ has oẽs ad eũ neceſſe ẽ
ꝑuenire: q dixit. Ego ſũ via/& nemo venit ad patrẽ
niſi per me. Simile quiddã ſub Margaritę noĩe di-
ctũ eſſe intelligẽdũ eſt. Multarũ eñi margaritarũ
negotiatorẽ oportet vt vnã magaritã multi pre-
cii cõſequat̃. De margaritis vero cũ ſit ſermo ſuffi
cit ad honorẽ earũ qđ margaritę ſint nuncupatę.
Vna autẽ illa margarita q̃ reperta eſt/magni eſſe p̃
cii dicit̃. Ita & cum de viis plurimis ꝓphetat̃ q; et
dñi & aeternales ſunt dictę. Cũ autẽ in his viis q̃rit̃
q̃ ſit vtilis via/ea q̃ reperta eſt optima p̃dicatur. Er
go q̃uis vel ille viae aeternales ſint: vel margaritae
ipſe ſuo noĩe honorabiles ſint: in multis viis ſtan-
dũ eſt/vt bona via reperiat̃/& vendendae oẽs mar
garitae ſunt: vt ea q̃ multi precii eſt reperta emat̃.
Dehinc conſeq̃tur hic verſus. Tu mandaſti mãda
ta tua cuſtodiri nimis. Superius cõmemorauimꝰ
aliud ſignificare mãdata: aliud legẽ. Et de lege (q̃
tum arbitror) apoſtolꝰ nobis teſtis fuit: q̃a vmbra
ſit futurorũ/in qua ſpecies veritatꝭ tanq̃ corpꝰ in
vmbra deſcribit̃. Mãdatũ vero eſt qđ per obſeruan
tiam implendũ eſt. vt illud nõ moechaberis/& nõ
occides. Nõ eñi in eo ſpecies futurae imaginis con
tinet̃: ſed p̃ſentẽ operationis habet effectũ. Tu mã
daſti mãdata tua cuſtodiri valde. Nihil igit̃ diſſo
luto animo. nihil incurioſo agendũ eſt: ſed ſollici-
tos atq; anxios curam mandatorũ dei exequi nos
oportet. vt id qđ agimꝰ in p̃fectũ fidei noſtrę in re
uerentiã eius cuiꝰ agimus exequamur. Caeterum
ſi aliquid remiſſa voluntate & occupata in res ali-
as cogitatione egerimus. officia quidẽ corporis in
agendo occupabunt̃: ſed deuotionis meritũ ꝑ ne-
gligentiam non conſequemur. Vtinã dirigantur
viae meae ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Ha
bemus nunc poſt mandatorum cuſtodiã etiam iu
ſtificationũ obſeruãtiam: & mãdata iam ſuperiꝰ
(quae eſſe exiſtimaremꝰ) oſtendimꝰ. Iuſtificatio-
nes autẽ ſunt plures atq; diuerſae in obſeruandis
ſingulis officiorũ generibꝰ tẽpãdę. At quorũ cuſto
diã niſi a deo dirigamur: ĩfirmi ꝑ naturã noſtrã eri
mus. Adiuuandi igitur per gratiam eius dirigen
diq; ſumus: vt preceptorum ordinem iuſtificatio-
num conſequamur. Eſt uobis iuſtificatio circa ſer
uum diſtributa. eſt circa filium. eſt circa patrem. ẽ
circa patres/eſt circa fideles viros. eſt circa eccleſię
prĩcipes. eſt circa angelos. eſt circa deum ac domi
num noſtrum vnigenitum dei verbum. In ſingu-
lis ergo quibuſq; generibus atq; nominibus iuſti-
ficationis ratio ſeruanda eſt/quia niſi haec omnia
ex comparibus deuotae voluntatis officiis retine-
antur: iuſtificationem dei non tenebimꝰ. Religio
ſus in patrem ſi oderit filium modum iuſtificatio
is amiſit. Religioſus in ſeruum ſi fratrem oderit: p̃
dictae iuſtificationis ordinẽ dereliquit. Religioſꝰ
in dominum ſi oderit ſacerdotem/quã iuſtificatiõ
nis obſeruãtiã in religiõe dei expleuit: odia in ipa
miniſteria diuinę iuſtificatiõis exercẽs? Iã vero ĩ ip
ſam fidei veritatem ideſt dei patris & domini in-
telligẽtiã: per quã maxime iuſtificatio nobis erit
probata quãta opꝰ eſt nobis dei gratia/vt recte ſa
piamus. vt ex propheticis atq; euãgelicis authori
tatibus vnum idemq; teneamꝰ: ne in vno aut alte
ro opinio noſtra & ſermo diſſideat. Sed vniuerſas
dei iuſtificationes aequa ac pari operum ac doctri
nę obſeruãtia dirigamus: qđ cũ cõſeq̃mur tũ dice
re id qđ cõſequẽti verſu cõtinet̃ licebit. Tũc nõ cõ
fũdar cũ reſpicio ĩ oĩa mãdata tua. Niſi eñi attẽ
ti ĩ oĩbꝰ mãdatis eiꝰ fuerimꝰ fuerintq; alia p̃terita
alia ꝓuolũtate obſuata: iuſtificatiõis ordinẽ nõ te
nebimꝰ: caeterũ ſi directis viis nr̃is erit par ĩ oĩs ęq̃-
liſq; cuſtodia: nullo obliuiõis q̃ negligẽtiae pudore
cõfuſi cõſiderẽtes oĩm mãdatorũ obſuatiõe gaude
bimꝰ. Seq̃t̃ deinde ſeptimꝰ verſꝰ. Cõfitebor tibi in
directiõe cordis ĩeo q; didici iudicia iuſtitię tuę. Iu
ſtificatiões tuas dñe cuſtodiã. Abiiciẽda ergo ẽ oĩs

animæ peruerſitas & directo atq; in nullam aliam
partē deflexo corde eſt confitēdū. ne cedat animꝰ
in ſęculi curā: ne ex illis doctrinæ dei ſemitis in de
uia euagetur. Sed directę huius cōfeſſiōis hęc cau
ſa eſt quę conſequēti verſu continetur. In eo q; di
dici iudicia iuſtitię tuę. Primū igit̄ orauit vt ad cu
ſtodiendas iuſtificationes directę vię ipſius fieret.
Secūdo in nullo confundēdū ſe eſſe ſubiecit. cum
in oīa dei mandata reſpiceret. Tertio quoq; in dire
ctione cordis deo ſe cōfeſſurum ſpopondit / ob id
quia iudicia iuſtitiæ eius didiciſſet. Per doctri-
nam ſcilicet directi cordis cognitęq; iuſtitię laudē
deo reddēs: ſed iuſtitiæ cognitę hic fructꝰ eſt vt iu
ſtificationes dei retineant̄ / & iccirco ſubiecit. Iuſti
ficationes tuas domine cuſtodiā. Quis enim didi
ciſſe iudicia dei fructꝰ eſt niſi cognitionē noſtram
iuſtificationū obſeruātia conſequatur? Sed memi
niſſe debemꝰ licet cognitio præſtāda a deo ſit / ta
mē eſſe ſemp orandū vt his quę in cuſtodiēdis iu-
ſtificationibꝰ ſuis cuſtodire volumꝰ faueat: ſcien
tes quidē frequēter nos ob eo ob temptatiōes dere
linqui. vt p eas fides noſtra probabilis fiat. Verū-
tñ ſecundū pphetā ne nos penitus derelinquat de-
precādꝰ eſt. Ait em̄. Nō me derelinquas vſque-
quaq; nimis. Qđ & in dñicæ orationis ordine cō-
tinetur cū dicit̄ Nō derelīquas nos in tēptationē
quā ferre nō poſſumꝰ. Scit apoſtolus derelinq nos
ad tēptādū: ſed nouit & menſurā infirmitatis no
ſtræ deū noſſe dicēs. fidelis eſt deꝰ qui nō permit-
tat nos tēptari ſupraq̄ poſſumus. Iob deus tētari
permittēs a iure diaboli poteſtatē animæ eiꝰ excer
pſit. & ſecūdū modū infirmitatis humanæ tēptā
ti ius derelinquit īfirmitatis ſuę. Igit̄ propheta cō
ſcius orat / ne valde derelīquat̄ vt imbecillitatē eiꝰ
tanq̄ petri demergentis fluctibus dominus aſſu-
mat vt q̄q̄ ad temptandum relictus ſit. non tamē
vſquequaq; & valde ſcilicet ne vſq; animæ & fidei
periculum derelinquatur.

Finit Aleph. Incipit Beth.

IN quo corri
git iunior viā ſup &c. vſq; ibi
& cōſiderabo vias tuas. In ſecū
da cōſequētiū octo verſuū litte-
ra ipſo ſibi propheta his quibus
reſponſurus ſit propoſuit dicens. In quo corrigit
adoleſcēs viā ſuā. Hæc ex proponentis perſona di
cta ſunt / Dehinc nunc tanq̄ reſpondentis cōfeſſio
ſubditur: in cuſtodiendo ſermones tuos. Conuen
dū autem eſt ſecundū eum quē in exordio habui-
mus ſermonem vera atq; perfecta timoris dei inſti
tuta ſub his elementis litterarū contineri: quibus
quaſi ad vſum confeſſionis dei per ipſa infantiæ
rudimenta formamur. Ergo intelligendus eſt
propheta non otioſꝰ locutus eſſe In quo corrigit
adoleſcens viam ſuam. Omnem quipem ætati
optabile eſt ex his corporis ſui viciis ad innocentię
ſtudiū transferri: quia & ſera ſcilicet emēdatio vti
lis ſit obliuione vitiorum Sed placiturum deo vi-
rum propheta conformans / non expectat poſt lon
gam ac diuturnā criminum conſuetudinem do-
ctrina dei & pręceptis timoris inſtitui: ſed rudes
a peccatis annos & ætatē adhuc criminum neſciā
vult non modo ſtudiis aliquando innocentię: ſed
etiam ipſa adoleſcentiæ cōſuetudine imbui. Dif-
ficile ē ab vſitatis deſinere. difficile ē a familiaribꝰ
abſtrahi Magnum in ſe cōſuetudo habet vīculū:
& idcirco optimus ille fuerit cultor quē non mo-
do delictorū remiſſio ſine crimine conſtituerit: ſed
ipſa illa pręſtiterit viciorum ignorātia innocētem
Nouit Hieremias propheta ætatis huius beatitu-
dinē dicēs. Bonū inqt eſt iuueni viro cū fert iugū
graue in iuuētute ſua. ſedebit ſingulariter & tace-
bit. Nō expectat frigeſcentes ſenectutis ānos / nec
emortuam iam per ætatem viciorum cōſuetudi-
nem: vult longi prælii militem: vult eū chriſti ſer-
uum quem ne ipſa quidem pręteritorum criminū
recordatio polluat. Nā in iis q iā prouectioris æta
tis crediderunt ineſt quidem per donum gratię p
teritorū indulgentia: ſed non abeſt per conſcien-
tiæ naturam geſtorū recordatio. Bonū inquit iu-
ueni ferre iugū graue. Onꝰ iſtud maturi ad obedi
endū āni ęgre ferūt. Cętera ętas reuera grauis one
ris moleſtiā p virtutis īcremēta nō ſentit. Sed ſuſce
pta i iuuētute onere qd faciet: Sedebit inqt ſingu
lariter & tacebit. Rarus ipſe eſt cum quo perfectio
timoris dei per annorum augmenta concreſcat &
idcirco ſingularis ſedebit laſciuos adoleſcentiæ
cœtus dereliquens & ab ipſo ſenum ſuper cre-
dentium conſeſſu remotus: quia competit

le nō dicere Delicta iuuentutis meæ dñe ne me-
mineris Silebit etiam congruam fidei & iuuētuti
exiſtimans taciturnitatē nō tumultibꝰ negociorū
ſęcularīū admixtus ſed per modeſtiam tacēs ſola
diuina ſacramentorū cognitione occupatꝰ: & ſer
mones dei tacita tenū atq; operū obſeruatiōe cu-
ſtodiēs. Redit deinde ad perſonā ſuam prophe-
ta vt id qđ ſuperiꝰ dixerat ſignificaſſe de ſe noſce
retur dicens. In toto corde meo exquiſiui te ne re-
pellas me a mandatis tuis. Cōpetere bonitati dei
non videtur vt a mādatis ſuis quēpiam repellat/
ſed ſermonū adiectio & virtus verborū quæ ex per
fectę cæleſtiſq; doctrinæ ratione diſpoſita eſt nihil
dubium: nihil contrarium in ſe habet Qui ergo ſe
cundū prophetam mauult peccatorū pœnitentiā
ꝗ mortem nunqd exiſtimandus eſt a mandatis ſu
is quenꝗ repellere! Abſit iſtud exiſtimare. Sed ne-
q; hoc nunc propheta ſentit maxime qui in toto
corde deum perquiſierit. Sed abſolutio difficulta-
tum in his ipſis requirēda eſt: e quibus videť exiſte
re. Propheta enim quid ſēſerit in promptu eſt noſ
cere. Legimus ſcriptū in hieremia Maledictus qui
facit opera domini negligenter. Legimus & in euā
gelijs ſcriptum Omni enim habenti dabiť: & abū
dabit: & q nō habet etiā qđ hēt auferet̃ ab eo. Ergo
habēs abūdabit, nō habēs vero ipſo illo qđ habet
indigebit. propheta nō eſt obnoxius maledictiōis
cōditioni: quia non negligēter opera dei egit cum
toto corde perquirens Dauid confidenter ait ne a
mandatis dei repellatur: quia eum toto corde per
quirat. Secundum euangelia eñ habenti dabitur
& ei qui non habet etiam qđ habet auferetur. De-
us ergo nō aufert niſi nō habēti ſecūdū qđ neq; re
pellit niſi negligentem A deo autem bonitate ple
nus eſt vt habentem abundātia muneretur, adeo
vero nō vult quenꝗ nō habere vt nō habenti ip-
ſum qđ habet adimat. Neminem igiť niſi obnitē-
tē repellit: neminē niſi negligentē relicit. Hāc eñ
propheta prętulit cauſam cur ſe nō repelli a man
datis dei precaret̃ quia non ex parte neq; per deſi-
diam deū ſed toto corde quęſiſſet. per qđ intelligi
mus etiam a mādatis repelli qui per multam in-
curiam fuerit indignus admitti. & extra inhiben-
tis inuidiam eſt qđ de culpa proficiſcitur non me-
rētis. Tertius iſtę ſecundæ litterę verſus eſt In cor
de meo abſcondi eloquia tua vt non peccem ti-
bi. Meminimus ſimile huic dicto/legi ſolere vbi di
cit. miniſteriū regis bonū ē abſcōdere. Meminimꝰ
eñ Paulū ad Corinthios adhuc in fide paruulos
quędam dei eloquia occuluiſſe cū dicit: Lacte vos
potaui non cibo: nondū eñ poteratis: ſed neq; ad
huc poteſtis. Legimus & in euangelio in agro vbe
ri atq; fœcūdo repertū theſaurum eundemq; em
pto agro occultari. Nouimꝰ neq; margaritas an-
te porcos proijciēdas eſſe neq; ſanctū canibus da-
ri oportere. Ergo intelligimus quędā nos cordis
noſtri ſecreto cōtinere/quæ diuulgata inexpiabi
lis peccati culpam cōparabunt Ita eñ dixit. In cor
de meo abſcondi eloquia tua vt non peccem tibi.
Quia cum cætera peccata ſecundum differentias
rerum aut in nos ipſos aut in alios exercentur ta-
mē tū fierēt ideū ꝓpria cū ꝗ occultorū cordiū eēnt
cōdēda ſecreto: hęc in ꝓfanę cognitiōis ſciētiā ꝓ-
derentur. Contuendus autem eſt in quarto hoc q
conſequitur verſu ordo doctrinæ. Primus verſus
de cuſtodiendis ab adoleſcente mandatis dei con
ſtitit: ſequens quia in toto corde deum exquiſierit
ne a mandatis dei pelleretur. dehinc q; ſacramen-
ta abſconſa ſapientiæ & occulta dei myſteria mē-
tis ſuæ ſecreto cōtinuerit: quarto nunc id depre-
cať vt iuſtificationes ſuas eidem oſtendat & dep̃-
cať cōfeſſionis honore ꝓlato dicēs. Benedictus es
dñe doce me iuſtificatiōes tuas. De iuſtificatōibꝰ
nonnulla anteriori ſermone cōplexi ſumus: & ſup
fluū eſt eadem frequēter iterare. Maximꝰ igiť & ꝓ
cipuus labor eſt/hanc iuſtificationū dei ſciētiā cō
ſequi/& humanę naturę infirmitas difficulter tot
tantarūq; rerum cognitionem conſequiť, atq; ob
id vt doceatur orat/quia diuinæ bonitatis munꝰ
eſt/animi humani imperitiā ad congruā atq; vni
cuiq; tenenti cōpetētē officiorū obſeruātiā tēpe-
rare. Succedit deinde etiā de iudicijs dei ſmo quo
dicit. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia o-
ris tui. Quanta rerum & nūcupatuum differen-
tia eſt Primum a iuuentute mandata dñi cuſto-
diuntur/dehinc deus toto corde exquiritur. cum
dei eloquia occulūtur. & iuſtificationes diſci deſi
derātur: nunc iudicia prędicātur. Sed ꝓpheta for
te exiſtimabiť a ſe excidiſſe & vel ſuorū vl' alienorū
dictorū inuentor fuiſſe. In hoc eñ pſalmorū libro
legimꝰ iudicia tua abyſſꝰ multa. Paulꝰ aplꝰ ait ſcru
tabilia iudicia dei. & rurſū ꝓpheta. Magna eñ ſūt

iudicia tua: & innumerabilia & quomodo aude-
bat propheta dicere ĩ labiis meis pronunciaui oĩa
iudicia oris tui? Sed nihil neq̃ cõtra ſe neq̃ contra
alium eiuſdem ſpiritus prophetã nũc locutus eſt.
Non enim ait. In labiis meis pronunciaui omnia
iudicia tua: ſed ait omnia iudicia oris tui: ſciens
nõnullam differentiam eẽ iudiciorum dei / & iudi
ciorum oris dei. Nunquid cũ ait. Iudicia tua abyſ
ſus multa: dixit iudicia oris tui ſicut abyſſus mul-
ta. Nunc autẽ ait iudicia oris tui annunciaui. Ea
ergo quę cognita eſſe per prophetas: vel ex dei ver
bis iudicia eſſe potuerunt: ea propheta nõ tacuit.
Quę idcirco prędicata ſũt vt doceãt. Poſt iudiciorũ
autẽ dei oris publicã & cõſtantẽ prędiactionẽ idq̃
ſequitur In via teſtimoniorũ tuorũ delectat⁹
ſum ſicut in omnibus diuitiis. Non timet prophe
ta vitę ſuæ teſtes: ſed in his delectatur: & ei conſci
entia ſpectantiũ ſe et conuenientium iocunda eſt /
Trepidat enim ad omnẽ intercesſionẽ pollutę cõ-
ſcientię metus: cęterum vbi conſtans innocẽtis vi
tę eſt fiducia: plurium teſtium interuẽtio grata ẽ:
ſed non de cõmunis cõſuetudine gaudii iocũdus
propheta eſt: delectatur enim ſicut in diuitiis om
nibus. Sunt opes ĩ auro: ſunt in argento: ſũt in pe
cuniis. ſũt in veſtibus: ſũt in domibus. ſunt ĩ agris
eorũq̃ aut vitibus aut oleis: aut frugibus. Sed do
mini propheta doctrinarum fruge perfectus eſt &
legis ac prophetalium inſtitutionum facultatib⁹
diues: & anterior licet tempore non tamen euan-
gelicorũ & apoſtolicorum pręceptorũ ignarus ẽ
Nouit enĩ & has diuitias. Paulus ad corinthios lo
quẽs: Gratias ago deo meo ſẽp pro vobis: per grati
am dei quę data eſt vobis in chriſto Ieſu quoniã ĩ
omnibus diuites eſtis in ipſo ĩ omni verbo & ĩ om
ni ſciẽtia. In his ergo diues eſt & in his delectat̃ p-
pheta. Cęterũ non eſt ęſtimandus ſęcularium opũ
cõparatione delectatus eſſe qui niſi cum contem-
ptu atq̃ inopia ſęculi diues in domino eſſe nõ po
tuit. Delectatus autem in viis teſtimoniorum dei
opus delectationis ſuę agere debet. & non ambi-
guũ ẽ quin agat. Ait enĩ ſeptimo verſu In mã
datis tuis exercebor & conſiderabo vias tuas. exer
citatiõe igitur & aſſiduitate opus eſt vt vſus rerũ
neceſſariarum retineatur: quia periculoſa ẽ huma
narũ mentiũ & moleſta deſidia: ac ne otii cõſue
tudo ſubrepat aſſiduitas exercitationis adhibẽ-
da eſt Sed retentus etiam hic ordo rationis eſt:
Nam prius exercẽdum eſt. in mandatis dei tum
deinde vię eius conſiderandæ. Quia niſi fidelium
operum vſus pręceſſerit doctrinę cognitio nõ ap-
pręhendetur: agendum a nobis antea fideliter ẽ:
vt ſcientiam conſequamur. Vias ergo ſecundũ ſu
periorem expoſitionem legem prophetas. & om-
nia euãgelia & apoſtolos eſſe exiſtimam⁹. quos in
mandatis dei ſe exercẽs propheta conſiderauit vt
nouerit. Cõcluſit autem octauum numerũ hoc
verſu In iuſtificationib⁹ tuis meditabor obliuiſcar
ſermões tuos A doctrinę perfectę ordine propheta
nõ excidit. In iuſtificationibus tuis quas doceri ſe
orauit exercetur: ſic vt meditet̃ in mandatis Man
datorum enim ea eſt ratio quo nos ad obſeruanti
ãm atq̃ opus innocentiæ inſtituunt: vt illud eſt.
Nõ occides: nõ moechaberis & cętera his ſimilia.
Hęc ergo exercent̃ quia ĩ his opationis eſt vſus per
pręſentium ſe exercitationẽ ad futura confirmãs:
Iuſtificationes autem ſũt quibus hebręus puer ſex
annis ſeruus liber deinceps anno ſeptimo fiet: &
poſt ſex ãnorum fructus ager otioſus relinquẽd⁹
eſt: & cętera ĩ iuſtificationum obſeruãtiam conſti
tuta: quæ ingentem in ſe habent futuræ ſpei me-
ditationem per negocii pręſẽtis effectũ. Atq̃ ideo
in his meditatur vt in mandatis exerceatur: quia
exercitatio ad vſum pertinet conſuetudinis inſti-
tutę. Meditatio autem ſe in id quod nondum ob-
tinuit extendit: vt per meditationem id quod ex-
petit conſequatur: ne ſermonum & promiſſionũ
ſubrepat obliuio

¶ Finit̃ Beth. Incipit Gimel.

Retribue ſeruo
tuo &c. vſq̃ ſibi & cõſolatio
mea iuſtificatoines tuę Quib⁹
nõ ẽ cõſtans emundati cordis
conſcientia precari iſta pphe-
tę voce non poſſũt: retribue ſeruo tuo. Si enim di
gna ſecũdum opera noſtra retributio aderit pec-
catorum ac delictorum noſtrorum poenas mere-
bimur. Satis eſt autem ſi cui vel hęc fiducia ſaltẽ
gratulandi ad deum fuerit non ſecundum pecca
ta noſtra fecit nobis: neq̃ ſecundun iniuſtitias no
ſtras reddidit nobis. Quia ſecundum altitudi-

nē' cæli a terra,' lōgauit iniquitates noſtras a nobis
quia ipſe cognouit figurationem noſtram. Magnū
eſt tantam in ſe dei miſericordiā recognoſcere &
ſcire conſuetudinē criminum procul a ſe abeſſe: &
dignū dei miſericordia ſe eſſe cœpiſſe. Propheta
autem hic in cuius ſcilicet corpore habitatio dei
digna eſt: qui ſancto ſpiritu plenus non cōmunia
nec terrena cogitat & effatur: libertatis eius eſt vt
oret: Retribue ſeruo tuo. Sed forte inſolētis iſtud
audaciç ē ſine aliqua confeſſionis modeſtia meri-
tum retributionis optaſſe: nec ſe in corpore ſitū .i.
in vili atq; humili ſorte eē meminiſſe. Excluſit au
tem propheta omnē de ſe vanitatis ac iactātiç opi
nionē: nam cum dixiſſet retribue ex fiducia inocē
tiç ſeruo tuo ex ſeruitutis officio & ex cōditionis
ſuç confeſſione ſubiecit Cōſtātet igitur hçc poſtu
lat q dei ſe ſeruū nō peccati eſſe meminiſſet: q̄a om
nis qui peccat ſeruus eſt peccati: viuam iam inqt
& obſeruabo ſermones tuos. Viuam atq; obſerua
bo nō pręſētis temporis res eſt ſed ſignificatio ſer
monis huius in futurū ſe tempus extendit. Scit
enim propheta quando beata illa & vera viuenti-
um vita ſit. Nunc vero & in puluere mortis mane
mus & in mortis corpore ſumus a quo ſe liberari
apoſtolus orat dicēs. Miſer ego homo quis me li-
berabit de corpore mortis huius? Habemꝰ autem
etiam nunc non admixtā nobis materiā quç mor
tis legi & peccati obnoxia ē et in huius caducę car
nis infir. nęq; domicilio corruptionis labem ex eiꝰ
cōſortio mutuamur: ac niſi glorificato ī naturā ſpi
ritus corpore vitç verç in nobis nō poteſt eſſe na-
tura. Audiamus eum qui ſe meminit in corpore
mortis habitare dicentē quia vita noſtra abſciſa ē
cum chriſto in deo eſt. Cum autem chriſtus appa
ruerit vita noſtra tūc & nos apparebimꝰ cū ipſo ī
gloria: Hāc ergo retributionē ſibi propheta orat:
vt viuat futurę huius vitç tēpus in loco altero do
cens: quo ait & placebo deo in regione viuētium
Scit hanc mūdi iſtius ſedem regionem non eſſe vi
uentium: ſcit nos ad huc ſecūdū pręfigurationem
legis emūdādos eſſe: nūc enim admiſcemur mor
ticinç & in lege quiſquis mortuū contrectat imū-
dus eſt. Sed abſit iſtud vt quicq̄ horum in lege cor
poraliter intelligatur tāq̄ per cōtrectationē mor-
tui quiſq̄ fiat immūdus. Ioſeph oſſa egrediens
egypti Moſes ipſe lator legis euexit. Heliſeꝰ mor
tuo vt eum viuificaret incubuit. Dominus ipſe
mortuos manu apprçhenſos in vitam retraxit &
cōtrectatio mortui ſi imundum effectura fuiſſet:
nequaq̄ a tantis viris neq; a domino violata lex eſ
ſet ipſo dicēte. Non veni legem ſoluere ſed adim
plere. Sed quia lex vmbra eſt futurorum bonorum
idcirco per hanc pręformatam ſignificantiā docu
it nos in hoc terreni & morticini corporis habita-
culo mundos eſſe nō poſſe: niſi pe ablutionē cęle-
ſtis miſericordię emūdationē conſequamur poſt
demutationē reſurrectiōis terreni corporis noſtri
effecta glorioſiore natura. Et forte ſi q̄s exiſtimet
ſibi in ſacramento baptiſmi perfectā illam innocē
tiam & cęleſtis vitę dignam redditam puritatem
Ioannem baptiſtam dixiſſe recolat. Ego quidem
baptizo vos in aqua pœnitētię: q̄ āt poſt me venit
fortior me eſt: ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto
& igni. Ipſum autem dominum baptizatū a Ioan
ne cum adhuc eſſet in corpore meminerit locutū
Adhuc habeo alio baptiſmo baptizari. Eſt ergo q̄
tum licet exiſtimare perfectę illius emundatio pu
ritatis etiā poſt baptiſmi aquas repoſita: quę nos
ſancti ſpiritus ſanctificet aduētu: iudicii igne nos
decoquat: quę per mortis īiuriam a labe morticię
& ſocietate purgabit: quæ martyrii paſſione de-
uoto ac fideli ſanguine abluet. Et iccirco ſanctꝰ p
pheta victurū ſe dicit eſſe cum viuat per hanc ſci
licet vmbram vitę ad veram illam regionē viuen
tium trāſferēdum. Secundū quod exemplum vt
dixit viuam ita & cuſtodiā ſermones tuos. Cuſto
diūtur interim ſecundū apoſtolum Paulum pro
parte & per ſpeculum. Sūt enim multa ſęculi ſcan
dala quę prohibent perfectam in nobis mādatorū
eſſe cuſtodiam. Taceo de naturis corporum quæ
nos interī aut per infirmitatem. aut per incentiua
viciorū imperfectos eſſe compellūt. At vero mor-
te victa & aculeo eius obtuſo cum facie ad faciē
audiemus atq; cernemus tunc vere & viuemꝰ &
mandata dei ſequemur: Ordo intelligentiæ qui
primo verſu continetur: hic idem in conſequenti
bus eſt. Ait enim. Reuela oculos meos & cōſyde-
rabo mirabilia de lege tua. Scit mortalibus ocu-
lis atq; corporis nubem obſcuritatis obſiſtere: ſcit
ea quę corporaliter in lege pręcepta ſunt vmbram
eſſe & ſpeculum futurorum. Legem quidem legit
ſed optat legis mirabilia contueri. Meminit ſācta

eſſe ſabbata ſed i ęternorũ ſabbatorũ requiẽ eẽ de-
ſiderat. Vtitur quidem azimis panibus ſed fermẽ
tũ elicere naturę veteris feſtinat. Immolat paſchæ
ouẽ ſed aſſiſtere ei qui per Ioannẽ reuelatur agno:
concupiſcit: Septimi anni legi ſatiſfaciat: ſed ip-
ſe exactis ſeptem milibus ſęculi eſſe liber expoſtu-
lat. Iubelei quiquageſimi ãni legem explet: ſed pẽ
tecoſtadis remiſſionem ac renouationẽ obtinere
feſtinat. Scit ex pręcepto dei ſecundum cęleſte ex-
ẽplar & altariũ a Moſe inſtiutum & Aaron ſacer
dotali habitu ornatuq; veſtitum ſed principis ſa-
cerdotum in cuius exẽplũ hæc fuerant inter ſe mi
niſteriis properat. Induci quoq; in terram ſanctam
& terrã fluentem lac & mel tanq̃ totius huius or-
bis peregrinus orat. Vniuerſa quidem iſta Iudæi
corporaliter gerunt: ſed hoc Paulus aliter intelli-
git dicens Scimus enim quia lex ſpiritalis eſt. Hęc
igitur legis mirabilia quę velatis oculis adumbrã
tur propheta orat vt cernat. ſcilicet vt caduco: at-
q; infirmo corpore abſolutus. hæc quę per corpo-
ralem obſeruantiã legis magna & mirabilia in cæ
lis pręfigurãtur aſpiciat. Non demutatur affectꝰ
orantis. Poſt hæc enim ait. Accola ſum in terra ne
abſcondas a me mandata tua. Accola nõ iuris ſui
terrã incolit ſed aduena & peregrinus fructum ex
tẽporarię operationis expectat Nouit icolatꝰ hu
ius apoſtolus ordinẽ dicẽs Peregrinandũ a corpo
re & cum chriſto manendum eſſe. Propheta itaq;
quaſdam imagines cæleſtium conuerſationum
decernens licet corpus incolat. tamen rem non ſu
am incolit. Oculis in cęlũ mentis erectis ſit incæ-
lo theſauros collocãdos: quia vbi theſaurus ſit il-
lic & cor futurum ſit. Non erat ille ſenſu ſuę terrę
accola qui in euangelica comparatione horrea ex
truit capacia ingẽtium fructuum. & animam ſuã
per pręſentium copiam ad delicias adhortat̃ ſtul
tus anima ipſa eadem nocte priuandus ergo ac-
colam ſe propheta confitens orat ne mandata dei
a ſe occulantur. Nemo enim niſi peregrinꝰ corpo
ris ſui cognitiõe mandatorum dei eſt dign. Qđ
mandatum enim lucidum ſit illuminans oculos
abſurde nunc videbitur dixiſſe ne ſibi mãdata dei
occulantur: quæ hoc naturę in ſe habent vt & luci
da ſint & illuminent. Sed negligentia auriũ affert
ſenſuũ difficultatem. Illic enim mandatum luci-
dum & illuminans eſt: hic mandata abſconſa ſũt.
Lucidum mandatum eſt per quod ad contuendũ
lumen mandatorum illuminamur. Per mandatũ
quod in lege primum eſt: quo deum ex tota anima
ex tota virtute amare præcipimur. digni illumi-
natione cognitionis efficimur. & ſicut de gloria
in gloriam tranſibimus: & in lumine videbimus
lumen. ſic per ſpeculum faciem ipſi quãdo ꝓ cer-
nemus. Per hoc enim nũc corporalis vitæ manda
tum ſacramẽto baptiſmi & pręcepto dei illumina
mur: & lumine vtimur & in gloria manemꝰ: Per
hoc rurſum ex mãdato mandata cernemꝰ: ꝑ hoc
ex lumine lumen videbimus. per hoc ex gloria in
gloriam tranſferemur. Scit autem in cęlis prophe-
ta plura dei eſſe mandata. ſcit per diuerſitatẽ mini
ſteriorum diuerſas eſſe præceptorum obſeruan-
tias angelorũ archãgelorũ thronorũ dominatio-
num. poteſtatũ. & principatuum. Quos vtiq; ne
ceſſe eſt vt nominibus ita & officiis eẽ diuerſos ꝑ-
petuam tamẽ mandatorum cuſtodiam pro natu
ræ ſuæ firmitate retinẽtes. Atq; ob id reuelari ſibi
cæleſtium mandatorum ſacramenta orat: quia ſci
at ſe in terræ huꝰ corpore eſſe peregrinum. Quar
tus hic tertię litterę verſus eſt. Cõcupiuit anima
mea vt diſyderem iudicia tua in omni tẽpore. Nõ
eſt prophetę huius cõmunis cum cæteris vel ſęcu
li ſermo altius ſub ſignificatione familiarium ver
borum intelligentiæ ſuæ extulit ſenſũ. dicẽs. Cõ-
cupiuit anima mea vt deſiderem iudicia tua i om
ni tempore. Multis enim videtur rectius dictum
fuiſſe. deſiderat anima mea iudicia tua in omni tẽ
pore. Et forte quidam exiſtimãt idipſũ ſub his di-
ctis cõtineri. Sed meminit propheta arduũ eſſe &
naturæ humanæ periculoſiſſimum dei deſiderare
iudicia. Cum enim nemo viuens in conſpectu ipſi
us mundus ſit quomodo deſiderabile eius poteſt
eſſe iudicium. An cum ex omni ocioſo verbo rati-
onem ſumus preſtituri: diẽ iudicii cõcupiſcimꝰ in
quo nobis ẽ illa indefeſſꝰ ignis obeũdus: i quo ſub
eũda ſunt grauia illa expiandę a peccatis animæ
ſupplicia. Beatę Marię animam gladius pertran-
ſibit vt reuelentur multorum cordiũ cogitatio-
nes. Si in iudicii ſeueritatem capax illa dei virgo
ventura eſt deſiderare quis audebit a deo iudica-
ri? Iob omnium humanarũ calamitatũ militia &
victoria perfunctus qui cum temptaretur ait do-
minus dedit: dñs abſtulit ſit nomen domini bene

Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in
corruptionem? Exprobrat enim ſuperbis atq; ma
ledictis cur nihil in ſacramento ſanguinis ſui atq;
mortis vtilitatis eſſe exiſtimauerint.cū ille noſtri
cauſa & natus & paſſus & mortuus ſit. Tenuit eti
am propheta rationen infirmitatis humanę .Scit
ineſſe quędā quæ per dei miſericordiā auferenda
a nobis ſint:ſcit deum tali peccatorū noſtrorū cō-
feſſione orandum:vt & ſi digni arguitione habea
mur non tamen arguamur:Confitēdum enim cri
mē eſt vt obtineatur & venia.Scit deinde poſt ar
guitionem ī contēptū: id eſt ī nihilum gentes æſti
mari:quia ſcriptum eſt.Omnes gentes nihil ſunt:
& omniaquę a malitia ſunt in nihilū ęſtimata ſūt.
Sed ſecundum prophetię exemplum auferri a no
bis opprobriū & contemptum hac ſpe ac fiducia
nos deprecari oportet.vt addamus ad id quod di-
citur. Aufer a me opprobrium & contemptū& id
quod ſequitur.quia teſtimonia tua exquiſiui. Et
teſtimonia dei exquirit vt argui non debeat & au-
ferri a ſe opprobrium contemptumq; precatur vt.
verecundiam non derelinquat. Eſſe quidem
in natura ſua cōfeſſus arguitionis & opprobrii cau
ſā quā a ſe deprecaẗ auferri: ſed pdeuotionē exqſi
torū teſtimoniorū eā ſperat auferri.Exqrit aurē te
ſtimonia dei propheta nō in otio:neq; iſolēti terū
ſęculariū:ſed exquirit multis aduerſus ſe reſidenti
bus:aduerſus ſe colloquentibus dicens.Et enim ſe
derunt principes & aduerſus me detrahebāt.Scit
enim omnē prophetiæ fidem mundi huius deeſſe
principibus:ſcit & apoſtolos cunctis futuros pro-
pter chriſtianum nomē odioſos.Sedent aduerſus
prophetam principes & detrahunt tunc cum au
diunt Eſaiam dicentem, Audite verbum domini
principes Sodomorum:attendite legem dei popu
lus Gomorræ ex conſilio enim alium Eſaias ſectꝰ
eſt.Hieremias quoq; carcere clauditur.Daniel leo
nibus fame ad ſeuitiam incitatis obiicitur. Za-
charias inter templum & altare occiditur.apoſto
li cęduntur:deſecantur:crucifiguntur:vt prędica
tio dei auferatur: vt doctrina prophetię inhibea-
tur.vt vitæ ęternę vita obſepiatur.Sed hos princi
pum conſeſſus & hęc obtrectationū eloquia ſpre-
uit fides conſtans.Conſequitur enim Seruus au-
tem tuus exercebatur in iuſtificationibꝰ.Obſtre-
pētibꝰ illis videlicet & totis poenarū armis inhi-
bētibus in exercitationibus iuſtificationū dei ſpi
ritus perſeuerat. Sed vt iam ſuperius tractauimꝰ
exercitatio iuſtificationum & meditatio teſtimo
niorum illa eſt quacum legis opera per corporales
efficiētias exerceamur.Exercitatiōe iuſtificationū
tm̄.& teſtimoniorū meditatione bonorū ęternorū
p pręſētiū meditationē quędā pręparatio cōparaẗ.
Sed teſtimoniorū meditatio vnde oriatur oſtēdit.
Adiecit enim .Et conſilia mea iuſtificationes tuæ
Omnem ſcilicet vitæ curam, omnes conſiliorum
varios diuerſoſq; motus intentos eſſe iuſtificatio-
nibus cōfitens dei in chriſto Ieſu: cui gloria & ho
nor in ſæcula ſæculorum amen.

¶Finiẗ Gimel.Incipiẗ Deleth.

ADheſit paui
mēto anima mea &c vſq; ibi eſt
dilataſti cor meū. Multiplex i
telligētia non poteſt in ſe ha-
bere dictorum difficultatem,
cum amota omni obſcuritate intelligendi magis
abundet electio.vt ī primo quartę litterę verſu cō
tuemur Ait enim.Adhęſit paulmēto anima mea
viuifica me ſecūdum verbum tuum.Poteſt iſtud
& de aſſiduitate orationis intelligi.tanq̄ ex pecca
torum confeſſione in terra propheta proſtratus
adhęſerit paulmento. Sed vt altius aliquid ſub
his dictis intelligamus perſpecta diligentius ver-
borum virtute neceſſariū ducimꝰ. Non enim ait
Adhęſi paulmento:ſed ait adhæſit paulmēto ani
ma mea et admonemur intelligere hic eū eſſe de
animę & corporis ſocietate conqueſtum. Et mul-
ta ſunt quæ nos vt potius probabile exiſtimemꝰ
admoneant. Dixit eñ apoſtolus corpus humilia
tionis noſtræ:dixit & propheta humiliata ē in pul
uere anima mea.dixit rurſum.Et ī puluere mortis
deduxiſti me.Igiẗ vel quia in terræ huius ſolo com
moramur:vel quia ex terra inſtituti cōformatiq;
ſumus anima quæ alterius originis eſt terrę corpo
ris adhęſiſſe creditur maximum ipſa certamen ſu
ſcipiens:vt ſe in manens in eo ab eius ſocietate di-
uellat.vt tanq̄ peregrina icolatū eius vtatur. Nō
ignarus eſt autem propheta (licet anterior æta
te) appoſtolici dicti . quia qui adhęrent domino
ī vno ſpiritu ſūt.Scit etiā a ſe prædicatum.adhæ-
ſit poſt te anima mea.Quin etiā legit in lege poſt

dominum deũ ambulabis adhęrebis ipſi Adhæ-
rere igitur huic magiſq̄ illi concupiſcit. Sed quia
meminit ex conſortio eius nõnullam ſe labẽ con
traxiſſe peccati orat vt per verbum dei q̄uis ad
mixta terrenę mortaliſq; naturæ anima eius ſit: ip
ſe tamẽ in vitam vitę cęleſtis animetur. Scit enim
ſe nũc pauimento adhęrere nõ viuere: ſed ſecũdũ
verbũ dei cui mortui viuunt. orat vt viuificetur in
vitam. Dehinc ſequitur Vias meas pronunciaui
& exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Qui
ſecũdũ voluptates corporis vitã agũt in viis ſuis
ãbulãt Qui aũt oĩ viciorũ carnaliũ cõſuetudine
derelicta in pręceptis dei degunt. iã illis non ĩ ſua
ſed in via dei iter eſt. Et hęc audiamus in deutero-
nomii pręcepto. Sed nunc Iſrael quid dominꝰ de
us tuus poſcit a te. niſi vt timeas dominũ deũ tu
um: & ambules in omnibꝰ viis eius: & diligas eũ
et ſeruias domino deo tuo ex toto corde tuo. & ex
tota anima tua. & cuſtodias pręcepta domini dei
tui: & iuſtificationes eius quæ ego præcipio tibi
hodie vt bene ſit tibi? Ergo deo adhęrens in via
dei eſt. Et qua ratione prophetã hic locutum exiſti
mabimus dicentẽ. Vias meas pronũciaui. & exau
diſti me: doce me iuſtificationes tuas? Si enim vi-
as ſuas prædicat neceſſe eſt peccati vias prædicet:
quia in via peccati ſit quiſq; in via dei non ſit Sed
huic pręſenti dico conſẽtiens illud videtur quod
dictum eſt. Pronũciabo aduerſum me iniuſtitias
meas domine. Et rurſum. Iuſtus in exordio ſermo
nis ſui ipſe ſibi accuſatus eſt. Ergo hic pronũciatio
quę dicitur non laudatio eſt ſed confeſſio viarum
ſuarũ id eſt peccatorum ſuorum pœnitens profeſ
ſio. Et propheta vt eſſet dignus ſpiritu prophetię
vias ſuas id ẽ peccata ſua a nte confeſſus eſt: vt per
hãc pronũtiationem eorũ doctrinę iuſtificationũ
dei capax eſſet. Quod vtrunq; abſolute docetur:
Nam cum dicit pronunciaui: confeſſionem hanc
pręteriti temporis eſſe demonſtrat. cum dicit do-
ce me: oratio ẽ ex futuro. Quia confitendum ante
eſt de peccatis & exacta cõfeſſione diſcẽdũ. Ma-
nens autem propheta in lege non ex his doceri ſe
poſtulat quæ corporali tum miniſterio gerebant
ſed ex his quę per ſpeciẽ pręſentium futuri erant ſa
cramenta complexa. Viam iuſtificationum tua-
rum fac vt intelligam: & exercebor in mirabilibus
tuis ſermo præſens diſcreuiſſe cognoſcitur iuſtifi
cationes a via eorũ. Et quantum re ipſa intelligi-
tur omne quod eſt ad q̄d per viã tenditur non idẽ
eſt quod & via ipſa qua pergitur. Quęrẽda igitur
cauſa eſt cur propheta pręſtari ſibi vt viam iuſtifi-
cationum intelligat potius q̄ vt ipſas iuſtificatio
nes cognoſcat orauerit. Meminit etenĩ omnes iu
ſtificationes legis vmbrã in ſe ſanctarum iuſtifica
tionum cõtinere: cum poſt ſexennii ſeruitutẽ he-
bręus puer liber eſt: cum ſeptimi anni fructus indi
gentibus & pecoribus terræ relinquitur: cum poſt
quinquageſimũ annum omnia in ius familię eius
vnde deceſſerint reuertantur: et quia hęc quę in le
ge ſunt cõſtituta via eſt eorum quorum in his pręſ
formatur exemplum viam harum iuſtificationũ
vt intelligẽs in mirabilibus dei exerceatur orat: id
eſt in legis opibus verſetur. q̃a lex ſit ad futurorũ bo
norũ ſpeculũ cõſtituta De ſequenti verſu cõperi
multos varia ſenſiſſe: eo quod nõ eadem proprieta
te a ceteris tranſlatoribus ex hebręo demutatꝰ ẽ et
vt ab his ſeptuaginta interpretãtibus cõſcriptus
eſt Nõnulli enim pro reo quod ab aliis dictum eſt.

Sed nobis neq; tutũ eſt tranſlationem ſeptuagin-
ta interpretũ tranſgredi. Et ſane ratio ẽ & ſenſus
dictorũ ita admonet/vt recte ac probabiliter ver-
ſum tranſlatum intelligamꝰ. Eſt enim cum illis &
nobiſcũ ita Dormitauit anima mea pręt edio: Et
ſuperior omnis ſermo & conſequẽs humilitatis &
infirmitatis confeſſionẽ in ſe habet. cũ pauimento
anima mea adhęſit: cum peccatorum vię cõfiten-
tur. cum intelligentiam vię iuſtificationum orat.
Conſequens ergo eſt vt nunc animam ſuã præ te-
dio mortalis habitaculi dormitare conqueſtus ſit:
quæ nondum iuſtificationum viã intelligat quæ
etiã non pauimento adhęſerit. Atq; ob id in viis
dei confirmandũ ſe ſe orat: quia pręt edio dormi-
tet. Sed hic ea ratio ſeruata eſt vt dormitare ſe nõ
dormire dicat Quia qui dormit in ipſo ſomni ope
eſt: qui autem dormitat anteq̄ dormiat dormitat.
Quę & in alio loco ratio ſeruata eſt cum dicat. Ec
ce nõ dormit neq; dormitabit qui cuſtodit Iſrael.
Sed et illic vbi meminit ſi dedere ſomnum oculis
meis & palpebris meis dormitationẽ. Dormitatio-
nem dixit palpebrarum ſomnũ vero eſſe dixit ocu
lorum: quia palpebrarũ officium eſt vt ſomnũ ex
dormitatione concilient. Propheta igitur & ſi dor

mitat/non tamen dormit'atq; ob id ne dormitans
obdormiat adiecit. Confirma me in verbis tuis. id
eſt vt per omnium iuſtificationum quas ſuperius
memorauit/intelligentiam confirmatus non mo-
do non dormiat/ſed etiam ſine aliqua dormitatio
ne peruigilet. Ait enim poſt hęc. Viam iniquita-
tis amoue a me & lege tua miſerere mei. Promptū
fuerat dicere iniquitatem amoue a me: ſed licet in
firmitatis ſuę conſcius/cum meminerit in corpore
ſuo viam ineſſe peccandi tamen per timorem dei
a peractiōe pc̄ti oīs alienꝰ eſt. Viā igit̄ peccati qua
ad peccatum pergere promptū eſt amoueri a ſe de
precatur: id eſt omnia corporalium voluptatū de-
ſideria auferri: nec tētationem aliquam cōcupiſcē
tię aut ignorātię qua tanq̄ per viam ad peccatum
itur ingruere. Nec ſolum id orat deum: ſed etiam
vt per legem ſuam miſereatur eius. Per legem au-
tem hoc modo miſericordiam cōſequetur: quia vt
ſuperius oſtendi: ita in lege eſt ſcriptum. Et nunc
iſrael quid dominꝰ deus tuus/poſcit a te niſi vt ti-
meas dominū deum tuum & ambules in omnibꝰ
viis eiꝰ: & diligas eum: & ſeruias domino deo tuo
ex toto corde tuo/& ex tota anima tua & cuſtodi-
as pręcepta domini dei tui & iuſtificationes eius
quas ego pręcipio tibi hodie: vt bene ſit tibi. Ergo
cum lex doceat in viis dei ambulandum vt ambu
lanti in his bene in poſterum ſit. Et nunc forte pro
pheta oret vias iniuſtitię a ſe amoueri/ſibiq; vt de
us miſereatur ex lege id orat quod lege cōcluſum
eſt vt in viis dei ambulans in beatitudine colloce-
tur. De hinc ſequitur. Viam veritatis dilexi iudi-
cia tua non ſum oblitus. Viam multi diligūt/ſed
non omnes diligunt viam veritatis. Et quicunq;
aut voluptatum/aut diuitiarum/aut honorū viā
ineunt: ſed & qui hęreticorum doctrinis vagi & in
certi & impii differuntur: in via quidem ſunt ſed
non in via veritatis. Sed propheta ex ſpiritu eiꝰ lo-
quitur qui aſſumpto corpore dicturus poſtea erat
ego ſum via veritas & vita. Et quia hoc iudicium
eſt/ſecundum quod in euangeliis cōtinetur. Hoc
enim iudicium eſt/vt qui credit in me habeat vitā
ęternam: Merito propheta ait viam veritatis dile-
xi & iudicia tua non ſum oblitus. Nobis enim hęc
ad cognitionem poſteriꝰ dicta ſunt: ſed propheta
in his & viuit & loquitur. Cohęret autem ſibi do-
ctrinę & confeſſionis prophetice ſermo. Ait enim.
Adheſi teſtimoniis tuis: Domine noli me confun
dere. Quia veterū & anteriorū peccatorum veniā
teſtimoniis domini adhęrēdo fit meritus. Scit enī
verbis dei dictū eſſe. Ecce deleā vt nubē iniuſtitias
tuas & tāq̄ nebulā peccata tua Dominus potens
eſt oīa ea quę i nobis pudoris & cōfuſiōis ſūt amo-
uere: ſi & nos dicere cū libertate poſſimus. Adheſi
teſtimoniis tuis. his eīm adhęrētes cōfuſione pudā
dorū & anteriorū criminū liberamur. Sed cōcludē
tur oīa ſuo ordine & ſuis rebꝰ. Superius enī ait viā
iniuſtitię amoue a me: deīde ſubiecit: viā veritatis
dilexi. Tertiū id ſequitur adheſi teſtimoniis tuis.
nunc deinde ita finit. In via pręceptorum tuorum
cucurri, cū dilataſti cor meū. Per gradus ad id ven
tū eſt vię iniquitatis amotę/vię veritatis dilectę: te
ſtimoniorum indiuiſibili ſocietate vt in via māda
torum dei curreretur/ſed via quę ad vitā ducit &
anguſta & tribulata eſt. Anguſta quia diligēter &
caute in ea ingrediendū eſt. Tribulata: quia p̄ mul
tas tribulatiōes/& paſſiones aditur. Ergo inſolens
propheta exiſtimabitur qui ſe tam hāc currere glo
rietur? Meminit autē inter innocentię ſtudium &
humilitatis confeſſionem ſermonum ſuorū mode
randam eſſe virtutē. Idcirco poſteaq̄ dixerat in via
mandatorum tuorū cucurri: hoc addidit: cum di-
lataſti cor meū. Dilatatum eſt cor quod per fidē ca
pax doctrinę dei panditur. Et hoc de credentibus
dictum eſt/& inhabitabo & inambulabo i his. Cor
igitur dilatatur/in quo ſacramētū patris & filii re-
ſidet: in quo capaci habitatione ſpiritusſanctus di
latatur. Meminit & Salomon dicens. Sapientia in
exitibus canitur/in plateis cū libertate agit. Ver-
bi vtriuſq; huiꝰ latinitas noſtra vel obſcuritatē no
bis affert/vel alteriꝰ intelligētię opinionē p̄bet. Nā
q̄d nos in exitibꝰ dicimꝰ gręcitas ex hebręo
trāſtulit. Et exodꝰ p̄prie eſt vbi ex multis anguſtis
viis in vnā patētē viā coitur. Q̄d vero nos plateas
nūcupamꝰ/eodē noīe gręcitas nūcupauit. Sed pla
teas latitudines eſſe gręcus ſermo deſignat: & nos
putamus has eſſe vrbiū vias. Ergo ſapientia quę
Chriſtꝰ eſt/i via illa i qua nobis ex multis egreſſus
eſt canit. i latitudinibꝰ autē cū libertate agit i qbꝰ
nō ſolū habitare ſed etiā deambulaturā ſe eē p̄miſ
ſit. Ergo viā dn̄i p̄pheta libere currit poſteaq̄ dila
tato corde eē cepit. Nō ei ante potuit viā dei cur
rere q̄ ipſe illa digna & āpla deo efficeret hitatio.

Finis Deleth. incipit He.

LEgem pone mihi domine. &c. vſq; ibi i equitate tua viuifica me. Inuſitatã ac nouam deprecationem prophetę in primo quintę litterę verſu inuenimus. Ita enĩ cœpit. Legem ſtatue mihi domine viam iuſtificationum tuarũ. Sed rationem conſequi verſus huiꝰ ex latina interpretatione difficile eſt. Per conditionẽ enim communis ſermonis noſtri non ita abſolute potuit virtus verbi gręci & hebraici explicari. Gręci na nq; ex hebręo tranſtulerunt.

Orat enim in hoc verſu vt ſibi lex ſtatuatur iuſtificationum. & quod gręce eſt. ad eiuſdem ſenſus intelligentiam latinitas explicare non potuit. Propheta ergo orat/vt viam iuſtificationum ſuarum legem ſibi dominꝰ cõſtituat: id eſt vt qua lege viam iuſtificationum dei adeat & intelligat ſciat. Non enim vię tãtum ait: ſed iuſtificationum vię poſtulat legem. Et quę tandem iuſtificationis via lex erit? Nam in cõmunibus & terrenis viis legem meminimꝰ eſſe in ſpatiis mẽſuratas cum paſſuũ mille iterualla quędam legis vię ſigna ſtatuuntur: cum manſionum requies diſponitur: cum vſq; ad vrbem refectione viantium congrua rurſum mẽſionum interualla dimenſa ſunt. Sed etiam tunc cum ex ęgypto populus per rubrum mare pedeſter trãſiuit legem quandam vię ſuę meminimꝰ: & nõ humani arbitrii iudicio/ſed diuini conſtitutam in colũna ignis & nubis. Nam cum oporteret populum iter agere/colũna ignis nocturno tempore anteibat: die vero columna nubis. At cum placitum deo fuiſſet diu in hiſdem caſtris populum cõtineri/columna neq; ignis noctu prouehebatur/neq; nubes die anteibat. Legem itaq; hanc vię ſtatuit. Et ſi diligenter ſtatiões eas/mãſioneſq; caſtrorum/& conditiones locorum quæ Exodo continẽtur retractemꝰ: magna in ipſis cœleſtis itineris mirabilia cernemus. Ob quod frequenter propheta orauit dicens. Conſiderabo mirabilia de lege tua. Sed non iam iſtis ſe vię legibus contineri propheta orat. Non enim vię legem/ſed viã iuſtificationum popoſcit. Scit eſſe viam teſtimoniorum cum dicit. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum. Scit eſſe viam pręceptorum cum ait. Viam pręceptorum tuorum cucurri. Nouit etiam viam legis cum beati ſũt qui ambulant in lege domini. Scit eſſe hãc viam iuſtificationum de qua nunc deprecatur. Scit etiã eſſe viam in prophetis: ſcit eſſe viam in euangeliis. ſcit etiam viam in apoſtolis: de quibus ſępe teſtatus eſt. Vult ergo per vię huius legem vſq; in perfectam illã vitę viã tendere. Plures enim ſunt hęreticorũ qui viam legis probant: plures qui prophetarũ: multi qui euãgeliorum: multi qui apoſtolorum. Scimus etiam quoſdam nõ omnibus his viis eſſe contentos: Sed ſcriba doctus nouit diuitis patris familię ſe exemplo de theſauris proferre vetera & noua. Hanc igitur iuſtificationum vię legem propheta deſiderat. Lex enim iuſtificationum quibuſdam religioſi cordis diſciplinis continetur: & intra fines nos conſtitutionis ſuę quibus ſe verteret arctauit. ne excedẽtes eos ad opiniones hęreticę intelligentię euagaremur. Non vult igitur ab ea lege excedere quam conſtitui ſibi orat. Sed in quam cauſam hanc legẽ orat inſtitui? Scilicet vt exquirat eam. Lex erat iuſtificationum per Moſem ſcripta & hanc propheta operibus exercebat. Nõ ergo hãc ſtatui ſibi orat quę iam ſtatura erat: & ab eo religioſe agebatur. ſed eam quam optat inquirere. Quid ergo optat inquirere? Finem ſcilicet legis. Et quis erit finis legis? Apoſtolum audiamus. Finis enim legis Chriſtus eſt. Sed per has iuſtificationum vias quibꝰ ſtatuta lex fuerit: finem legis optat exquirere. Neq; ſolum exquirere: ſed ſemper exquirere. Ita enim ait. Et exquirã eam ſemper. Officium exquirendi non ſuffecerat/per voluntatem: niſi etiam indefeſſa ab eo temporis continuatione gereretur. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam: & ſeruabo eam in toto corde meo. In prouerbiis Salomonis ſcriptum meminimus. Ignorando ſapientiam ſapienter interrogantibus ſapientia deputatur. Quo ſenſu id oſtendi videt/ꝙ qui non intelligat/& ſapienter interroget ſapere credatur. Hoc itaq; eo proficit/quia ꝓpheta in lege manens/& ſecundũ apoſtolũ hebręus ex hebręis octaua die circunciſus: & ſecũdũ genus ex tribu iuda: & ſecũdũ gratiã corporeę vnctiõis/& rex electꝰ: & Chriſtus:

& ſacramēto dñicæ natiuitatis dignꝰ: cuius filiꝰ Ieſus xp̄s eſſet tanq̄ peregrinꝰ legis orat. Da mihi intellectū & ſcrutabor legē tuā: & ſeruabo eam in toto corde meo. Nōdū ergo ſeruat/nondū ſcrutatꝰ eſt/nondū intelligit. Nō ergo de ea lege loquit, in qua natꝰ eſt/erudiꝰ eſt/operatꝰ eſt p̄pheta. Sciens itaq̄ primā partē eſſe prudētiæ vt qs qđ nō intelligit/ſapientē interroget: & qđ ignorat intelligat: ideirco intellectū vt accipiat rogat. Sciens vero adepto ſpiritu intelligēdi/ſtudio opus eē ſcrutādi/ait. Et ſcrutabor legē tuā. Scrutationis autē fructū huiꝰ rei cuſtodiā eſſe cognoſcēs/dixit: & ſeruabo eā. Intelligēs vero pfectā cuſtodiæ diligētiā in toto eſſe cordis officio cōſummauit omnē ſermonis ſui ordinē dicēs. Da mihi intellectū & ſcrutabor legē tuā: & ſuabo eā in toto corde meo. Sed qđ tādē illud eſt qđ intelligere optat/qđ ſcrutaturū ſe & ſeruaturū toto corde p̄mittit? Meminit nāq̄ nō ocioſos dies Moſi libro in mūdi huiꝰ operatione monſtrari. Scit nō ſuperfluā eē diei ſeptimi requiē. Recordat ī menſis noui religionē ſacramētū feſtiuitatis celeſtis tanq̄ ī ſpeculo figurari. Nouit ānū illū quo poſt ſex annorū ſeruitutē liber hebræus eſt: quo pꝰ multā operationē requieſcit. fructibꝰ eiꝰ relictis proſelito paupi & beſtiis terræ quo & debita vniuerſa hebræis oībꝰ remittunt. Quīquageſimi quoq̄ āni legē cōcupiſcit ſcrutari. Vult q̄ ſit in primo menſe decimi diei vſq̄ in quartādecimā: & deinde vſq̄ ī vigeſimāprimā religio. Illā quoq̄ ſeptimi mēſis cogitat ſolēnitatē: cuiꝰ memoriale in tubis eſt. Decimi quoq̄ diei in eo placationē/ & poſt quītā decimā in tabernaculis dierū octo lętitiā. Quomō ex his & prima & octaua ſit ſancta. Scit circunciſionē primā fuiſſe: ſcit & iteratā p Ieſū eſſe geſtā. Azima ſancta deſiderat/litare paſca cōcupiſcit/de quo in agni ipſiꝰ imolatione ſcriptū eſt: hoc eſt paſca dñi. Terrā repmiſſionis/terrā fluentē lac & mel. ſcit nōdū vere a populo q ſecūdo eſt circunciſus obtētā. Ob hęc igit intellectū orat/hęc itelligēs ſcrutaturū ſe pollicet: hęc ſcrutatꝰ ſeruaturū ſe profeſſus eſt: hæc ſeruās in toto corde cuſtodiet. Poſt ſequit. Deduc me in ſemita mādatorū tuorū qa ipſam volui. Et in hoc nūc verſu ſermonis virtꝰ non p̄prie p cōditionē tranſlationis expreſſa eſt. Nam id quod noſtri ita dixere: deduc me in ſemita: gręcitas ſic locuta eſt. Et id quod cum illis dicit: trita & frequētata diſcurſibꝰ ſemita intelligit. Nobiſcū autē ſemita pōt & eē ſemita & eſſe nō trita. Ergo qa gręcitas vtrūq̄ eadē nūcupatiōe cōplexa eſt. nos quoq̄ ita ſentiamꝰ: & ſemitā equidē ſciamꝰ eſſe q̄ trita eſt. Et obſeruādū eſt/ qđ hic nō legis/ſed mādatorū ſemitam eſſe dicat. Via em̄ legis Moſi gradiēda eſt poſtq̄ ipſa cōſtituta eſt: quia in mandatis dei iam a ſæculi inſtitutio ne perfectum fit. In hac em̄ ſemita & Abel cucurrit. & Seth inſtitit. & Enoc placuit: & Noe reſeruari meruit: & Melchiſedech & benedicere potuit: & decimas accepit: & Abraham amicus dei eſt: & ex Iuda expectatio gentium eſt: & Ioſeph in teſtimonium poſitus eſt: Iob a lege liber de hoſte legis triūphat: & hebræum Moſes vindicat: & Ieſus ſecundo iſrael circuncidit: & Samuhel dignus in vngēdo rege deligitur. Et nunc in hāc orat ſe hic & vnctus & Rex & propheta deduci. Scit enim imbecillam ſibi eſſe naturam: neq̄ ſe poſt hanc ſemitam ſine duce aggredi. Dux enim eſt cum dicitur. Retro poſt eum ambulabis quoniam ipſe te deducet. Deducit autem cum ait. Qui non tulerit crucem ſuam: & ſecutus me fuerit non eſt me dignus. Deducit etiam cū prior omnē euangelicarum paſſionum ſemitam triuit. Si apoſtoli docent: prior ille docuit. Conſtituit enim ſapientia amicos dei & prophetas. Si iuſte nunc aliquid geritur a nobis princeps iuſtitiæ noſtræ eſt. Eſt enim ipſe iuſtitia. Si ob fidem ob terrorem flagellamur: flagellis ille dorſum ſuum prębuit. Si alapis ad iniuriam cędimur. has ille ſuſcepit. Si contumeliam conſpuimus: faciem ſuam ille non auertit a ſputis. Dux in oībus ille eſt. Sed dux eſt diligentibus legem quā ſuperius ſe toto in corde cuſtoditurum p̄pheta pfeſſus eſt. Non enim hic ſecundū ſermonem gręcitatis cū dicitur: quia ipſā volui: ad ſemitā mādatorum referri poteſt quia gręcitas: vbi fœminino genere ſemita ſcripta eſt. id quod vellet maſculino genere pronunciat: lex eni fœminino genere a nobis nūcupatur. q̄ gręce Nomos dicta eſt. qđ ab his genere maſculino enūciat. Et cū illic fœminino genere ſemita nūcupet id qđ voluit ad id re

ſerẽ qđ p maſculinū genus grecitatis ꝓprietate me moratū eſt. Sequiẽ nūc. Inclina cor meū in teſtimonia tua. & nō in vtilitatē. Oia prppheta ad mun⁹ dei rettulit ſiue vt lex iuſtificationū ſibi ſtatuaẽ a dñо: ſiue vt ſibi intelligẽtia preſteẽ. ſiue vt deducatur in ſemita: ſiue vt cor ei⁹ in teſtimonia inclineẽ idest in ea quę ſub teſtib⁹ ſcripta ſunt. Teſte eñ celo & terra / lex tradita eſt. Sed forte p hanc ꝓphetæ religioſā modeſtiā quiſq̃ ipſe loqui ita audebit. Si inquit oia a deo ſūt: humana ergo ignorãtia caret culpa / cū nihil obtinere poſſit niſi qđ donatū a deo ſūpſerit. Et primū hoc ipiæ eſt volūtatis exiſtimate: iccirco ſe ea q̃ ſunt credẽtiū ꝓpria nō conſeq: q ſibi a deo indulta nō fuerit. Sed omnẽ occaſionem huius impiæ excuſationis ꝓpheta ſubmouit. Primū eñ cū orat cōueniẽs infirmitati ſuæ egit officiū. dehinc dei munerib⁹ humanæ deuotiōis ſtudia cōnexuit. Cū eñ ait. Legẽ mihi ſtatue dñe viam ꝑceptorū tuorū: qd ſm orationis noſtrę humilitatẽ dei eſſet oſtẽdit. Cū autẽ ſubiecit. & exquirã eã ſemp. officiū deuotionis ſuę ꝓtulit. Et in cæteris quoq vtrūq quodã cōplexu ſibi iuicẽ colligauit: cū deduci ſe i ſemita poſtulauit: & cū id ipſū voluit /. Prius eñ q̃ a deo ſunt cū honore præpoſuit: & tūc q̃ a ſe cū cōfeſſione ſubiecit. Orat igiẽ vt deus tribuat. Eſt ergo a nobis cū oram⁹ exordium vt munus ab eo ſit / dehinc qa de exordio noſtro munus eſt eius ex noſtro ruſum eſt vt exquiraẽ & obtineaẽ & maneat. In eo autẽ qđ ita ſe habet: inclina cor meū in teſtimonia tua & nō in vtilitatem quidam tranſtulerunt inclina cor meum in teſtimonia tua & non in auariciam. Id enim quod in hebręis codicib⁹ cōtineẽ: ãbigua i definitione vtriuſq intelligentię poſitū eſt. Sed nos ſicut oportet ſequimur ſeptuaginta interpretū religioſã & antiquã auctoritatẽ ex iudicio rñ cæterorū tranſlatorū ꝓprietatẽ intelligẽtiæ hui⁹ (q̃ eſt difficilis) captãtes. Cū eñ hi dixerit in vtilitatẽ: illi dixerit in auariciã p id ipſū quomõ vtilitas hic nūc ſit ſubiecta noſceẽ. Nã ſæculi hoies pecuniã / argentū / aurū / & cætera opū inſtrumẽta vtilitatẽ vocãt. Ergo cum in dei teſtimonia inclinari cor ſuū & nō in vtilitatẽ ꝓpheta orat / inclinatū in dei teſtimoniū cor ab his ſine dubio referr q̃ humano iudicio exiſtimanẽ vtilia. Et quidẽ intelligẽtiæ noſtræ ſenſum: verſu eo q cōſequiẽ cōfirmat. Ait eñ. Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ & in via tua viuifica me. Vanitatẽ eorū dicens quę ab hoib⁹ exiſtimanẽ vtilia. Et quęrendū eſt quos oculos & a qua vanitate oraret auerti. Orat autem & animi & corporis oculos eos ſcilicet q in theatralib⁹ ludis captiui incubant: eos q Circenſiū certaminib⁹ ſeruiūt: eos q veſtiū p̃cia miranẽ. eos quos auri ſplendor & gemmarum varietas occupat. Niſi forte nō magis equorū curſu aſtrorū curſus ẽ gratior: & obſcœnis illis ſpectaculorū tẽpliū fabulis: nō amœni⁹ diuina illa humanę ſpei eloquia cantanẽ. Niſi forte huic terrenorū metallorū vſui nō magis æternitatis repoſitæ diuitiæ honor & gloria ꝑferetur. & blãdior mihi erit auri ſpecies q̃ hominis: & terrę & lucis & cœli! Ab eorū igiẽ vanitatib⁹ auerti oculos & hos corporis ſui / & illos animæ deprecatur. de quibus occęcatis beatus Aplus docet / cū ait. In vanitate ſenſus eorū intenebrati alienati a vita dei. Et auerſorū oculorū a vanitate / qđ pręmiū ſit longe requirendū ẽ. Sequiẽ eñ. Et in via tua viuifica me Declinãdi eñ a vanitate ſūt oculi vt nobis in via dei vita ſit. Nō ea vita quæ nūc eſt / ſed ea quæ in cælis repoſita eſt & in chriſto abſcõſa. Ita eñ in omni hoc pſalmo locutus eſt. tanq̃ victurus ſit / nō modo viuat. Erigẽdi igiẽ oculi ſūt qbus xp̄i poti⁹ gloria q̃ mūdi hui⁹ inania & vana cernanẽ. In via eñ dei referẽtes oculos a vanitate viuem⁹. Dehic ſequiẽ Statue in ſuo tuo eloquiū tuū i timore tuo. Nouit a plurimis ꝓpheta eloq̃a dei ſine metu nō ſuſcipi. Plures eñ auditas cęleſtiũ elogi ſcripturas tanq̃ fabulã rerū ianiū negligūt: & dei verba q̃ ꝑterire cælo & terra ꝑtereũte nō poſſūt magno cū ꝑiculo irreligioſę temeritatis irridẽt. Nouit initiū ſapiẽtię dei eẽ timorẽ. Nouit in illa ſeptiformis ſpūs gratia timorẽ in poſtremo tanq̃ firmamẽtū eorū q̃ ſupi⁹ ſūt dicta numerari. Cōſtitui ergo in ſe dei eloq̃a i timore dei ꝑcaẽ: qa ſcit ea nobis eloq̃a futura eẽ (q̃ tanq̃ dei timebūtur) vtilia. Dehic adiecit. Circūcide opꝓbriū meū qđ ſuſpicat⁹ ſū qa iudicia tua iocũda. Propheta in corpore poſit⁹ loqẽ: & neminẽ viuẽtiū ſcit ſine peccato eẽ poſſe. Vnum meminit eẽ q peccatū nō fecit: neq dol⁹ iuẽt⁹ eſt i ore ei⁹. Ergo cū circūcidi a ſe opꝓbriū depcaẽ: peccata circūcidi orat qa peccatū ſequaẽ opꝓbriū. Sed cū circūcidi a ſe orat nō tã q̃ de admiſſo ꝑpetratoq cōfeſſ⁹ ẽ. ſed qa id p infirmitatẽ carnis ſuę i ſe ſuſpicaẽ habitare. Nō eñ ait circūcide opꝓbriū meū qđ ꝑpetraui: ſed circūcide opꝓbriū meū qđ ſuſpicatus ſum: ſuſpicationem op-

probrii ex cõſciencia propriæ infirmitatis oſtẽdẽs
In iudiciis eñi multi ad opprobriũ reſurgẽt.Quæ
quia his iocunda ſunt in quib9 peccati nõ mane-
bit opprobriũ:ipſam illam quæ in ſe eſt ſuſpicatio
nẽ opprobrii a ſe c'rcũcidi orat.vt ſibi dei ſint iocũ
da iudicia. Ac ne de admiſſa peccati cõſciẽtia pre-
cat9 eſſe exiſtimaret circũciſionẽ omnẽ quã ſub ſin
gulis octonis verſibus deferr:hac libertate cõclu-
ſit.Ecce cõcupiui pręcepta tua:in ęquitate tua vi-
uifica me. Superius orauit vt in dei timore dei in
ſe ſtatuerenẽ eloquia.Dehinc vt a ſe ſuſpitio circũ
cideret opprobrii. Nunc cõcupiſcentiam ac deſi-
deriũ ſuũ ergo dei praecepta demõſtrat.& vt inæq
tate dei viuificet orat:ſciens propriũ diuinę æqui-
tatis eſſe munus vt viuificet eũ q & pcepta dei ſer-
uauerit/deſiderauerit/cui & circũciſa opprbrii ſuſ-
pitione iocũda iudicia ſint/& i timore dei in ſe cõ-
ſtituantur eloquia.

Finitur He littera quinta.
Incipit Vau.littera ſexta.

ET veniat ſu
per me miſericordia tua dñe
ſalutare tuũ ſm eloqũ tuũ.
Plures ſecũdũ apoſtolũ ſũt/
q ſapiẽtiã ſæculi ſequẽtes ſa
pientiã dei reprobauerũt.Ob
qd ſtultam fecit de9 ſæculi ſapiẽtiã. Quid eñi infi
delibus ſtultius eſt q præter illũ cõmunẽ irreligio-
ſorum errorẽ etiã hoc adiiciũt piaculi:vt diuinarũ
ſcripturarũ eloqa putent pfectæ doctrinę carere ra
tione.Et quia p ipietate ingenii ſui diuinorum di
ctorũ capaces eſſe non poſſunt:ad cõtumeliã cæle
ſtiũ verborũ p excuſatione hebitudinis ſuæ pſũ-
punt:dicentes in his nihil rationabile .nihil eſſe p-
fectũ:volentes ea quæ a ſe dicant ſola eſſe erudita
& doctrinę ſuę prudẽtia expolita : ſtulti deo negã
tes q aſſumere ipſi ſibi audẽt.Nec mirũ eſt ſi irreli-
gioſæ de eis opinant:quorũ peculiaræ hebetudinis
modo intelligẽtiã nõ conſequũtur . Verum qlis
in eo ſermone quẽ ſuperius habuim9 his q ſapiẽtiã
dei ſequũtur cognitã dictorũ cæleſtium perfectio
nẽ exiſtiment:nihilq eorũ eſſe qd nõ conſũmatũ
atq oi ex pte perfectũ ſit tñ id quoq etiã in his ſex
tæ litteræ verſibus abſoluti9 licebit intelligi. Poſt
ſuperiorẽ eñi ſenſũ ita loquit. Et veniat ſuper me
miſericordia tua domine:ſalutare tuum ſecundũ
verbũ tuum.Miſericordiam itaq primum depre
catus eſt:dehinc ſalutare.Salus enim noſtra ex mi
ſericordia dei eſt:& bonitatis ſuæ hoc mun9 in no
bis eſt.Et inde coepit oratio vnde & ſalus inchoat
depcãtis. Dehĩc ne ex incerta & ex inopinata ſpe
precari propheta exiſtimaret:primũ miſericordiã
dehinc ſalutare cõmemorat tum tertio ſubiecit ſe
cundũ verbũ tuũ.vt hanc orãdi fiduciã proficiſci
ſm verbũ dei.i.ſm doctrinã legis oſtenderet. Poſt
hũc itaq pfectæ orationis ordinẽ id ſequit.Et reſpõ
debo exprobrãtib9 mihi verbũ:qua ſperaui in ver
bis tuis. Tenet ordinẽ ratio pfecta.Si inquit in me
veniet miſericordia tua & ſalutare tuũ ſecundum
verbum tuũ:& ita fuero miſericordiam cõſecutus
& a te cõſeruat9 vt ſpopõdiſti : conſequẽs erit vt
in his qui inſipientiã mihi & errorẽ ſpei & verbum
hoc qd in te ſpero exprobrãt/reſpondeã.Quid ita
q aduerſus hanc prophetæ reſponſionẽ exprobra
te irreligioſa mens poterit? Miſericordia primum
oratur a deo:ſalus etiam expectatur a deo:& inde
eam ſpopondiſſe per verbum ſuum deus oſtendit
Concluditur itaq exprobrantiũ impietas ab his q
in dei verbis ſperant cũ quando deus precatur/&
miſericordiã & ſalutẽ ab eo credẽtium fides ſperat
& doctrina hæc ſpei noſtræ ſit vt oratus miſereat
& ſaluet.dehĩc ſequit.Et ne auferas de ore meo ver
bũ veritatis vſquequaq nimis:quia in iudiciis tu-
is ſperaui. Accipiat humana inſolentia humilita-
tis modeſtiaq doctrinã Prius ppheta concedi ſi-
bi orat/quã ſe id mereri vt obtineat oſtendat.Om
nia vult a bonitate dei in ſe inchoari.Nec tñ cauſã
fiduciæ ſuę ſubſtrahit. Ait eñi.Et ne auferas de ore
meo verbũ veritatis vſquequaq nimis.In quo pri
mũ maieſtatẽ ei9 cõſitet.qui ſemp orandus eſt.de
hinc ſe nõ ex inani ſperare ſubiecit dicẽs. Quia in
iudiciis tuis ſpaui.Hũanę aũt temeritatis ẽ hic mos
pri9 ad obtinẽdum aliqd meritũ q mereatur inge
rere . & eũ a quo qd poſtulet tanq ex officii debito
cõuenire.Sed nõ ſufficit nobis vt modeſtiæ tñ te
nuerit ppheta rationẽ.Collocatiões etiã verborũ
virtuteſq noſcẽdę ſũt cur ita dixerit.Et ne auferas
de ore meo verbũ veritatis vſquequaq nimis:Oẽ
oris officiũ cordis ſẽſui motibuſq famulat.Et cur
ppheta ne ab ore ſibi verbũ veritatis auferat oret:
veri9 iſti9 cõſequẽtia docẽt .Nõ eñi metũ hũc p-
phetæ fuiſſe exiſtimãdũ ẽ/vt ſibi veritatis verbum
ex corde ac ore vereretur auferri.Scis autem quę-

dam eſſe peccata/quæ ex ore verbum auferãt ve-
ritatis.Peccatori em̃ dixit deus Quare tu enarras
iuſtitias meas? Nõ em̃ ait.Quare imemor es iuſti-
tiarũ mearũ.Sed peccatorẽ monuit eũ:q in pecca-
to mãſiſſet prędicationis officio abſtinere:vult em̃
liberũ a crimine eſſe doctrinæ cęleſtis p̃dicatorem.
vult eloqa ſua a caſti corporis caſto ore tractari.Ca
uẽdũ igitur eſt ne qñ ex ore noſtro verbi veritatis
auferatur eloquiũ. Hic illud eſt qđ apoſtolus mo-
net.Noli negligere qđ in te eſt chariſma: ne per ne
gligentiã ac deſidiã idigni p̃dicatione verbi dei ſi-
mus.Sed ꝓpheta non audet in tm̃ ſe a peccato li-
berum effici velle vt non meminerit vnum ſolum
eſſe q peccatũ nõ fecerit.& dolus in ore eius nõ in-
uentus ſit.Et iccirco ſubiecit vſquequaq; nimis.ꝑ
modeſtiã ſcilicet cõfeſſionis:& vt non auferatur a
ſe verbũ veritatis orat: & per honorẽ eius q vnus
tantũ ſine peccato ẽ:ne vſquequaq; nimis a ſe au-
feratur:expoſtulat:quia ſe hominẽ meminit: q per
naturæ infirmitatẽ ſine peccato eſſe non poſſit.Et
cuſtodiam legẽ tuam ſemper in ſæculũ & in ſæcu
lũ ſæculi.Nullũ propheta vitæ ſuæ finẽ pertime-
ſcit.Non em̃ cõcluditur fides ſua ſæculis/ſed ſe in
infinitatẽ temporũ officio cuſtodiendæ legis extẽ
dit.Scit & altare a Moſe in exẽplũ eſſe ſuperioris al
taris extructũ:ſcit & Aaron ſacerdotem ad ſpeciẽ
eſſe oſtenſi in mõte ſacerdotis ornatũ.Moſi enim
deus ait.Vade fac omnia ſecundum exemplũ qđ
oſtendi tibi in mõte.feſtinat ergo in leges illas ę-
norũ ſæculorũ.Nam cum lex futuri vmbra ſit ne-
ceſſe eſt corpus illud verę legis æternum ſit.Diſti-
xit autẽ hoc officiũ: ab indefeſſa illa perpetui offi
cii iugitate dicens. Et cuſtodiã legem tuam ſemp
in ſæculum & in ſæculum ſæculi. Cũ ait ſemp in
ſæculũ:nullũ in hac temporis vita ſubrependę ob
liuionis tempus admiſit.Cum autem adiecit & in
ſęculum ſæculi.ſcit per hanc vmbram legis ad my
ſterium veræ & æternæ legis aſcendi. Ait em̃ ſæ-
culum ſæculi tanq̃ temporis tempus: ſuccedente
quadam viciſſitudine huius ſæculi ſæculum ſit fu
turũ.Nouit eſſe ſecundũ euangelicũ diuitẽ & pau
perem Lazarum exem ptę a corpore animæ legem
per quã alia ab alia Chao impenetrabili ſeparetur.
Scit ſecundum apoſtolum Paulum reſurrectionis
quoq; eſſe legem in qua differt ſtella ab ſtella in cla
ritate.Scit eſſe leges angelorum cum alii aſſiſten-
tes deum indefeſſa voce collaudant.Alii ante cõ
ſpectum inuiſibilis nobis dei tanq̃ lege officii pro-
pioris aſſiſtũt. Nouit & puſillorum ãgelos faciem
dei quotidie ex quadam lege conſpicere.Scit vtiq;
eſſe æternas leges & eas omnes ſe in illo ſæculi ſæ-
culo cuſtoditorum eſſe confidit.quia ea quę ꝑ vm
bram ſunt cõſtituta in hoc nunc ſęculo ſemper ob
ſeruet.Et ingrediebar in dilatatione.quia manda-
ta tua perquiſiui.Non eſt anguſtus propheta & ſu
perius iam dixerat. in via præceptorum tuorũ cu
curri cum dilataſti cor meum. Scit inter humana
rum tribulationum paſſiones:ſemper ad deum pa
tulo ſe eſſe corde oportere. Quod ipſum apoſtolꝰ
docet dicens.In omnibus tribulati ſed non angu-
ſtiati.Nouit hac ipſa amplitudine cordis de ſe idẽ
apoſtolus gloriari.cum ad Corinthios ait.Non an
guſtiamini in nobis ſed anguſtiamini in vobis. Pa
tet etiam hic propheta dicente deo. Et ihabitabo
in his/& inambulabo in ipſis: Anguſta igitur pec-
cantium ſunt corda & hoſpitio deum mens pollu
ta non recipit.Patulum enim domicilium incon-
ceptibili deo opus eſt.Et iccirco in amplitudine ꝓ
pheta ambulat: quia in eo in ſe loquentis habita-
tio eſt. Cauſam vero amplitudinis ſuæ docet di-
cens.quia mandata tua perquiſiui.Naturæ noſtrę
conſuetudinem recordamur quotienſcunq; lectio
ni vacantes mandata dei & præcepta ſcrutamur:
in quãtã amplitudinem intelligentiæ mentiũ no-
noſtrarum dilatantur anguſtiæ: & q̃ patulus no-
ſtræ humilitatis i deſideria diuina ſit ſẽſus.Per pec
catorum autem noſtrorum cõſcientiam/coarctat
nobis oĩs aĩę ãplitudo ac difficilia oĩa & ãguſta ſũt
cũ diuini verbi habitatione ſumꝰ indigni:Sed ãbu
lãs i latitudine ꝓpheta verſari i officio digno ade-
ptę ãplitudinis debet.Et verſat plane. Seqtur em̃
Et loq̃bar de teſtimoniis tuis in conſpectu regũ &
nõ cõfũdebar.Hoc officiũ dilatati cordis eſt vt ex
eo ihabitãtia diuinę doctrinę verba ꝓcedãt.Loquit
em̃ ꝓpheta cõſtãter aduerſꝰ pricipes terrę deũ p̃di
cãs.Et qdẽ duplex ſignificatio ſenſꝰ huiꝰ ẽ:q a ſm
dñica p̃cepta oporteat a nobis xp̃m corã regibꝰ &
poteſtatibꝰ p̃dicari: neq; nos terrenarũ poteſtatũ
fas ẽ iure terreri:quominꝰ omni confuſione reiecta
cõſtanti & publica fide deum qui negantes nega-
turus ſit non negemꝰ.Poteſt & ſermo ad eos refer
ri de quibꝰ & apoſtolus ait.Iam ſine nobis regnatis
vtinam regnetis. Ideſt tanq̃ in conſpectu ſanctorũ
q vtiq; frequẽter reges terræ ſũt nũcupati ꝓpheta

dei teſtimonia ſit locutus. neq; confuſus per præ
dicationē ſuā doctrinæ cæleſtis inſtituta prębere
Geminā autē lectio intelligentiam ex ſe præſtat
vt qa vtrūq; ex teſtimoniis ſcripturarum intelligi
promptum ē: aut qa vtrūq; ſignificatū exiſtimet:
aut qd magis videbitur probabile eligatur. Et me
ditabar in mandatis tuis quæ dilexi vehementer
Non ſolū igit loqui nos in teſtimoniis dei cōuenit
ſed legis mandata omnia diuturna meditatione p
cēſere: Neq; tantū meditatio vtilis eſt / niſi lex ipa
(q̄ in meditatione eſt) diligatur. Neq; diligere cō
muni dilectione ſufficiet niſi etiam vehementer
id qd diligit diligatur. Atq; ideo hunc omnē per-
fectæ rationis ordinē ſmo propheticus percurrit
dicens. Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi
valde. Et erexi manus meas ad mandata tua quæ
dilexi: Manus ad mandata ea quæ diligebat ere-
xit: non vtiq; cōtumelioſas aut procaces ſed man
datis humilitatis ſeruientes: ſed operibus miſeri-
cordię inſiſtentes: ſed fidei pcepta pagētes. Operis
vero officiū ſemp oportet eē intentū / & nulla in-
terdū negligētis otii diſſimulatione ceſſare. In hoc
quoq; ſe manere ppheta teſtat dicēs. Et exercebar
in iuſtificatiōib⁹ tuis. Exercitatio aſſiduitatē ope
rationis oſtēdit. Frequētē itaq; ſibi eſſe & ſemper
intentā pceptorū obſeruantiā docet ad illas de q-
bus ſupra memorauim⁹ cæleſtiū iuſtificationum
efficiētias / nūc ſe in iuſtificationibus præſentis &
ex futuris adumbratę legis exercens.

Finitur Vau littera ſexta.

Incipit Zay littera ſeptima.

Memor eſto verbi
tui ſeruo tuo in quo mihi ſpē
dediſti. Oīs dei ſmo qui ſcri-
pturis diuinis cōtinet in ſpem
bonorū cæleſtiū vocat. Atq;
ob id ppheta in omnibus ſe dei pręceptis ſe man-
ſiſſe cōfidēs / cōſtanter ait. Memorare verbū tuum
ſeruo tuo. Nūquid pmiſſi ſui de⁹ imemor eſt? Ab
ſit iſtud vt aliqua ſubrepere in æternā atq; indefeſ
ſam virtutē humanarū infirmitatū genera credā-
tur. Sed ppheta q pmiſſis dei credidit: q deſiderio
cæleſtiū detent⁹ eſt: q cōtemptu pręſentiū futura
ſperauit: non ad memoriam verbi ſui deū admo-
net: ſed vt verbi ſui in ſe ſeruo ſuo memor ſit depcat:
id ē vt dign⁹ habeat: i quo verbi ſui memor eſſe di-
gnet. quo i verbo ſpē dederit. Et ſpē non inanē eſſe
oportet / neq; verbis tantūmodo prædicari ſed re-
bus ipſis doceri. Et ſiqn̄ icidant infirmitates / per-
ſecutiones: damna / orbitates / cōtumeliæ / has prę
ſentis ſæculi minas ac poteſtates ſpe æternorum
promiſſorū conſolemur. Sed iā ipſis oīb⁹ ppheta
perfunct⁹ eſt. dicens. Hæc me conſolata eſt in hu-
militate mea: quia eloquiū tuum viuificauit me.
Hæc ad ſpē refertur quæ ſperare eum in deū fecit.
Conſolata vero eſt eū in humilitate ideſt cū cōtē-
nitur / cum irridetur: cum iniuriis vexatur / cum cō
tumeliis inhoneſtatur: ſciens hanc ſibi tentationū
pręſentium eſſe militiam. Sed ſe inter hæc infirmi
tatis ſuę bella ſpes a dn̄o pręſtita cōſolatur: viuifi-
catur autē per eloquia dei. Scit in his excellētē eſſe
in cælis humilitatis ſuæ gloriam. Scit animam elo
quiis dei refertam tanq̄ pabulum aliquod vitæ in
ſe æternæ continere. Non mouetur in eloquiis dei
viuens inani ſuperbientium gloria: Nouit enim in
digentiam ſuam eorum eſſe opulentia ditiorem.
Scit ieiunia ſua cęleſti atq; euangelica benedictiōe
ſaturari. Scit humilitatem ſuam glorioſo eſſe ho-
noris pręmio munerandā atq; ideo ſubiecit. Super
bi inique agebant vſquequaq;: a lege autē tua non
declinaui. Inter nimias & cōſūmatas ſuperborum
iniquitates valde enim inique agebant nullo pro
pheta deflexu a lege dei declinat. Oportet eſſe eū
memorem iudiciorum dei. In omni enim vitæ no-
ſtræ genere memoria nobis diuini iudicii inſeren-
da & continenda eſt. vt cum aliquid agimus: reſi-
dente in nobis iudicii memoria vel nunq̄ potius
abeunte præceptis dei opera noſtra famulentur.
Beatus erit quiſq; non ſine memoria diuini iudi-
cii omnia geſſerit. Quod de ſe profitetur pphe-
ta dicens. Memoratus ſum iudiciorum tuorum a
ſæculo & exhortat⁹ ſum. Hic nunc a ſæculo tantū
non etiam a ſæculo ſæculi: quia omnia in nos iudi
cia dei ex ſæculi huius ac mundi temporibus inſti
tuta ſunt. In his autem ſe hortatus eſt inter hos ſci
licet mūdi turbines & īter hęc paſſionū corporaliū
plia ad tolerantiam ac victoriam īfeſtantium ma-
lorum humilitatem ſuam iudiciorū dei memoria

adhortatus. Deinde ſequitur. Defectio animę te-
nuit me a peccatoribus derelinquētibꝰ legē tuam
Virtutes propriæ ſuæ. prophetæ huic ad ſpem vi
tæ æternæ non ſufficiunt. Neqꝫ ꝙ ſpem in verbo
dei habuit: neqꝫ ꝙ in ſpe eadem collocatus eſt: neqꝫ
qd dei viuificatᷓ eloquio / neqꝫ ꝙ non declinat a le-
ge neqꝫ ꝙ ſe per memoriā iudiciorū dei adhortatᷓ.
Quinetiā dolore humanæ impietatis fatigatur &
ob irreligioſas hominū iniquitates exanimis eſt.
Sanctus em̄ quiſqꝫ cū cædit non humilitatis ſuæ
qui cæſus eſt / ſed inſolentiæ eius q cædit miſeretᷓ:
vt a veſano filio pr̄ / vt ab amēte ægroto medicꝰ cō
tumeliā paſſꝰ dolorē non ex eo qd perpeſſus fuerit
ſentit. ſed ob id ꝙ ille quem ſanū eſſe cuperet iniu-
riā ſibi veſanus intulerit. Mēbro autē vno aliquid
patiente ſecundū apoſtolum compatiūtur & cæ-
tera membra. Defectio itaqꝫ ſecūdū hæc tenet pro
phetā ſuper peccatores derelinquētes dei legem.
Affectu miſerantis ſcilicet & dolētis / & tanq̄ mē-
bris ſuis pro parte ægrotis iniquorum & irreligio-
ſorum periculo fatigatur. Manet autē ipſe quātū
ad ſe iuſtificationibus dei ſemper intentus & in oī
quacūqꝫ ſede habitat: nequaq̄ ex ore eius religioſę
confeſſionis hymnus abſcedit. Ait enim. Cātabi-
les mihi erant iuſtificationes tuæ in loco incolatꝰ
mei. Exēplo ſuo docet ſuſcepta ſemel in aures pſal
morū cantica in corde eſſe cōtinenda & ſemper ea
officio oris iterāda. Non negligenter vt ipſe præ-
dicat legit atqꝫ audit: neqꝫ irreligioſitatis noſtræ
modo diuina eloqa aut occupatis in aliud aut in-
curioſis oculis legit; aut mox obliuioſis auribus
excipit: ſed cantabiles mihi ideſt ſine intermiſſio-
ne cantatæ. In omni autem cuiuſqꝫ generis loco
nequaq̄ a ſe abeſſe pſallendi conſuetudinē docet.
cum ait. In loco incolatꝰ mei. Non enim ait in in-
colatu meo. ſed ita ait. in loco incolatus mei. In
quacunqꝫ ſcilicet ſede manſiſſet intelligens ſe mū
di huius eſſe peregrinum dei tamen ſemper ſibi iu
ſtificationes eſſe cantabiles. Sed q̄ cātabiles ſint iu
ſtificationes dei oſtendit: cū nullū omittat tempꝰ
quo non illo cæleſtium ſacramētorū opere verſetᷓ.
Ait enim. Memor fui nocte nominis tui domine:
& cuſtodiā legem tuam. Scit pręcipue nocturno
tempore diuini eſſe a nobis nominis recordandū.
Scit tum maxime cuſtodiam dei legis a nobis eſſe
retinendam: cum ſubrepunt animo impurę cupi-
ditates. cum vitiorum ſtimuli per recens aſſūptū
cibum corpus exagitant: tum dei nomen recordā
dum eſt; tum cuſtodienda lex eius eſt pudicici-
am: continentiam: timorem dei ſtatuens. Nouit
hoc præcipue tempore dominum orandum: depᵉ-
candum: promerendum dicens in loco alio. Laua
bo per ſingulas noctes lectum meū lachrymis me
is ſtratum meum rigabo. Non eſt periculoſo no-
cturnarū vigiliarum otio animus relaxandus: ſed
in orationibus: in deprecationibus: in confeſſioni-
bus peccatorū occupandus eſt. vt cū maxime cor
poris vitiis opportunitas datur: tum præcipue ea
dem vitia diuinæ legis recordatione frangantur.
Sequitur deinde. Hæc mihi facta eſt / quia iuſtifica
tiones tuas exquiſiui. Hæc ad memoriam refertur
per quā memor fuit noctibus nominis dei. Quod
autem ait mihi facta eſt ideſt non ſubito recurrēs
neqꝫ temperariæ aſſumpta ſed ſemper in ſe manēs
& intra ſe quodam fidei opere inſtituta: & ob id eſt
facta quia iuſtificationes exquiſierit. Vtile igitur
ē iuſtificationes dei ſine aliqua temporis intermiſ-
ſione ſcrutari; quia per exquiſitionem earum eius
memoriā nos perpetē cōtinemus. In chriſto Ieſu
cui eſt gloria in ſæcula ſæculorū Amen.

Finitᷓ Zay littera ſeptima.

Incipit Heth littera octaua:

PORTIO mea
dn̄e dixi vt cuſtodiā legē tuā.
&c. vſqꝫ ibi iuſtificatiōes tuas
doce me. Plures pſalmorū co-
dices legētes: & nos ita opina-
bamur verſū q octauę litteræ primꝰ eſt: id eſt hūc
portio mea dn̄s: in ſuperioribꝰ ſeptimę litterę octo
verſibꝰ cōtineri. qa ita i latinis codicibꝰ atqꝫ etiā i
nōnullis gręcis ſcriptū cōtinebatᷓ. & ſane abſolu-
tior ſeꝰ videbatᷓ. Sꝫ ſm̄ hebręos emēdatū apud grę̄
cos pſalmorū librū legētes: īuenimꝰ hūc verſū nō
ſeptimę litteræ nouiſſimū eē ſed octauę primū. Ita
qꝫ ſm̄ hāc cognitionē: nos quoqꝫ tractare de eo ag
greſſi ſumꝰ. cœpit em̄ ita. Portio mea dn̄s dixi vt
cuſtodiā legē tuā. Rarꝰ qſqꝫ ē cui iſta fiducia eſt vt
portionē ſuā eē deū audeat dicere. Renūciandum
eſt ſæculo oībuſqꝫ rebꝰ eiꝰ vt nobis deꝰ portio ſit.
Cæterū ſi nos ābitio detineat: ſi cura pecunię occu
pet: ſi illecebrę libidinū capiāt: ſi negotia rerū fami
liarium demorentur: portio nobis dominus non
erit: ſæcularium curarum atqꝫ vitiorum poſſeſſio

ne detẽtis.Moſi cũ iuſſum eſſet portiones incola-
tus diſtribuere duodecim gentibꝰ Iſrael: ita de tri
bu leuitica praeceptũ eſt.filiis leui non erit portio/
neq͂ ſors in medio fratrũ ſuorum quia dominꝰ de
us eſt pars eorum.Et rurſum ſcriptũ meminimus
Ego dñs pars eorum Nullã ergo deo ſeruiẽtibꝰ lex
data terrenã eſſe voluit portionẽ/q͂a pars eorũ deꝰ
eſſet.Meminit & euangelii pdicator ille Petrꝰ/nul
lam ſibi eſſe portionẽ poſſeſſionis humanae:cũ orã
ti alimoniã reſpondit.Aurũ & argentum non eſt
mihi/qđ autẽ habeo hoc tibi do.Quid eſt iſtud Pe
tre qđ poſſides?Renũciaueras omnibus deo tuo di
cẽs.Ecce nos omnia dereliquimꝰ & ſecuti ſumꝰ te
quid erit nobis? Et tibi ille reſpõderat.Amen dico
vobis q͂ vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione ſe
debitis ſup duodecim thronos iudicãtes duodecĩ
tribus Iſrael.Et exemplo veſtro caeteris relinquẽti
bus cuncta ſpopõderat qđ & cẽtuplum acciperẽt:
& dehinc vitã aeternã poſſeſſuri eſſent.Quid ẽ igi
tur iſtud.Petre qđ hẽs? Habes plane & non audeo
dicere plus te centuplo obtinere.dico tamen te ſi
ne multiplicatione calculi poſſidere.dicis enĩ.qđ
habeo hoc tibi do.in nomine Ieſu chriſti ſurge & ã
bula.O foelix poſſeſſio/o perfecta dei portio. Non
terrena largiris ſed naturae opꝰ rependis: & vitioſi
partꝰ dãna reſtauras. Claudũ natũ ingredi iubes
& multę aetatis virũ inceſſu rudi incitas/Has opes
tribuit:cui deus portio eſt. Nouit & Paulus diui-
tię ſuae glorias dicẽs.Mihi autẽ abſit gloriari/niſi ĩ
cruce domini mei Ieſu chriſti:p quẽ mihi mundus
crucifixus eſt: & ego mũdo.Talis apoſtolo gloria/
talis eſt portio.Humanarũ igiť haereditatũ modo
portionẽ quę melior eſt.& q̃ vtilior eligamꝰ.Si cir
ca terrena patrimonia ſua in cohęredũ diuiſione:
quis nitiť ſortẽ cõmodioris portiõis appetere quã
to propenſiore cura partẽ caeleſtis hęreditatis dili-
gemꝰ?Centuplũ dñs promittit: & centuplum nõ
in ęternũ ſed in pręſens.Aeternorum autẽ bonorũ
immmenſa & infinita retributio eſt.Caeterum ſub
definitione centupli pręſentiũ menſura concludiť
Ego autẽ ambigo vtrũ hoc centuplum Petri exceſ
ſerit portio.Certe ſecundum domini pręceptũ ſpe
tandũ nũc in hoc ſaeculo relictis oĩbus ſaeculi rebꝰ
centuplũ munus eſt.Etenim nobis deus portio eſt
qui ait & inhabitabo in his.Non ergo centupli p-
mium eſt vt in hoc corpuſculo noſtro terreno deꝰ
habitet?Sed ad quid deꝰ habitet?Ait & ipſe.Et am
bulabo in his.Patens deo eſt fidelis pectoris & am
pla poſſeſſio vt inhabitet: & inambulet.Sed q in-
habitat/qui inambulat?Quid tertium addidit?Et
ego ero illorũ deꝰ.Ecce promiſſam nobis ab eo por
tionem:vt ſimus dei habitatio. Et dum in nobis
ambulat/ſit nobis ipſe poſſeſſio.Si ſaeculum relin-
quamus ſi poſſeſſioni terrenę labili renũciemus.ſi
haereditatem caducorum reſpuamꝰ.ſi viuẽtes de
ſaeculo exeamꝰ.Quae enĩ merces eſt e mortuis cor
poribus & exeunte anima diſſolutis ſaeculũ reliq͂ſ-
ſe?Carendũ eſt eo per contemptũ eius.Neſciendũ
eſt ignoratione voluptatum ſuarũ:moriendũ no-
bis in eo eſt.dum non ei viuimus.Scit Paulus iam
non ſe ſibi viuere:dicens.Qđ enĩ viuo/iam nõ ego
viuo:viuit autẽ in me chriſtus. Propheta itaq͂ ſe-
cundũ apoſtolũ nõ ſaeculo viuens conſtanter & li-
ber ait.Portio mea dñs.Tenuit hunc quẽ in ſuperi
oribꝰ modum/cum ſe cuſtoditurum legẽ dei ſpo-
pondit. Non enim de ea quã corporaliter agebat:
loqui intelligitur cum cuſtoditurũ ſe potiuſq͂ cu-
ſtodire fateatur.Sequiť deinde.Deprecatꝰ ſum fa
ciem tuã in corde meo miſerere mei ſecũdum elo-
quium tuũ.Moſem deprecatum eſſe meminimus
vt deum videret.Et forte cognata preci eius pphe
tae huius oratio exiſtimabitur ſed dictum memi-
niu a dño.Nemo hominum videbit faciem meam
& viuet.Ergo quod negatum Moſi meminerat id
concedi ſibi poſtulat? Sed rurſum licet dicto euan
gelico anterior ſit meminit tamen hanc fidei bea-
titudinem reſeruari qua dicitur.Beati mundo cor
de quoniam ipſi deũ videbũt.Itaq͂ cũ in lege ſciat
dictum quod nemo faciem dei videat: & viuat: &
ex euangelica beatitudine nõ ambigat omnes mũ
do corde deum eſſe viſuros.Perfectae modeſtię tẽ-
peramento cupiditatem deſiderii ſui elocutus eſt
dicens. Deprecatus ſum faciem tuam in toto
corde meo.Scit nunc impoſſibile ſibi eẽ:quod nec
oculus vidit.nec auris audiuit nec in cor hominis
aſcendit.vt videat. Scit inuiſibilem eſſe carnali
bus oculis gloriã dei.Meminit nõ dico ad ãgelorũ
claritates hoc humanae viſionis lumen hebetare
ſed ipſam gloriam vultus Moſi humani corporis
oculos non tuliſſe.Sed nũc ex deſideriis humanis

prophetæ deſideria metiamur. Ad egreſſus regñ
quāta expectationis ſollicitudine currit? Et qͩ vi-
dētibꝰ gaudiū eſt: cū ſe pbuerint cōtuēdos? Quid
illū cęleſtis ſpiritꝰ capacē virū exiſtimabimꝰ velle?
Quāto deſiderii ardore cupere: vt deū cernat q ip
ſā illā iuiſibilē maieſtatē p has āgelorū claritates? &
p hanc Moſi gloriā metiatᷣ: Et ſciat etiā eos q digni
ſūt cōſpectu dei glām ex cōſpectu glīę eē ſūpturos.
q̄ eos viſio tm̄ & dignatio cōtēplatæ maieſtatis il
luminet? Qꝫ ſanctꝰ apoſtolꝰ ita itelligēs loqtᷣ. Nos
inquit omnes reuelata facie gloriā dei expectātes
in eandē ipſam transferentᷣ: a gloria in gloriā ſicut
a dñi ſpiritu. Et nūc qa id impoſſibile iſtis corpore
is oculis ſciat eſſe toto iſtud corde deſiderat. Et cui
eſt portio deus cōſidēret faciē eiꝰ deprecatᷣ: quia q̄
uis nemo hominū videat faciē dei & viuat tamen
deum omnes mundo corde viſuri ſūt? Ergo miſe-
ricordiā hāc a deo poſtulat vt ſibi videndi faciem
eius beatitudo contingat: & poſtulat non ſine ra-
tione modoq̄ pręſtandi. Ait eñ Miſerere mei ſecū
dū eloquiū tuū fidei modeſtę vox eſt miſericordiā
dei non ſecundū peccatorū ſuorum conſcientiam
ſed ſecundum eiuſdem dei eloquia deprecari. Scit
deum etiā peccatoribꝰ eſſe ignē conſumentē. Mo
ſes eñ ait. Deus nr̄ ignis conſumēs eſt. Nouit eū-
dem eſſe fidelibus lucē. De quo & alibi ꝓpheta ip-
ſe dicit. Illuminans tu mirabiliter de mōtibus ſan
ctis. Diſcernit & hanc apoſtolus bonitatis & ſeue-
ritatis dei cōſuetudinē: cum ait. Vide ergo bonita
tem & ſeueritatē dei: in eos quidē q ceciderūt ſeue
ritatē: in te vero bonitatem. Et rurſum. Et niſi per-
maneas in bonitate excideris: Illi vero ſi non pma-
neant in infidelitate inſerentur. Bonitatem dei p
pheta expectat. cum ait miſerere mei. Scit enim ne
minem ſine peccato eſſe q viuat: & omnes in carne
ſitos miſericordia dei egere. Officii autē ſui deuo-
tioniſq̄ nō īmemor eſt: cum ait. ſecūdum eloquiū
tuum. Eius ſcilicet eloquii quo & peccatoribꝰ poe
nam denūciat: & in ſe credentibꝰ vitæ ęternę bea-
titudinē pollicetᷣ. Dehic ſequitᷣ. Quia cogitaui vi-
as meas & cōuerti pedes meos in teſtimonia tua.
Ex iis q̄ ꝓpheta ſe gerere vel geſſiſſe cōmemorat:
quid nos quoq̄ facere oporteat docet. Vias enim
ſuas cogitat: & cogitatis his pedē i teſtimonia dei
refert. Nihil egit qͩ non antea cogitatione pręuo

luerit: nō linguā in officiū ſuū mouit: non pedē in
aliqͩ qͩ acturꝰ eſſet opus ꝓtulit: nō manū ad agē
dū aliqd exeruit niſi antea ſup his oībꝰ cogitaſſet
& cum operationem atq̄ effectum cogitatis rebꝰ
attulerit. Vidit igitur ante omnia vitę ſuę vias &
cum placentē ſibi ac probabilem reppetit: tunc in
eam pedem contulit. Scilicet perſpectis omnibus
humanæ operationis viis: poſt q̄ quid eſſet ſibi vti
le cogitauit: fidei ſuæ pedem in teſtimonia diuina
detorſit: cogitatio enim nihil poteſt ſubitum: ni-
hil nouum: nihil inopinatum pertimeſcere. Cum
de conſilii ſententia omnia quæ accidere ſolēt ſpe
rantur. pręfiniuntur. adeuntur: Et id conſequenti
verſu docetur. Poſtea enim q̄ vias ſuas prophe-
ta cogitauerat: & pedem ad teſtimonia dei cōuer
terat: libere loquitᷣ. Paratus ſum & non ſum turba
tus vt cuſtodiam mandata tua. Qui ad aliquid p̄-
paratur: longo vſu ad id in quo ei ē meditatio præ
paratur: ne eum de propoſiti ſui ſententia negligē
tem & incautum vis aliqua repentinę turbationis
excutiat. Propheta itaq̄ nouit eſſe plurima ſęculi
ſcandala. nouit inſidiantes eſſe humanæ naturæ
aduerſanteſq̄ virtutes: ſcit pıculoſe dulcē eſſe opi
nionē ābitioneq̄ glīę ſęcularis: nouit occurſꝰ laſci
uientium foeminarum eſſe continentiū oculis ca
ptioſos: ſcit turpes corporum cupiditates affectu
blandę voluptatis irrepere: ſcit cętera vitiorum ge
nera illecebroſis aditibꝰ īgruere: nouit etiam pluri
mis ſe in religioſorū odiis ſubiacere & ob prædica-
tionem dei pietatiſq̄ doctrinam: variis perſequen
tium contumeliis eſſe vexandum. Ne igitur tur-
bari tot & tantis excidiis ingruentibus poſſet: con
tra omnia ſe hæc fidei excidia pręparauit dicens.
Paratus ſum & non ſum turbatꝰ vt cuſtodiā mā-
data tua. Habet parrem beatus apoſtolus huius
p̄parationis ſuæ fiduciam dicens. Quis nos ſepara
bit a charitate chriſti. Tribulatio aut āguſtiæ aut
paſſio. aut fames. aut nuditas: aut pıculū aut gla-
dius? Sicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortifi-
camur tota die deputati ſumꝰ tanq̄ oues occiſio-
nis. Sed in his oībꝰ ſuperamꝰ, & vincimus: propter
eum qui dilexit nos. Et quia aduerſum horum to-
lerantiā ne per hęc a charitate ſeparari poſſet: ſe ſe
p̄paraſſet adiecit. Cōfido eñ qa neq̄ mors neq̄ vita
neq̄ angeli. neq̄ poteſtates neq̄ pręſentia neq̄ fu

tura neq; virtutes: neq; altitudo: neq; profundũ:
neq; creatura alia poterit nos ſeparare a charitate
dei quæ eſt in chriſto Ieſu domino noſtro. Nulla
apoſtolum rerum earum quæ accidere poſſunt
genera tali ſpe pręparatum firmatũq; perturbant
Scit ergo in nobis & fiducia hęc & vox vt cum ſub
repant cupiditates. cum paſſiones ingruant: cũ pí
cula fatigent. cum ſupplicia cruciant dicere aude
amus paratus ſum & non ſum turbatus vt cuſto
diã mandata tua. Dominus noſter vnigenitꝰ dei
filius inter cætera præcepta diſcipulis ſuis mãdat
dicens: Non turbetur cor veſtrũ neq; trepidet ad-
uerſum turbationem quęcũq; ex accidẽtibus erit
longę præparatiõis opus eſt firmitate: vt robuſta
fide atq; firmata dei mandata cuſtodiat. In quem
autẽ ſe profectum quam ve in cauſã propheta pręparauerit neq; turbatus ſit quominus cuſtodiret.
mandata dei: continuo ſubiecit dicens. Funes pec
catorũ circumplexi ſunt me & legem tuam nõ ſũ
oblitus. Eſſe peccatorum funes per Eſaiam doce-
mur dicentem Ve qui ligãt peccata tanq̃ funẽ lõ
gum. Modo funis ex plurimis minimis creſcentis
in multum peccata ſemper tanq̃ longo fune ten-
dentur. Sunt etiam hæc delictorum vincula qui-
bus humanæ mentes illigantur: de quibus in pro-
uerbiis ſcriptum eſt: Faſciis peccatorũ ſuorũ vnuſ
quiſq; cõſtringitur. Stringit enim nos atq; alligat
& his vitiorum funibus implicat diabolus in om-
ni vitę noſtræ curſu laqueos pretendẽs. Qd autẽ
liget in euangeliis cognouimus: cum dicitur. hãc
autem filiam Abrahę ligauit ſathanas annis decẽ
& octo. Ligat igitur omni vitiorum genere ebrie-
tatis conſuetudine: voluptatum deſideriis. infide
litatis piaculo. Sed inter hos funium laqueos nõ
eſt admittẽda legis obliuio. Præparatos enim nos
eſſe conuenit vt ab his laqueis (ſi quãndo circũli
gẽt) exuamur: vt legis dei omni tempore recorde-
mur. Et recordatur plane propheta dicens. Media
nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudi-
cia iuſtificationis tuæ. Non vacat totis noctibus
ſomno nec otioſus lecto continetur ad confiten
dum deo non ſolum nocte: ſed etiam media nocte
conſurgit. Meminit hoc eſſe tempus quo primi-
tiæ ęgyptiorum meritiſſima impię obſtinationis
clade percuſſę ſunt. His ergo horis non laxatur in
ſomnum ne gladio ægypti admiſceatur hoc no-
ctis tempore introeunte ſponſo ſapientes virgines
in nuptias cum lampadibus introibunt. Vigilat
ergo ne cũ ſtultis mereatur excludi. Hoc tempore
pſallentibus Paulo & Silę apoſtolis cathenæ & vi
cula reſoluũtur. Nõ dormit itaq; ne vinctꝰ ſit: nec
habet eum nocturni tẽporis ſõnus nec ei obliuio
officii ſui requiẽ mediæ noctis obrepit. ſurgit enĩ
ad confitendum deo. Confeſſio vero nõ ſẽper ad
peccata referenda eſt verum etiam in dei laudibꝰ
intelligenda eſt. Nunc ergo confitetur deo ſuper
iudicia iuſtificationum eius. Laudans ergo deum
quod nihil niſi in iudiciorum iuſtificatione decre-
uerit: ſequitur deinde. Particeps ego ſũ omnium
timentiũ te & cuſtodientium mandata tua. Apo-
ſtolum dixiſſe meminimus particeps chriſti facti
ſumꝰ. Sed & ĩ quadrageſimo quarto ſalmo quoſ-
dam participes dei ſignificatos eſſe meminimꝰ cũ
dicitur. Vnxit te deus deus tuus oleo exultatiõis
prę conſortibus tuis Sunt ergo ſecũ dum apoſto-
lum & ſecundum prophetã plures domini noſtri
Ieſu chriſti participes. Et particeps eiꝰ erit quiſq;
in viritate perſiſtit: ipſe eſt enim viritas. Et quiſq; ĩ
nouitate vitæ ambulabit erit particeps eius: quia
ipſe eſt reſurrectio. Ergo cum ſciat propheta plu-
res dei eſſe participes nunc per verecundã ac mo
deſtam de ſe prędicationem: cum ſe quia & ipſe
chriſtus & factus & dictus ſit: chriſti meminerit
eſſe participem: tamen omnium timẽtium deum
potuiſſe confeſſus & eſſe participem. Eſt autem
tunc timentiun deum particeps cum patien-
tibus compatitur: cum plorantibus complorat.
cum tanq̃ eiuſdem corporis membrum in dolore
membri alterius dolet. Hac igitur paſſionum cõ-
munione timentium deum particeps fit: Cæterũ
quiſquis per inſolẽtiam ſuam credentem ĩ chriſto
& redemptum a chriſto dedignatur exacerbat: in
honorat. Mon eſt ille timentium deum particeps
qui non ſit in cõpatiendis paſſionibus cõſors. Nõ
nudum ante hoc neq; ſolitarium propheta poſuit
cum dicit. Particeps ſũ ego omnium timentiũ te
Plures ſũt timentes deum & tamẽ infideles quos
naturæ ſuę conditio timori quidem dei ſubdidit:
ſed voluntatis ſuę peruerſitas ab obſequiis dei ad
uocat: atq; ob id non ſuffeciſſet prophetæ dixiſſe
ita Particeps ego ſum omnium timẽtium te (Plu
res ſunt timẽtes deum) niſi addidiſſet & cuſtodiẽ

tium mandata tua. Timor enim fidei in ſola obediencia eſt & metus relegionis in obſequęla ē. Horum itaq; particeps eſt qui timorē ſuum in mádatorum dei cuſtodia cōprobabunt. Dehinc ſequit̄. Miſericordia tua domine plena eſt terra iuſtificationes tuas doce me. Terra miſericordia dei plena eſt quæ contaminata quæ corrupta: quę irreligioſa: quę infida: quę perdita ē. Et ſi quis forte audebit impio ore prophetam mendacii arguere tanq̄ nō in omnem terram dei miſericordiā putet eſſe diffuſam: dominū in euangeliis recolat dixiſſe: Eſtote boni ſicut pater veſter qui ſolē ſuum oriri facit ſuper bonos & malos & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Patiens enim & miſerator deus: dū mauult pœnitētiam peccatorum q̄ mortē dona ſua iuſtis iniuſtiſq; largitur. Vnicuiq; per patientiam longę ęquanimitatis pœnitendi tempus impertiens. Et quia hanc bonitatem patientiæ dei perfectionemq; ſub illis iuſtificationibus legis corporaliter adumbratā meminit ſemper ſibi propheta ſperandum ait. Iuſtificationes tuas doce me domine. Iuſtificationes omnes in lege legerat. Sed quia cæleſtes ſperabat quæ in terrenis pręformabātur non eget doctore terreno. Doceri enim ſe ab eo orat q̄ ait. Petite & dabitur vobis: quęrite & inuenietis pulſate & aperietur vobis Aperiſibi & dari clauē a doctore legis dedignatur propheta ſciētiæ cęleſtis expectans magiſtrum: dominū noſtrum Ieſū Chriſtum: cui eſt gloria in ſæcula ſęculorū amen

Finitur Heth incipit Teh.

Bonitatem feciſti &c. vſq; ibi ſuper milia auri & argenti: Iam in exordio pſalmi conmemorauimus nihil aliud in eo q̄ doctrinam humanæ vitę contineri per quam ad cognitionem dei ipſis tanq̄ paruuli litterarum elementis erudiremur. Ex perſona enim ſua nos propheta confirmat qualiter in omni genere diuini officii verſari nos oportet: & per diſciplinā adeptę inſtitutionis fidei ordinē teneremus vt ipſo illo primę nouę litterę verſu doceretur: Ita enim dicitur. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine ſecundū verbum tuum Et forte quidam exiſtimabunt de ſecundis rebus prophetam locutum deoq; gratiam ob ea quæ ſibi proſpere acciderint rettuliſſe. Sed nouit etiam in aduerſis rebus gratiam deo eſſe referendam: ſcit in omni paſſione ac tribulatione eum cuius iudicio hęc ingruūt gratulationib⁹ honorandū. Scit ī diligentem eſſe medicū putribus vulnerum: ſinibus parcentem. Meminit piam eſſe patrum in filios ſeueritatem. Argui ſe per tēptationes: ac probari per patientiā a deo optat: & in his quę aduerſa exiſtimātur agit gratiam. Atq; hanc noſtrā intelligentiā vt id prophetam oraſſe credamus verſus qui ſubiectus eſt docet dicens. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiā doce me quia mādatis tuis credidi. Quicquid ergo deus in ſeruum ſuū facit: bonū eſt: ſecundum enim verbum ſuū facit. Et quicquid ſecūdum verbum eius eſt: nō poteſt malum exiſtimari: q̄a qui ſolus bon⁹ ē voluntas ſit plena bonitatis. Verſus itaq; (vt dixim⁹) ſecundus prophetę exponit affectum: cum orat dicens. et bonitatem & deſciplinam: & ſcientiā doce me. Bonitatem ſuperius confeſſus eſt erga ſe factam: q̄uo hanc quaſi ignorās doceri ſe precatur. Niſi quod tunc fuit ex fidei confeſſione gratulatio: cū quicquid illud fieret in ſe id eſſe bonum credidit. Nūc vero eſt per naturam humanam ignorantię cauſa cū vt doceatur orat: ſed eam bonitatem vult diſcere cui diſciplina ſit iuncta. Diſciplinā enim neceſſe eſt eſſe ſeueritatis officiū peccata arguentis et vitia corrigentis. Correctio vero vitiorū magnū affert in bonitatem profectum. Bona ergo eſt ſeueritatis diſciplina: ſed adhuc eā propheta ignorat. Non enim tantum bonitatē & diſciplinā ſed etiam ſcientiam vult doceri: Affectum in eo fidei ſuę oſtendens cum bonitatem & diſciplinā quam nondum ſciat tamē bonā ſibi a deo eſſe fateatur. Deſcientia autem in locis plurimis admonuim⁹: hāc et apoſtolum: hāc & prophetā inter pręcipue gratiarum ſpiritualium dona numera. Ergo vt bonitatem et diſciplinam ita & ſcientiā doceri orat. Et doceri ob id quia mandatis dei credat. Oſtendēs non niſi fideles atq; credētes ſcientiæ cōſequi poſſe doctrinā. Manet & autem etiam in tertio verſu eiuſdem intelligentię ſenſus. Ait enim. Priuſq̄ humiliaret ego diliqui propterea eloquium tuū ego cuſtodiui. Non prius tribulatio paſſionum ingruit q̄ delicta pręcedant neq; per paſſiones ante humiliamur q̄ per peccatorum iniquitatē digni paſ-

ſionibus ſimus. Docet itaq; propheta humiliatio
nem ſuã emendationem eſſe delicti:atq; ob id bo
num ſcit eſſe ſibi quicquid a deo eſt. qui pati meru
it quod pati cœpit. Et ſcit diſciplinam emendatio
nem eſſe vitiorum. Prius ergo deliquit. ſecundo
autem humiliatus. eſt & per humilitatis diſcipli
nam oportet eum ne delinquat doceri & in elo
quiis dei manere. Quia iam ſit delinquens hu
miliatus & in mandatis dei ne vltra poſſit pecca
re manſuetus ſit. Bonus es domine in bonitate tua:
doce me iuſtificationes tuas. Scit iuſtificationes
dei propheta bonas eſſe quia bonus ſit qui eas ſta
tuit: ſcit ſibi nihil niſi ex iuſtificatione dei accide
re: quia profeſſus ſit prius ſe deliquiſſe: de hinc po
ſtea humilituum eſſe. Et qa ſuperius oraſſet vt bo
nitatem & diſciplinã & ſcientiam doceretur: nũc
orat vt iuſtificationes dei in bonitate doceatur: qa
iuſtificatio opus ſit rei iuſtę quę ſibi ignorabilis ſit:
quia iuſtificationes quæ in lege ſunt conſtitutæ
vmbram in ſe iuſtificationum cæleſtium cõtine
rent. Deinde adiecit. Multiplicata eſt ſuper me ini
quitas ſuperborum: ego autem in toto corde ſcru
tabor mãdata tua. Patienter omnia & æquanimi
ter propheta tolerans in opprobrium ſuperborum
atq; iniquorum deductus eſt. Si quis enim obiur
gationis trium regum ĩ Iob recolat: intelliget quã
to illudentiũ exacerbetur opprobrio. Nam q cum
irreligioſi quiq; per paſſiones aliquas emẽdari dei
ſeruos contuentur: exprobrare hæc ita ſolẽt. Vbi
fides vbi ſpes indeſi: vbi auxiliãtis virtus: vbi bo
ni dei miſericordia eſt. contra quæ firmo animo
fideli q; opus eſt & in mandatis dei intento atq; oc
cupato: ne multiplicatis tot iſe ſuperborũ iniquita
tibus cedat: ſed ſemper dicat Bonitatem feciſti cũ
ſeruo tuo domine: vt ait ille paſſionum humana
rum glorioſus & beatus victor. Dominus dedit
dominus abſtulit: ſit nomen domini benedictum
deinde ſequitur. Coagulatũ eſt ſicut lac cor eorũ:
ego vero legem tuam meditatus ſum. Cor ſuper
borum ait ſicut lac coagulatum. Lac ſpecie & ſa
pore blandiſſimũ eſt: quod vicio aliquo corruptũ
coagulari ſolet: & ex naturæ ſuę ſuauitate decedẽs
inutili ſapore amaroq; corrumpitur. Ergo ãtea ini
qui cum in ſecundis rebus eſſe prophetam contu
erentur fœlicium rerũ. amici ſimplicitatis ſpecie
blandientis tanq̃ lac fuerunt. At vbi eos ex hu
militate ſancti viri ſuperbia & faſtidium tenuit
ex lacte coagulati ſũt: & ex blandis ac ſuauiſſimis
adulationis in vicioſi & coaſcentis ſaporis amari
tudinem ſunt redacti: His vero ſicut lac coagula
tis legem tamen dei propheta meditatus ẽ. Medi
tatus autẽ in id vt diceret quod ſequẽti verſu con
tinetur. Bonũ mihi q; humiliaſti me: iniquitas li
cet ſuperborum multiplicetur & cor eorũ vt lac co
aguletur. Scit humiliationẽ tamen ſuã ſibi prophe
ta bonam eſſe: nouit ſecundũ apoſtolum virtutẽ
in infirmitatibus perfici. Bona omnis paſſio. bonę
omnes tribulationes: per quas iuſtificationes dei
cognoſcũť. vt peccãtes humilitate emẽdet: vt deli
quentes ſeueritate coerceat: vt ignorantes doctri
na doceat. Idcirco enim bonum ſibi q; humiliatus
eſt ait: quia per humiliationem iuſtificationes dei
diſceret. Deliqui enim priuſq̃ humiliaretur: & hu
militas ei bonum eſt quia per eam iuſtificatio dei
diſcitur. Concluſit autem hoc modo. Bonum mi
hi lex oris tui ſuper milia auri & argenti. Non eſt
ſimplex cõcluſionis iſtius ſermo. Suffecerat enim
ad prophetæ gratulationẽ dixiſſe Bonũ mihi eſt
lex tua. Sed cum ait lex oris tui. plus voluit intelli
gi. Locutꝰ ẽ deꝰ p Moſen legẽ: locutꝰ ẽ p pphetas
Sed hęc lex dei ẽ nõ etiã lex oris dei: Os aũt dei ẽ ille
qui & virtus dei eſt: qui & ſapientia dei eſt: qui &
brachium dei eſt. qui & imago dei eſt deus ſcilicet
& dominus noſter Ieſus chriſtꝰ dicens. Beati pau
peres ſpiritu quoniã ipſorũ eſt regnũ cęlorũ dicẽs.
Beati lugentes quia ipſi conſolabũtur. dicens. Be
nedicite q vos perſequũť. & orate pro calũniãtibꝰ
ac perſequentibus vos. Hanc legẽ oris dei bonũ
ſibi eſſe propheta confeſſus eſt. Et bonum non cõ
parationis & definitionis & modi numero: ſed ſu
per milia auri & argenti. Indefinitus hic ſermo eſt
cum dicitur milia: quia indefinite bona eſt lex oris
dei. Ex comparatione enim rerum maxime in ter
ris præcioſarum vtilitatem bonorum eorum quę
a deo ſunt ſtatuta ſignificat.

Finit Teth. Incipit Ioth.

Manus tuę fecerunt me. &c. Vſq; ibi in iuſti
ficationibus tuis non confun
dar. Commune iudicium eſt
iter omnia terrena dei opera ni

hil homine vtilius nihil eſſe ſpecioſius. Quia & ſi ſint aliqua pulchra & ornata magnitudinem quidem eius qui ea tã decora genuerit teſtãtur. Verum ſpeciei & ornatus & cõſtitutiões ſuæ fructũ ipſa non ſentiunt. Loquimur enim de his quæ humano ſubiecta cõſpectui ſunt. ſ. de creatis in terra & mari. & aere & q̄ ſinglis qbuſq; gn̄ibꝰ naturiſq; permixta ſunt. Pulchra hęc ſed qd tandẽ in oceano aut terra: aut cęlo: aut aere Bonum quę in his creata ſunt eo ꝙ talia creata ſunt conſequenter. In homine autẽ quicquid eſt ſibi proficit. Et hoc vnum in terris animal rationale intelligẽs. diiudicãs. ſentiens conſtitutũ eſt. Horumq; omnium generum quę in eo ſunt nihil aliud aliquid proficit q̄ vt ipſe & cæteris aliis & his in quibus ẽ natꝰ vtatur. Vtatur autem ad cognoſcendũ venerandũq; eum qui tantorũ in ſe bonorum auctor & parẽs ſit Ex quo magnũ illud atq; mirabile Salomonis dictum eſſe intelligitur: quod tale eſt. Grãde homo et pręcioſum vir miſericors: virũ vero fidelẽ opus ẽ inuenire. Quid enim tam difficile eſt quidue tã ardui operis eſt! q̄ inuenire eũ qui meminerit ſecundum imaginẽ & ſimilitudinẽ dei ſe eſſe factũ: qui diuinorũ eloquiorum ſtudio intentus rationẽ aĩæ ſuę corporiſq; cognouerit: & originẽ vtriuſq; generis natuamq; perceperit ad quem deniq; finẽ hęc inſtitutio ſua ortuſq; contendat atq; ob id magnum quiddã eſt homo. Hoc enim nomen vbi rerum ſuperius commemoratarum cognitione neglecta in vitia deciderit amittit: indignus ſcilicet iam iudicatus homo nuncupari: & qui ſecũdum imaginem & ſimilitudinem dei factus ſit: ſecũdũ exprobrationes propheticas & euangelicas aut ſerpens aut progenies viperarum: aut equus: aut mulus: aut vulpes ei nomen eſt & proprietas ei nominis ſui vbi de inocentia exciderit aufertur: Verũ qui ſtudioſa fide doctrinã dei & pręcepta ſcrutatus ſit & per inocentiæ ſtudium dignũ ſe præſtare velit: qui ſecundum imaginẽ & ſimilitudinẽ dei factus ſit vti & ipſe prophetę voce poterit dicentis. Manus tuę fecerũt me & pręparauerũt me et in aliquibus codicibus ita ſcriptũ depręhendimus Manus tuæ fecerunt me & finxerunt me da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Et ſine dubio non otioſum eſſe exiſtimandum eſt ꝙ non ſatis erat prophetę dixiſſe: manus tuę fecerũt me

niſi & adiecisſet finxerunt vel pręparauerunt. Sed honorem cõditionis ſuæ in hoc ſignificare voluit dignitatemq; primam dicens. Manus tuę fecerũt me. In creatiõe mundi omnia verbo effecta eſſe accepimus: cum dicitur fiat lux: cũ dicitur fiat firmamentum: cum dicitur & pareat arida. cũ dicitur Germinet terra herbam pabuli ſemitantẽ ſemen ſecũdum ſuum genus. Cum dicitur fiant luminaria in firmamento: cum dicitur eiiciant aquę reptilia animarum viuarũ. Ergo oẽ ex quo vel in quo mundi totius corpus creatum eſt: originẽ ſumit: ex dicto: & ſubſiſtere ĩ id quod eſt ex verbo dei coepit. Verum de homine ita deus locutus eſt. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram. Differt itaq; natura & origo hominis ab inſtitutione vniuerſę creationis & proprie de eo ante & tractatur & cõfirmatur vt fiat: cũ cætera ſine quadam conſilii ſententia eſſe ſint iuſſa. Habet ergo primam hanc origo hominis dignitatemq; ei proprium fuit de ſe ante tractari. Verum & in hoc præſenti prophetico dicto ingens humanę originis priuilegium continetur. Non enim manꝰ domini pecora & aquatilia & volatilia fecerunt niſi q̄ iſtud ſcripturæ tradidere: Egregiũ hoc itaq; & p̄clarum in homine eſt quia a cęteris dignitate operationis excipitur. De confirmatione autem cæli ita in quodam loco legimꝰ: Ego manu mea firmaui coelũ. Ergo exęquatur operatiõi hominis iſtud elemẽtum: cum id ipſum manu dei firmatum eſſe memoratur: Sed q̄q̄ coelum manu homo tñ manibus. Pręſtat ergo officio vniuˢ manus duarum operatio. Et id quod ad cõfirmationẽ coeli ſatis ẽ in hominis cõditione non ſufficit. Intelligendum autem eſt cur manibus propheta ſe factũ eſſe dicat neq; ſolum factum. ſed etiã figuratum vel pręparatum. Cæterorum omnium elementorum creatio eo ipõ in tempore & inſtituta & effecta eſt quo ſubſiſtere iubebatur. Neq; inchoatiõem eorũ & perfectionẽ tempus aliquod decernit. Nã & cõſũmationẽ incoatio in eo ꝙ ẽ coepta p̄cepit. Hõ vero cũ externã & internã in ſe naturam diſſonantem aliam ab alia contineat: & ex duobus generibus in vnum ſit animal rationis particeps conſtitutum duplici eſt inſtitutꝰ exordio. Primũ enĩ dictum eſt Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Dehinc ſecundo: Et acce

pit deus puluerē de terra & finxit hominem. Pri-
mū opus nō habet in ſe aſſumptæ aliunde alteriꝰ
naturæ originē: incorporale eſt quicquid illud de
conſilii ſententia inchoatur Fit enim ad imaginē
dei non dei imago quia imago dei eſt primogeni
tus omnis creaturæ. Sed ad imaginem id eſt ſecū
dum imaginis & ſimilitudinis ſpeciem diuinū
in eo & incorporale condendum Qđ ſecundum
imaginē dei & ſimilitudinem cū fiebat: exēplum
ſcilicet quoddam in nobis imaginis dei eſt & ſimi
litudinis inſtitutum. Eſt ergo in hac rationali & i
corporali animę noſtrę ſubſtantia primum ꝙ ad
imaginē dei ſit factum. Secundi vero operis effi-
cientia quanto differt ab inſtitutiōe prima! deus
terrę puluerē accepit. Iam ſumitur puluis & terre
na materies formatur in hominē vel pręparatur
& ex alio in aliud opere ac ſtudio artificis expo-
litur. Primū ergo non accepit: ſed fecit ſecundum
non vt priꝰ fecit accepit ſed confirmauit: vel præ-
parauit. Vtrunqꝫ autem recte intelligi poteſt
quia vtrunqꝫ ſcriptum depręhendimus: vt for-
mauerit in id quod eſt corporis ſcilicet ſpeciē vel
pręparuerit in id quod dicitur. Et inſpirauit in eū
ſpiritum vitæ & factus eſt homo in animam viuē
tem. Inſpirationi ergo huic præparatꝰ ſiue forma
tus eſt per quem natura animæ & corporis in vi-
tæ perfectionem quodam inſpirati ſpiritus foede-
re contineretur. Scit in ſe duplicem beatus Paulꝰ
eſſe naturam: cum ſecundum interiorem hominē
delectatur in lege & cum aliam in membris ſuis
videt legē quæ ſe captiuum ducat in legem pec-
cati. Qđ ergo fit ſecundū imaginem dei ad animi
pertinet dignitatem. Quod autem formatur ex
terra ſpeciei corporis naturęqꝫ primordium ē. Et
qui a vel locutus ad alterum deus intelligitur cū
dicitur Faciamus hominem: vel triplex cognoſci
tur hominis facti formatiqꝫ perfectio cum & ſiat ad
imaginem dei & formetur e terra, & inſpiratione
ſpiritus in viuentem animā cōmoueatur. Iccirco
manibus ſe factum & formatū nō manu tātū pro
pheta teſtatur quia in conſtitutione ſua & non ſo
litari tantum: & eadem triplex fuiſſe docetur ope
ratio. Et quia iſtud ſciat propheta valde eſſe occul
tum atqꝫ reconditum quatinus ſcilicet manibus
dei formatus ſit. Tamen vt plenam atqꝫ abſolu-
tam intelligentię huius rationem conſequatur: ait
Da mihi intellectum vt diſcam mādata tua. Tāq̄
ignorans hæc loquitur & tanq̄ nondum intelli-
gentiam adeptus dari ſibi intelligentiā deprecа-
tur. Et audent non dico eccleſiæ homines ſed gē-
tium ſophiſtę quędam de naturę humanæ inſtitu
tione velle tractare. Audemus etiam gloriari re-
ctæ ac perfectæ nos vitę eſſe ſcientiam cōſecutos
ſed doceri nos oportet prophetæ huius exem plo
vt vel diuinarum rerum ignorantiā confiteamur
vel ignotarum intelligentiam deprecemur. Op-
timum eſt autem cęleſtium mandatorum ſcienti
am a deo ꝑ precē poſtulare & īfirmitatem ingenii
noſtri paupertatemqꝫ cognoſcere. Primum enim
ſecundū apoſtolum munus eſt gratiarum ſapien
tię donum: ſequens ſcientiæ & iccirco hunc ordi
nē etiam hic propheta ſeruat dicens. Da mihi in-
tellectū vt diſcam mandata tua. Primum intelli-
gentiam poſt etiam ſcientiam deprecatus eſt. Se-
quitur deinde. Qui timent te videbunt me & læ-
tabunť quia in verba tua ſperaui. Cōſuetudo im
piorum ē vt conſpectis religioſis viris triſtes ſint:
Oderit enim neceſſe eſt ebrioſꝰ ſobrium: continē
tem impudicus: iuſtum iniquus & tanq̄ conſciē-
tiæ onus præſentiam ſancti cuiuſqꝫ non ſuſtinet:
Contra vero ad conſpectū viri fidelis religioſi om
nes quibus timor dei eſt lętantur vt vel ſolo corpo
re contēplationis viſu gratulenť mō auium her-
barumqꝫ quarundam quæ viſæ tantum & cōſpe-
ctę morbis aliquibus & infirmitatibus medentur.
Vtilis ergo eſt pręſentia ſancti timētibus deum:
quia neceſſe eſt profectū aliquem ex contempla-
tione illiꝰ cōſequanť: Sed propheta non hoc in ſe
ſolum contuendū putat. quod publicis ac promi
ſcuis oculis ſubiectum eſt: Vult ille probitatem
vitæ ſuæ conſpici: vult iuſtitiā ſuam et religionē
et continentiam cerni. Non enim tantum timen
tes deum quia tantum vident eum lætabuntur:
ſed quia vident eū in verba dei ſperantem et ſperā
tem non mediocriter neqꝫ confuſo humanæ opi-
nionis errore ſed dicentem cum libertate id quod
conſequitur: Cognoui domine quia ęquitas iudi
cia tua et vere humiliaſti me. In locis cęteris memi
nimus ita prophetā dicere ſolitum. Da mihi intel-
lectū et doce me et obſeruabo præcepta tua. Nūc

auté tanꝗ de adeptis profitetur dicenes. Cogno-
ui domine quia ęquitas iudicia tua. Sed hic nõ de
iudiciis illis æternis ſed de pręſētibus ſermo ē. Iu-
dicia illa æterna ſecundum eundem prophetã: ſi-
cut abyſſus multa. Et ſecundum apoſtolum
iudicia dei iueſtigabilia & inſcrutabilia. Scit auté
in his iudiciis quæ nunc ſunt: quicquid in ſe gera
tur ex iudicio dei fieri omnes tribulatiões. oēs pſ-
ſuras, oia iſectationũ odia: oēs pſecutionũ iſeſtati
ones ex iudicio in ſe dei adeſſe: vt per hęc probabi-
lis/vt per hæc emendatus & tanꝗ per ignem exa-
minatus atꝗ purgatus ſit: Plus eſt autem neſcio
quid in cognitione ꝗ in fide operis: & iccirco nõ
credidit ſed cognouit: quia fides habet obediētiæ
meritum non habet autem cognitæ veritatis fi-
duciam. Diſtinguit apoſtolus plurimum inter co
gnitionē fidemꝗ differre poſteriore loco eam in-
ter gratiarum dona cõnumerãs. Primũ enim ſapi
entiam: ſequenter cognitionē tertię fidem pręd ica
uit qa q credit poteſt ignorare qd credit. Qui auté
iam cognouit non poteſt id quod cognouit ade-
pta cognitione non credere: Ergo ambiguitatem
hic non admittit propheta: qui ſciat iuſta eſſe dei
iudicia id eſt humiliationis ſuę: & tribulationis &
contēptꝰ & iniurię & doloris. Ita eñ ait: Cogno-
ui domine qa ęquitas iudicia tua & vere humilia-
ſti me. Nõ ſine cauſa ſe ſcilicet eſſe tribulationibꝰ
ſubditum: non ſine cauſa paſſionibus permiſſum.
nõ ſine cauſa per iniurias humiliatum: ſed ad hu-
manorum vitiorum expianda peccata ex iuſtis ſe
ac veris dei iudiciis humiliationi eſſe ſubiectum
Sed quia in his paſſionibus ex æquitate diuini iu-
dicii verſetur Fiat miſericordia tua vt exhortetur
me: ſecundum eloquium tuũ ſeruo tuo. Exhorta
tionē pręſētium humiliationũ ex miſericordia dei
deprecatur: quia humana infirmitas ipſarũ ſit tole
rãtia paſſionum dicens. Fiat miſericordia tua vt
exhortetur me. Sed meminit bonũ ſibi eſſe humi
liari: bonũ ſibi eē paſſionibꝰ ſubdi: & ea omnia a q
bus vexatur purgationem ſibi terrenorum eſſe vi
tiorum. Non enim vt humilitas ac tribulatio a ſe
auferatᷣ orat: ſed vt ſibi ex miſericordia dei adhor
tatio in tribulatione pręſtetur. Optat ergo diui-
no pręlio in his corporis ſui infirmitatibus milita
re optat longo certamine aduerſus mundi huius
neqtias conſiſtere. Sed adhortationē ex miſericor
dia dei ſperat vt tribulatus licet & afflictus diui-
næ adhortationis auxilio firmetur: Scit & beatus
apoſtolus Paulus omni ipſe tentationum genere
perfunctus vti ſe diuinæ miſericodię adhortatio
ne dicens. Benedictus deus pater domini noſtri Ie
ſu chriſti pater miſericordiarũ: & deus omnis ex-
hortationis: qui exhortatur nos in omni tribula-
tione. Et adhortationem hãc ſcit ſibi propheta ꝑ
miſſam a deo patre & domino miſerationũ: qui ꝑ
temptationes eũ qui ſe credat examinet atꝗ ideo
ſubiecit. Secundum verbum tuum ſeruo tuo id ē
ſecũdum eam promiſſionem quia ſpoponderit ſe
tribulatos in paſſionibus non relicturum. Dixit
enim in euangeliis. Cum ergo tradent vos nolite
cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur
enim vobis in illa hora quid loquamini. Non eñ
vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri q
loquitur in vobis. Et hoc quidem quãtum ad pre
ſens pertinet tempus futuræ autem ſpei prophe-
ta nõ imemor ē dicēs Veniãt mihi miſeratiões tuę
& viuam quia lex tua meditatio mea eſt: Naturę
corporalis infirmitas eget miſerationibus dei: Ne
ꝗ enim beatæ illius vitæ æternitatem conſequi
merito ſuo poterit, niſi miſerationibus eius qui
pater miſrationũ eſt prouehatur. Scit ſe prophe-
ta nundum ea viuere vita quæ vita ſit: nemo enĩ
noſtrum hoc quod nunc viuit vitam audebit exi
ſtiare Nunc enim in corpore mortis ſumus. Pau-
lo dicente. Quis me liberabit de corpore mortis
huius? Et hoc ipſum eodem propheta teſtante
ita. Et in puluerem mortis deduxiſti me. Vera enĩ
vita noſtra cum chriſto abſconſa eſt in deo. Sed
neꝗ hęc nũc in qua agimus regio viuentium eſt
Ea autē ē de qua hic idē propheta ait. Et compla
cebo deo in regione viuorum. Atꝗ ideo viuam di
xit quia non in vſu iſtius vitæ viuit ſed in dei ſit
miſeratione victurus. Sed ſperat iſtud quia lex dei
meditatio eius eſt. Vacemus igitur diuinæ lectio
ni: vacemus pręceptis dei: & opera legis vitæ no-
ſtræ officiis exequamur. Quia propter meditati
onem legis veniente in ſe domini miſerationem
ſperat ſe propheta victurum. Non eſt vero ſuffici
ens huic prophetæ vt ſibi tantum ſolicitus ſit ac
ſoli ſui memor ſit. Oportet enim curam huma-
ni generis ſumere & publicę ſolicitudinis affectũ
ſubire: & orare pro his qui i peccatis & irreligio-

ſitate verſantur. Huius itaq; affectus ſui ſollicitu-
dinē conſequenti verſu docet dicens. Confundan
tur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt ſup
me. Non eſt hic maledicti oratio: neq; retributio-
nem iniurię ſibi illatę precatur. & abſit vt prophe
ta & euangelii prędicator rationem euāgelicę cha
ritatis exceſſerit. Domino dicente diligite inimi
cos veſtros & orate pro calūniātibus ac perſequē
tibus vos: ratio nō patitur vt vindictam in ſuper-
bos atq; iniurioſos precetur. Sed quia a peccatis q
deſinit in his erubeſcit: & qui vicia derelinquit ne
ceſſe ē in ea iccirco quia oderit derelinquat: Orat
propheta vt qui in ſe ſuperbi iniuſte fuerant: hi p
cognitionem vitiorū ſuorum in his quæ geſſerint
erubeſcant. Q̄diu enim quis peccat i his quę pec-
cat non confunditur conſuetudine & voluntate
peccandi. Vbi vero peccare deſtiterit: finē peccan
di habet ex pudore peccati. Ipſe autem exercetur
in mandatis dei viuendo iuſte: religioſe prædicā-
do: iniurias non retribuendo & tollerando patiē-
ter. Ob id enim multorum in ſe ſuperborū cōtra-
dictiones iniquitateſq; ſuſtinuit. Abſolute enim
conſequēti verſu id quod de confuſione ſuperbo-
rum tractamus: ſignificaſſe intelligitur. Sequitur
enim. Conuertantur mihi qui timent te: & qui co
gnoſcunt teſtimonia tua. Vult ergo eos qui deū
timere cœperunt ad ſe propheta cōuerti: vt p do
ctrinā ſuam in viciis ſuis & criminibus erubeſcāt
Cognitis ſcilicet teſtimoniis dei de quibus multa
iam diximus. & cōfuſi in veteribus delictis ad in
ſtitutionem prophetæ doctrināq; ſe referant; quo
rum ex ſuperbia atq; peccatis ad pietatem mode-
ſtiamq; cōuerſio eſt. Concluſit autem verecundię
ſuæ more dicens. Fiat cor meū imaculatum in iu-
ſtificationib9 tuis vt non cōfundar. Exercetur in
mandatis: meditatur in lege: iuſtitiā iudiciorū dei
cognouit: Timentes deum conſpectu eius lætan
tur manibus dei factus atq; formatus eſt & nō au
det dicere imaculatum cor ſibi eſſe: & audemus i-
terdum præferre innocentiam noſtram: iactare vi
tiorum abſtinentiam: & puros nos a peccatis atq;
iniquitatibus gloriari: Sed vt fidem ita & humili
tatem: ac modeſtiam diſcere a prophet anos con
uenit orante vt ſibi immaculatū cor fiat. Scit eñ
ex eo progredi ſecundū id quod dictum eſt de cor
de enim exeunt cogitationes malę: cædes: laſciuię
fornicatiōes furta. falſitates: blaſphemiæ & horū
ſimilia. Hoc igitur immaculatum fieri depre-
catur: vnde tot tantorūq; vitiorū quaſi ex quodā
fomite initia ſuggeruntur. Immaculatum autē
hoc mō ſciēs fieri: ſi i iuſtificatiōib9 dei maneat iu
ſtificationū aūt hūc fructū eē itelligit: ne i his ma
nēs cōfūdatur. Cōfuſio eñ ex peccatorū cōſciētia
ē & ex oppbrio delictorū. Vbi ergo cōfuſio nō erit
nec peccatū erit. Peccatum vero vbi non erit in iu
ſtificationibus dei manebitur. Iuſtificationes au-
tem dei immaculatum cor eſſe præſtabūt.

Explicitū Ioth Incipit Caph.

DEfecit in ſalu
tare tuum anima mea &c. vſq;
ibi & cuſtodiā teſtimonia oris
tui. Naturæ humanæ eſt vt cū
id quod deſiderat nō poteſt ob
tinere per deſiderii iugem cupiditatē: animi defe-
ctione teneatur. Et hoc noſſe ex ipſis affectionis
noſtræ motibus promptū eſt in quantā animi de
fectionē eorum quę deſideram9 expectatiōe redi-
gimur. Propheta itaq; cui omnis ad deū expecta-
tio eſt: cui omne i mandatis eius deſyderiū eſt: loq
tur & dicit. Defecit in ſalutare tuū anima mea &
in verbum tuum ſpero. Non habet alia quę deſide
rium ſuū occupent: & ſancti cupiditas non vacat
ſæculi rebus. Defecit igitur i deſiderio ſalutaris: &
defecit ob id quia in verbū dei ſperat: finis enim le
gis chriſtus Ieſus eſt. Et hic eſt de quo ſcripſerunt
Moſes & prophetę. Eſt autē ſalutaris ipſo illo no-
mine quo Ieſus nuncupatur. Ieſus enim ſecundū
hebraicam linguam ſalutaris eſt. et idipſum ange
lus ad Ioſeph loquens docet cum dicit: et vocabis
nomen eius Ieſū: ipſe enim ſaluū faciet populū ſu
um a peccatis. Cauſa itaq; defectionis eſt deſideri
um ſalutaris. Deſiderii autem hinc origo eſt q̄ in
verbum dei ſperat. Salutaris enim noſter Ieſus eſt
qui & deſideratus & natus eſt: ſed defectionē ani-
mę deſiderantis intelligendum eſt quia ſequēter
ait. Defecerunt oculi mei in eloquiū tuum dicen-
tes quādo exhortaberis me. Sequitur ergo defecti
onem animæ defectio oculorum. Sed vt de natu-
ra defectionis animæ tractauimus videam9 qua-
lis oculorū ſoleat eſſe defectio: Pone igitur in expe
ctatione aut peregrināris viri cōiugē aut iam diu

abſentis filii patrem: quẽ omni tempore exiſtimet
reuerſurum. Nonne eo itineri quo venturũ opina
bitur ſeper intendet? Nonne intentio ac viſus ocu
lorum contuitionis ipſius expectatione deficiet?
Deſideria hęc in ſę prophetarum dominus teſta-
tur cum dicit. Amen amen dico vobis multi pro-
phetæ & iuſti quęſierũt videre quæ vos videtis: &
audire quę auditis: Propheta itaq; & aio & oculis
deficit. Sed hi modo oculi prophetæ licet deũ vi-
dere deſiderauerint non ſunt tamẽ corporis oculi
Loquũtur enim. expectant. & mẽtis potius eſt cõ-
tuitio iſta et loquela non corporis: Dicunt enim
quando exhortaberis me? Scit exhortationẽ hác
ſanctos quieſcẽtes ĩ inferno deſiderare. ſcit teſtan
te apoſtolo Petro deſcẽdẽte ĩ inferna domino: etiã
his qui in carcere erant. & increduli quondam fue
rant in diebus Noe exhortationẽ prędicatam fuiſ
ſe. In hęc igitur dei eloquia oculis loquẽtibus defe
cit. nõ tam viſu corporeo deũ ex eloquiis dei nun
ciatum q̄ cõtẽplatione animæ & mẽtis expectãs:
de hinc ſequitur. Quia factus ſũ ſicut vter in prui
na: iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Noui ge
neris hæc cauſa eſt. vt ideo iuſtificationes dei nõ
oblitus ſit: quia factus ſit ſicut vter ĩ pruina. Et ſi
tem ſolis auribus metiamur inanis & ridiculus p
phetę ſermo exiſtimabitur. Sed meminit vtrẽ pro
humanis corporibus nuncupari: dño ĩ euangeliis
dicente. Nemo ĩquit mittet vinũ nouum ĩ vtres
veteres. & non ambigitur cum in vtribus corpo-
ra in peccatis ſuis veterna memoraſſe. Per conti
nentiæ autem ſtudiũ frigent fidelium corpora: ĩ
calore naturę interioris extincto: vtres erunt frigi
di. Quæ cum ĩtrinſecus per naturam vitiorũ ef-
feruentium incaleſcant: extrinſecus tamẽ con-
tinẽtiæ patientia tanq̃ pruinæ frigore obrigeſcũt.
Ergo ĩ hoc corporum frigore iuſtificationum dei
ĩmemores eſſe non poſſumus. Quiſquis autẽ per
vitiorũ ardorẽ vtre pleno caluerit: neq; per metũ
dei religionẽq; frigeſcat neceſſe eſt iuſtificationũ
dei obliuiſcatur. Quę obliuiſci factus non poterit
cum vter in pruina modo obrigeſcens extrinſe-
cus internarũ cupidiatũ omnium iſtigatiõe ſit fri
gidus: de hinc ſequitur. Quot ſunt dies ſerui tui
quãdo facies mihi de perſequentibus me iudiciũ
Iudicium poſt conſummationẽ ſæculi propheta
eſſe nõ ignorat cum ait. Propterea non reſurgunt
impũ in iudicio: neq; peccatores in conſilio iuſto-
rum. Qđ ergo nunc orat de pſequẽtibus ſe fieri iu
dicium non illud vtiq; quod in reſurrectonis ſęcu
lo meminit futurum cum ſe paucorum nunc die-
rum ſecundũ corporalem vitam ſciat eſſe. Ita eñ
ait. Quot ſunt dies ſerui tui: Cum dicit quot: ſcit
eſſe nõ plures. Et ſuperius dixerat eſſe ſe tanq̃ vtrẽ
in pruina. Ergo quia paucorũ dierum ſcit fieri iudi
cium ab his qui ſe perſequũtur: deſiderat a diabo-
lo ſcilicet miniſtriſq; eius. Sunt enim ſpiritua
les nequitię in cæleſtibus: ſed ſcit & diabolum in re
ſurrectonis ſæculo iudicandum. Paucorum itaq;
dierum ipſe cũ ſit fieri hoc iudicium deſiderat ſcili
cet vt cõſummatę ſanctus & perfecte deo placens
conterat infra ſe diabolum. cõterat aduerſantes ſi
bi inimicaſq; virtutes & fidei ſuæ animæ ſubdat
nequitias ſpirituales. Nondum igitur de naturæ
ſuę firmitate cõfidit: licet etiam vt vter frigeat ſed
vt per miſericordiã dei iudicium inimico ſuo ſit de
precatur: Hanc poteſtatem iudicii domin[9] apo-
ſtolis ſuis dedit dicens. Ecce dedi vobis poteſtatẽ
calcare ſuper ſerpentes & ſcorpiones: & ſuper om
nem virtutem inimici. Vocem hanc quidẽ nũdũ
ppheta domini in corpore manẽtis audiuit: ſed da
ri ſibi id poteſtatis orat: vt conſtituatur ſibi in per
ſequentes ſe tale iudicium. Temptatur enim vn-
diq; cum ei per naturam corporis vitiorũ ineſt cõ
nata materies. eamq; diabolus conatur ardore ge
minæ cupiditatis accendere: cum impiis irreligio-
ſorũ vocibus læditur: cũ prophanas gentiũ cõtra
deum diſputationes & eloquia veſana perpetitur:
ideo in conſequenti ait. Narrauerunt mihi iniqui
exercitationes: ſed non ita vt lex tua. Quãti eñ
ſunt qui quędam humanę vitę inſtituta docere ſe
aſſerant cum ad virtutes ſæculi ſtudia animæ no-
ſtræ deo rectius ſeruiẽtia accendũt. Quanti etiam
ſunt qui cognitionẽ ſe habere diuinarum ſcriptu
rarũ mentientes hæretica & peruerſa dogmata p
dicant? Sed ſciẽs propheta perfectam humanę do
ctrinæ eruditionem in dei lege eſſe ait. Narraue-
runt mihi iniqui exercitationes ſed non ita vt lex
tua. Iniqui enim ſũt hęc prædicantes. Et ideo vox
dei vetuit peccatorem eloquia ſancta narrare: quia
iniquitas doctrinæ cęleſtis non recipit veritatem
Peccatori enim dixit deus quare tu enarras iuſti-
tias meas & aſſumis teſtamentum meũ per os tuũ

Tu autē reieciſti ſermones meos retro. Et has igitur exercirationes propheta nō fert ſciēs nihil narrationi legis æquandū. Deniq; adiecit. Omnia iudicia tua veritas iniqui perſecuti ſunt me adiuua me. Iuſtum qui perſequitur: neceſſe eſt vt inique ꝑſequatur: quia iniquitas iniuſtæ operationis effectus eſt. Scit & hanc apoſtolus perſecutionum iniquitatem: cum dicit. Omnes volentes religioſe viuere in Chriſto ꝑſecutionē patiētur. Multæ eñ tribulatiōes iuſtorū ſūt. Nūc Sathanas inſectatur: nūc miniſteria eiꝰ īpugnant: nūc falſorū fratrū ſimulatio ad nocēdū arte frādulētę inſectatiōis irrepit. Sed propheta qui veritatem eſſe mandata dei meminerit: iniuſtæ iniquitatis perſecutionem fideli animo ſuſtinet. Et quia perſecutionē fidei ſciat eſſe documentum: non orat eam a ſe remoueri ſed adiuuari ſe in ea poſtulat. et opem atq; auxiliū miſericordiæ dei precatur: euangelici huius præcepti non ignarus. Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me non eſt me dignus. Veritas ergo eſt in pręceptis dei. Veritas nihil falſum/nihil incertū nihil imperfectum habet. perſecutio autē iuſto intentata iniquitas eſt. Iniquitas eñ prædicatorem neceſſe eſt oderit veritatis. Sed auxilium a deo eſt veritatis prædicatori. Graues enim meminit has eſſe perſecutorum moleſtias/& quia iuſto vtiles ſint non putat amouendas. Periculoſa nāq; otioſæ fidei pax eſt & faciles ſecuris excubiis inſidiæ ſunt. Bellis autem exercitatum virū non cito doli capient/& glorioſo certamine opus eſt vt corona victorię deferatur. Ob qđ non orat ſibi adimi cauſam certandi ſed tribui auxilium vincendi. Meminit autem non in leui ſe temptationum eſſe pugna. Sequitur enim. Paulominus conſummauerunt me in terra/ego autem non dereliqui mandata tua. Prope vſq; ad finem vitæ iniuſtæ perſecutiones prophetā redegerunt: ille ſcilicet de quibus ſuperius diximꝰ. ſpirituales nequitiæ in cæleſtibus quæ nos ad corporalia vitia ingeſtis cupiditatum illecebris inſtigāt. Pœne igitur eſt propheta conſummatus in terrā id eſt in corporū vitia & peccata deiectus vt enim conſummatio bonorum ita & malorum eſt. Sed ingruentibus licet his pniecioſiſſimis īimicis ac ꝑſequētibꝰ ſe mādata dei nō dereliquit. & infirmata licet naturæ ſuæ imbecillitate in præceptis dei permanet. Hoc glorioſius in mandatis dei ꝑmanens q̄ pœne naturæ ſuæ infirmitas ſit ſubacta. Cōcludit deīde modeſtiæ & ſpei ſuæ more dicens. Secundum miſerationem tuam viuifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui. Viuificari ſe tanq̄ nondum viuens precatur: & cuſtoditurum ſe teſtimonia oris dei: tanq̄ nunc non cuſtodiat pollicetur: ſed cum viuat in corpore vitam ille non huius ſæculi concupiſcit. Et cum teſtimonia dei in lege cuſtodiat: tamē teſtimonia oris dei cuſtoditurum ſe pollicetur: quæ euangelicis innouata præceptis non adulterio tantum ſed etiā deſiderio adulterii abſtinentes ſola fidei ſanctificatione conſummant per dominum noſtrum Ieſum chriſtum qui os & dextera & virtus & ſapiētia dei eſt benedictus in ſæcula ſæculorum Amen.

Finiſ Caph.
Incipit Lamech.

I Neternum domine & reliqua. Sermonē prophetæ non in humilibꝰ ic puulgatis demorari decet: ſed ſemp excelſa & deo digna tractare: atq; ita vt dum nos ad innocentis vitæ obſeruantiā imbuit: ingenii quoq; noſtri humilitatem ad intelligentiam diuinorum & inuiſibilium ſacramentorum extollat. Nec ſane humana infirmitas in cæleſtem ſcientiam ſe ipſa proueheret: niſi dei donum ſcientiæ per doctrinam ſpiritus largiente ad cognitionem diuinæ & imperſpicabilis naturæ erudiret. Volens igitur propheta præſtare nos ac perficere deo dignos & ſciens repoſitum humanæ ſpei eſſe vt in cæleſtem gloriam ſi diſciplinam cæleſtis obedientiæ conſectaret accederet: ita cœpit. In ſæculum permanet verbum tuum in cælo. In cælo ait: quia ſcit in terris propter falſitatem hominum nō manere. Et quomodo in cælo maneat: ipſa veluti corporalis contemplationis fide cernitur. Non eſt illic tranſgreſſio: non demutatio; non infirmitas: non otium. Contueamur ſolis annū curſū & mēſtruū lunę recurſum aſtrorū quoq; aut ſtatiōes aut cōuerſiōes aut demutatiōes. nūq̄d non finibꝰ ſuis & cōſtitutę terminis ac decretę viciſſitudinibus

continentur! Nihil illic demutatur: nihil differt: nihil negligitur; ſed in cōſtitutionis ſuæ manet lege: & in indefeſſis obedientiæ miniſteriis perſeuerat. Sed ſeruauit hanc definendorum & præteritorum officiorū propheta rationem: dicens. In ſcl'm domine verbum tuum permanet in cælo. Latini quidā interpretes ambigua id ſignificatione & minus propria tranſtulerunt. Nam qđ apud illos eſt id nobiſcum eſt in æternum domine: tranſlatum. Accipi autem æternum ita poteſt vt intelligatur nullo id qđ ęternum eſt fine deſinere Sæculum vero quod græce eſt intra ſpatium definiti temporis continetur. Non enim ait in ſæculū ſæculi neq; in ſæcula ſæculorum. ſed in ſæculum verbum tuum permanet. Scit poſt hoc ſęculum cælum & terram præterite: domino dicente. Amen dico vobis cælum & terra præterient: verba autē mea non tranſient. Meminit etiam hoc ſæculum præteritū eē: vt ſit cælum nouum & terra noua. Iccirco ait. In ſęculo domine permanet verbum tuū in cælo. Quia poſtq̄ ho · ſæculum tranſierit: in cælo verbum hoc obedientiæ conſtitutæ in creaturis: quæ reuelationē filiorum dei expectant: neceſſe ſit permanere. Sed non icirco non & in terris aliquando dei verbum eſt; licet id tantum in cælo propheta prædicet manere. Nemo enim noſtrum eſt; qui nō interdum donū ſpiritualis gratiæ ſentiat; qui non aliquando in ſe habeat dei verbum cum ſobrius/cum tranquillus: cum cōtinens eſt: cum beniuolus eſt: cum miſericors eſt. In his enim cum ſumus: manet in nobis dei verbū: cum præceptis eius bonarum rerū obeditione famulamur. Sed ſubrepentibꝰ turbidarum affectionum motibꝰ: cum ſubit pecunię cura cum æſtus turpis laſciuæ cupiditatis accenditur: cum ira pectus commouetur: cum ebrietas deſideratur: iam nō in nobis manet verbum dei. Eſt autem in his qui ſecūdum apoſtolum exuti veterem hominem cum peccatis ſuis nouum induerunt. qui commortui Chriſto & conſepulti iam in nouitatē vitæ reſurrexerūt: & collocati ſunt in cæleſtibꝰ qui terreſtris imagine derelicta cęleſtis imaginem portant. In his enim tanq̄ in cælo verbum dei permanet: in quibus hoc verbum non offenditur: ira: ebrietate: odio / infidelitate. laſciuia. Nā etſi aliquando manet in nobis tamen a ſancto habitationis ſuæ contumelias non fert; vt ſemper in eſſe permaneat. Si vero hæc cōmemorata vitia ſemper i nobis erunt: ne introire quidem polluta corporum domicilia dignabitur. Adeſt autē vniuiq; proximū vt dictum eſt; ſtat enim ad oſtium verbū dei: & pulſat oſtiū animæ noſtrę & dicit. Ecce ſtās ante oſtiū pulſo ſi quis aperiet mihi oſtium ingrediar ad eum. Vult ergo ſemper introire ſed a nobis ne introeat excluditur. Claudimus enim per hæc corporis vitia animæ noſtræ aditum: qui ſi cœperit emundatis omnibus patere ilico introibit: modo ſolis; qui clauſis feneſtræ valuis introire prohibetur: patentibus vero totus immittitur. Ipſi quidem ſemper vt illuminet promptum eſt; ſed lumē ſibi domus ipſa obſeratis aditibus excludit. Eſt eñ verbum dei ſol iuſtitiæ adſiſtens vniuiq; vt introeat: nec moratur lucem ſuam apertis aditibus infundere Manet igitur hoc verbum dei in cælis per indefeſſam cæleſtium obedientiam. Quo exēplo in ſanctis quoq; q cæleſtes ſecundum cæleſtis imaginem ſūt / dei verbum manere credēdū eſt. Sequitur dehinc. In generationem & generationem veritas tua / duplicē hāc ſenſus noſtri intelligētiā qua verbū dei manere vt in cælo: ita & in ſanctis hoībꝰ exiſtimamꝰ. Verſꝰ hic q cōſequit̃ cōfirmat nō eñ ait in generationē generatiōis aut a generatiōibꝰ generationū: ſed ī generationē & generationē veritas tua i vtrāq; generationē ſimplici ſignificatiōe cōmemorat. Duas igit̃ generatiōes in duobꝰ populis cognouimꝰ quorū vnꝰ eſt legis & pphetarū / alter ē euāgeliorū & apoſtolorū. Veritas ergo dei in ſolis his duabꝰ generatiōibꝰ manet. Sed cū prior generatio veritatē dei ītra ſe haberet; nulla alia eū habuit: Erāt eñ plures generatiōes gentium atq; populorum. Et nunc cum hæc eadem generatio indigna extitit: ī q̄ vētas dei eſſet: hanc eandem dei veritatem præter eam quę euangeliis credidit: nō habet alia vlla generatio. Sequitur vero fūdaſti terrā: & pmanebit: Cōuenerat ordini vt pꝰ cælū dehic terra nūcuparet̃: ſed hoc qđ mediū eſt id ē ī generationē & generationē veritas tua ob eā cauſā īteruениſſe exiſtimo vt duplex illa de cælo in quo dei verbū manet / ītelligētia cōfirmaret̃. Nūc ergo tanq̄ integer ordo ſuatꝰ ē / cū pꝰ cælū in quo pmanet dei verbū fundata terra māſura ē. Et qdē hoc etiam de hac terra forte dictum intelligitur:

quæ fundata permanet: quã ſecundum Salomo-
nem deꝰ per ſapientiã fundauit: quæ cũ fluidę ſit
aquarũ naturę ſubiecta & inconſtanti innatet ſub
ſtracta elemento: ita tamen ſapientia & virtute &
ſpiritu dei fundata fuerit: vt permaneat. Sed mi-
hi propheticus ſermo etiã de terra humani corpo
ris videtur locutꝰ / quę ita fundata ſit: vt ĩ ea tanꝗ̃
in cælo verbũ dei maneat. Cęlũ eñ & terra prętери
bit. Et quõ hæc terra fundata manſura eſt? niſi for
te fundata in hoc ſæculo tantum manſura ſit / id ẽ
ſe. undum ſæculi huius cõſtitutionem / & ipſa mã
ſura. Sed ſi permanſura eſt / quo verbo ſignificat ĩ
perpetuum manſura: earum neceſſe eſt generatio
nũ terra fundata & manſura eſſe credenda eſt: qui
bus ob veritatem in his dei manentem / cęleſtis ho
rum mõ terrenorum corporum gloria pręparatur
Et abſolutius id ita conſequenti verſu poterit in-
telligi. Ait eñ. Ordinatione tua perſeuerat dies:
quoniam omnia ſeruiunt tibi. Dies iſte qui nunc ẽ
non perſeuerat interuentu noctis exemptus. Aut
ſi de huius diei temporibus locutus eſſet mentio-
nem etiam noctis fieri conuenerat / quæ pari vt di
es dei ordinatione perſiſtit. Sed quia dies lux eſt &
ſanctus quiſꝙ mundi iſtius lumen eſt / huius ergo
luminis dies non ambigue ordinatione dei perſe-
uerare creditur. & perſeueraturus quia omnia deo
ſeruiant. Nunc enim non omnia deo ſeruiunt.
Nunquid & peccatores deo ſeruiunt? Nun
quid & hi ſeruiũt qui ſcãnello domini pedũ ſubdẽ
di ſũt? Dixit eñ Dauid. Dixit dominus dño meo:
ſede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos
ſcamnellũ pedum tuorum. Et ſecundum apoſto-
lum. Oportet eum regnare donec ponat inimicos
ſuos ſub pedibus eius. Ergo tunc dies id eſt ſancto-
rum lumen permanebit: cum deo cœperit vniuer
ſa ſeruire. Et hæc quidem a nobis ſecundum pro-
pheticam atꝙ apoſtolicã doctrinam cõmemora-
ta ſunt. Vt ꝗ̃ꝗ̃ in pręſentibus dictis futurorum bo
norũ ſignificari tempus intelligatur: in quo & cæ
lum nouũ & terra noua & fœlix demutandorum
corporum gloria & æterna oblitis terrenorum vi-
tiorum noctibus noſtri luminis dies ſpei & expe-
ctationi noſtræ pręparantur: tamen vt magnificẽ-
tiam dei omnes huius quoꝙ mundi creationes in
demutabili officiorum ſuorum conſtitutione te-
ſtentur. Cum ita firmata fundata ſtatuta ꝙ omnia
ſint vt perpetuis quibus manebũt conſtitutorum
ab exordio temporum curſibus perſeuerent: pro-
pheta perſeuerare ſe vt diem poſtulat. & in ſequẽ-
tibꝰ ſeruũ ſe eſſe dñi ſui meminit dicẽs. Niſi ꝙ lex
tua meditatio mea eſt: tunc forte periiſſem in hu-
militate mea. Frequenter admonuimus humilia-
tione id ſignificari: cum temptationibus anima
ſubiecta eſt. & infirmitati ſuæ detelicta humilis ef-
ficitur. Lex ergo ei meditatio eſt: & niſi meditatio
ei fuiſſet, forſitan in humiliatione periiſſet. Non
eſt ergo meditatio legis dei cum tribulamur & an
guſtiamur relinquenda. Sed cum variis corporũ
infirmitatibꝰ affligimur: cum inter perſecutionũ
bella vexamur: conſtans in nobis debet legis eſſe
meditatio. Grant enim licet in excidium fidei i-
gnes: lacerent quoꝙ ad periculum ſalutis noſtræ
flagella: effodiant etiam ad eliciendam impietatꝭ
confeſſionem redempta a deo corpora vngulę: di
cti tamen prophetici meminiſſe debemus: vt con
ſortes ipſius ſimus. Dicamus & nos patientes atꝙ
vincentes. niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt tũc for
ſitan periiſſem in humilitate mea. Et beatitudi-
nem meditationis huius iam in exordio pſalmorũ
propheta meminit dicens. Beatꝰ vir qui non abiit
in conſilio impiorum: & in via peccatorum nõ ſte
tit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in le-
ge domini voluntas eius: & in lege eius meditabi-
tur die ac nocte. Et vere beatus erit quiſꝙ in lege
dei meditabitur: qua meditatione in ipſa quoꝙ tri
bulationum humiliatione ſeruabitur. Dehinc ſe-
quitur. In ſæculum non obliuiſcar iuſtificationum
tuarum: quia in ipſis viuificaſti me. Scit prophe-
ta ſecũdum apoſtolum finem legis eſſe Chriſtum
in qua iuſtificationum obſeruatio conſtituta eſt.
ſcit & in euangelia crediturꝭ legem eſſe pædago-
gam: ſcit & iuſtum ex fide viuere: ſcit & legem ſpi
ritualem eſſe: ſcit ꝙ qui ea quæ in lege ſunt fece-
rit viuet: & icirco ait. In ſæculum non obliuiſcar
iuſtificationum tuarum: quia in ipſis viuificaſti
me. Vt ꝗ̃ꝗ̃ fides euãgelica finitis legis ſit operibꝰ
prædicanda iuſtificationũ legis tamẽ ꝗ̃ ſibi vitę i-
nitiũ ſit immemor nõ ſit ꝗa legis iuſtificatio euãge-
licę iuſtificatiõis fideiꝙ pędagoga ſit. Cõſtãter ve
ro cũ ſibi nulla iuſtificationũ dei ſubrepe poſſe ob

ſiulo id qđ conſequitur eſt profeſſus dicẽs. Tuꝰ ſũ
ego ſalua me. quia iuſtificationes tuas exquiſiui.
Non omnibus vox profeſſionis iſtius cõpetit: ſed
rarus quiſq; eſt qui ſe dei audeat dicere. Audebit
ſane ille q dixit: mihi viuere chriſtus ẽ & mori lu-
crũ. Et viuo iã nõ ego: viuit aũt i me xp̃s Et q huiꝰ.
fidei erunt ſimiles: nõ impudenter ꝙ dei ſint con-
fitebunt. Vox iſta animæ ſemp deo intentę: opus
iſtud eſt miſericordiæ indefeſſę: cõtinẽtiæ immo-
bilis: ieiunii vſitati: largitionis impœnitẽtis. Quo
mõ eñ ſe dei eſſe profitebitur in libidinẽ calens: in
iram mobilis/in auaritiã ſollicitꝰ: in ebrietatem ſi
tiens: in gloriam ſæculi ianis? Horũ potius erit iſte
non dei. In quo eñ hæc paſſionum vitia abunda-
bũt: quõ non eorũ erit quibus ſeruiet? Plures gen-
tium dii ſed vnus ſolus deus ex quo omnia & vnꝰ
dominus noſter ieſus per quẽ omnia. Conſtãter er
go propheta cui ſoli ſeruit: ꝙ ſuus ſit confitetur.
Et quia ſuus ſit: vt ſaluetur erat. Suus autem per
id eſt quia iuſtificationes eius exquirat. Aliis quę-
rentibꝰ gloriã mundi: aliis quęrentibus agros: do-
mos: pecuniam: ille iuſtitias dei exquirit. & ꝙ dei
ſit gloriatur. Eſt autem in iſtiuſmodi pios ac religi
oſos viros ingens odium irreligioſorum. Et ſcit p
pheta vel ſęculi hominibꝰ vel diabolo & miniſtris
eius: eum qui ſe dei profitetur eſſe pertæſum. Hoc
etiam conſequenti verſu docet quo ait. Me expe-
ctauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia
tua domine dilexi. Diabolo vel miniſtris eius cu-
ra eſt pugnam & omnem gloriã viri fidelis auferre
& eum non ex portione dei ſinere eſſe ſed in dam-
nationis ſuæ conſortium aſſumere. Longo itaq; ac
diutino pręlio contra fidem prophetę dimicatur.
Sed memor ille mãdatorum dei & teſtimonia eiꝰ
intelligẽs: reſtitit atq; permanſit. Neq; aliter ſpem
eorum qui perditionem ſuam expectabãt eluſit: q̃
ꝙ vitæ ſibi in teſtimoniis dei intellexit eſſe doctri
nam. Arduum autem atq; difficile eſt intelligere
dei teſtimonia & vltra pręſentis cognitionis ſcien
tiam eorum intelligẽtia procedit. De teſtimoniis
vero iam in pſalmi exordio tractauimus. Per hæc
enim pręſentia legis teſtimonia teſtimoniorũ æter
norũ cognitio pręſtatur. Deniq; id ipſum conſe-
quens ſermo demõſtrat. Sequit enim. Omnis cõ-
ſummationis vidi finem. Frequẽter admonuimꝰ
non poſſe ſatiſſactionem intelligentiæ ex latinita
tis tranſlatione pręſtari. Alia enim vis dicti huius
eſt: ex græco enunciati ita enim eſt.

id qđ cum græcis.

nuncupatur. Vltra finẽ eſt rerũ ſtaturarũ neq; ali-
quo vt definat cõtinet. ſed omnẽ limitẽ ſub indefi
nita ſignificatione tranſcẽdit. Qđ autem nobiſcũ
ſcribit in finem/fine eo q ſignificatur exiſtimat id
vnde agitur contineri. Sed propheta qui non cor-
poralia neq; terrena teſtimonia legis intelligit/ſe-
cundũ græcam ſignificantiam vltra omnẽ con-
ſummationẽ contuetur. Scit conſummationem
eſſe temporum legis. cum poſt plenitudinem tem
porũ deꝰ in corpore contuendus ſit. ſed vltra hãc
cõſummationem videt. Videt enim euangelicæ
ſpei tempus ſed & huius quidem conſummatio
non ignota ei eſt. Vltra id enim intelligentiæ ſuæ
oculos extendit. Nanq; & reſurrectionis conſum
mationem videt. Scit eñ & demutationis eſſe or-
dinem conſtitutum apoſtolo dicente. Vnuſquiſ-
q; autem in ſuo ordine. Et rurſum. Omnes quidẽ
reſurgent ſed non oẽs commutabuntur. Nouit &
dies regni domini noſtri ieſu chriſti ex quo in re-
gnum dei patris prouehemur: & in illa inexquiſi-
ta & inueſtigabilia dei iudicia trãſſeremur. Scit
& tempus eſſe iudicii & hoc ſcire ei ex amplitudi-
ne mandatorum dei licuit/quia ſe in imenſam co-
gnitionis doctrinam diuinꝰ ſermo diffuderit. Ait
enim. Latum mandatum tuum vehementer. Latũ
plane eſt ſiue ꝙ in infinitam cognitionem huma
næ ignorantiæ extendit. ſiue ꝙ multa ſunt in qui
bus dei præceptis obtemperetur atq; placea-
tur. ſecundum diuiſiones & munera gratiarum.
Non enim ab omnibus omnia expectantur: neq;
vniuerſi vniuerſa ad ſummam placendi implere
poſſunt. Alius ieiunio placet: alius ſimplicitate fi-
dei promeretur: alius vitia elemoſynis redimit: ali
us ſecuritate cõſummat: ſicut alii curationum cõ
ceſſa virtus eſt: alii prophetiæ ſcientia contributa
eſt: alii fidei firmitas data eſt: alii ſapiẽtia & cogni-
tio donata eſt. Latum igitur mandatum dei eſt: &
in omnia ſpei noſtræ genera diffunditur: vt non
difficile ſit ſi voluntas adſit pręcepto dei obtem-
perare: cum latum & diffuſum ſit ad placendum
officioſæ religionis varietate. Neq; ſolum latum:
ſed vehementer latum: latitudinis infinitate: hac
ipſa ſuperlatiui adiectione monſtrata.

Finitur Lamech. Incipit. Mem.

QUomodo dilexi &c. Vtile hoc nobis ac neceſſarium prophetæ opus eſt: quo ad perfectam dei cognitionē atq; obediētiā edocemur. Duabꝰ rebꝰ maxime infirmitati noſtræ congruis inſtituti: vt & deum qui ignoratus ſit nouerimus: & mandati eius ſecundum voluntatem decreti ſui obtemperemus. Perfectum enim legis & prophetarum & euangeliorum virum in omni pſalmi iſtius corpore propheta confirmat: vel ex ſua vel alterꝰ quē inſtituerat perſona: cui in fiducia ſit: hæc de ſe quę ſubiecta ſunt prædicare. Eſt autem dignum contueri: qua verborum diligentia: qua intelligentiæ abſolutione: nos in ſingulis quibuſq; dictorum generibus propheta confirmet. Dicit enim in tertię decimæ litteræ verſu. Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio eſt mihi. Promptū vtiq; fuerat dixiſſe: quo feci legem tuam. Sed quia magis meritum eſt: amantem aliquid potius agere: ꝗ timentem: ideirco ait dilexi legem tuam. Differt enim longe obſequium amoris a timoris officio: nec habet gratiam voluntatis neceſſitatis operatio. Non omnia enim ad perfecti obſequii conſummationem ſibi illa ſufficiunt: quæ ꝗuis opus ſuum impleant: tamen quia coacta ſunt merito plenæ gratiæ indigēt. Vult igitur propheta opus ſuum dilectionis potiuſꝗ terroris eſſe: & ex charitate obſequium ſuum: non ex metu ſuſcipi. Multi ieiunant: dum a nobis obiurgari timent: Multi aliquid in vſum indigentium prębent: dum exprobrari irreligioſam auariciæ ſuæ & inutilem cupiditatem pertimeſcunt. Multi eccleſiam adeunt dū argui abſentiam ſuam & negligentiam erubeſcūt Sed non omnes id qd faciunt: & amant. In amorē ergo non poteſt incidere neceſſitas obſequelę. quia nemo id qd diligit non vult. In facto vero poteſt & non ſub eſſe dilectio dum id efficitur qd non effeciſſe aut terror aut pudor ſit. Sed propheta in nullo infirmus eſt. Qd amat facit: & qd facit indeficiēter exercet. Legem enim quā diligit oī die & ſine intermiſſione meditatur Non ſubrepunt alia occupationum ſtudia: nō interueniunt diuerſi ſæcularium curarum æſtus: nec in eum incidit īterlectu nouę alicuius cognitiōis obliuio: ſemp idē eſt & in eodem eſt. Tantus ipſe in dilectę ſibi legis meditatione eſt quantus dies vniuerſus in tempore ſit. Et qa vt ſuperius commemorauimꝰ legis & prophetarū atq; euangeliorum hominem in ſe propheta demonſtrat ait in conſequenti. Super inimicos meos prudentē me feciſti mandato tuo: quoniam in ſæculum mihi eſt. Mandata dei prudentius propheta ꝗ inimici eius intelligit: ſed quid cōmune nobis & inimicis noſtris in præceptis eſt dei: qui non ſolum non mediocriter quidem comperta habēt: verum ne initium ſaltem cognoſcēdi ſectātur? Et qd magnum ſi inimicis ſuis in mandatis dei propheta prudentior ſit? Quando enim inanimātia ſaxa aut metalla: aut ligna venerantes / conſequi aliqd de viuentis atq; æterni dei cognitione potuiſſent: vt his comparatis fieret propheta prudentior? Sed omnis hic impiorum error ipſum illud nomen cū lege & pphetis & apoſtolis reſpuit. detrectat. horreſcit. Sed habet alios propheta hic ſanctus inimicos quibus prudentius in mandatis dei eſt eruditus. Mandatum dei in prophetis & in lege hæretici habent: ſed nullo eorum per imperitiam irreligioſæ voluntatis vtuntur. Mādatum legis iudæi tanꝗ proprium & hæreditarium ſibi vendicāt ſed ſpiritualis circunciſionis authorē nō habentibus: quid circūciſio in ſigno tm̄ conſtituta iā proderit? Quid ſabbati religio deū ſabbati neſciētibꝰ opis afferet? Quid paſchæ agnus & liminū ſanguis & azimorum feſtiuitas: agnū dei & azima ſinceritatis & ſāguinē ſalutis ignorātibꝰ auxilii pręſtabit? Mādata exercent: ſed efficientiā mādatorū & tempꝰ ignorāt. Legē legunt: ſed eā legente & neſciēte iudęo xpianꝰ intelligit. Inimicꝰ plane hic pphetæ ē parricidales manus vnigenito dei ſilio īferēs: & ſaluatorē generis humani & vitę ęternę largitorē morte quārū in ipſo eſt cōdēnans. Prę his ergo oībus in dei mādato prudētior ē: Atq; vt abſolute hos inimicos ſignificaſſe intelligeret: id qd conſequit adiecit. Sup oēs docētes me intellexi: qm̄ teſtimonia tua meditatio mea ē. Didiciſti o Dauid a Moſe legem & Aaron tibi ſacrificiorum omnium doctor eſt: Ieſꝰ iteratę circūciſionis magiſter eſt: Samuhel vngēdo tibi ſacramētū in teipō & pphetę & regis oſtēdit. Quid ē iſtud qd loq auſus es qd ſup oēs te

docentes intellexeris! Sed ſuperior verſus ſuper
quos omnes docentes ſe intelligat:oſtēdit ideſt ſu
per inimicos.Et rurſum hic q nūc eſt verſus inferi-
or qui inimici ſint declarat: ideſt omnes docentes
Claues enim cælorum ſe habere profitentur:& do
ctores eſſe ſe legis gloriantur. Et cum omnia legis
teſtimonia aduentum domini noſtri Ieſu chriſti te
ſtentur:ſuper doctores ſuos propheta intelligit:q
vnigenitum dei filium in carne vēturum teſtimo-
nia eiu, meditans ſemper expectat.O fœlix diſci-
puli intelligentia :o doctorum miſerabilis imperi-
tia.Docentes neſciunt:& intelligunt qui docen-
tur.Caret autem propheta vitio iactantiæ/intelli-
gentiæ enim pręſtantiā vnde adeptus eſſet oſten-
dit. Nam ſuperius ait q ſuper inimicos ſuos pru-
dentior a deo in mandatis eiꝰ eſſet effectus. Intel-
ligentia enim omnis ex eo eſt : qui prudentiorem
eum eſſe conſtituit.Super docentes ſe ergo intelli
git. Et quia interdum ex naturæ diuerſitate ſolet
accidere vt diſcipulus prudentior ſit magiſtro ta-
men hoc ipſum diligentiæ ſuæ & ſtudii eſſe demō
ſtrat. Ait enim.Super ſeniores intellexi quia man-
data tua exquiſiui. Et ſuper docentes intelligit/&
ſup ſeniores intelligit doſtrinæ atq intelligētiæ ſuę
officium.cum ipſa temporis antiquitate demon-
ſtrans:ideſt populi ante ſe anterioris ſignificās ęta
tem.in quo vtrunq conuenit:vt & antiquior ſit:
& ſe putet eſſe doctiorem.Sed ſuper eum ille intel-
ligit qui & docetur & iunior eſt.Intelligit vero qa
mandata dei exquiſierit: quæ doctor dum ſe doce
re credit ignorat.Conſequens autem eſt vt qui ſu
per ſeniores & doctores intelligit fructum intelli-
gentiæ ſuæ reddat: ſcilicet vt et quæ cognita & p
fecta habere cœpit :exerceat. & videamus an hoc
ipſum in conſequentibus ſit:ait enim. Ab omni
via mala prohibui pedes meos vt cuſtodiam ver-
bum tuum. Perfecta hæc & euangelici viri vox ē.
ab omni ſe maliciæ via abſtinere. & tot vbiq oc-
currentibus erroris ſemitis nulla earum per quā ne
quicia adeatur:incedere.Sed altius neſcio quid in
eo propheta ſignificat:cum dicit : prohibui pedes
meos. Natura corporis noſtri fert nos in om-
nem criminis curſum:& humanarum cupiditatū
impetus in hanc nos viam cogit Sed qui ſuper ſe-
niores & docentes intelligit per intelligentiæ do-
ctrinam ſe prohibuit:& ex euntem procurrentēq

reuocauit.Reſiſtendum ergo eſt & obnitendū:vt
nos metipſos ab omni via mala primum arceamꝰ.
Tum deinde ſi quis nos inſtinctus eo cœperit ſu-
re vt retrahamꝰ. Et prius noſtra & ipſiꝰ poteſtate
ſumus inhibendi/vt deinceps cuſtodiamꝰ dei ver
bū.Antea aūt propria inhibitiōe opus eſt vt poſ-
ſit dei verbi eſſe cuſtodia. Neq enim quiſq̄ verbū
ante cuſtodiet:q̄ prohibere ſe poterit. Prohibitio
enim ea demum eſt:vt id qᵭ fiebat fieri arceatur.
Cuſtodia vero tum firma eſt cum ſe quis a malis
inhibens bona obſeruat ſine itermiſſione cuſtodię
Qualis autē cuſtodia verbi dei eſſe debeat: ſequēs
verſus docet.Sequitur enim.A iudiciis tuis nō de
clinaui quia tu legem poſuiſti mihi.Hęc eſt igitur
vera cuſtodia nullam in partem a dei ſe iudiciis de
flectere :neq leui ſaltem declinare deceſſu .ſed in-
tentum ſemper & ſemper immobilem:in eo quo i-
ſtitit permanere.Non declinat autem:quia legem
ſibi deꝰ ſtatuerit.Legem quidem Moſes ſtatuerat:
ſed hic idem ꝓpheta in pſalmo altero orauerat di-
cens .Domine conſtitue legiſlatorē ſuper eos: ſci-
ant gentes quoniam homines ſunt. Ea enim lex
quā Moſes ſcripſerat:pędagoga nobis in chriſto fu
it. Et icirco ſuper docentes ſe & ſeniores intelle-
xit :quia legem euangelicam quæ legę Moſi non
continetur intelligit. Hæc ergo per deum collata
eſt:hæc omnē hominem in ſcientiam dei erudiuit
Et icirco ad id qᵭ dixerat .cōſtitue legiſlatorē ſu-
per eos.adiecit:ſciant gētes quoniam homines ſūt
ideſt ex terra genitę:& in cognitionem dei ex limo
conformatę.Quod enim antea per ignorationem
legis Moſi pręſciebāt:nunc per pędicationem do
mini noſtri Ieſu chriſti ſciunt.& vt originem ſuam
ideſt corporis naturam in nouo latore legis agnoſ
cunt:ita & gloriam noui huius latoris expectant:
in exordio ſui iam ad imaginem & ſimilitudinem
dei conſtitutę. Et prædicationis huius euangeli-
cæ dulcedinem :in conſequentibus propheta te-
ſtatur.Ait enī.Q̄ dulcia faucibus meis eloqa tua
ſuper mel ori meo.Mel in ore non etiam in fauci-
bꝰ dulce eſt.Extra regionē enī oris corporaliū ſapo
rū nullꝰ ē ſenſꝰ.Sed dei eloquia in faucibꝰ dulcia
ſūt:i animā.ſ.defluētia & intima penetrātia: non i
ore mō cibi placētia ſꝫ illic dulcia vbi cognitiōis &
prudētię & itelligētię ſenſꝰ ē. Et ideo eloqa i fauci
cibus & i ore mel dulce ē. Sed vt mel p ęgritudinē

æſtumqꝫ febriū ea quæ acciderint/oris amara mi-
tificat/ita animę noſtræ amaritudines & triſtes cu
piditatum inſalutariū febres infuſa dei eloquia mi
tificāt ſi mō nō ore cōtineant/ſed faucibꝰ deuorēt.
Sequitur deinde. A mandatis tuis intellexi pro
pterea odiui omnem viam iniquitatis. Intelligen
tes nos faciūt præcepta: ſed præcepta re atqꝫ opere
expleta: id eſt vt ea quæ his continentur in q̄tum
poſſumus expleamus. Et licet a deo intelligentia
perfecta ſit/tamen a nobis incipiendum eſt. Vt
poſſimꝰ ꝑfectā intelligentiā ꝑmereri. His enim q
nō ꝑ ſe inchoant clauſa a deo oīa ſunt. Et id ipſum
propheticus ſermo per Eſaiam docet dicentē. Ne-
dicas de mādatis meis ꝙ cognoueris ea: neqꝫ cogno
uiſti neqꝫ credidiſti ea: neqꝫ ab initio aperui tibi au
res Cognoui enim ꝙ ſpernens ſpreueris: & ꝙ ini-
quus adhuc ex ventre vocandꝰ eſſes. Ergo non in
dulget ſcientia non appetentibꝰ eā. Et quia deus
cordium ſcrutator eſt/his q ſpreturi eam eſſēt/ob-
tuſę aures ſunt/& hebes ſenſus eſt. Sed propheta
a præceptis dei intelligit/præcepta ſcilicet agens/
intelligentiam conſecutus. intelligens vero omnē
iniquitatis viam odit. Humanę enim naturæ oēs
diuerſarum affectionum adiacent motus: vt ſunt
odii & amoris. Sed amor īpendendus eſt in dilecti
onem bonorum: odium autem aſſumendum ē ex
offenſa malorum. Bonum ergo eſt modo vtilis or
gani corpora noſtra incoaptatos & concinnentes
modos temperare: vt non vitia diligamus: vt non
virtutes bonas oderimus: vt vnicuiqꝫ nos gene-
ri decenter atqꝫ vtiliter coaptemus: Propheta
mandata dei diligit: & qui mandata dei diligit
iniquitatis vias odit: Vt enim perfectæ fidei
et obſequelæ eſt obedientiam diligere/& id quod
quis agit affectu charitatis explere: & neceſſita-
tem agendi amantis voluntate præcurrere: ita &
magnæ innocentiæ eſt: iniquitates non modo nō
agere ſed odiſſe: quia interdum nos ab his metus
& terror auertat. Odium autem nobis earum indi
cium verę & perfectæ de his opiniōis inſinuat. Dili
gamꝰ iuſticiā/modeſtiā/frugalitatē/miſericordiā/
& oderimꝰ rixas/& ebrietates/cædes ſupbias/ſtu
pra/cum quibus neceſſe eſt/& diabolum oderimꝰ
Diligentes vero pacem/veritatē/iuſtitiam/dilige-
mus eum qui eſt pax/iuſtitia/& veritas, dn̄m no-
ſtrum Ieſum chriſtum qui eſt benedictus in ſæcu-
la ſæculorum Amen

Finitur. Mem.
Incipit. Nun.

LVcerna pe
dibꝰ meis &c. vita ſenſuſqꝫ ho
minum in errore ac potius no-
cte inſcientiæ manet/dum car
nali inſerta cogitatione in pro
fundo ignorantiæ per grauitatem naturæ cui ad-
mixta eſt/detinetur. Quando enim per ſemetipſā
cauſam/& rationem originis ſuæ nouerit: quando
ſiquis fructus vitæ ſuæ ſit: quæ conditio ſpei/quæ
promerendæ poſteritatis via? Neqꝫ enim quiſq̄ tā
demēs aut inops ſenſu eſt/vt in id cum nullus eēt/
cum ſine dubio meminerit ex bonitate dei profe-
ctum eſſeqꝫ natus eſt: Nec id in bonitatem eius
maliciæ cadat: vt in nobis hoc ſuum ꝙ naſcimur/
munus interimat. Sed propheta cognitione re-
rum cæleſtium dignus/vt in luce ſcientiæ/munere
dei & eloquio collocatus/ducem ad bene & inno-
center viuendum/eum ſequitur. qui lux vera eſt/
& qui omnem hominem lucificat. Hanc ergo vitę
ſuæ ignorantiam quodam prælato lumine ad ītel
ligentiā dirigit dicens. Lucerna pedibus meis ver-
bum tuum domine. Scit ſe niſi in verbo dei illumi
natum has corporum tenebras/& hanc ſæculi no
ctem ferre non poſſe. Scit vbiqꝫ adeſſe lapides offē
ſionum. laqueos funium. ſcrobes fouearum. Vt
enim quis nocte egreſſꝰ lucernam ante fert: & quo
pedem inferat contuetur: atqꝫ ad ſingulos greſſus
natum ſe eſſe exiſtimet: vt rurſum poſt q̄ natus
eſt nullus eſſet: lumine præeunte ſollicitus eſt:
ita vnuſquiſqꝫ noſtrum manens in ſe verbum dei
in omnes operum proceſſus: tanq̄ lucernam præ
tendit. Omnis & enim doctrina cæleſtis dux
nobis ad iter vitæ eſt: quæ lucernæ modo in hac
nocte ſæculi pręferenda eſt. cum aliqd aut agimus
aut cogitamꝰ aut loquimur vt ea i omnē ꝓgreſſū
cuiuſcūqꝫ opatiōis vtamur. Iubet dn̄s in euāgeliis
hāc ꝓceptorū ſuorū lucernā nō ociosā nec inutilē o-
culis dicēs. Nemo eū lucernā accēdit & ponit eā

ſub modio. Quæ em̃ lucernæ ſi modio tegať / vtili
tas eſt? vſum ſuum tm̃ itra id quo opetiť impédit
Iubet igitur eam in cádelabro ideſt in officii ſui ſe-
de conſtitui. Itaq; hanc doctrinam / atq; hoc verbũ
dei intra nos receptũ nõ otioſum / neq; iutile tanq̃
modio occulamus: ſed lumen iſtud nobis ipſis pri
mũ & rurſus ex nobis oĩbus gentibus præbeamꝰ
Sequenti quoq; iſtud mandatum dominus ammo
nuit dicens. Sint lumbi veſtri p̃cincti: & lucernę ve
ſtrę ardétes. Iubet ergo nihil nos agere in obſcuro
qa omnis in peccatis agens: odit lumẽ: & diligit te
nebras. Vult has lucernas noſtras eſſe ſemp accen
ſas nequando in nocte huius ſæculi relinquamur.
Iudęis i tabernaculo teſtimonii lucerna accéditur
& hæc omnis feſtiuitatis ſuæ tépore ardet. Illi hoc
qđ agũt neſciunt: ſed nos in his tabernaculorũ no-
ſtrorũ id eſt corporum teſtimoniis ardentes lucer-
nas ſemp habeamꝰ, & feſtiuitaté ſpei noſtræ earũ
luce pagamꝰ. Apoſtolos quoq; quos ſal terrę quos
& lumen mundi dominus nuncupat per hanc ſi-
gnificationẽ hos & lucernas eſſe eccleſiæ oſtendit
dicens. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Cor-
poris ſcilicet eccleſiæ: quæ vnũ corpus in chriſto ẽ
noſq; inuicẽ mẽbra eiꝰ ſumus. Primo enim vnicui
q; noſtrũ ẽ dei verbũ oculꝰ ſiue lucerna ẽ: deinde vir
apoſtolicus toto corpori ſuo id ẽ eccleſiæ lucerna
ẽ: neq; em̃ oẽ corpꝰ aut pes: aut oculꝰ aut manꝰ ẽ.
Ergo ſi oculi totiꝰ corporis pars lucidiſſima: & ob
id membris ſuis cæteris prę̄ſtans: erunt tenebrę id
eſt ſi apoſtolorũ lucernæ non ardebunt: lumine ip
ſo in tenebris ſito quanta totius corporis nox ma-
nebit? Ioannes p̃dicator pœnitentiæ lucerna & iu
dæis & gentibus fuit domino dicente. Ille erat lu-
cerna ardẽs & vos lucẽs: & voluiſtiſ ad horá exulta
re in lumine eiꝰ. Habemꝰ ergo doctrinæ lumen ex
ultemus in eo: non ad horá ſed ſemper: neq; ad tẽ-
pus ſed in æternũ. Beatæ virgines illę & vtiles olei
mercatrices ſolę in lampadum ſuarũ lumine cum
ſponſo thalamũ ingreſſę ſunt. cæteris negligenti-
bus & dormiẽtibus ab ingreſſu thalami excluſis.
Ad omnẽ igitur animæ noſtrę pedem: vtamur dei
verbo vt lucerna ſed lucerna ſemp ardente ſemp in
officiũ ſuũ p noſtrã prudentiã p̃parata. Verbũ au-
tem qđ pedibus lucerna eſt: ipſum illud & ſemitis
lumen eſt ſenſim em̃ & domeſtice ingredientibus
lucerna opus eſt: peregrinum autem & publicum
iter ingredientibus lumen potius neceſſarium eſt:
ne latro inſidietur. ne ambiguæ vię error occurrat.
Per incrementa em̃ a minori ad maius acceditur.
Vt ei cui verbũ dei primũ lucerna ſit pedibꝰ idip
ſum verbum ei fiat lumen in ſemitis. Sed lucerna
pedibus & lumen in ſemitis vtilem profectum p̃-
ſtare debent. Et videamꝰ an dignum aliquid pro-
pheta ſubiecerit. Ait enim. Iuraui & ſtatui cuſto-
dire iudicia iuſtitiæ tuæ. Iam non in nocte ſæculi
errat: nec pedem metuit offendere. Sacramentum
em̃ omne firmatę ſcientię res eſt: & iurandi religio
ex veritatis cognitione ſuſcipitur. Iurat ergo pro-
pheta nec tantum iurat: ſed & ſtatuit quia ſacra-
menti vinculum nec firmitas ſit ſtatutorum. Sta
tuit ergo iurans cuſtodire iudicia iuſtitiæ dei. Et
difficile eſt ſtatuta conuelli & optimum eſt ſtatu
ere iurata. Sed meminit nihil eſſe in dei iudiciis in
iuſtum. Si enim humana iudicia ea vere iudicia ex
iſtimantur quæ ex arbitrio iuſti iudicii ſanciũtur.
quomodo ambigẽdum ſit nihil eſſe in dei iudiciis
iniuſtum? Amittimus liberos iniuſtum hoc iudi-
cium exiſtimamus. Nundquid iniuſte deus in Iob
filios dedit diabolo poteſtatem? Damna noſtra tã
q̃ inique accidentia dolemus. Nunquid egere ſo-
lum illum perfectũ virum deꝰ ſine iuſtitiæ ratione
permiſit? Cruciamur doloribus: & contra deum i-
patientiæ noſtræ querelis increpamus. An ne in-
certo conſilio exeſus vermibus: ſanie defluens per
foſſus vlcere fuit? Certe hæc omnia ad documen-
tum fidei & ad p̃mium glorioſæ patientiæ profece
runt. Infirmitas noſtra efficit: vt malum eſſe id qđ
patimur: exiſtimemus. Cæterum dei ſemper vo-
luntas eſt / vt patientia paſſionum probemur: nos
vero diuini iudicii iuſtitiam dum ſine documen-
to fidei latere volumus improbamus. Sed qui ſu-
perius & iurauerat & ſtatuerat vt cuſtodiret iudi
cia iuſtitię dei dignũ aliqd ſacramẽto & cõſtitutio
ne ſua in obſeruandis debet p̃ſtare iudiciis. Nõ em̃
leue eſt quod cuſtoditurum ſe ſtatuit iuratus. Et
quid illud ſit ſequẽs verſꝰ loqtur. Ait em̃. Humilia
tꝰ ſũ vſq̃quaq; dñe: viuifica me ſm verbum tuum
Vnigenitus dei filius naturæ noſtræ ex virgine ſi
bi corpus aſſumens cũ in ſeipſo veram & perfectã
humanæ prudentię formam prębuiſſet: quid a ſe

diſci tanq̃ exemplo doctrinæ voluerit: noſcendũ ẽ
Ait enim: Venite ad me oẽs qui laboratis & onera
ti eſtis.& ego vos reficiam. Tollite iugũ meũ ſup
vos: & diſcite a me quia mitis ſum & humilis cor
de: & inuenietis requiẽ animabus veſtris: ipſe vti-
q̧ perfectus: & ſine peccato ſolus & vnus in cuiꝰ
ore dolus nõ fuit.hoc pͨipuũ a ſe doctrinæ ſumi-
voluit exemplum.manſuetudinis ſcilicet & hu-
militatis per quã animabus requies inueniretur.
Scit inſolentem eſſe & incapacem rerũ ſecunda-
rum naturę noſtrę infirmitatem.Alii per opes in-
ſoleſcunt: neſcientes de largitione opũ dictũ eſſe
elemoſyna enim abſcondit peccatum. Et rurſum
Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in
ęternum.Et deum ipſum his qui eſurientẽ cibaſ-
ſent ſitientem potaſſent: peregrinũ domo recepiſ
ſent: nudum: veſte texiſſent infirmũ viſitaſſent:
clauſum carcere conſolati eſſent dicturum. Veni
te benedicti patris mei: poſſidete pręparatũ vobis
regnum a conſtitutione mundi.Alii gloria ſæcu-
li tument: neſcientes hanc principalem benedictio
nem cęleſtium fuiſſe ſermonũ: beati pauperes ſpi-
ritu quoniã ipſorum eſt regnum cęlorũ.Alios no-
bilitas carnalis in faſtigiũ erigit: non cogitãtes il-
lis qui in chriſto renati ſunt dictum eſſe.vos autẽ
genꝰ electũ: regale ſacerdotium.gens ſancta.Alię
ſunt ſæculi leges: alia dei munera. Diabolus cum
deum temptare auſus eſt ſuũ eſſe ſæculũ gloriat:
dominus vero mori nos ſęculo iubet vt viuamus
ipſi cum domino opum contemptus opulẽtia eſt
Cum domino terreni honoris deſpectꝰ cęlorũ re-
gnũ ẽ.Cũ dño humilitas cordis generoſę & regię
natiuitatis ornatus eſt.Hoc igitur a ſe diſci volu-
it: quod virtutum omnium maximũ eſt.Apoſto-
lus etiam ad humilitatẽ nos docẽs talibus adhor-
tatur. Hoc enim ſapite in vobis: quod eſt in chri-
ſto Ieſu.Qui cum in forma dei eſſet non rapinam
exiſtimauit eſſe ſe ęqualẽ deo: ſed ſe exinaniuit for
mã ſerui accipiẽs: & habitu repertus vt homo: hu
miliauit ſe factus obediens vſq̧ ad mortẽ: mortẽ
autem crucis.Habemus exemplum ab vnigenito
deo humilitatis: ſed videamus & præmium.Pro-
pter hoc enim eũ deus exaltauit.& dominꝰ illi no
men quod ẽ ſuper omne nomẽ: vt in nomine Ieſu
omne genu flectatur cęleſtium terreſtriũ & infer
norum.& omnis lingua cõfiteatur quia dominus
Ieſus in gloria eſt dei patris.Hoc humilitatis fuit
præmium: vt corpus aſſumptũ ĩ gloria dei patris
maneret.vt in nomine eius genu cęleſtia & terre-
ſtria.& inferna curuarẽt: Manẽs enim in dei forma
non vi aliqua ſibi ac rapina id quod erat pręſumẽ
dum exiſtimauit: ſcilicet vt deo eſſet ęqualis.Erat
enim in dei forma nihilq̧ ei ex eius gloria deerat:
in cuius forma manebat: ſed formã ſerui per hu-
militatem accepit: & habitu vt homo repertus eſt
humilians ſe per obediẽtiam vſq̧ ad mortem: nec
ſolum vſq̧ ad mortem: ſed vſq̧ ad mortem crucis
Cęlum ex pręcepto dei ipſe formauit: mũdum ex
paterno iuſſu in hanc ſpeciem tanti decoris orna-
uit: terram & quę in ea ſũt creauit.Sed nũquid ob
illa metuit hominẽ aſſumptũ in ęterni patris glo-
ria collocare? humilitatis hoc præmium eſt.humi
litatis hæc merces eſt.vt quia manẽs antea in for-
ma dei eſſet: in forma ſerui deinceps effectꝰ.& ma
nens in forma dei.& effectus in forma ſerui: con-
feſſione cęleſtium & terreſtium & infernorũ eſſe
in dei patris gloria noſceretur. Verens quoq̧ idẽ
apoſtolꝰ ne quos ipſa illa diuinorũ munerũ gratia
efficeret inſolentes ait. Vnicuiq̧ data eſt demon
ſtratio ſpiritus ad vtilitatẽ. In eo enim quod ait
ad vtilitatem/docuit eo vtiliter vtẽdum: ne forte
quẽq̃ ſpiritualium donorum confidentia efficeret
inſolentẽ.& dei gratia per inſolentię vitium fieret
otioſa.Ex perſona autem ſua ipſe demonſtrat etiã
hoc ſe a deo gratię conſecutũ.ne per confidentiũ
plurium in ſe gratiarũ in aliquẽ tumorẽ ſuperbiæ
tolleretur dicens.Et propter eminentiã reuelatio
num datus eſt mihi ſtimulus carnis angelus .Sa-
thanę qui me collaphizet ne extollar. Etiam hoc
ille vas electionis & doctor gentiũ meruit: ne vl-
tra humanæ infirmitatis naturam per ſpiritualiũ
in ſe munerum confidentiã ſuperbiret Ezechiam
regẽ ſcriptura laudat quod fecerit rectũ et bonũ
in conſpectu dei: ſed non vſq̧ in finem potuit hęc
manere laudatio.Scriptum enĩ eſt in ſecundo pa
ralippomenũ libro.Et cecidit Ezechias ab altitu-
dine cordis ſui: vbi cor in altum erexerat.vbi in ſu
perbiam ſe per confidentiam laudationis extule-
rat.pręteritorum geſtorum gratiam per ſuperbiæ
crimẽ amiſit.Propheta igitur ſacramento conſti-
tuens vt iuſta dei iudicia cuſtodiret hoc primum
opus ſumpſit vt humilis fieret.Neq̧ ſolum humi

lis ſed humilis valde:p adiectionē hāc conſūmatā
īſe humilitatis modeſtiā docēs. Et erāt cauſę ī eo
plures ſuperbiendi. Præbebat inſolentię cauſas:
nobilitas ex iuda & in eo primū poteſtas benedi-
ctionis regię inchoata. Manſit enim aliquādiu ex
Dauid tribu regię poteſtatis familia ex qua ſecun
dum carnem rex ęternus emerſit. Erat etiā prudē-
tiſſimus. Ait enim ipſe Inuiſibilia & oculta ſapiē-
tię manifeſtaſti mihi. Meruit etiam & propheta eē
cum dicitur Aperiam in parabolis os meum: eru-
ctabo abſconſa a cōſtitutione mundi. Humanæ
quoq; opulētię copiis abundauit. Ait enim ipſe.
Ecce congregaui de paupertate mea auri talenta
tot milia & argēti alia: & æris & ferri quorum nu
merus non eſt. Hinc familiæ nobilitas: hinc
regis poteſtas: hinc ſapientiæ fiducia. hinc pro-
phetię meritum: hinc copię facultatem non erexe
runt tamen in ſuperbiam. neq; in aliquē faſtidii tu
morē extulerunt. Tuto ergo poſtulat dicens: viui
fica me ſecundum verbum tuū: ideſt vt tanq̄ non
dum viuens ęternę vitæ vitā ſecundum verbū dei
mereatur: quia eum humilitas modeſta intra diſci
plinā & doctrinā prędicationis euangelicę conti-
neret. Deinceps ſequitur. Voluntaria oris mei fac
• bn̄placita domine & iudicia tua doce me. Digne
exequitur propheta ſacramētum cōſtitutiōis ſuæ
Primum enim humilis valde effectus eſt. ſequēter
nunc orat vt voluntaria oris ſui beneplaceāt. Nō
contētus eſt iam pręſcriptis legis cōtineri: neq; tā
tum neceſſitati obedientiæ ſubiacere. Lex præce-
perat malū pro malo eſſe reddendū. Dauid iſte cū
Saul totis īperii ſui virib9: ſe perſequētē frequēter
captum & cōcluſum habuiſſet: non modo non p-
emit: ſed etiam cum honore dimiſit dicens. Non
inferam ſuper eum manū meam: quia chriſtus do
mini eſt. Hunc etiam cum ī bello peremptū cōpiſ-
ſet et fleuit & vindicauit. filius quoq; eius Abſalō
regnum occupat: exercitū contrahit: patrem bello
parricidali pſequit̄: ſed militib9 Dauid dicit. Par
cite puero Abſalon. Illi quidem ad reſiſtēdū̦ neceſ
ſitas impoſita eſt vt regi: ſed pietas & bonitas affu
it ad parcendum vt prophetę Mortuum quoq; af
fectu paterno & dolore defleuit. Hæc enim volū-
taria non legitima ſunt & his obtemperare liberta
tis potius q̄ neceſſitatis officium. Habet hāc apo-
ſtolus voluntarię doctrinę & non legitimę cōſue-
tudinē dicens de virginibus autem pręceptū do-
mini non habeo conſilium autē do. Aut cum glo-
riam viduitatis & continētiam laudat non inhi
bita poteſtate nubendi: ſed meritū cælibatus p̄di
cator vltra legem inſtituit: & vltra pręceptum ad
hortatur. voluntaria legitimis anteponens. Et rur
ſum ait. Nunquid non habemus poteſtatem man
ducandi & bibēdi? nunquid non habemus poteſta
tem mulieres circunducēdi ſicut cęteri apoſtoli &
fratres domini & cephas? Aut ego ſolus & Berna-
bas non habemus poteſtatem hoc operandi? Sed
non vtimur hac poteſtate. Poteſtas in licito eſt cū
lex infidelitati noſtrę parcēs præſcriptis nos graui
bus non onerat. At vero voluntatis profeſſio ex i-
cremento fidei eſt cū in his quæ moderata lex no
bis eſt noſmetipſos voluntarię deuotionis ſtudio
continemus. Hęc igitur volūtaria vt deo ſint pla-
cita propheta orat quia illa quæ ex p̄ſcripto legis
gerātur ipſa ſeruitii ſui neceſſiate peragūtur. Cau
ſam autem ſemper prætendit deprecationis ſuæ:
Poſtea enim q̄ voluntaria oris ſui vt beneplacita
eſſent orauit: adiecit. & iudicia tua doce me. Iudi-
cia legis ait & quantum in ſe eſt geſtis atq; operi-
bus exercet. ſed nondum ea intelligit. Scit enim eſ
ſe legem ſpiritualem. Et illud quod ſub ſpecie prę
ſentium operationum cōtinetur noſſe feſtinat. ea
enim quis neceſſe eſt doceri poſtulet quæ ignorat
Totum autem ſe propheta ſecūdum ſacramenti
ſui conſtitutionē deo dedit. Humiliatus eſt valde
voluntaria oris eius placentia ſunt: nunc eius ani
ma in dei manibus ſemper eſt & legis dei non obli
uiſcitur dicens. Anima mea in māibus tuis ſemp
& legem tuam non ſum oblitus. Totum quod vi
uit: deo viuit. Omnis eius ſēſus & ſpiritus in deo ē
nullum tempus admittitur: quo ſubrepere legis
poſſit obliuio: In omnibus operibus & cogitatio-
nibus deus cogitatur. Lex in memoria eſt: ī dei ma
nibus ſemper anima viuentis eſt. Scit q̄ ſibi iſtud
vtile ſit: ſcit q̄ neceſſarium quotidie ſe manibus
dei geſtis atq; operibus ſuis & per indefeſſam me
moriam legis inſerere. Ait enim. Poſuerunt pecca
tores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erra
ui. Scit in hac ſęculi ſilua plures laqueos extendi:
plures vitæ ſuę captiones parari. Sermo cogitatio
opus noſtrū ſemp adiacentes habent laqueos: cū
interdum occurit cauſa ire: doloris affectio: quęte

læ neceſſitas: malę cupiditatis occaſio. Hos diabo
lus: angeliꝗ eius ab initio tranſgreſſores: et ab ex-
ordio peccatores: laqu eos ſemper extendunt. Sed
cuius in manibus dei anima eſt: & qui nunꝗ legis
dei immemor eſt. his vndiꝗ licet laqueis circumue
ctis a præceptis tamen non aberrauit. Semper eñ
deum cogitans ab his euolat: vt in pſalmo alio lo
quitur: ſicut paſſer liberatus ex laqueo venatorū
Et dominus ipſe per prophetam ait. Liberate vos
ex laqueo venatorum et a verbo conturbationis
Non eñ iniuſte tenduntur retia auibꝰ. In cæleſtē
ſcientiam homo eruditus es quid tibi cum terre-
nis operibus & geſtis? Auis effectus es. Cur non in
naturę tuę elemento moraris? volucres eñ cęli nū
cupantur. Non iniuſte ergo illis in poſſeſſione ter
renæ habitationis inſidię ſunt. Sęculo renūciaſti/
quid tibi cum ſæculi rebus? Quid quereris captꝰ
in ſæculo: quid quereris iniuriam laquei in regio-
ne non tua? Dic potius & vtere ipſe tu voce pſal-
miſtę dicentis iſta. Quis dabit mihi pennas ſicut
columbę/& volabo & requieſcam. Natura auium
eſt vt nō niſi cū volent requieſcant: tu autem iam
factus es columba: volando requieſcis. id eſt in cæ
leſtem te ſedē & cognitionē a laqueis terrenis vo-
latu fidelis animę efferēdo. Dehinc ſequitur. Hæ-
reditaui teſtimonia tua in ſæculum: quia exulta-
tio cordis mei ſunt. Hęres ſecundū humanam cō
ſuetudinem omnia eius obtinet: cuius & hęres eſt
Sed humanas hęreditates dedignatur propheta:
qui teſtimōia dei hæreditauit. gratū ipſi ſi dei fiat
ipſe teſtis: quia exultatio cordis ſui ſit. ſi ſe dei in-
ter perſecutionis bella teſtetur. Sic & meminimꝰ
his teſtimoniis apoſtolos gratulatos: cū exeuntes
de cōſeſſu pſecutorū lętati ſūt pꝑter dei nomē di-
gnos ſe iniuriis iudicatos. Teſtimonia ergo eiꝰ ex
ultatio eorum cordis fuit. Sed propheta vt et apo
ſtoli licet inter multas perſecutiones hęc teſtimo-
nia dei id eſt teſtā di de eo cū exultatiōe cordis tāꝗ
hęreditatē retineat. tñ etiā illa dei teſtimōia hære
ditate acqſita habet: ꝗ ſub teſtibꝰ dicta ſūt Moſes
legē ſub teſtibꝰ dedit: cęlo atꝗ terra Eſaias ſub te
ſtibꝰ arguit: cælo atꝗ terra Apoſtolus iam celſio
ribus teſtimoniis vt prædicator euangelicus vſus
eſt: dicens. Teſtor vobis coram deo & chriſto Ieſu
& angelis eius. Hæc ergo teſtimonia ſub his ſcri-
pta: & ſub his teſtata: & in his teſtata tāꝗ noui pa
trimonii hæres occupat: non ex parte ſed totum.
Ius eñ hæreditatis ex ſolido eſt: etſi inter plures ſe
cundum humanam ſucceſſionem hæreditas diui
datur: tamen hæreditas ipſa nomen hæredis ex ſo
lido eſt. Ac ne qđ a multis dici ſæpe ſolet: rationis
aliquā habeat auctoritatem: cum aſſerūt propriū
dei munus eſſe vt quis in dei rebus atꝗ operibus
verſetur: excuſantes infidelitatē ſuam ꝙ ceſſante
erga ſe dei voluntate maneant infideles. Eſt quidē
in fide manendi a deo munus: ſed impediēdi a no-
bis origo eſt. Et voluntas noſtra hoc propriū ex ſe
habere debet: vt velit deus incipienti crementum
dare: quia conſummationem per ſe infirmitas no
ſtra non obtinet: meritum tamen adipiſcendę cō-
ſummationis eſt ex initio voluntatis. Idcirco pſal
mum ita propheta concluſit. Declina cor meum
ad faciēdas iuſtificationes tuas in æternū: propter
retributionem: Cor ſuū ipſe declinat: et ex naturę
humanę peccatis in obedientiam dei inflectit. Na
tura quidem & origo carnis ſuæ eū detinebat: ſed
voluntas & religio cor eius ex eo in quo manebat
originis vitio ad iuſtificationū opera declinat. Et
declinat in omni vitę ſuę tempore: non in defini-
tione aliqua ſpacii: ſed in omni vitæ ſuæ ſæculo.
Declinat autē propter retributionem: certus ſcili
cet ea fidei meritis reſeruari: et in his retributionē
eiꝰ eſſe quę oculꝰ nō vidit: nec auris audiuit: nec
in cor hominis aſcendit quæ præparauit deus iis
qui diligūt eū in chriſto Ieſu: cui gloria eſt: et nunc
et ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Explicit Nun.
Incipit Samech.

Iniquos odio
habui. &c. ¶ Præcepti euange
lici doctrina eſt: vt inimicos di
ligamus: & non ſolum amanti
bus nos amorem ſed etiam iis
qui nos oderunt debeamus. Ergo hęc prophetę ꝓ
feſſio aduerſari videtur dominicis mādatis/vt cū
amor nobis inimicorum imperetur. ille ꝙ iniquos
oderit tanꝗ boni opus ꝓferat. dicēs Iniquos odio
habui. Sed huius ipſius dicti ratio ex ipſis euange
liis noſcenda eſt. Nam dominus qui inimicos dili
gi iuſſit/& maledicentes patrem aut matrem reos
mortis eſſe conſtituit, rurſum alio in loco præce-

pit dicens. Si quis venit ad me/& non odit patrē
ſuum & matrem & vxorē/& filios/& fratres & ſo-
rores/adhuc etiam & animā ſuam nō poteſt me⁹
eſſe diſcipulus. Ergo hæc videnť ſibi eſſe cōtraria
vt cuius ex præcepto non ſolum odium in paren-
tes/ſed maledictio tantū morte ſit digna: ipſe rur-
ſum dicat neminem diſcipulum ſuum eſſe poſſe
niſi qui patrem & matrem & vxorē & filios: & fra-
tres/& ſorores/& animam ſuam oderit. Dur⁹ hic
ſermo & præceptum graue eſt/impietatis neceſſi-
tatem ad conſūmationē religionis imponere. Ve-
rum nihil adeo durum: nihil impium: nihil cōtra-
rium: anterioribus pręceptis iubetur. Iraſci autem
chariſſima hęc nobis nomina pater ſcilicet aut ma
ter: & vxor & filii non pñt ꝙ eos pręcipimur odiſ-
ſe: cum animam ipſam noſtram odiſſe iubeamur.
Scit em̄ eſſe dominus plures tam inconſulti amo-
ris vt cum perſiſtere in martyrii gloria filios ſuos
videant: vt tempori cedāt rogent: vt ſententiam
mutent/precentur: & pietatis impie erga eos vtā-
tur affectu. cum anus mater: & pater ſenex miſera
biles canos filiis in ipſo martyrii certamine cum in
uidia ꝑduræ volūtatis eorū oſtēdāt. Hinc & vxor
aſſit filiorum ambitioſa comitatu: oret vt potius
ſibi illiſq; viuat. hinc fratres ſorores blandis nomi
num ſuorum familiaritatibus deprecentur. Ipſa
quoq; anima illecebris iampridem capta viuendi/
tacitis quibuſdam conſiliis ad cohibentiam defle-
ctendę voluntatis irrepat. Hoc igitur ĩn tempore
odiſſe nos patrem/matrem/vxorem/filios/fratres/
ſorores: & ipſam quoq; animam dñs præcepit. Nā
hunc eūdem ſermonem ita clauſit: poſt odiū vni-
uerſorum dicens. Etſi quis non portat crucem ſuā
& venit poſt me: non poterit meus diſcipulus eſſe.
Ergo tunc odio habendi ſunt: cū portare nos mar
tyrii crucem nolint: cum ſequi deū exemplo paſ-
ſionis dehortentur: honeſtum hoc odium & vtile
eſt/eos qui ab amore chriſti abducere conanť/odiſ-
ſe. Itaq; nunc propheta nihil contrarium euangeli
cis pręceptis quibus amare inimicos iubemur: lo-
cutus videtur dicens iniquos odio habui. Nō em̄
inimicos ſuos odit: ſed iniquos id eſt tranſgreſſo-
res legis. Propriore iſtud verbo gręcitas nūcupat.
dicēs: id eſt extra
legem agentes. Sed qui præteritores legis odit
non poteſt non id amare qđ oderit eſſe neglectum.

et ideo ait. & legem tuam dilexi. Conuenit autem
vt qui legem amat/eos oderit qui legis inimici ſūt
Dehinc ſequitur. Adiutor & ſuſceptor meus es
tu: & in verbum tuum ſpero. Magno nobis auxi-
lio dei opus eſt: in tanto atq; aſſiduo ſęculi iſtius ꝑi-
lio. Non enim nobis ſecundum apoſtolum pugna
eſt aduerſus carnē et ſanguinem: ſed aduerſus po
teſtates: & mundi potētes harum tenebrarum/ad
uerſus ſpirituales nequitias in cęleſtib⁹. Hos ergo
hoſtes habemus/aduerſus hos adiutor deus precā
dus ē: vt nos in ſuſceptionē ſuam recipiat. Sed nō
tam timoris hæc precatio debet eſſe q̄ meriti. Ti-
mor em̄ ex trepidatione conditionis humanæ eſt:
propheta autem in verbo dei ſperat. Spes non res
ꝑſentes obtinet: ſed futuras. Sperat ergo quæ ver-
bo dei id eſt dictis propheticis cōtinentur: Sperat
autem vel retributiōes fidei in vitam ſpiritualem
vel ipſum illum domini noſtri qui dei verbum eſt
aduentum expectat. Spes em̄ iſta meretur auxiliū
et adiutoriū dei. Non aliter aut nos meremur: aut
aliqui ante meruerunt q̄ verbum dei deum natu-
ræ noſtræ carnem vel habiturum ſperaſſe: vel qđ
habuerit crediđiſſe. Sed propheta multa in ſe eſſe
meminit: quæ ſpei ſuę conentur obſiſtere. Et ideo
ſubiecit. Declinate a me maligni & ſcrutabor mā-
data dei mei. Doctrinæ cæleſtis ratio admonet: vt
dictum hoc referendum ad perſonam hominum
in quibus inſit malignitas exiſtimetur. Propheta
enim qui gentes docet: qui verbum dei prædicat:
iubet vt a ſe vniuerſi maligni declinent: quia con-
gregatio ſancta ad malitiæ operarios ſit indigna.
et neſcit quē poſſit excipere. Omnibus em̄ per na-
turæ demutabilis voluntatem adiacet: ipſiſq; apo
ſtolis verbo licet iam fidei emundatis atq; ſanctis
non abeſſe tamen militiam per conditionem com
munis nobis originis docuit dicēs. Si ergo vos cū
ſitis mali: noſtis bona data date filiis veſtris. No-
ſtrum autē malos amare: & bonos ad bonitatē do
cere: ſecundum eum. qui vniuerſos ad ſe poti⁹ in-
uitat: dicēs. Venite ad me omnes qui laboratis &
onerati eſtis & ego vos reficiam. Sed ſcit propheta
plures malignitates in occulto hūani cordis eſſe.
Secūdum em̄ domini dictū deintus exeūt cogita-
tiōes malę: cędes: mœchię: fornicatiōes: furta: fal-
ſitates blaſphemię. Hæc enim ſunt: quæ cōmunē
hominem faciunt. Huius igitur modi vt a ſe decli

aduerſantes fidei ſuę poſtulat. Obſiſtunt eñ inno
centiæ ſtudiis; obſiſtũt doctrinę ſpirituali: atq; his
per conſiliorum ſuorum aſſiduam familiaritatem
ſe ingerentibus: non vacat animo dei mãdata ſcru
tari quia maligni viri præſentia: multum eum qui
mandata dei ſcrutari velit: impediat. Et quia dei
opus eſt miſericordia: vt in familiam eius recepti a
dominatu malignorum horũ liberemur: prophe-
ta orat dicens. Suſcipe me ſecundum eloquiũ tuũ
et viuã. & non cõfundas me ab expectatione mea.
Propheta expectat / & ſpat / nihil pñs / nihil tẽpora
riũ ſectatur. Plures aũt ſunt qui hanc expectatio-
nẽ fidei noſtræ arguunt: & irrident: dicẽtes. Quid
ieiunia: quid continentia: quid caſtitas: quid iactu
ra patrimoniorum vtilitatis affert? vbi ſpes veſtra
eſt chriſtiani. Mors ęqualiter dominatur vniuerſo
rum: in omnium corporum naturas cõmune ius
illi eſt. Quin etiam vniuerſis nos bonis ſęculi frui-
mur: et vitę veræ licentia vtimur: & in quo tandẽ
nobis ſpei noſtræ expectatione pręſtatis? Non con
fundi ergo ſe in hac expectatione ſua ꝓpheta orat
ſed vt maneat confidens: & fructus verę illius vitę
quã expectat / accipiat. Scit eñ ſe nondũ viuere: li
cet viuat. vita eñ noſtra ſecundũ apoſtolũ abſcon
ſa cũ chriſto eſt. Et iccirco ait. Suſcipe me ſecundũ
eloquium tuum & viuam: Quia verę illiꝰ & inde
ficientis vitæ expectatione hac ſpe detinetur. Spe
rat eñ æternitatem: ſperat regnũ cęlorũ: ſperat re
gnum dei: ſperat ſpirituales benedictiones in cæ-
leſtibus in chriſto. In hac ſpe: in qua non confundi
tur: rogat vt ſuſcipiatur & viuat. Dehinc ſequit.
Adiuua me & ſaluus ero: & meditabor in iuſtifica
tionibus tuis ſemper. Superius dixerat adiutor &
ſuſceptor meus; nunc autem nominũ cõmemora
torum rem precatur: vt qui ſuſceptor eſt ſuſcipiat
et qui adiutor eſt adiuuet. Non abeſſe a ſe adiuto
rium adiuuantis precatur: non orat ne malignan-
tes non habeat: quia per paſſionum patientiam fi
des probatur / ſed vt aduerſus eos adiuuetur orat.
quia auxiliũ a domino ſemper orandũ eſt. Sed quẽ
admodũ in ſuperiore ſuſceptus viuet: ita & in hoc
adiutus ſaluabitur. Adhuc eñ ſibi obeunda mors
eſt: adhuc inferi ſuſtinendi. Tunc ſaluabitur cum
ex corporea terrenaq; natura in ſpiritualem glo-
riã trãſformatus: nullũ aduerſantis inimici piculũ
metuat. viuat īter electos angelos: ſit paradiſi īco-
la: & abſorpta corruptiõe ex mortali īmortalis exi
ſtat. Sed quomõ meditaturum ſe in iuſtificationi
bꝰ dei dicit: et meditaturum ſemper: nunquid nõ
meditatur qui et in meditatiõe ſperauit? Poteſt q-
dem & pręſens vitę opus accipi vt quouſq; in cor
pore ſit: ſemper iuſtificationes meditetur. Sed ni-
hilominus & in futurum ſermo procedit. ſcit in cę
lo oẽs angelos in meditatione iuſtificationũ dei eẽ.
Nihil eñ illic ocioſum nihil iners eſt. Omnes vir-
tutes cæleſtes: in opere miniſterii ſui permanent.
Et cum nobis tunc vita angelorum viuendum ſit
poteſt ſecundũ eos qui ſemper operant: nobis quo
q; ęterna iuſtificationũ eſſe meditatio. Dehinc ſe-
quitur. Spreuiſti omnes diſcedẽtes a iuſtitiis tuis
quia iniqua cogitatio eorum. Auxilium et ſuſce-
ptionem ob hoc propheta orat: ne cum diſcedenti
bꝰ a iuſtificationibꝰ dei & ipſe ſpernatur. Sed hic
ſeruata ea ratio eſt: vt non dictum ſit ſpreuiſti oẽs
peccatores: ſed ſpreuiſti omnes diſcedentes. Si eñ
peccatores ſperneret: omnes vtiq; ſperneret: quia
ſine peccato nemo ſit. Sed ſpernit diſcedentes a ſe
quos apoſtatas vocant. Neq; eñ intereſt an in iu-
ſtificationibus dei: quis aliquando fuerit. Spernen
dus eñ eſt a deo quiſquis diſceſſerit: quia manen-
tis meritum conſeruat conſũmatio ſpernẽdi. Dif
fert vero a peccatore diſceſſio. quia peccatori ve-
nia per poenitentiam reſeruatur. diſceſſio vero cũ
ipſa poenitentię diſceſſione ſe damnat. Quæ hinc
oritur. cum voluntas eorum qui diſceſſuri ſũt eſt
iniqua. dehinc ſequitur. Præuaricantes reputaui
omnes peccatores terræ: ideo dilexi iuſtitias tuas
ſemper. Prophetæ ſermo longe ſe: & vltra cõmu-
nem ſenſum tendit. Nos eñ ꝑuaricatores eos ex-
iſtimamꝰ; qui ſuſceptam fidem: & cognitionẽ dei
adeptam relinquunt: aliud pollicitos: & aliud nũc
agentes. Sed hic pręuaricatores exiſtimantur: om
nes peccatores terræ. Nullus excipitur / generali-
ter ad omnes præuaricationis nomen refertur. Lex
eñ veluti naturalis eſt: iiuriã nemini inferre: nihil
alienum præcipere: fraude ac piurio abſtinere: alie
no coniugio non inſidiari. Nouit et hanc naturæ
apoſtolus legem: dicens. Cum eñ nationes q̃ legẽ
non habent: naturaliter ſecundum legem faciunt
tales homines legem non habentes / ſibi ipſi ſũt lex
qui oſtendũt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis
Ergo præuaricatores exiſtimantur / qui qđ a natu-

ta legis accipiunt.derelinquũt.Furem quis depræ
henſum aut adulterum:aut homicidã arguit le-
ge naturæ.Sed ſi in his ipẽ verſetur/præuaricator
eſt legis. Nouit etiam cum ait. Peccatores terræ
alios eſſe/& cæli peccatores. Audiamus eñ euan-
gelicę prædicationis prodigum filiũ proditum ac
ꝗ mortuum.de peccato ſuo patri confitentẽ. pec
caui inquit pater in cęlo & coram te.Quiſqs cęle-
ſtis doctrinæ & ſpiritalis gratię particeps factus in
peccato demorabitur:non terrę peccator ẽ ille ſed
cæli.Omnes eñ credentes in ſe domin⁹ noſter ie
ſus chriſtus excitauit/& collocauit in cęleſtib⁹.ex
quibus qui decidit tanq̃ cæli peccator/arguitur.
Cum igitur propheta/terræ peccatores:præuari-
catores eſſe exiſtimet.quia naturę legem peccãdo
trangreſſi ſunt ob hoc ipſe teſtimonia dei diligit.
quia cum præuaricatio ſit decidere ex lege naturę
tamen iam ſine venia ſit:ex cæleſti lege diſceſſio.
Concludit autem ita.Configꝫ de timore tuo car-
nes meas.a iudiciis eñ tuis timui.Nouę & inuiſi-
tatę preces prophetæ ſunt:vt a timore dei carnes
ſuę configantur.Sed meminit compatiendum:&
cõmoriendum eſſe cum chriſto:his qui conregna
re cum eo velint.Et minore iſtud dicti virtute lati
nitatis tranſlatio elocuta eſt.Q̃d eñ nobiſcum eſt
configꝫ:illic
id ſignificat vt clauis ſe configat.Morien
dum ergo nobis ẽ:& omnia carnis noſtræ vitia cõ
figenda cruce domini ſunt.Morimur eñ ſecundũ
apoſtolum cum chriſto:& conſepelimur in bapriſ
mo.Et hoc propheta q̃q̃ in ſua voluntate habeat:
tamen vt per miſericordiam dei conſequatur ex-
poſtulat.Cõfigi eñ ex timore dei carnes ſuas orat
quia iudicia dei metuat. Timet enim æterni iudi-
cii ſentẽtiam: timet non cum Chriſto cõfigi:& cõ
mori/& conſepeliri nouum ſe hominẽ niſi vetere
conuitiis & concupiſcentiis exuto:intelligens nõ
futurum.

Explicitũ ẽ Samech.Incipit Ain.

[E]eci iudicium
& iuſtitiam.&c.Et in pſalmi ex
ordio : & deinceps frequenter
meminimus: per hęc ſingularẽ
litterarum quædam quaſi ele-
menta diſcendi doctrina nos pietatis/cõtinentiæ/
intelligentiæ/fidei/& timoris inſtitui:& vt rudem
infantiam ad loquendi ſcientiam quã & agẽdi do
ctrina conſequitur:ipſis humanæ vocis initiis eru
diri.Q̃d ex cõſequẽtibus ſextę decimę litterę octo
verſib⁹ intelligi licet.Propheta eñ ex perſona ſua
vniuerſos docet:quid velle:quid agere:quid profi
teri vniuſquẽqꝫ pro conſcientia infirmitatis ac natu
rę ſuę vtile ſit:quid etiam metui/quid caueri:quid
emundari oporteat.Beatus idem propheta qui ꝑ
miſericordiã dei ipſe ſibi & proſpector & emunda
tor:& iudex eſt.Certe dignitati eius decẽtiſſimũ ẽ
vt qui ſpiritu dei loquitur:ea quæ humanę & ſalu
tis & æternitatis ſunt/eloquaẽ.Ait enim ita. Feci
iudicium & iuſtitiam:nõ tradas me:nocẽtib⁹ me.
Fecit placentia deo opera. Et quia fecit;ne nocen-
tibus ſe tradatur/orat.Opus merendi anteſertur/
et dehinc meriti præmium poſtulatur.Fit eñ pri-
mum q̃d placeat:& tũ dignatio eius:cui per opus
placetur:orat.At nos nec operamur:nec placem⁹
quin etiam impiis & irreligioſis rebus offendim⁹:
& quia tales non placemus/iraſcimur.Sed dignũ
eſt contueri/qualia ſint quæ propheta faciens/ne
nocentibus ſe tradatur orat:et oĩa quæcunqꝫ quis
timens deum fecerit/vtilia ei atqꝫ pulchra ſũt.Pu-
dicitiã qs colens: glorioſũ ac timens ſordẽ corpo-
ris ſui:carni lumẽ inuexit. Cõtẽptũ vero pecuniæ
aſſumens/liberũ ſe a terrenis dominationibus prę
ſeruauit. Frugalitatem autem & parſimoniam di
ligens:nobilitatem animę cæleſtis captiuam ebrie
tati non dereliquit.Sed hæc q̃uis magna:atqꝫ præ
clara ſint:tamen quia prophetę propria:eiqꝫ tantũ
modo vtilia ſunt: non referũtur ad meritum.Sed
quid fecit vt animo tradi ſe nocentibus depreceẽ.
Iudicium/& iuſtitiam ſcilicet.Nihil inconſultum
nihil iniuſtum agens:ſed primũ faciens iudicium.
Omnia nãqꝫ ratione/modo & veritate pertractãs
vt id q̃d in alterum agat:perpẽſum antea atqꝫ per
ſpectum iam de conſilii ſententia exequaẽ. Nõ ꝑ-
mittit autem conſilio tantum ſuo:iudicii ſenten-
tiam:ſed facit cum iudicio iuſtitiã. Iudicantis aũt
cum conſilio hoc opus maximum eſt : vt q̃d iudi-
cat/iuſtum ſit.Iuſtitia etenim eſt amicitię concor
dia.vnanimitatis vinculum : fundamẽtum pacis
diuinæ atqꝫ humanæ rationis operatio.Hoc itaqꝫ
propheta fecit:in quib⁹ cum opus ſuum ſit;tamẽ

& eorum quibus iudicium & iuſtitiam fecit vtili-
tas eſt. Poſtulat vero ne nocentibus ſe tradatur.
Omnis enim in quo peccati voluntas eſt: deo va-
cuus eſt: & vbi deus non erit: illic diaboli locus ē.
Qui inſidians atq; obſidens vbi adeundi oppor-
tunitatem habuerit/tanq̄ vacuam domum occu-
pet/quæ ei deo eam deſerente/ſit tradita. Et ꝓphe
ta quidem qui ex perſona omnium loquebatur: ne
a deo tradatur orat. Cæterum apoſtolus habet iā
id in ſe fiduciæ: vt pctōres diabolo tradat ipſe. cū
ad Corinthios de eo qui fornicationes omnes ſup
greſſus vxorē patris ſui acceperat: ſcribit. Ego aūt
abſens corpore: præſens autem ſpiritu: iam iudica
ui tanq̄ præſens eum qui hoc fecit: cōgregatis vo-
bis & meo ſpiritu: cū virtute dñi Ieſu: tradere iſti-
uſmodi Sathanę in interitū carnis. vt ſpūs ſaluus
ſit in die domini. Sed licet apoſtolus tradat: ſcit ta
men ſe in virtute chriſti/& in ſuo ſpiritu traditurū.
Sed et i alia epiſtola ait. de Figelo: & Hermogene
quos tradidi inquit ſathanę/vt diſcant nō blaſphe
mare. Qui enī ab eccleſiæ corpore reſpuunt (quæ
chriſti eſt corpus) tāq̄ peregrini & alieni a dei cor
pore: dominatui diaboli traduntur. Sed propheta
ne nocentibus ſe tradatur/orat. Adſūnt enim ini-
micę/infeſtęq; virtutes/quę fidei propoſitum con-
turbent: quæ timorem dei oblitterent: quę in ter-
renas cupiditates: & deſideria ſollicitent: quæ in-
firmam corporis naturam quibuſdam blandimen
torum aculeis in vitia cōmoueant. Nouit & apo-
ſtolus hanc multitudinem dominantium virtutē
dicens. In quibus & vos aliquando ambulaſtis ſe-
cundū principem poteſtatis aeris ſpiritꝰ. qui nūc
operatur in filiis diffidētię. Fecit ergo propheta iu
dicium & iuſtitiam: & ne tradatur ſe nocētibus ro
gat. Et hoc modo nocentibus cum in peccatū im
pellunt: cum in gloriam inflant: cum in iram accē
dunt: cum in odium exacerbant: cum ad laſciuiā
illiciunt. cum ad auariciam prouocant. ſed cum p
hæc nocere properent/obtinere tamen eos q inno
centes ſunt: niſi ſibi per ſeceſſionem dei traditi fue
rint: non valebūt. Dehinc ſequitur. Excipe me ſer
uum tuum in bonum: non calumnientur me ſup-
bi. Proficit in ſpes ſuas propheta. et celſiorem iam
deprecationis ſuæ gradum ſcandit. Qui enī ora-
uerat ne tradatur nocentibus ſe: iam vt in proprie
tatem ſerui excipiatur: rogat. beatum illū in ſe dei
dominatum cum bona ſuſceptione ſua deprecās:
et non ob leuem cauſam: vt in bonum ſuſcipiatur:
orat: ſcilicet ne ſuperbi calūnientur: Et qui ſunt ſu
perbi? Nempe illi quorum principē loquentē Eſai
as introducit ita. Dixit enī virtute faciam: & ſapiē
tia intellectus/auferam fines gentium: & virtutē
eorū: & cōmouebo ciuitates inhabitabiles: & oēm
orbem terræ apprehendam manu mea vt pulloſ:
et tanq̄ confracta oua auferam. Hæc ſuperbientis
vox ē diaboli ſcilicet qui deo ac domino noſtro Ie
ſu chriſto: oſtenſa terrenorum imperiorum gloria
dicere auſus eſt. Omnia hęc tibi dabo: ſi procidēs
adoraueris me. Non eſſe autem hunc ſolitarium:
ſed plures ei adeſſe ſpiritualiū nequitiarum mini-
ſtros per eum docemur: q ait. Diſcedite a me male
dicti in ignē æternum: quē præparauit pater meꝰ
diabolo & angelis eius. Ab horum igitur ſe ſupbo
rum calūnia: eſſe liberum rogat. Calūniantur enī
quia cum ipſi peccati incētiua ſuppeditent: calū-
niam nobis ante deū peccati qd per eos geſſerimꝰ
intendunt. Cauſam nāq; peccati ad crimē iniiciūt
et criminis inuidiam per calūniā exacerbant: ſcri-
ptura in Apocalipſi calūniatorem eū eſſe teſtan-
te. Verūetiam nunc ſe extendit propheta in celſio
rem profectum dicens. Oculi mei defecerunt in ſa
lutare tuum: & in eloquium iuſtitię tuę. Oculi de-
ficiunt cum intentus in aliquā expectationē viſus
laborat. Propheta itaq; animæ ſuę oculos in dei ſa
lutare defixit: Et de ſalutari qd intelligi oporteret
ſępe tractauimꝰ: eū ſcilicet eſſe Ieſum qui ſaluū fa
ciet populum ſuum a peccatis. Aliis igitur ocu-
los in deſideria ſęcularia occupantibus: & in volū
tates rerum præſentium tendētibus: propheta in
dei ſalutare defixus eſt. Et ne per corporales ocu-
los eum deficere ſub hac contemplandi intentio-
ne exiſtimaremus: non ſolum in ſalutare dei defi-
ciunt. ſed etiam in eloquium iuſtitię. Iuſta itaq; eē
dei eloquia confitetur. Scit eſſe quędam quæ cum
imperitis atq; impiis iniuſti eloquii habeāt opinio
nem. Cum Pharaonis cor ad contumaciam obdu
ratur: & pertinacia ei irreligioſę voluntatis affigi-
tur: cum ex duabus adhuc in vtero gentibus: mi-
nori maior ſcit ſeruitura. & neutro quicq̄ boni pro
merente: ſeruitus alteri imponitur: dominatus al-
teri donatur. Cum Adam de paradiſo ne arbo-
rem vitę contingat: expellitur: quæ homines diui

Ad Vſum Bibliothecæ D. Luci Neap. Ordinis minimorum

næ virtutis/& bonitatis: & iuſtitiæ incapaces dũ
intelligere non poſſunt: iniuſta eſſe cõſtituũt. Sed
prophetę hui⁹ in iſtiuſmodi eloquiũ iuſte oculi de
ficiunt: quia ſciat nihil iniuſtum eſſe in his dictis
dei: ſed oia aduẽtu ſalutaris dei hęc eloqa & cõſũ
mãda & intelligẽda eſſe iuſtitię. Procedit aũt per
hãc intẽtã vſq ad defectionẽ oculorũ expectatio-
nẽ vt aliqd vltra p̃cari audeat. Cõfeſſus itaq elo-
quium iuſtitiæ: hæc ſubdidit. Fac cũ ſeruo tuo ſe-
cundum miſericordiam tuã & iuſtificatiões tuas
doce me. Inſolens forte vox exiſtimaret: quæ dice
ret: fac cum ſeruo tuo. Quod em̃ dicitur fac tanq̃
ex fiducia aliqua præſumptio eſt vſurpata poſcẽ-
di. Sed nõ impudenter id diceret: qui iudiciũ & iu
ſtitiam feciſſet: qui ſe excipi in ſeruum deprecatus
eſſet: cuius oculi in ſalutare dei & in eloquium iu-
ſtitiæ defeciſſent. Sed ne in his quidem propheta
inſolens eſt. Nam in eo ipſo qd̃ dixit fac: adiecit cũ
ſeruo tuo. Et quia ſeruit⁹ noſtra ad id ipſum vt in
ſeruitutis fide maneat: miſericordia domini indi-
get: ſuperaddidit ſecũdum miſericordiam tuam:
quia miſeratione eius opus eſt: vt in hac ſeruitutis
noſtræ profeſſione maneamus. Imbecilla em̃ eſt p
ſe aliquid obtinendi humana infirmitas: & hoc tã
tum naturæ ſuę officium eſt. vt aggregare ſe in fa
miliam dei & velit & cœperit. Diuinę vero miſeri
cordię eſt. vt volentes adiuuet: incipientes confir-
met: adeuntes recipiat: ex nobis autem initiumẽ
vt illa perficiat. Sed quid tãdem vt faciat cum ſer
uo ſuo ſecundum miſericordiam ſuam poſtulat?
nempe vt iuſtificationibus quas Moſes conſtitue
re præceptus eſt: magnum neſcio quid & incõprę-
henſibile humanę intelligentię contineri. Scire op
tat quis iſta ſit (vt frequenter dixim⁹) cœptus he
breus puer. ſex tantum annis ſeruitur⁹. Legit hęc
quidem: ſed non ſtatim qd̃ legit & intelligit. Scire
vult quæ illa ſeruit⁹ ſit. quæ ſeptimi anni libertas
quid ſit auris formã ex ſubula ſi liber eſſe nolit: quę
illa mulier hebręa: quid illud vt ſine muliere ingre
diatur ipſe: quid deinde ſecunda iuſtificatio: quid
tertia. quid ſequentes habeãt futurorum ſacramẽ
torũ præformationes: non eſt humani ingenii hęc
conſequi poſſe: cæleſti opus eſt magiſtro. & pluri-
mis fidei noſtræ meritis neceſſarium eſt: vt doceri
iſta mereamur. Scire autem nos conuenit in omni
bus prophetæ verbis humile eſſe nihil cõmune cũ
cæteris/ſed proprium vel ſibiipſi/vel ſuis ſimilibus
enunciari. Latet aũt ſub familiaribus verbis maxĩa
conſcientię & fidei profeſſio: vt nunc in eo qd̃ loq-
tur intelligimus. Ait em̃. Seruus tuus ſum ego: da
mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua. Nemo
noſtrum eſt: qui non vel in orationis ſuę prece: vel
in cõmunium ſermonum cõſuetudine ſeruum ſe
eſſe dei fateatur. Et quid magnum propheta fecit
ſeruum ſe profitendo/quod nullus auſus ſit dene-
gare? Sed profeſſio cęterorũ fallax ẽ: q cũ habeat cõ
ſcientiæ neceſſitatẽ: nõ habet tñ cõfeſſionis verita
tẽ. Propriũ hoc ꝓphetæ eſt: vt ſe ſeruũ dei ꝓfiteaẽ:
in omi vitæ gñe famulata cõditiõis ſuæ fungẽs: ſi
ue ambulãs: ſiue vigilãs: ſiue dormiẽs: in cibo etiã
atq ieiuniis deo aut eſuriat: aut ſaturus ſit. & nul
lo in tẽpore a ſeruitutis ſuę officiis abſiſtat. Hic li-
bere dicit. Seruus tuus ſũ ego. At vero qui ſtupris
dormit/latrociniis vigilat/quęſtib⁹ peregrinaẽ/lu
xui requieſcit: ſi dicat ſeruus tuus ſum. profitetur
quidem qd̃ eſt/ſed qd̃ non eſt agit. Propheta autẽ
q̃uis conditionem ſui officii etiam ipſo famulatu
ſuo confiteatur: tamen infirmitatis ſuę memor eſt
dari em̃ ſibi intellectum rogat. Eſt em̃ intellect⁹ in
quodam theſauro repoſitus ſpiritualiũ gratiarum
quem interdum ſub falſę opinionis errore impru-
dentium mẽtibus diabolus inſinuat. Sed a deo in-
telligentiam propheta poſtulat ne ſibi inanis intel
ligentia ſubrepat/qualis gentiũ: qualis iudæorum
qualis hereticorum/& poſtulat ob id vt teſtimõia
dei ſciat. quæ ſub teſtibus tradita ſunt: quæ ſub te
ſtibus neglecta & violata eſſe exprobrãtur: quæ in
aduẽtũ eius ob quẽ teſtandũ dicta ſũt neglecta &
faſtidita vindicabuntur. Et horum quidem teſti-
moniorum temp⁹ non ignorat propheta dicens.
Tempus faciendi domine diſſipauerũt legem tuã
Lex populo ſub teſtibus data eſt/quæ cum diſſipa
ta & abiecta a iudęis eſt/tunc fuit tempus domino
ea quæ continebantur lege faciendi. Pollicitus em̃
in lege eſt/vt ſalutem gẽtibus daret. vt ipſo ſibi ho
minis corpus quo ſecundũ imaginem & ſimilitu-
dinem dei eſt factus aſſumeret. vt diſſipata lege ſi-
dei gratiam donaret. Temporis huius meminit p
Eſaiam prophetam dicens. Tempore accepto ex-
audiui te/& in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Apo
ſtolus vero dicti huius interpres hæc ſcribit. Ecce
nunc bene acceptum tempus: ecce dies ſalutis. Id

eſt diſſipata lege tempus euãgelicę prædicationis
aduenit. Sed illis legẽ diſſipantibꝰ: aliud opus p-
phetę eſt. Et qd ſit: ex ſubiectis docemur: ait enim
Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion
Qd ait ideo: ad id retulit qd dixerat. Tempꝰ faciẽ
di domino: quia ſciret tempus faciẽdi dño eſſe: cũ
legem diſſipaſſent. Ideo aũt mandata dilexit: quia
in his tempus faciendi dño contineretur. Lex eñ
omnis aduentum domini teſtata ẽ ipſo dicẽte. Si
crederetis Moſi crederetis vtiq mihi. De me enim ille
ſcripſit. Mãdata igit ob id pphera dilexit: qa in his
aduẽtũ dñicę corporatiõis itelligit/In eo aũt qd di
ligit: plꝰ neſcio qd ſignificat. Facere aũt aliqd mi
nus eſt q diligere: quia plerũq id qd agimus neceſ
ſitatis eſt. Dilectio vero eadẽ perfecta eſt quæ ma-
xima eſt: & quę nulli cõparatione ſimiliũ coęqua-
tur. Diligit aũt mandata dei ſuper aurum & topa
zion. Humanus error precioſius nihil auro & gẽ-
mis opinatur: & hæc ſũt quę hominũ cupiditates
dominatui precii ſui & honoris ſubdiderũt: auro
viris honeſtas pudicitię venalis eſt. per gẽmas ve-
ro humani corporis pręſtantior vt putant ſpecies
ad naturę cõtumeliam expolitur. Et idcirco nihil
habet ſexus vterq precioſius: dum viri poſſe om-
nia auro volũt: mulieres vero per gẽmas fieri ſe ex
iſtimant pulchriores. Pręſtat autem vt cæteris me
tallis aurum: ita & aliis lapidibus topaziꝰ. Eſt eñ
ipſe rariſſimus: & ſpecioſiſſimus omnium & maxi
mus. In thebaidis vero loco cui alabaſtra nomen ẽ
reperiri ſolet. Hunc etiam ferunt ſæcularium ge-
ſtorum litterę in topazio inſula ab incolis eius id ẽ
Troglodiris arabis inuentum: ad matrẽ regis ægy
pti Ptolemæi ſub quo ſcripturæ legis ex hebręo in
græcũ cum tranſlatę ſunt/munere fuiſſe delatum
Continet aũt ipſe in ſe ſolus cæterarum gemma-
rum optimarum precioſiſſimarumq ſpeciem &
in vno illo diuerſiſſimorũ colorũ permixtio conti-
netur. Super hunc igitur Topazion & ſuper aurũ
mandata dei propheta dilexit: nõ terrenis: ſed cęle
ſtibꝰ ſe deſideriis ſignificeps detineri. Cõtẽpta aũt
ſęculariũ opum cupiditate: omnẽ a ſe occaſionem
peruerſę & prauę voluntatis recidit. Diligens eñ
ſup aurũ & topazion mãdata dei: dehinc ait. Pro-
pter hoc ad omnia mandata tua dirigebar: omnẽ
viã iniquam odio habui. Non deflectit/non detor
quetur per terrenas cupiditates: ſed ad omnia dei
mandata dirigitur. Nõ obuia occupant: vidit au-
rum: ſcit hoc terrę limum eſſe. vidit gẽmas: memi
nit eſſe aut montium aut maris calculos: vidit illi-
cẽ ad laſciuiã vultum: ſcit tanq auibus cęli ex his
ſibi laqueis euadendum. Reſiſtit ergo coalitis ſibi
naturæ ſuæ vitiis: & omnẽ viam iniquitatis odit.
Ideo itaq ad mandata oĩa dirigitur: quia ea ſuper
terrena deſideria diligit. Et dirigitur ne particeps
eorũ fiat, quibus dicitur. natio praua & peruerſa.
Et oẽm viã iniquitatis odit: vt ſit in eo qui eſt via:
dño ſcilicet noſtro q eſt bñdictꝰ in ſęcula ſęculorũ.
Amen.

Explicitum eſt Ain.
Incipit Fe.

Mirabilia teſti
mõia tua dñe. &c. Natura hu-
mani ſenſus ea eſt vt ea mirabi
lia habeat: q ante cõpererit. Ex
compertis eñ iudiciũ admira-
tionis exiſtit. Cæterũ nemo poterit ignorata mira
ri. Hęc idcirco antea cõmemorata ſũt/vt diligẽtiꝰ
dicti pphetici ratio qreret. Cõtra opinionẽ eñ ge
neralis ſenſus dixiſſe hæc exiſtimat. Mirabilia teſti
monia tua dñe: ideo pſcrutata ẽ ea aĩa tua. Nã cũ
priꝰ ſecũdũ hũanã cõſuetudinẽ oporteat pſcruta
ri & repire & repta mirari: teſtimonia dñi añ mira-
bilia ſũt: & ob id pſcrutatiõe ſũt digna. Dicti autẽ
huiꝰ pfecti & pulcherrimi ea ratio eſt. Teſtimonia
etenĩ dei id eſt ea q ſub teſtibus ſcripta ſũt: etiã ſi p
obſeruãtiã legis hũanã infirmitatẽ ad cognitionẽ
& famulatũ dei ĩbuãt: qppe vbi caſtitas, pietas, pu
dicitia/veritas/inocentia/frugalitas: & religio mã
dat: & p quaſdã religionũ cõſuetudines hoſtiarũ-
q diuerſitates diuini honoris officiũ pcipit: ĩ qbus
cũ admiratio magna ſit: p peccatis oblata hoſtia:
& datũ p redẽptiõe aĩę munꝰ: & agnꝰ in ſacramẽ
to paſchę occiſꝰ: tñ in his plꝰ de futurorũ ſpe atq
doctrina admirationis cõtinet. Hęc itaq huic pro
phetę admirabilia ſũt. Sed qa pſentes admiratiões
futurorũ atq ęternorũ bonorũ exẽplaribꝰ admira
bilia ſũt: pſcrutat ea. Nõ igit tãtũmõ ĩ quo ẽ rerũ
abſconditarũ diligens exquiſitio: ſed pſcrutat etiã
per adiectionem ſcilicet diligentioris exquiſitionis
laborem ſuum in perſcrutatiõe demonſtrans. Ne
q tantummodo perſcrutatur: ſed perſcrutatur ex

anima:ad voluntatis officium animæ intentione
ſociata.Sequitur deinde.Declaratio ſermonũ tuo
rũ illuminat:& itelligẽtiã dat paruulis:& is quoq;
ſermo forte videtur a naturę nſę conſuetudine eẽ
diuerſus.Cum enim ante intelligendum ſit:& ſic
lumine intelligentiæ vtendum;quia noctem igno
rantiæ intelligẽtię adeptę lumen expellat:prophe
ta tamen dicit declarationem verborum dei prius
illuminare & poſt illuminationem intelligentiam
pręſtare.Sed q̃ ſint dei verba ante diſcẽdum eſt:&
tũc illuminationis & poſtea intelligentię ratio pręſ
ſtanda eſt.Verba dei ſunt quęcũq; prophetę locu
ti ſunt.Cũ eñ Moſes verbis ſuis populo hebręo le
gis obſeruantiam nuntiauerit tamen in libro eiuſ
dem legis ita ſcriptum ẽ.Et dixit dominꝰ ad Mo-
ſem.Dic filiis Iſrael.Vſus igiẽ ẽ his legiſlator ver-
bis quibus ei vt vteretur præceptum eſt.Ergo ver
ba dei ſunt;quę per officium licet humani oris au
dita ſunt.Sed & magnus ille ꝓpheta ipſo iudicio
domini noſtri Ieſu chriſti/bene locutus cũ dixiſſet
Audi cælum & auribꝰ percipe terra ait:qm̃ domi
nus locutus eſt & poſt aliqua quæ querelis maxi-
mis increpabantur dixit.Os eñ domini locutum
eſt hæc.Hęc ergo omnia dei verba ſunt.Sed decla
ratio ſermonum maxime neceſſaria eſt. Sunt eñ
ſub velamine opinionis alterius prædicata.ſunt ſe
cundum apoſtolum allegorumina:ſunt cõparati
uis ſignificatiõibus amphibola.Teſtis eſt dñs hęc
eadem per Eſaiam ita dicta eſſe:iudęis infidelibus
exprobrans & dicens.Auditu audietis/& non in-
telligetis.Signata eñ oĩa ſũt:& per ſolam ſpiritua
lem doctrinam reſignanda.Hæc q; eñ ad Danielem
deſideriorum virum dicta ſũt.Vade Daniel quia
clauſi ſunt/ſignatiq; ſermones.Ait etiam Eſaias.
Dabitur liber iſte in manus hominis ſciẽtis litte-
ras:& dicetur ei.Lege hæc/Et reſpõdebit.Nõ poſ-
ſum legere:ſignatũ eſt eñ.Sed declaratio verbo-
rum myſticorũ per euãgelia pręſtaẽ/vbi legis abſ-
cõdita & occulta prophetica domino in corpore
manente panduntur.ex quibus primum fides diſ
citur. Ibi eñ ea quæ a prophetis dicta ſunt/per eũ
rebus & operibꝰ explentur:cum virgo parit/cum
dominus verbũ eſt.& verbum caro fit/& habitat
in nobis/cum muti loquuntur/cum ſurdi audiũt:
cum claudi incedũt/cum leproſi emundantur/cũ
cæci vident/cum dęmoniaci curantur/ cũ mortui
reſurgũt.declaratio hæc verborũ dei noſtræ hanc
naturæ obſcuritatẽ fidei luce illuminat.Nunc eñ
intelligimus reſurrectionis gloriam:iudicii pote-
ſtatem:æternitatis honorẽ.Intelligimus hęc par-
uuli:vel ad innocentiam renati vel per ignorantiã
imperiti.Hæc declaratio verborum dei & intelli-
gentia paruulis præſtita huius temporis & ætatis
eſt/vt dñs in euãgelio demonſtrat dicens.Cõfiteor
tibi dñe cęli & terræ/;quia abſcondiſti hæc a ſapiẽ
tibus & intelligentibꝰ & reuelaſti ea paruulis.Ec
ce declarationis & illuminationis/& intelligentiæ
tempus.Abſcõſa eñ huc vſq; ſũt.In his diebꝰ hęc
declarantur/& declarata illuminant:& illumina-
ta intelligentiã paruulis subminiſtrant.Fiunt per
hanc intelligentiã ſancti ſpiritus iã capaces.Deni-
q; id ipſum ſequens ſermo ſubiecit dicẽs.Os meũ
aperui & attraxi ſpiritũ:quia mãdata tua cõcupiſ
cebam.Non de hoc vtiq; humani corporis ore di-
xit;qd per labia cõcludiẽ ac patet.Nã ſpiritum of-
ficionariũ magiſq̃ oris haurimꝰ.Laborioſius autẽ
auditu auris in animam tranſfunditur:abſolutus
vero ꝑ naturalẽ curſũ famulatu atq; officionariũ
cõmeat.Sed hos ſcriptura ñ labiorum eñ ſed & cor
dis ſolita eſt nũcupare.Corde eñ per fidẽ patẽte:
& ꝑ deſideriũ ad hauriendũ hiante intelligẽtia do
ctrinę cæleſtis accipitur.Nõ animę hoc ſed cordis
officiũ eſt.Apoſtolus eñ ait. Animalis eñ hõ nõ
ꝑcipit q̃ ſunt ſpiritus.Stultitia eñ eſt ei.Et idẽ do-
ctor gentiũ ait.Lex eñ non in tabulis lapideis ſcri
pta:ſed in tabulis cordis carnalibus. Hoc ergo os
ſuũ propheta pãdẽs:attraxit ſpiritũ.Nõ eñ vltro
ingruit.Expetẽdus eſt:attrahẽdus eſt & infantiũ
mõ tanq̃ lac innocens hauriẽdũ.Ideo aũt ꝓpheta
os apuit.qa mẽinerit ſibi i pſalmo altero dictũ.dila
ta os tuũ & adimplebo illd.Et in lege ſcriptũ ſit.De-
ſcribe hęc in latitudĩe cordis tui.Corde eñ dei p̃di
catio/nõ ore ſuſcipiẽ.& ſecũdũ euãgelicã p̃dicatio
nẽ verbũ dei ex corde malꝰ abripit:qd vltra mel &
fauũ iuſtũ i ore delectat vt.n.ꝑ os i alioniã corpori
cibos ſumimꝰ;ita ꝑ cor ad viuificandã aiam eſcas
doctrię cęleſtis accipimꝰ.Quę niſi amplificato &
patẽte corde attracta quodãmõ fuerit:nõ adibũt
Sequiẽ deinde.Reſpice in me & miſerere mei ſecũ
dum iudiciũ diligentium nomen tuum.Ad id qd
dixerat:reſpice i me:mox addidit:& miſerere mei
Scit enim dominum etiam in vltionem impiorũ

poenamq; reſpicere. Reſpexit eñ vt ſcriptum eſt: ſuper caſtra ægyptiorũ: & colligauit axes curruũ eorum: & rurſum. Reſpexit dominus ſuper Sodomam & Gomorram. reſpexit vero nõ ſolũ ad poenam ſed etiam ad terrorem cum dicitur. Aſpicies in terrã: & facies eam tremere. Propheta ergo nõ ſolitarium hoc orat vt in ſe deus reſpiciat: ſed cũ miſeratione reſpiciat. Neq; cum miſeratione tantum/ſed ſecundum iudicium diligentium nomẽ eius. Eſt quidem ex bonitate dei miſericordia: ſed promerenda eſt/hæc a nobis ſtudio innocentiæ vt in nos reſpiciat: qualiter reſpexit in Abrahã: qualiter ĩ Iſaac/qualiter in Iacob: qualiter in Ioſeph/ꝗliter in Iob/qualiter in Moſem. Scit eñ ad hæc miſericordiæ ſuę opera deũ ſoluere reſpicere/cum dicitur. Deus de cælo reſpexit in terram/vt audiret gemitum vinculatorum: & ſolueret filios interẽptorum. Et rurſum. Reſpexit ſuper filios pauperũ & non ſpreuit deprecationem eorum. Secũdum ergo hoc iudicium timentiũ deũ: orat vt deus ſuper ſe reſpiciat & miſereatur: vt ſi ieiunantem videt: ſi miſerantẽ contuetur: ſi pium ac religioſum in omni opere conſpicit: tunc ſecũdum iudicium eorum qui diligunt nomen ſuũ: ipſe quoq; dei miſeratione ſit dignus. Dehinc ſeqtur. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: ac ne dominet mei omnis iniuſtitia. Incedit quidẽ ꝓpheta ex voluntate ſua iuſtitię greſſibus/ſed ſcit vndiq; ſibi iniuſtitiæ dominationes iminere. Superiꝰ orauerat vt in ſe deus reſpiceret: ac miſereretur ſecundum eos qui diligunt nomẽ ſuum. miſericordiæ autem quã orat: hunc fructum eſſe ſentit vt greſſus ſui dirigantur non ſecundum ſæculi vias: non ſecundũ humanam gloriam: non ſecundum corporis voluptates: ſed ſecundum eloquium dei. Si nihil impedimẽti vſq̃ occurreret: ſi aduerſantes ſibi non vndiq; adeſſent: ſuis ipſe viribus in ea quę agere vellet confirmaretur. Sed vbi inſidiæ ſunt: vbi bellum eſt opus eſt potioris auxilio vt non in ſe dominetur omnis iniuſtitia. Non vt a ſe abſit ſed ne dominetur ſui orat. Scit per temptationes ad gloriã perueniri. Meminit Abraham & peregrinationis iniuria: & amittendę vxoris metu/& per imolandi filii dolorem fuiſſe temptatũ. Scit Iob omni tẽtationũ eſſe militia perfectum. Recolit Ioſeph cũ a fratribus venditur: cum a domini ſui coniuge ad adulteriũ compellitur: cũ carcere poenę reſeruat. gloriã maximę fidei per hęc iniuſtitię temptamenta meruiſſe. Dominationem iniuſtitię ꝓpheta metuit: temptationem vero eius non recuſat. Dirigẽdos autem eſſe a domino greſſus ſuos: ſecundum eloquia ſua meminit: ne iniquitas qua temptatur poteſtatem poſſit habere dominandi. Poſt quæ id conſequitur. Redime me a calumniis hominũ vt cuſtodiam pręcepta tua. Humana tẽptatio grauis non eſt: apoſtolo dicente. Tẽptatio autem nõ apprę hendat vos niſi humana. Sed calumnia grauis eſt. Calumnia autem eſt vel cum bono operi facinoris mali nomen aſcribitur: vel cum ſpecie blandiente internę malitię virus occulitur. Neq; enim eius directę maliuolentię opus eſt ſed fallax & ſubdolum/& ſub ſpecie bonę voluntatis malicię operatione deſæuiens. Et difficile eſt cauere a talibus qui ſub nomine fratrum inimici ſunt/ſub nomine amicorum hoſtes ſunt: ſub filiorum ſpecie parricidę ſũt: ſub ſpecie vnanimitatis cõiugũ ineuitabile malum ſunt. Abel iuſtum Caim ſceleſtus per familiaritatem fratris occidit. Noe deo probatum: Cham filius eius irriſit. Eſau Iacob exulem eſſe paterna domo fecit: validiſſimum præliatorem diaboli Iob: ſola vxor eius temptauit inflectere. Hunc ipſũ ſanctũ prophetã quotiens calũnię hoĩm feſellerũt? Quotiẽs Sauli ꝓditꝰ ẽ? Quotiẽs qbꝰ in locis ageret nuntiatũ ẽ? Vbiq; ei calũniãtiũ iſidię affuerũt. Nouit hęc dñs domeſticę calũnię ſcãdala grauiſſimũ ſolere fidei excidium afferre dicens. Q̃ ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te/& ſi pes dexter/aut manus ſcandalizat te/erue & abſcide abs te. Nõ de mẽbris corporũ hic locutꝰ ẽ cũ ſcãdala nec pes nec manꝰ poſſit afferre: ſed de cõiunctiſſimis nobis ac maxime neceſſariis membris: quia omẽs vnum corpus ſumus in Chriſto. hæc iubet ne domeſticis calũniis ac ſcandalis penes nos manẽtibꝰ aliqua nobis vitiorum labes adhęreat. Ergo propheta ſi ab his redemptus eſſet: cuſtoditurum ſe ꝓcepta dei pollicetur. quia iſtę domeſticorum omnium calumnię impedimentũ fidei frequenter afferrent: dehinc ſequitur: Faciẽ tuam illumina ſup ſeruum tuum & doce me iuſtificatiões tuas. vultus domini quidem eſt ſuper facientes mala: vt expugnet de terra memoriã eorũ. Sed ſicut deꝰ reſpicit ad poenã: reſpicit & ad miſericordiã: ita & vultũ

ſuum ad vtrunq; deflectit. Sed hanc faciem domi
ni ad illuminationē ſuam propheta orat. Ex maie
ſtate em̄ & vultu videntis nos dei lumen accipit/
et deflexus in nos miſericordiæ ſuæ vultus: ad gra
tiam ſpiritualis virtutis irradiat. vel certe cum iu
dicii dies aderit/cum viſibilis nobis in gloria pater
næ maieſtatis aſſiſtet: tunc nos faciei ſuæ lumine
illuminabit. vt em̄ q̄dā metalla atq; gēmæ naturę
ſuę fulgorem in ea quæ ſibi proxima ſūt refundūt
et æmulantē ſpeciem ex intima ſui ſpecie pręſtāt:
& vt Moſes ex contemplatione gloriæ dei lumen
accepit: ita vt honorem gloriæ ſuæ populus ſuſti-
nere non poſſet/ſic & propheta ſeruum dei ſe illu-
minari p̄cat: & iuſtificationes dei doceri vt a ſe nō
ex parte neq; per legis vmbram/ſed facie ad faciē:
& ſpirituali contēplatione cernatur. Dehinc ſequi
tur. Exitus aquarum tranſierūt oculi mei quia nō
cuſtodierunt legem tuam. Conſcius peccatorum
veterum vt hiſtoria ipſa docetur: licet toto ſe cor-
de direxerit/tamen quia & peccati ſui dolorē ante
te ipſa iam ſcripſerit tūc cum Nathā propheta ar-
guēte crimen ſuū recognouit & fleuit. nūc quoq;
non deſinit verę poenitentiæ lachrymis facti vete
ris crimen abluere: dicens. Exitus aquarum trāſie-
runt oculi mei: fontes ſcilicet lachrymarum ſua-
rum: fontes fluminum eſſe tranſgreſſos. Hæc em̄
poenitentiæ vox eſt. lachrymis orare lachrymis in
gemiſcere: & per hanc confidentiam dicere. Laua-
bo per ſingulas noctes lectum meum & lachrymis
meis ſtratum meū rigabo. Hæc veniaꝛ peccati eſt:
fonte fletuum flere: & largo lachrymarꝫ imbre ma
defieri. Sed ſecundum rationem temporis: & fidei
etiam imobilis firmitatem: dicti quoq; ſui tempe-
rauit modum. De præterito em̄ dixit. Quia nō ſer
uauerunt legem tuam. Confeſſio quidem crimi-
nis ſemper in tempore eſt: quia oporteat peccati
poenitentiam non deſinere. Finis em̄ peccati inte-
rioris eſt temporis: quia vera peccati confeſſio eſt:
ſine intermiſſione temporis poenitere. Peccati ve-
ro poenitentia eſt: ab eo quod poenitendum intel
lexeris deſtitiſſe. Atq; ob id propheta nec confite-
ri peccatum deſinit: & peccatum ex præterito cō-
fitetur.

Explicitū eſt Fe.
Incipit Sade.

IVſtꝰ es do
mine. Indeſeſſa & perſe-
ueranti fide neceſſariū ē vt
imobilis in nobis & incon-
cuſſa confeſſio ſit. ne vel ali
qua tēporū iniuria: aut per
ſecutionū dolore cōmoti: deuotionis ſtudium re-
laxemus: ſed quādo morbi vexabunt: paſſiones &
cruciatus corporum deſæuient. damna defatiga-
būt: luctꝰ & orbitates affligent: ſemp vtemur hac
qua nunc ꝓpheta vſus eſt voce dicēs. Iuſtus es do
mine & rectum iudicium tuum. Mandaſti iuſti-
tiam teſtimonia tua & veritatē tuam valde. Me-
minerimus enim primum qui vniuerſorum domi
nus eſt/iuſtum eſſe/& iudicia eius recta eſſe. Cur
enim in ſuos iniquus ſit? Cur in eos quos ipſe ge-
nuit iniuſtus ſit? Bonitatis ſuæ immenſitas: non ſi
nit iſtud de eo exiſtimare. Genuit nos non ad in
iuriam: genuit nos non ad originis noſtræ naturę
dolorem. Si quid eſt quod patimur: ex iudicio bo-
nitatis ſuæ accidit. Vinci diabolum patientiæ no
ſtræ virtutibus delectatur: & probari nos per lu-
ctus & dolores: & damna deſiderat: vt nihil in ſer-
uos ſuos ſæculi poteſtas ſibi eē iuris & dominatio
nis intelligat. Quæcunq; vis ſit: iuſta & teſtata
& vera ſunt cum augmento adiectionis. Valde
enim vera ſunt. Et quia rarum eſt: horum obſeruā
tem eſſe: & difficile eſt inconcuſſam fidem inter
has ſæculi procellas/& inter humanorum vitiorū
naufragia dirigere. quia ſi quid aduerſi accidit/pro
na in deum querela eſt: deum enim inter dāna ſua
auarus accuſat: deo cum inuidia fletuum ſuorum
orbatus iraſcitur/deo iniuſtitiam qui ad confeſſio
nis gloriam perſecutionibꝰ ꝓbatur & exprobrat.
Vniuerſorum ſtultiſſima hęc querela eſt: cum in-
iuſtitiæ deum per impatientiam impii doloris ac-
cuſant. Et idcirco propheta ſubiecit dicens. Tabe
ſcere me fecit zelus tuus: q̄a obliti ſūt verborū tuo
rum inimici mei. Dei zelo ad omnia vitia noſtra &
crimina exaiaꝛ ꝓpheta. Habet hāc etiā nā hūana
cōſuetudinē: vt ſi q̄n eorū quos diligimꝰ/volūtati
aduerſari aliquos viderimꝰ: zelo eius cui nō pareꝛ/
vtamur. Quātꝰ āt nobis dolor ē: cū vnū ex dei po-
pulo effici videmꝰ: ſęcli miniſtrū: & opatoriū diabo
li & vas mortis/& materiā gehennę? zelo ergo dei

iraſcitur/quiſquis Chriſtianum ieiunii die luxuriātem cõuiuiis viderit. Zelo dei iraſcitur qui inſolētem in fratres miniſtroſq; cõſpexerit. Zelo dei iraſcitur/quiſq; diuerſari in ſtupris/ſanctificatū iā in Chriſto corpus arguerit. Zeli huius: & apoſtolos meminiſſe accepimꝰ: cū dominus templū ingreſſus, flagello e funibꝰ omnes vendētes & ementes cœpit eiicere. & eius zeli de quo ſcriptum eſt. Zelꝰ domus tuę comedit me. Efficimus eñ nos interdum templū dei/aut domū negotiationis: aut ſpeluncā latronū. Templū eñ dei ſecundum apoſtolum corpora ſunt: quę in chriſto ſanctificata ſunt. Et hęc eadem corpora cum cogitamꝰ: atq; agimꝰ ſtupra: cędes/furta/falſitates: rapinas: ſpeluncam latronū conſtituimus. Cū autem ſæculi negotiis & negotiationū commerciis laboramꝰ: tūc domū dei: domū negociationis efficimus: vt quæ orationis ſedes eſſe debebat: fiat vel latibulum latrocinātium: vel domus negotiationū. Hoc ergo zelo dominus vt huiuſmodi homines de tēplo eiiciat: cõmouetur: vſi ſūt & hoc zelo probabiles & accepti deo viri. Nam & fines ob hunc zelū meruit iudicium plębis æternæ. Cum eñ fornicati eſſent filii Iſrael/& dei zelo incitatus in pœnam eorū fuiſſet: tunc ait dominus. fines filius Eleazar filii Aaron requieſcere fecit animationem animę meę: qa zelauit zelū meū. Sanctus ille & in cæleſtem habitationē raptus in corpore Helias propheta ait. zelās zelaui quia dereliquerūt te filii Iſrael: & prophetas tuos occiderūt: & ego derelictus ſum ſolus. Tenet itaq; & hūc prophetā zelus iſte. videt eñ irreligioſas damni quęrelas/impios luctuū fletus: prophanam legis dei obliuionem. Et idcirco hæc agentes inimici eius ſunt. Nullum eñ religioſis viris cum talibus eſſe ius amicitię poteſt. quando declinandi deteſtandi ſint odio irreligioſorū. Nā id ipſum pſalmo altero docetur cum dicitur. Odiētes te domine odiui: & ſuper inimicos tuos tabeſcebā. Perfecto odio oderam illos. Abrahę quoq; dominꝰ dixit. Qui te maledixerit: maledictꝰ erit: & inimicꝰ ero inimicis tuis: & aduerſantibꝰ tibi aduerſabor Si Abrahę inimici deo ĩimici ſūt: qles nobis oportet: quos deo videmꝰ inimicos! Cauſā deiñ affert cur eos oderit: q verborū dei fuer't obliti. Nõ eñ ſunt inania: non terrena: nõ leuia. Ait eñ. Ignitū eloquiū tuum valde: & ſeruus tuus dilexit illud:

Non explicat proprietatem verbi huius latinitatis tranſlatio. Qđ eñ nobiſcum ignitum id græcę. ſcribitur. autem id ſignificat qđ tanq̃ conflatum igne purgatum ſit. Quęcūq; metalla igne conflant: ſęcē in ſe alienam: atq; inutilem non cõtinēt. Totum quicquid in his reſidet/verum & perfectum & omni vitiorum contagione purgatum eſt: vt eloquiū dei ęternorum in ſe bonorum continens fidem. Hinc illud eſt quod in euangelio dominus ait. Iota vnū aut apex non præteribit ex lege/donec hęc omnia fiant. vera enim omnia ſunt: & neq; ocioſe/neq; inutiliter conſtituta dei verba: ſed extra omnem ambiguitatem/ſuperfluę inanitatis ignita. Et ignita vehementer: ne quid illic eſſe quod non perfectum ac proprium ſit exiſtimetur. Hæc itaq; diligit ſeruus eius. Non ſolum hæc agit/ſed etiam diligit: qa opatio nõ obediētię ſolū: ſed plęrunq; terroris eſt. Cæterum dilectio non niſi ex deuota mētis voluntate proficiſcitur. Dehinc ait. Adoleſcētior ſum ego & contēptus: iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus. Ex perſona quidem ſua propheta hæc loquitur: ſed competenter & noſtri temporis populo: & quatenus id Dauid de ſe dixiſſe credatꝰ abſolute oſtendit. Samuel enim propheta venire ad Ieſſe domum a deo miſſus eſt. vt vnum ex filiis eius in regem vngeret. Quo cum veniſſet adeſſe omnes filios Ieſſe iubet. Vidit deinde natu maiorem/ſpecie pulchrum/habitu & proceritate eminentem. Sed reſponſo ita mouetur. Ne inſpexeris pulchritudinem eius: ac magnitudinem: quia non ita videt homo vt deus. Homo enim in facie videt: deus autem in corde. Adeſt ſecundus: adeſt tertius: adſunt & omnes/quos tunc Ieſſe præſentes habebat. Sed nullus de pręſentibus extitit/qui placeret. Verum quia propheta Samuel ſciret non mendacem eum: qui ſe adeſſe iuſſiſſet: & ex iis qui præſentes erant intelligeret nullū a deo eſſe electum: Ieſſe ait. Nunquid eſt tibi adhuc filius? qui reſpondit. Eſt mihi modicus: quem dereliqui in paſtorali. Ergo electus a ſpiritu ſancto: & vnctus in regem: & ex iuniore atq; cõtempto gloriam & prophetę & regis accepit. Ad populū vero qui & iunior eſt/& ante contemptus eſt/ hæc ita ptinent. Erat enim in vitiis ſæculi: erat in agreſti ac ruſtica: & ruinoſi terreni corporis domo. Sed

hic iuſtificationũ dei non obliuiſcit̃:hic reprobato
populo ſeniore iunior in hæreditatẽ familiæ eligi-
tur.Emit eñ Iacob primogenita Eſau:quę ſibi tãq̃
moriturus inutilia exiſtimauit.Scit has populus iu-
nior natiuitatis ſuæ primitias æternas:nec morte
intercipi poſſe.Has igit̃ nõ obliuiſcit̃ quas ſenior:
et deſperauit & vẽdidit.Deniq; id ipſũ ſequẽti ver
ſu docet.Iuſtitię tuę in æternum & lex tua veritas.
Has iuſtitias nõ cogitauit populus:ex Aegypto p
greſſus:cui mare atuit : cui columna nubis de die
nocte aũt colũna ignis famulata eſt : cui mãna ma
tutinũ cælum ſubminiſtrauit:cui viginti ſeptem
regna ceſſerũt:cui Iordanis ſtetit aridus:cui muri
hierico ad ſonitũ exercitus:& archę teſtamẽti cir-
cuitũ cõcidere.Has iuſtitias ſcit pplſus q eſt iunior
ęternas.Has qa ęternas ſciret:emit fide:has qa mo
riturũ ſe crederet ſenior diſtraxit /ĩfidelitate.Popu
lo eñ iuniori lex veritas eſt.Nã vere ab eo circun-
ciſio cordis per Ieſum iterat̃ ad vitã.vere per mare
huius ſęculi tranſit in promiſſam ſibi terram:vere
cæleſte manna ſumit ęternũ.vere in Iordane ięrat̃
renatus.vere paſca agni ſanguine liberandus ĩmo
lat.vere in azimis ſinceritatis epulatur:fermẽtoq;
malitię purgat̃.Iam nõ legis ei vmbra: ſed veritas
eſt.Scit aũt ob hanc veritatis cõfeſſionẽ multis ſe
perſecutionibus hic iunior vrgeri. Hinc eñ ſũt in
toto orbe terrarum beata fideliũ confeſſorũ:& ſan
cta martyria.Hinc plures pſimoniis expoliati:exi
liis diſpſi:victi:cęſi:vſti necati.Sed fideli ſemp mã
datorũ meditatione/oĩa quęcũq; ingruerũt cõfir-
mãte fidei virtute vicerũt.Et ideo ait. Tribulatio
& anguſtia inuenerũt me mãdata aũt tua medita
tio mea ẽ.Vrgeãt licet pugnę intẽtẽt̃ exilia pſcri-
ptiões adhibeãt̃:mortes nõ dicoĩ ferãt̃:ſed cũ poe
narũ ingeniis ĩnouent̃:vox tñ ea eẽ ſemp fidelis vi
ri debet.Tribulatio & anguſtia ĩuenerũt me:mã-
data aũt tua meditatio mea eſt.Nõ vi occupãte:
nõ obliuione tẽporis ſubrepẽte:meditationẽ a no
bis mandatorũ abeſſe cõuenit. Dehinc ait. Aeq-
tas teſtimonia tua ĩnęternũ.intellectũ da mihi eo
rum & viuificer.Nõ cõtẽtus eſt dei teſtimonia in
pręſens tantũ æqua exiſtimare:& expectare.Aeq-
tatẽ eorũ ĩnęternũ ſperat/& per ſuperiores tribula
tiones & anguſtias obtinere ea q̃ æterna ſũt nitit̃.
Nihil æternũ eſſe diues ille euangelicus exiſtimãs:
beatitudinẽ pręſentẽ ſuã pœnali morte mutauit.
Aeterna aũt dei teſtimonia Lazarus pauper expe-
ctans/& Abrahæ ſinu õtinet̃:& miſeriã vitę la-
borioſæ beatę quietis honore demutat. Horum
intelligẽtiã ꝓpheta orat:donũ ſcilicet inter mul-
ta dona/pręcipuũ ſpiritualiũ gratiarũ:& per eam
ſe viuificari deprecat̃.Sicut eñ nũc in pręſens te
ſtimonia dei & mãdata meditat̃/ita expectat ęter
na:& ſicut viuit corporis vita/ita ꝑ intellectũ quẽ
a deo acceperit/vt ęterna gloria viuat expoſtulat.

Finitur Sade.
Incipit Coph.

CLamaui in to

to corde exaudi me dñe &c.
CInter multa euãglicę doctri-
næ præcepta ſilẽtium a nobis
orandi dñs exegit:vt taciti &
ex ſecreto cordis ꝓcemur:neq; in eo vocis potius
eſſet officiũ q̃ mẽtis:deo orationis nñę ſecreta (qa
ſecretorũ inſpector eſt) audiente.Ergo cõtrarium
euãgelicis inſtitutis videt̃ hoc qđ ait propheta di-
cẽs.Clamaui ex toto corde meo/exaudi me domi
ne: iuſtificatiões tuas requirã.Sed ſcit ꝓpheta cla
morẽ potius cordis oportere eſſe nõ vocis/& idcir
co de corde clamat.Nõ hic elatę vocis ſonus ẽ/ne-
q; corporalis auditio/ſed clamor fidei: clamor mẽ
tis:vſq; ad thronũ dei nõ vocis ſed fidei ſpũ effe-
rendus.Ille enim ad deum toto corde clamat/qui
magna poſtulat/q cæleſtia precat̃:qui æterna ſpe-
rat: qui innocentis timoris viuit officiis.Sic & in
huius mundi exordio iuſtus Abel etiam perem-
ptus magna loquitur & clamat.Scriptum eſt eñ
vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Non hu-
milis ſanctorum querela eſt:nec depreſſa fidelium
oratio eſt. Altum eſt qđ poſtulat:excelſum eſt qđ
ſpectat/clamore perſonum eſt qđ precatur. Vrge
bat Pharao infeſtis dei populum manibus:mare ru
brum fugæ obſiſtebat. Concluſus vndiq; Iſrael
iam ad mortem vrgebatur/hoſte proximo: mari
obuio. Inter hæc nullam Moſi ad deum vocem
fuiſſe ſcriptura teſtat̃.Stabat mœſtus:ſtabat tacẽs
ſed ſecreto cordis ſui perſonans:& orationis ſuę fi
de clamans.vox eñ iſtud diuina teſtatur dicẽs.Di
xit autem dominus ad Moſem.Quid proclamas

ad me! Silebat vir ille: ſed oſo fidei eius clamor ad
deum. Nouit et apoſtolus hũc in viris fidelibꝰ ſpi
ritus eſſe clamorem: cum dicit. Spiritus enĩ in cor-
dibus noſtris clamat, abba pater. Penetrat hic ſilẽ
tii clamor vſq; ad aures dei: ſed aures non clamorẽ
ſed fidem audientes: fidem quę non terrenas opes
poſcat: non gloriá inanẽ: caducáq; deſideret: non
quæ moritura corporis gaudia precetur. Exiguis
quidem epiſtolas ſuas Apoſtolus litteris ſcribit: &
cõmunis hæc ei elemẽtorũ atq; apicum forma eſt.
Sed nouit ingentes has eſſe litteras ſuas dicẽs. Ec-
ce qualibꝰ vobis litteris ſcripſi mea manu. magni
tudinem ſenſuum & pręceptorum vtilitatem lit-
teris talibus compræhendens. Clamat igitur pro-
pheta ex toto corde. Et qa ex corde clamat: vt au-
diatur orat: & auditꝰ hæc poſtulat: vt iuſtificatio
nes dei exquirat. Scit has eſſe occultas & latentes
& vmbra legis obductas. Has optat inquirere: ad
quas multis opus ſit magniſq; rebus. Clamore cor
dis: exauditionis merito: inquiſitionis officio. Sed
qui clamauit vt audiretur: & inquireret iuſtifica-
tiones dei: nunc clamat vt ſaluus fiat: & cuſtodiet
teſtimõia dei. Quárę aũt modeſtiæ ordinẽ tenuit:
non ſtatim clamorem ſuũ ſperare auſus eſt profi-
cere in ſalutem. Prius fuit vt auditiõe dignꝰ eſſet:
prius fuit vt iuſtificationes inquireret. Merenda
fuit auditio: adhibẽda inqſitio: & ſalus pꝰ iſta ſpe
randa. Nos vero ſalutẽ tanq̃ debitũ: poſtulamus:
& veluti deo ſit hanc eandẽ præſtare neceſſe: pri-
mis ab eo precibus oramꝰ: atq; vtinam cordis cla
more loqueremur! labia tantum noſtra ſenſu pere
grinante qd neſciũt murmurant: & officium cor-
poris mens in res alias occupata non ſequitur. Pro
pheta vero cum poſt tot præcedentes preces an-
tea: vt ſaluus eſſet: oraſſet. ſalutis ipſius ſtipendiũ
docet dicens. Et cuſtodiam mandata tua. Hæc fi-
dei noſtrę militia eſt cuſtodire mãdata: & ſecreto
fideliſſimo hunc theſaurum depoſiti & commen-
dati nobis præcepti reſeruare. Qui vero clamauit
& teſtimonia dei .i. ſub teſtibꝰ cęlo ac terra & an-
gelis ſcripta cuſtoditurum ſe profeſſus eſt. addi-
dit adhuc & meritũ obtinendę ſalutis dicens. Præ
ueni in maturitate & clamaui: in verba tua ſemp
ſpaui. Nõ expectauit iſirmã a vitiis ſenectutẽ. Ne
q; de feruеſcẽtibꝰ lõgo vſu luxurię æſtibus frigidę
ætatis tempꝰ elegit, ſed maturitatem omnẽ fide
& religione pręuenit: vincens per cõtinẽs laſciuiẽ-
tes annos, & ſenectus maturitatem modeſtę & ca
ſtę adoleſcentię tranquillitate præueniens. Et pro
phetæ clamor eſt ſperantis in dei verba nõ aliquã
do ſed ſemper. Finis enĩ nullus eſt ſpei noſtræ: ſed
in cæleſtes res ſemper extendit: & in ęterna dei pro
miſſa procedit. Nullum tempus vacuũ habet: nul
lum otioſum. Deniq; id ſequit. Et pręuenerũt ocu
li mei diluculo: vt meditarer eloqa tua. Qui in ma
turitate clamorem pręuenerat, nũc ipſos dies me-
ditationibus præuenit. vigilat ille diluculo, nõ ex
pectat vt grauatos ſõno oculos lux infuſa protur-
bet. Vigilat ille, & ipſum redeuntem lucis ortum
orationibus operitur. Nunc prophetarũ dictis oc-
cupatus, nunc pſalmorũ hymnis intentꝰ, nũc pa-
triarcharum & ſanctorum geſtis negotioſus: om-
ne eloquium dei in omni tẽpore et aſſiduitate me
ditatus. Dehinc ſequit. Vocẽ meã exaudi ſecũdũ
miſericordiã tuã dñe: ſecundũ iudiciũ tuũ viuifi-
ca me. Diſcamus modeſtiã ex dictis prophetæ. tot
ſuperioribꝰ clamore cordis: iuſtificationũ inqſitio
ne. cuſtodiã teſtioniũ dei, & cõtinẽtia iuuẽturis &
antelucanę meditationis vigiliis, & per hęc omnẽ
in miſericordia dei ſpẽ reponẽs. Poſtrẽo audiri vo-
cẽ ſuã ſecundũ miſericordiã rogat. & miſericordiã
ſecũdũ iudicium dei poſtulat. Nos ſi ſemel ieiuna
mus: ſatiſfeciſſe nos arbitramur. Si aliquid ex hor-
reo domeſticarum facultatum inopi damꝰ: imple
uiſſe nos iuſtitiam credimus. ieiunãtes vt aut pla
ceamus hominibus: aut corpora cibis feſſa releue-
mꝰ: & inter ipa ieiunia, ſtupra, iiurias, odia cogitã
tes: donãtes aũt exiguũ neſcio qd dũ pulſãtẽ fores
nſas, inopẽ nõ ſuſtinemꝰ: aut dũ bonitatis famam
iani & otioſa hoim opiniõe ſectamur: & deberi no
bis vt audiamur exiſtimamꝰ. Sed totũ de deo pro
pheta ſpat, totũ ex mia eius expectat. In opibꝰ qdẽ
bonitatis totiꝰ ipẽ pfectꝰ ẽ: ſed ſatis eẽ hoc ſibi nõ
putat ad ſalutẽ: niſi ſecũdũ miſerationes dei & iu-
dicia miſericordiã cõſeqt. Nũq̃ aũt otioſus ẽ: nũq̃
nõ iſeſtãtes; iſectãteſq; pximi ſũt: vita eiꝰ oĩs ſecũ
dũ ſcripturę fidẽ in iſidiis fuit. Sed & qſq; nũc pla-
cere deo vult: diſplicet ipiis neceſſe ẽ. Et iõ ait. Ap
ppinquauerũt pſequẽtes me inigtati: a lege aũt tua lõ
ge facti ſũt. Hęc q dẽ de ſe cuiꝰ iſeſtata fuit vndiq;
vita dixiſſe creditur. Sed qui in pſalmo hoc hũanę
doctrinę ordinẽ tenet: ad eruditionẽ noſtram om

nia temperauit:vt cognoſceremus eos qui proxi-
mi iniurię fidelium fierent:a dei lege longe abeſſe.
Quanta enī fit in ſanctis iniurię acceſſio: tanta fit
ex lege dei deceſſio . Cauendū autē eſt nequando
nos aduerſum fratres ira cōmoueat : nequādo in-
uidia ſtimulet:nequando ęmulatio irritet:vt ali-
quid in eos irreligioſum ac faſtidioſum agamꝰ:qa
iniurię cum aſſiſtimus/tum a lege dei deſiſtimus.
Dehinc ſequitur.Prope es domine & omnia man
data tua veritas.Alio in loco legimꝰ.Deus appro
pians ego ſum:& non deus delonge dicit dominꝰ
Nō corporalibꝰ locis deꝰ cōtinet̄:neq; finibꝰ aut
ſpatiis diuinę virtutis imēſitas coarctat̄.Ad ē vbi
q; & totus vbiq; eſt : non pro parte vſq̄ eſt ſed in
omnibus omnis eſt.Beatus apoſtolus Athenienſi
bus philoſophię inanitate ridiculis : pro concione
reſpondens ait.Non longe a nobis manentē quę-
rimus deum: in ipſo enī viuimus/mouemur/& ſu
mus.Et ſpiritus dei ſecundum prophetam reple-
uit orbem terrarum Et rurſum. Nonne cælum et
terram ego impleo dicit dn̄s.Nihil a deo vacat/ni
hil indiget.Vbiq; eſt modo animæ incorporalis q̄
in membris omnibꝰ diffuſa/a ſingulis quibuſq; p-
tibus non abeſt:etiam ſi priuata:quædam ei regia
in toto corpore ſedes eſt.tamen in medullis : digi-
tis:artubus infunditur.Iam ſi corruptis aliquibus
corporis membris reciſiōe erit neceſſe cum vſum
ſuum eadē membra vitiis emortua non habebunt
id qd̄ putre caducūq; carnis eſt ſine detrimēto ani
mę reciditur.Ipſa enī corporis noſtri anima ſanis &
integris admixta mēbris eſt: & cum eadem fuerint
putrida & recidenda nō ſequitur. Hęc quidem ſu
perflue diuinę naturę ad comparationem ſimilitu
dinis conferuntur:quia incomparabile eſt quicqd
æternum eſt: Nec recipit cōfiguratę veritatis ſpe
ciem ininitiabilis diuinitatis exceptio.Sed intelli-
gentiæ noſtræ iſtiuſmodi coaptatur exemplar/vt
per id ſecundum cæleſtium dictorum auctoritatē
incorporalem & imēſum deum circūſcripto huic/
et corporali mundo intelligeremꝰ admixtum:vi-
tioſis vero & per opa ſua mortuis nō ineſſe. Quin
etiam adhuc cum diuinarum atq; inuiſibilium re-
rum intellectus/ex contemplatione corporalium
rerum/naturiſq; ſectamur:ſolem videmus in qua-
dam cæli parte prout ei curſus eſt/demorātem, &
hæc enim ſunt infirmitati noſtræ & corpori debi-
ta: mori: ĩfirmari: egere: quę ſi mala eſſent & Abel
viueret: nec Iob cruciatus eſſet: nec Petrus pecu-
nia quæ ĩ eleemoſynam poſcebatur eguiſſet: Ergo
fidelem animam ab omni malo dominus cuſtodit
ideſt ne eam diaboli tinea corrumpat: ne fur obre-
pat: ne canis oblatret: ne lupꝰ laceret: ne vrſꝰ deſę-
uiat: ne pardus inſiliat: ne tigris aduolet: ne leo
vaſtet. Hæc enim nunc ſunt diaboli miniſteria:
hæc omnia eius in tempore ſæculi huius officia
ſunt: viciis conſumere: blandimẽtis ſubrepere: ob
trectationibꝰ lacerare: ambitione inſilire: laſciuiis
allicere: & tota virtutis ſuæ poteſtate vaſtare. Ab
hoc igitur omni malo dei expectanda cuſtodia ẽ.
Et quia in animam maxime ſæuiat nam debitum
nobis eſt vt aduerſus eum pugnemus in corpore.
non eſt enim niſi ex concertatione victoria: iccir-
co ſubſequitur. Cuſtodiat animam tuã dominꝰ
ne qd tot tantiſq; malis ſuperius memoratis in eã

ſit pōtatis. Tenuit autē ꝓpheticꝰ ſmo ordinē ſuū
dicēs. Dn̄s cuſtodiet itroitū tuū & exitū tuum ex
hoc nunc & vſq̧ i ſęculū. Nō em̄ tēporis huiꝰ & ſę
culi ē iſta cuſtodia: nō aduri ſole atq̧ luna & ab ol
malo cōſeruari: ſed fu turi boni expectatio eſt: cum
exeūtes de corpore ad introitū illū regni cæleſtis p
cuſtodiā dn̄i fideles oēs reſeruabunt i ſinu ſcilicet i
terim Abrahæ collocati: qđ adire ipſos iteriectum
chaos inhibet: quouſq̧ introeūdi rurſū in regnum
cælorū tēpus adueniat. Cuſtodit ergo dn̄s exitum
dū de corpore exeūtes ſecreti ab impiis interiecto
Chao qeſcunt. Cuſtodit & introitū dū nos in ęter
nū illud & beatū regnū introducit. Ipſe eſt em̄ qui
ait. Ego ſum ianua & nemo vadit ad patrē niſi per
me: ideſt dn̄s noſter Ieſus chriſtꝰ qui eſt benedictꝰ
in ſæcula ſæculorum Amen.

Finitur Pſalmus.CXX. Incipit.CXXI.
Canticum graduum.

QVi ſpei cele
ſtis deſiderio detinetur: ni-
hil obſcuritatꝭ in pſalmo ha
bebit. Ex ſuo em̄ ſenſu intel
ligentiā propheticæ magni
loquētiæ cōſequet. Nanq̧
cū ſe meminerit ſcriptū dei cohęredē: & cōſortem
æternorū bonorū & ſimilem angelis ex reſurrectio
ne renouādū: & corruptione depoſita in gloriā dei
ac dn̄i noſtri Ieſu chriſti corporis cōformādū futu-
rūq̧ icolam cæleſtis ciuitatis viuis lapidibꝰ extru
ctę: de qua ſcriptū eſt in euāgelio, cum dominꝰ iu-
rare p cælū ihibuiſſet adiecit dicēs, neq̧ p Hieroſo
lymā qa ciuitas eſt regis magni, nō vtiq̧ eā ſignifi-
cās quæ ꝓphetas occidit & lapidauit: ſed eā cuius
beatꝰ apoſtolꝰ Paulus ita meminit. Vos eſtis ci-
ues ſanctorū & domeſtici dei: ſuperędificati ſuper
fundamētū apoſtolorū & prophetarū. Cūq̧ lege-
rit ea quæ nūc ſunt ex parte eſſe: noſq̧ per ſpeculū
interi & in ęnigmate videre: perfecto autē venien
te ea quę nūc pro parte ſunt deſtruenda: & facie ad
faciē tanq̄ corporali viſu ea quæ nobis nunc ſunt
inuiſibilia contemplaturos. vbi non ęgritudo non
mors: non mœſticia: non terror ſit. Hæc enim ſi qs
adnunciata ab angelis: pręformata in lege: expoſi-
ta a prophetis: a domino exēplis repręſentata: præ
dicata ab apoſtolis ipſe ſibi hæc eadem per fidē poſ
ſibilia cognouerit proclamabit neceſſe eſt: exēplo
prophetæ. Lætatus ſum in iis quæ dicta ſunt mihi
Sed quæ ſunt illa quæ dicta ſūt: ex quibus lætitia
ſuſcepta eſt? Nempe id qđ ſequit. In domū domini
ibimus Hinc gaudetur: hinc exultatur: quia hęc q̄
dicta ſunt q̧ eūdum in domum domini ſit. Do-
mus domini quæ ſit pſalmo altero docuit dicens.
Quoniā elegit dominus Sion: pręelegit eam in ha
bitationem ſibi. Hæc requies mea in ſæculum ſæ-
culi hic habitabo quoniam elegi eam. Nō vtiq̧ vt
diximus hanc terrenā & caducam & pœnas luen
tem impietatis ſuæ: ſed illam liberam & cæleſtem
Hieruſalem quæ eadem & Sion eſt. per cuius inco
latum quia domus dei eſt: nos quoq̧ ciues ſancto-
rum & domeſtici dei ſumus. Hinc ergo lętitia eſt:
q̧ dictum ſit in domum domini nos ituros. Sed q
iſta dixerunt ne forte ignorent ne ve a domo eadē
in quā nos ituros nunciant peregrinentur ſed di
cit. Stantes erant pedes noſtri in atriis Hieruſalē
Non incerta nunciant: non incognita pollicentur
hanc domum deſiderabilem & dilectam a multis
agnouimus. Nam dicit ſcriptura. Vnam petii a
dn̄o hāc requiram: vt inhabitem in domo domini
omnes dies vitæ meę. Vt videā delectationes do-
mini & viſitem templum eius. Et rurſum. Domi-
ne dilexi decorem domus tuæ: & locum habitatio
nis gloriæ tuæ. Hæc domus deſiderabilis: hic audi
tus lætabilis fundamento duodecim viuarū gem
marū eſſe viuos lapides extructos exciſos primum
ad opus ędificationis a Moſe in lege: a prophetis i
paſſionibus ſuis: a domino in corpore: ab apoſtolis
in Martyriis ab ſancto ſpiritu in virtutibus. Hi ędi
ficatores. Hæc ędificia: hæc ciuitas. Hinc ſtantes
pedes in eius atriis ſcilicet qbus oblatę ſunt claues
domus huius. Dictum eſt enim. Vobis dabo cla-
ues regni cælorum: ſpeciem domus ignorantibus
nunciantes beati pedes: & a propheta merito lau-
dati q̄ pulchri pedes euangelizantium pacem. Ac
ne cōuenire quicq̄ horum in eam Hieruſalem quę
terrena fuit exiſtimaretur: id conſecutum eſt. Hie
ruſalem quæ ędificatur vt ciuitas. Non ciuitas ſed
vt ciuitas qa illa terrenę ciuitatis ędificatio & tem
pli extructio & tabernaculi iſtitutio ſpeciē illiꝰ æt̄
nę & cęleſtis ciuitatis ꝑfigurabāt. & qa in oē tēpus
& vſq̧ ad ſæculi cōſūmationē & p omniū genera
tionū ætatē ędificatio cæleſtis huius ciuitatis ex-

plēda eſt:ideo eā ędificari ſine tēporis definitione
ſignificat dicens.ędificat̃ vt ciuitas.donec vt apo-
ſtolꝰ ait.īttet plenitudo gentiū.& tūc reliquię iſra
el ſaluæ fiāt.Sed qa vnū eccleſiæ corpꝰ eſt:nō qua
dā corporū cōfuſione permixtū:neq; ſingulis in in
diſcretū aceruū .& informē cumulū vnitis.ſed p fi
dei vnitatē:p charitatis ſocietatē:per opum volū-
tatiſq; concordiā:per ſacramēti vnū in oibꝰ domū
vnū oēs ſumꝰ.in qd nos hortat Paulꝰ dicēs.Obſe
cro vos fratres vt id ipſū ſapiatis oēs eandē charita
tē exercentes.Et cū fuerit vt ſcriptū eſt.Erāt autē
oīum q credebāt cor & aīa vna.Tūc etiāꝰ ciuitas
dei;tūc ſancta Hieruſalē:qa hieruſalē ędificat̃ vt ci
uitas.cuius participatio eiꝰ in id ipſum.Diſſiden-
tes aūt a coetu ſanctorū & ſe ab eccleſię corpore pec
catis pcipitantibꝰ ſeparātes:participationē ſanctę
iſtius domꝰ nō habēt:qa participatio huiꝰ ciuita-
tis in id ipſum eſt.Ex cōſortio eñ pfectæ ciuitatis
vnanimes nō poſſūt participationē in diuerſo ha-
bere ſed in id ipſum.Oēs igit̃ q vnū erūt in ea erūt
Et teſtis ē pſalmꝰ.Ait nāq;.Illuc aſcēderūt tribus.
tribꝰ nō vna ſed plures.Sed forte ſine vlla excepti
one ab vniuerſis ędificanda videbit̃ ciuitas.ꝙ in
tribubus cognominatis nulla fiat exceptio.erit q;
populis deū neſciētibꝰ in hanc domū cōmunis in
greſſꝰ.Sed itelligi illud ſcriptura nō patit̃.adiici-
ens ad id qd dixerat.Illuc aſcēderūt tribus tribꝰ dñi
teſtimoniū iſrael.Sūt eñ q nō ſunt dñi:qbus dictū
eſt.Vos de diabolo eſtis.Et rurſū.Abite a me ma-
ledicti in pparatū ignē diabolo & angelis eius.Tri
bus ergo quæ erūt dñi aſcendēt. Sed forte ſibi iſra
el hoc eſſe debitū vendicabit idest q ſecūdū litterā
& nō ſecūdū ſpiritū:q carnalis & nō cæleſtis:q cru
cifigēs dominū nō qui adorās eſt.Sed q ab hac ſpe
repulſus eſt!Illuc eñ aſcenderunt tribꝰ tribus dñi
teſtimonium iſrael Non tribus iſrael in teſtimoniū
gentiū ſed tribus dñi in teſtimoniū iſrael Tribus
eñ dñi ſumꝰ & in domū dei Iacob introibimus &
annūciabit nobis viā ſuam & ambulabimus in ea.
Tribꝰ eñ dñi dixerūt.Venite aſcēdamus ad mōtē
dñi & in domū dei Iacob:& annunciabit nobis viā
ſuam & ambulabimus in ea:Ex Sion eñ prodiet
lex & verbum dñi ex Hieruſalem.Ex Hieruſalem
eñ exiens verbū dñi venit ad gentes.Hę introe-
unt in ſanctā ciuitatē in teſtimoniū iſrael.In qd tā
dē teſtimonium;Ad confitendū inquit noī dñi.

Tribꝰ eñ dñi nomen dñi confitent̃.Hoc aūt ē te-
ſtimonium ille Iſrael a domino pharaone vindica-
tꝰ:ī mari ablutꝰ:ī deſerto āgeloꝝ cibo paſtꝰ:ī lege
eruditꝰ:in pphetis obiurgatꝰ:in natiuitate a dño
p cōſortiū corporis ſuſceptꝰ:ī cruce ſi crederet ſal-
uatus:in reſurrectiōe ſi confiteret̃ glorificatus.Ni
hil horū ſuū credidit.nihil horū manere ſuū volu-
it.Habēs māna:cucumeres ęgypti deſiderauit.Le
gem autem a deo expectans:vitulū adorauit.Pro
phetas audiēs occidit.Virginis partum propheta
tum ſibi infamauit.Deū in carne nō credidit:Pec
cati remiſſorem falſi peccati reum arguit:emit ad
mortem:ī crucem ſuſtulit.Teſtes reſurrectiōis ad
ſilētiū corrupit:Apoſtolos morte īterfecit.In hoc
ſceleris ſui teſtimonium tribus domini aſcendunt
Illi promiſſum eſt:hę obtinēt.Illius teſtamentum
ſed harum hęreditas eſt.Hūc eius cruciarium:de
um ſuum tribus confitentur.In hoc itaq; teſtimo
nio agnoſcit iſrael quem compunxit:& ab acceſſu
eius inhibetur:quem ſurrexiſſe non credidit.Hūc
archangeli adorant:huic omnes virtutes cęleſtes
miniſtrant:hic tribus ſuas conformes gloriæ cor-
poris ſui præſtat Confitentur ergo nomē dñi quia
deus eſt:quia filius vnigenitus ingeniti eſt.In hoc
itaq; teſtimoniū iſrael in domum domini tribꝰ do
mini conſcendunt:confitentes nomen domini.
Sed confeſſio iſta iudicium eſt.Iudicatur enim per
eos quibus dictum eſt.Sedebitis ſuper duodecim
thronos iudicantes duodecim tribus iſrael.Non
ſolum hi iudicabunt:ſed & regina auſtri condem-
nabit:& niniuitæ condemnabunt.quia hi poeni-
tentiam propter Ionę prædicationem egerunt:&
illa ex vltimis terræ partibꝰ venit audire ſapienti
am Salomonis.In quibus eccleſiæ præfiguratio
eſt:quia peregrina & incognita & poenitentiæ cre
didit:& ſapientiam deſiderauit audire.Hæc igi-
tur ſedes iudicii erit:vbi in teſtimonium iſrael tri-
bus domini aſcendent ad nomen domini confiten
dum.in eccleſiam vtiq; ſanctorum lapidum ciuita
tem quæ domus domini eſt.Ait eñ.Quia illic ſe
derunt ſedes in iudicio ſedes ſuper domū dauid.
Dauid nunc quoq; ſicut in cæteris locis domini
nomen ex corpore eſt. Scriptura enim vbicunq;
mentionem aſſumendi corporis facit Dauid eum
ſolita eſt nuncupare:nomen ei ex parente carnis
aſſumens. Non eſt autem ex eo perturbatio in-

telligētiæ ſuſcipienda ꝙ quædam ex prꝫterito ꝓ-
phetæ locuti ſunt. Iā eñ de hoc eodē in plurimis
locis rationē & frequēter edidimus. Deo nāqꝫ cō-
plectēti in ſe omnia futura ꝓ factis ſunt. Et eiꝰ tā
ſidelis prꝫſcientia eſt vt quæ nondū geſta ſunt ta
men ab eo iā pfecta & ꝓ prꝫteritis habeanẽ & geſti
Deniqꝫ ſtatim res ſe futuri temporis loqui prophe
ta demonſtrat. Nā cum tanq̄ de præterito cōme-
moraſſet aſcendiſſe illic tribus domini & ſediſſe ſu
ꝑ ſedes domus Dauid: nunc iā velut publicæ do-
ctrinæ & admonitionis affectu cōmonuit in futu
rum dicēs. Rogate quæ ad pacē ſunt hieruſalem
vt prꝫſcientiā fidei in his quæ geſta dixiſſet: oſten
deret: conſeruaret vero tēporū ordinē in gerēdis.
Extructio itaqꝫ eius in pace eſt: & participatio in
id ipſū eſt: & vniꝰ mētis & fidei & charitatꝫ domꝰ
illa ē. Diſcēda ē ergo doctrina pacis. Nūc eñ roga
te nō orādi ſed īterrogādi ſecūdū ꝓprietatē græci
tatis eſt ſermo. Sed pacē diſcere in voluntate ē au-
ditiū. Cū eñ de pace eiꝰ interrogauerit: tūc lęta-
bunẽ dici ſibi in domū dñi ibimꝰ. Neqꝫ eñ interro
gatꝫ pacis fructꝰ exiguꝰ eſt: quia id ſequiẽ: & abū
dātia diligētibꝰ te: Perfectos fructꝰ dilectio pacis
expectat: & abūdātē fœliciū ꝓuētuū copiā ſperat
Quod id ipſū benedictio in Iacob ad ſpē fideliū ꝓ-
formata ſignificat: benedictꝰ eñ ita eſt fratris be-
nedictionibus occupatis. Ecce odor filii mei ſicut
odor agri pleni quē benedixit dñs. Ager plenus &
fertilis red dēs cēteſimū fructum hinc æternis co-
piis abundabit. Et nūc quidē interī beatis fructibꝰ
abūdamꝰ. quos nobis in ſpē fructuū æternorū ec-
cleſię ſacramētū & pacis vnitas ſubminiſtrat. Hoc
aūt ſacramētū ſpei cōmunis corporaliū & cōmu-
niū rerū noībꝰ oſtenſum eſt: qđ ſciētes intelligent
Nāqꝫ abūdātiæ huius & copię dē propheta pſal-
mo altero meminit dicens. Dediſti lætitiā in cor
de meo a tēpore frumenti & vini & olei ſui multi-
plicati ſūt in id ipſū. Hæc igitur abundantia eſt in
id ipſū. Per hanc enim pacis & ſacramentorū abū-
dantiam beata illa pax & indeficiens & æterna bo
norum cæleſtium abundantia ꝑparatẽ. Dehīc ſeqẽ
Fiat pax ī virtute tua & abūdātia in turribꝰ graui
bus tuis. Pax atqꝫ virtus domus huius connexa ſi
bi ſunt. Poſſe enim aliquid niſi ex pace non poterit
quia participatio eius in id ipſum eſt. In id ipſum
autem eſſe pax ſola conſequiẽ. Perfecta vero ac pa
cata virtꝰ eorum tantum eſt qui congregantur in
id ipſum: & iccirco ait. Fiat pax in virtutibus tuis.
Ciuitatē autē neceſſe eſt diuerſo ędificiorū gene
re cōſiſtere. Nō eñ oīs ē murꝰ porta. rurſus neqꝫ
oīs platę porticꝰ: tabernę: neqꝫ domꝰ: forū. tēpla.
palatiū. ſed & differētibꝰ inter ſe domorū magnifi
cētiis differūt quoqꝫ cohabitātiū dignitates. In oī
vero genere ciuitatis nihil neqꝫ firmius neqꝫ vtilꝰ
neqꝫ celſius turribꝰ eſt. Solita vero ſcriptura ē gra
uia pro firmis & immobilibꝰ nuncupare. ſicuti ait.
In populo graui laudabo te. Nunc quoqꝫ cū de pa
ce virtutis memoraſſet abundantiam beatitudi-
nis perfectæ & æternæ ciuitatis huius principibꝰ
tanq̄ firmiſſimis & grauiſſimis deputauit dicens.
Et abūdātia in turribꝰ tuis grauibꝰ. Superius dixe
rat. Et abundantia diligētibus te. Non ergo om-
nium eſt abundātia: ſed diligentium deum. Inde
adiecit. fiat pax in virtute tua Pax enim eccleſię &
vnitas virtutem nobis firmitatemqꝫ prꝫſtat: vnde
illud apoſtoli Et pax dei quę exuperat omnem ſen
ſum prudentiæ cuſtodiat corda veſtra in chriſto
Ieſu. Nunc quoqꝫ hanc abundantiam quā diligē-
tibus ſpoponderat propriam eſſe grauium turriū
commemorat: eos graues turres ſignificans eſſe q
cunqꝫ diligerent. per qđ intelligendum eſt abun-
dātiā hanc nō promiſcuam eſſe: nec totius admo-
dū ciuitatis: ſed eorum tantum fideliū & ſanctorū
virorum qui cæteræ ciuitatis huius ædificationi
tanq̄ turrium firmitatem prꝫſtiterint. Sequiẽ dein
de prophetæ magnꝰ affectus & in omnē hominē
credentem ſollicitudo pię ammonitionis. Ait eñ
Propter fratres meos & proximos meos loquebar
pacem de te. ꝓpter domū domini mei q̄ſiui bona
tibi. Multitudinē in fratribus ſuis proximiſqꝫ hu-
ius ſignificat ciuitatis propter quos pacem de ea
locutus eſt. vt audientes ſe ipſos in ędificium con
ſummandę huius ciuitatis aptarent. Sed qui pa-
cem propter fratres & propinquos ſuos de ea loq-
tur: ciuitati eidem propter domū dei bona q̄rit di-
cēs. Propter domū dñi mei q̄ſiui bona tibi. ciuitati
ergo bona propter domum dñi quęſita ſūt. Diſcer
nens enim gloriam domus dei a ciuitatis vniuerſi
tate qa neceſſe eſt ornatū domꝰ regiæ ędificationi
ciuitatis totius anteferri quæſiuit eidē ciuitati bo
na. Primū eñ fratres & propinqui eiꝰ ꝑ prędicatio
nem pacis facti ſunt domini ciuitas: Secūdo vero

ciuitas ipſa iam ex propinquis eius & fratribus cõſtituta: audiens dignitatẽ domus dei domum dei ipſa ſe preparauit. Ac ſic ciuitati huic quęſita ſunt bona dũ ex ciuitate dñi in domũ dei proficit. ſecũdũ illud apoſtoli. Vos eſtis tẽplũ dei & ſpiritꝰ domini habitat in vobis. fidelis eñ eſt: q ait pater pro his te rogo. vt oẽs vnũ ſimus: ego in illis: & tu in me: dñs noſter Ieſus chriſtus qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum Amen.

Sequit explanatio pſalmi. CXXII. Cã. gra.

Exiſcitur re bus q̃d titulo præſcritpum eſt: gradibus eñ cantic: tan q̃ de humilibꝰ ad excelſa cõſcẽditur. Nã q; in primo Cãtico graduum ad dominũ de tribulatione clamatum eſt. poſtea leuati oculi in mõtes ſũt & quęſitũ vnde veniret auxiliũ. Dehinc quia leuãti oculos: & vnde auxiliũ veniat q̃rẽtiadeſt doctrinæ propheticæ inſtitutio: in his quę ſibi ſunt dicta eſt lętatus. Nunc vero quia vſq; ad id q̃d doctrina inſtituebat acceſſum eſt: de quodã quaſi profectus ſui gradu cantat propheta. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Incrementis cõpetentibꝰ cõtẽplandi dei vſus tanq̃ poſt mſtã cæcitatẽ per modica & dimẽſa admiſſæ ſibi lucis interualla conſuetudine totiꝰ luminis præparatur. Deus eñ qui primũ in tribulatione inuocatus eſt: quęſitus a ꝓphetis: eoſq; prophetiæ lętificauit auditus: & nunc iã oculis mentis per fidei fiduciã contẽplandus eſt: habitãs in cælo. Sed cælũ hoc q̃d viſibus noſtris per materiẽ ſui ſubiacet q̃d tanq̃ ſumꝰ ſolidatũ firmamẽti & naturã & nomẽ accepit p̃teribit & non erit: ſedes autẽ domini manet in æternũ. Neceſſe eſt vero vt habitatio habitatore ſuo digna ſit: & ſi corruptibili loco id q̃d infinitum & incorruptibile eſt concludamꝰ. & ſi deũ in cælo hoc habitare credimꝰ: Quatamꝰ ergo q̃ habitatio dei ſit. Nẽpe eiꝰ q dixit. Pr̃ eñ in me & ego in patre. Et rurſũ. Ego & pater vnũ ſumus. Et de quo dictũ eſt. deus erat in xp̃o mundum reconcilians ſibi. diuino & ſufficiente filio in quo pater ꝑ eã dẽ naturæ habitet virtutẽ. Pater autẽ filium quem ex ſe genuit: nõ ſeparãte a ſe differentia diuinitatis. Sed nõ nũc de inſeparabili virtute patris & filii ſermo eſt. Deꝰ eñ ex deo genitꝰ nõ abeſt ꝑ naturam ab eo ex quo genitus confitendus eſt. & deus innaſcibilis vnigenitũ deũ gignẽs manet in illo quem genuit proprietate generãdi. Oĩs aũt ſpes in eo noſtra eſt vt vnigenitũ deũ nouerimus. Nam de innaſcibili deo nemo tã amẽs eſt q cælũ cõtuens deũ eẽ nõ ſentiat. In hoc ergo cælo deꝰ inhabitat digno maieſtatis ſuæ & diuinitatis habitaculo. Sed eſt: & alia cõplacita deo & electa habitatio eorũ ſcilicet de q̃bꝰ dictũ eſt. Habitabo in his & deãbulabo in ipſis: & ipſi mihi erũt in populum & ego illis in deũ. De q̃bꝰ & apoſtolꝰ ait. Vos eſtis tẽplũ dei & ſpiritꝰ dei habitat in vobis. Idẽ quoq; apoſtolꝰ ait. Qualis de limo: tales & de limo. Et qualis cæleſtis tales & cęleſtes. Cæleſtis ergo eſt ſecũdꝰ Adã: & idcirco cæleſtis q̃a verbũ caro factũ eſt ex ſpiritu ſcilicet & deo homo natus eſt. In hoc ergo verbo nõ inani ſono vocis ſed ĩ deo verbo neq; ĩ diſſidẽti a ſe diuerſaq; ſubſtantia ſed in dei verbo tanq̃ in Cælo habitat. In eo ſc; licet vtiq; q̃d ex ſe ac ſuũ ẽ manẽs per eum in eis quoq; qui cæleſtes ſũt habitãs: ſicut ipſe ad patrẽ ait. Vt oẽs vnũ ſint: ſicut ego in illis & tu in me. Ergo ſi q in Adã limꝰ fuimꝰ nũc cæleſtes ſumꝰ in xp̃o: & xp̃s habitator eſt nr̃i ꝑ habitãtẽ xp̃m in nobis etiã ille quoq; habitator eſt noſtri cui eſt habitãs in nobis Chriſtꝰ habitatio. Et quia ſecũdũ corporalẽ intelligentiã ille nobis ſubeſt ſenſus vt cælu q̃d vltra firmamẽti huius naturã ẽ deꝰ inhabitare exiſtimet: nõ excludimꝰ publicã illam de ſede dei opinionẽ vt ei Cęlũ cęli thronꝰ ſit: ſed illã dignã deo habitationẽ in cęleſti Adã ſuo ſignificatã eẽ credẽtes. Etiã hoc ergo cęlũ habitare deꝰ noſcẽdꝰ eſt: ꝑ eũ quoq; inhabitãs quos in eo cõſtitui eẽ cæleſtes. Oportet aũt eos q ad dñm oculos mẽtis erexerit nõ retorq̃re eos atq; deflectere. Quia vt ĩ euãgeliis dictũ eſt: nẽo retro reſpiciẽs & aratrũ tenẽs aptꝰ ẽ regno cęlorũ. Reliquẽtes eñ templa aras: cupiditates laſciuias & oẽ vitiorũ ꝓfũdũ conuenit indefeſſo obtutu iuictoq; ꝑſiſtere. Si eñ gẽtes errore ſuo cæcæ ĩdemutabili ꝑtinacia falſis religiõibꝰ detinent: ita vt reflecti a ſupſtitiõibꝰ ſuis veri ratiõe nõ poſſit: diuerſis diis vt vocãt ꝑſeuerãte ſtultitia ſuiẽtes: & ſi aĩa peccãtiũ capta vitiorũ illecebris deuotiſſime ſuit tãq̃ ĩperãti ſibi corpori quãto nos magis cõuenit deũ cõditorẽ cęli & tr̃æ cognoſcẽtes q vt potẽs fuerit ex t̃ra ĩnaia aĩate hoĩ

nẽ ita & potẽs ſit hoĩem q̄ĩ aiatꝰ occiderit: in ę-
ternitatis cõſortium excitare: ſine deflexu aliquo
ac deuia religione venerari neq; quoq̄ intẽtę fidei
pertinaciã deflectere! Et docet ꝓpheta hos mẽtis
ſuę oculos indemutabili ad deũ eſſe ſemꝑ obtutu
dicens. Ecce ſicut oculi ſeruorũ in manibus domi
norũ ſuorũ. Et ſicut oculi ancillæ in manibus dñę
ſuę ita oculi noſtri ad dominũ deum noſtrum do-
nec miſereatur nobis. Exẽpli comparationẽ ꝓphe
ta poſuit. vt ſicut in manibus dominorũ oculi ſer-
uorum ſunt: ita ad deũ fidei ſuę oculi intenti ſint
quia fidelis ſeruus ad omnẽ obediẽtiã voluntatis
dñicę ſollicitꝰ ſit: indeflexoſq; oculos ſemper intẽ
dat. Sed ſi de ſeruis ac dñis corporalibꝰ ſermo eẽt:
dictũ ita fuerat: oculos ſeruoꝝ in oculis vel in lin-
gua vel in conſpectu eſſe dominoꝝ. Aut nutu eñ
his iubetur aut ore. Sed manus pro operibus fre-
quẽter ſcriptura ſignificat. Sũt aũt qui neq; homi-
num: neq; dei ſerui ſunt: ſed ſerui ſunt peccati do-
mino dicente. Omnis qui facit peccatũ ſeruus eſt
peccati. Hi ergo ſerui harũ ſpiritualiũ nequitiarũ
in cęleſtibus: in opera eorũ tanq̄ in manꝰ domino
rum ſuorũ oculis mentis ſuæ ſemꝑ intẽti ſunt: vi-
tiorũ in id deſiderio atq; admiratiõe defixi. Sũt au
tẽ hæc diabolica ideſt deorũ gentilium opera quæ
ſignificantur in manibus: venter/otiũ/luxus/libi-
do: ſuꝑbia/auaritia/ambitio. In hæc ergo volupta
tum quarum dominatui ſubiacent opera ſpectan
tes ſenſus ſui oculis intendũt: quibꝰ dii plures ſũt
& numeroſi domini: prout vniuſcuiuſq; ſtudium
& natura auctorem ſibi religionis elegerit. Nobis
aũt vnus deus eſt: nõ tamen per vnionem dei dñi
noſtri ieſu chriſti ei q̄d deus eſt abnegantes/ſed ſe
quentes legem & prophetas & euangelia & apo-
ſtolos diuinitatis vnitatẽ in innaſcibili deo & vni
genito deo ſecundũ ꝓprietatẽ atq; naturã cũ fide
& veritate ꝓfitemur. Nuſq̄ eñ genere plurali nec
deos neq; dños ſermo ꝓpheticus nuncupauit: ſed
vnũquenq; ſuo ordine. Geneſis nanq; ait. Et pluit
ſulphur & ignẽ dominꝰ a dño. Et propheta. Vn-
xit te deꝰ deꝰ tuꝰ. Et rurſum. Dixit dñs dño meo
Et euangelia. Et verbum erat apud deum: & deus
erat verbum. Et apoſtolus. Vnus deus ex quo oĩa
& vnus dñs ieſus per quẽ omnia: & nos in ipſum.
Et rurſum. Ex quibus chriſtus qui eſt ſuper oĩa bñ
dictꝰ. Hoc ergo propter dominũ dictũ eſt vt intel
ligeremus per id q̄d vnus innaſcibilis deus eſt: nõ
adimi vnigenito deo poſſe q̄d deus eſt. Deus eñ
vterq; vnus eſt non ꝙ vnus diuiſus in duos ſit:
aut vterq; ipſe ſit: vt nuncupatio ſola fecerit patrẽ
& filiũ: non natura gignẽdi. Sed idcirco deus vnꝰ
quia neq; duo ĩnaſcibiles: neq; vnigeniti duo: ſed
vnus ex vno: & ambo vnũ nõ diſſimili ſcilicet aut
differenti a ſe ſubſtantia diuinitatis in vtroq;. Seq
tur deinde. Et ſicut oculi ancillę in manibus domi
nę ſuę. Tenuit vero eũdem propheta ordinẽ vt in
cõparationis exemplũ ancillę quoq; oculos in ma
nus dominę eſſe cõmemoraret intẽtos: vt in ope-
rum potius efficientias hęc deſideria ſeruorũ do-
ceret intẽta. Sed cum plures ſerui pluriũ domino-
rum ſint poſiti in exemplum quęrendum cur an-
cilla vna vniꝰ cõmemorata ſit dominę. Plures eñ
ſerui vt ſuperius diximꝰ plurimorũ ſunt domino
rum. Nunc ergo vna ancilla & vna domina q̄a na
tura vna eſt animę humanæ ſicuti & terrenæ car-
nis vna natura eſt. Et quia nunc de peccatoribus q
peccati ſerui ſunt/ſermo eſt: hæc ancilla anima car
ni dominę ſuę dedita eſt: & per corporaliũ vitiorũ
blandimenta ſubiecta ẽ: habetq; inferioris ſui ꝑ ille
cebrarũ fomẽta dominatũ fructꝰ operũ eius inſpi
ciẽs. Ergo vt hos ſeruos & hanc ancillam indemu
tabiles vitia ſua detinent vt in his quadã religioſę
ſtultitiæ ſuę intẽtione perſiſtant: ita fidẽ eſſe opor
tere: quæ nõ tẽporaria ac mobilis ſit. neq; emiſſis
tẽptationibus defatigetur: ſed vſq; ad conſũma-
tionẽ miſericordię dei ĩmobilis & indemutata per
maneat. Et idcirco propheta pertinaciã ſuę ſpei vſ
q; ad finem accipiendæ miſericordiæ demonſtrat
dicẽs. Ita oculi noſtri ad dominũ deũ noſtrum do-
nec miſereatur nobis. Non deſinit: nõ abſiſtit: tra-
dat licet ad tẽtationem fidei miſericordiã ſuam
dñs: quia fides cõſtantẽ pręſtare debet fiducię ſuę
expectationẽ. vt deſperatio oĩs diffidentiæ cõfeſ-
ſio ſit. Sed propheta non incertus eſt miſericordiæ
dei. Nam oculi eiꝰ in eum quoaduſq; miſereatur
intenti ſunt. Intenti aũt a deo vt intẽtioni eorum
oratio geminata ſubiecta ſit. Ait eñ poſt hæc. Mi
ſerere nobis domine miſerere nobis. Et intentus ẽ
& intentus orat: ea ſcilicet perſeuerãtia: qua vitio
rum ſerui in dominantibus ſibi vitiis demorantur
iſta certiſſima bonorum ęternorũ ſpe & perfectę in
ſe miſericordię fiducia perſeuerat. Sequitur vero:

(vt ſępenumero cognouimus) hanc fideliũ ſpem
grauis iniquorum obtrectatio & moleſta maligno
rum inſe:tatio. Iuſticiam em̃ a nobis prædicari ini
quus odit. Pudicitiam ſi laudamꝰ: impudicus of-
fenditur. Execrat̃ in nobis ieiunia ebrietas. At ve-
ro cum ad liberalitatem cohortamur / inſipiẽtiam
noſtram auarus accuſat. Cum chriſtum deũ prędi
camꝰ crucifixum: religionem iudæus & omnis ex
gẽtibus perſecutor exprobrat. Cum iudiciũ dei ex
pectamus: offenduntur ſęculi reges & deum arbi-
trum vitę ab vnoquoq; actę recuſant. Cum reſur-
rectionem annũciamus: mortua cum vitiis ſuis in
fidelium corpora contradicũt: fidem quoq; noſtrã
a lege & prophetis & euangeliis & apl'is ſuſceptã
omnes hęreticorũ falſitates coarguunt. Cędimur
maledicimur: fugamur. necamur ferro: flãmis; p-
fundo: deſęuitur in noſtram verecundiam. deſęuit̃
in corpora. dolor nobis eſt ex iniuriis noſtris. Et qa
iniurię noſtræ iis qui eas inferũt mors eſt: dolor no
bis ex miſeratione pereuntiũ eſt. Ideoq; poſt gemi
nam precationem qua dixerat miſerere nobis dñe
miſerere nobis / adiecit. Quia multũ repleti ſumꝰ
aſpernatione. quia multum repleta eſt anima no-
ſtra. Deo ſolo aduerſum hęc opitulari potente vt
ab aſpernatione atq; contẽptu eximat vſq; in finẽ
miſericordię in ſe ſemper intentum. Et quia donec
ſibi deus miſereat̃ intentus eſt: idcirco gemina ora
tione miſericordiam dei ſibi precatur. Quia ſit ipſe
atq; anima ſua repleta aſpernatione miſericordia
dei (vt diximus) tantum potẽte in multa aſpna
tiõe miſereri neq; ſolũ in id potẽte ſed potẽte etiã
introuerſum omnia retorquere: & quandam viciſ
ſitudinẽ præſtare patienti. Teſtis nobis eſt & pau-
per in Abrahę ſinu quieſcens: & diues peruſtus in
poena. Illo em̃ poſito in aggeſtu diuitiarum ad ia-
nuam eius fame tabidus pauper vlcerum ſanie de
fluens ſederat canibus vulnera diſſoluta lingenti
bus: Sed hæc erat militia corporis: hæc aduerſum
ſęculum pugna. interius tamen aĩa eius per fidem
ĩuulnerabilis & ad om̃e telum et voluptatis vitia
inuicta: & idcirco ab angelis poſt carnis diſſolutio
nem beata in Abrahę ſinũ fertur. Ille vero cui om-
nis erat veſtitus in purpura: cui totiꝰ ciuitatis no
bilitas graui dñatu ſubdita famulabat̃: cui aeris.
terrę. maris copię in vſum conuiuii congerebant̃
vni ventri eius officiis elemẽtorum omniũ ſeruiẽ-
tibꝰ qui huic pauperi ianuam clauſerat: micas de
menſa excidentes negauerat & tanq̃ cõtumeliam
ſuam occurſum eius exprobrauerat: excedens hoc
quo male vſus erat corpore impenetrabili a ſãctis
Chao ſeparat̃: omni poenarũ miniſterio excipitur:
dolet / vexat̃: vnſ: erorari ſe ac refrigerari minimo
digito regeſcentis in ſinu Abrahę paupis deprecat̃
Cui Abraham reſpondit. Fili recordare qa recepi-
ſti bona in vita tua: & Lazarꝰ ſimiliter mala. Nũc
aũt hic cõſolat̃: tu vero cruciaris. Fit alterna cõuer
ſio & demutat̃ lętitia in moerorẽ: & moeror in gau
dium. Et videamꝰ an idipſum q̃d euangeliũ expo
ſuit: nũc quoq; ppheta ſignificet: Ait nãq; Obpro
briũ abũdãtibus & aſpnatio ſuperbis. Poſt ſupbas
quas cõmemorauimꝰ inſectationes regũ / gentiũ /
iudęorũ / hęreticoꝝ atq; etiã ſępe noſtroꝝ facta hic
quoq; eſt euãgelica cõuerſio. vt abundãtibꝰ ſit op
pbriũ: & ſupbis aſpnatio. Supbia in cõtẽptũ: & co
pia mutat̃ in inopiã. Rurſũq; inopia in copiã: & cõ
tẽptꝰ demutat̃ in ſupbiã: hcta vtrũq; iſtud p ver-
ba eadẽ mõſtrante cũ dicit. Opprobriũ abũdãtibꝰ
& aſperuatio ſupbis. Siue q; modo opprobriũ ferãt
qui poſtea in regno dei abundabũt: q; & nunc in aſ
pernatione ſint / qui poſtea per fidei confidentiã ſu
perbient: ſiue q; iudicii tẽpore obprobriũ & aſper-
natio in eos qui nũc in ſęculo abundent ac ſupbiãt
reuertãt̃. Paulꝰ i infirmitatibꝰ & in anguſtiis ſuis
gloriat̃ iudicẽ quoq; eligi potẽtiũ ex cõtẽptibili-
bꝰ eccleſię p̃cepit. mutuã ſibi legẽ ille & Petrꝰ iſti-
tuũt. vt meminiſſent egenorũ eorũq; curã facerẽt
ſollicite. Minioꝝ angeli deũ quotidie vidẽt: hũilis
exaltabit̃: & optimũ ſacrificiũ deo ẽ cor cõtritũ &
hũiliatũ. Nõ ergo abiiciamꝰ hũilẽ: nõ cõtẽnamꝰ
pauperẽ: nõ trãſeamꝰ indigẽtẽ ne pfũdo ab Chao
ſeparemur: ne refrigerare nos minimo digito ſuo
dedignẽt̃: qa opprobriũ abũdãtibꝰ & aſpnatio ſu
pbis ſit. Demutabilis ẽ iſta cõuerſio & digna in bo
nos ac malos viciſſitudo: quã in euãgeliis oſtẽdit
dicens. Beati lugentes quoniam ipſi conſolabun-
tur. Et rurſum. Vę vobis qui ridetis quoniam fle
bitis: ait dñs noſter Ieſus Chriſtus qui eſt benedi-
ctus in ſæcula ſæculorum Amen.

Seq̃t explanatio Pſalmi. CXXIII.
Canticum gra
duum.

Attulit magnū nobis compēdium pſalmus anterior. Ab ꝗo enī in hunc ſcanditur. Oculi nanqꝫ mentis noſtræ intenti in deū fuerūt vſqꝫ ad miſericordiæ finem multis vndiqꝫ aſpernationibus & opprobriis circunſtantibus. Poſtqꝫ miſericordiam cōſecutos et de opprobrio in abundantiā & de aſpernatiōe in ſuperbiā collocatos. qd agere ac loq nos oporteat ꝓpheta demonſtrat dicēs. Niſi ꝙ dominus erat in nobis dicat nunc Iſrael niſi ꝙ dominus erat in nobis. Cum exurgent homines in nos forte viuos deglutiſſent nos. Et quidem ſermo ipſe talis eſt: vt intelligaṫ prophetę eſſe inſtruentis quid dici a cęteris oporteat. Primum enī res ipſa dicta eſt: dehinc qualiter ſit dicenda mōſtraṫ. Et hic fuit ordo vt quid agendū. dehinc quatenus agendū eſſet oſtenderetur. Niſi ꝙ dominꝰ erat in nobis dicat nunc iſrael. Dictum eſt ergo quid dici ab Iſrael oporteret de Iſrael. Iſrael frequēter admonuimus eum exiſtimandum eſſe: qui deum mētis oculis contemplatus ſit. Nunc ergo ſecundum propheticā doctrinam cognito quid dicere debeat iſrael loquiṫ: niſi ꝙ dominꝰ erat in nobis. Cū inſurgerent homines in nos forte viuos deglutiſſet nos. Hoc ergo Iſrael ille exemplū accipiens a ꝓpheta dicit. quia audiuit niſi ꝙ dn̄s erat in nobis dicat nunc iſrael. Non eſt autem leue mandatum illud qđ neceſſe fuit pręeunte quodā prophetæ præconio demonſtrari. In his nanqꝫ rebus quæ difficiles ſūt deſideratur exemplum. Omnis enī natura hominum inſolens ad res ſecundas eſt: & imbecillitatis ſuæ immemor inconſulte in proſperis iactans eſt. qđ ab homine doctrina dei erudito abeſſe oportet. Quis enī relictus eſt nobis gloriandi locus: recordantibus omnia ex deo eſſe? Si nos nobis vitā inſeruimꝰ: debemus & nobis corporū ſpeciem. ſi ipſi pluuias ęſtuſqꝫ moderātes ex noſtro eē prouentus fructuum gloriemur. Si nō in omnibus opus eſt dei miſericordia etiam omnia nobis tanq̄ ex noſtro ſint vendicemus. Nunquid fortis fortē ſe gloriabitur quē corporis ęgritudo efficiet infirmum? Nunquid diues in opibus gloriabitur: cui hæc omnia forte fur ꝑdo tyrānꝰ abripiet? Nunqd nobilitas gloriabiṫ effecta nōnūq̄ indigna & miſerabilis ſeruitus? Nūqd ſapiēs gloriabiṫ incertꝰ qd in momēto ſibi accidat? Sed ſi qd horū ſine moleſtiæ alicuiꝰ interpellatiōe vtimur. delectamur effertimur. Et ſi ex aliqua triſticia ī gaudiū reuertamur: huius ipſius vix adepti gaudii incapaces vltra ſenſum humanę imbecillitatis extollimur: īmemores dicti huius. Nō glorietur ſapiens in ſapientia ſua: neqꝫ fortis in fortitudine ſua. neqꝫ diues in diuitiis ſuis. ſed in eo glorieṫ qui gloriatur intelligere ſe & cognoſcere qm̄ ego ſum dn̄s. Ergo nos de conſuetudinis noſtræ vitio inſolentes quodā præſcripto confeſſionis propheta formauit. & ad honorē deo reddēdum et in eo gloriandū exemplo āmonitionis edocuit dicens. Niſi ꝙ dn̄s erat in nobis dicat nunc Iſrael. Audiſtis igitur a propheta quę dicere nos oportet dicamus & nos niſi ꝙ dn̄s erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos forte viuos deglutiſſent nos. Perpeſſi nāqꝫ hoīm inſectatiōes regum impias conſtitutiones: conſiliatorū illecebroſas adhortationes: cū in fide maneamus: cum in timore dei reſideamus: cum in ſpe bonorū ęternorum immoremur adiuti dei miſericordia ſcientes fidelem eū qui dixit. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſqꝫ ad conſummationem ſęculi ad hūc habitātē in nobis gaudia noſtra referamus huic ſi quid in nobis eſt. debeamus a Paulo beato docti nihil noſtrum exiſtimandum dicente. Quid autē habes qđ nō accepiſti? Si aūt accepiſti qd gloriaris quaſi non acceperis? A ſancto vero Iacob patriarcha modeſtiam referendę gratię cognoſcētes cum dicit. Deus qui enutriuit me a iuuētute mea & angelus eruens me ex omnibus malis. Non eſt autem in vſu hominū vt viuos alios vorent: neqꝫ vſqꝫ ad carnes glutiēdas odia procedūt. Sed neqꝫ nunc de eruto a morte corpore gaudium eſt: ſed de anima a peccato cōſeruata: atqꝫ a peccatorum cōſortio liberata. Idcirco ait. forſitan viuos deglutiēdos fuiſſe ſcilicet ī corpore adhuc poſitos a morte peruaſos atqꝫ a peccato comeſtos. Hæc viuorū mors eſt: viuere luxui: ſōno: ſacrilegiis: adulteriis: cędibus. Deo ergo gratię agendę ſunt: manenti in nobis ꝙ per fidem eius doctrinamqꝫ viuentes non deglutimur ab iſtis. Fit ergo hic in gratulatione ordo qui eſt in iniquitatibus. Nanqꝫ ab inſurgentibus primum aduerſus nos deglutiri non erimꝰ: ſed ne poſtea quidem iraſcentibus eorum animis

ab aqua domino protegente abſorbemur. Ait enĩ
in eo cum iraſceretur animꝰ eorum aduerſus nos
forſitã aqua abſorbuiſſet nos. Sed quid hoc ẽ? ani-
mi hominum iraſcitur: & aqua nos abſorbet? Nũ
qd ad motus mentiũ incitatarũ vltrices aquę aſſi-
ſtunt: aut aĩales ſunt vt abſorbeant? Enecari aqua
q demerſi ſunt poſſunt: Abſorbere aũt id qd inani
male eſt non poteſt. Quęrendum ergo nobis ẽ qd
hic intelligi oporteat. Et meminiſſe eorum locorũ
neceſſariũ eſt: in quibus aquę facta ſit mentio. Et q
dem in exordio libri Geneſis ita ſcriptum eſt. & ſpi
ritus dei ferebatur ſuper aquas. Et rurſum. Tene-
bræ erant ſuper faciem abyſſi. Et iterum. dixit deꝰ
fiat firmamentum in medio aquæ & ſit diuidens
inter aquam quæ eſt ſub firmamẽto: & inter aquã
quæ eſt ſup firmamẽtũ. Et rurſum. Aqua quæ ſup
cælos eſt laudet nomen domini. Et rurſum. Vide
runt te aquę deus viderunt & timuerũt. Ergo qa
lex ſpiritalis eſt: & fides hiſtorię non periclitatur: ſi
rebus effectis ineſſe connexam ſibi extrinſecus ſi-
gnificantiam exiſtimemus videmus & aquas eſſe
ſuper quas ſit ſpiritus dei & aquas eſſe quę ſup cæ
los ſint: eſſe & quæ in terris ſint: & aquas eſſe quæ
laudent: & aquas eſſe quæ timeant. Per quas recte
ſignificari nationes intelligemus in quibꝰ ſint ſpi-
rituales: ſint tenebroſę: ſint cęleſtes/ſint terreſtres:
ſint glorioſum aduentum domini laudaturæ ſint
& timentes. Hæ ergo ſunt trepidæ/terrenæ/tene-
broſæ abſorbere nos volentes animis concitatis
in ira & toto diabolici furoris impetu cõmotis. tã-
q̃ maximę hyemis tempeſtates torrentibus & p̃p̃
ceps ruentibus. Atq; ita in ordine confeſſionis no
ſtrę ad dominũ adiecit propheta. Torrentem per-
tranſiuit anima noſtra forſitan pertrãſiſſet anima
noſtra aquam immenſam. Ecce diaboli & ſuorum
irruentes impetus et ex turbidis motibus concita
tos furenteſq; procurſus: tempeſtates temporarię
torrentes. Sed hęc intolerabilis aqua animam non
trãſit in qua deꝰ habitat. Intolerabilis aũt eſt deo
vacuis. His autẽ in quibus deus eſt torrens repen-
tinus eſt. poſt paululum vero ad tranſeundi facul
tatem aridus & exhauſtus. Atq; vt nullus hic de
aquis ſenſus eſſet conſequitur. Benedictus domi-
nus qui non dedit nos in captionem dentibus eo-
rum. Et qui ſunt torrentium dentes? Sũt plane ad
laniandum apprehendendũq; vehementes ira: cu
piditas: laſciuia: odium: gula: auaricia. Hi ſunt dẽ
tes mali & tenaces. Per hæc enĩ ĩ nos captos lania
toſq; dominant̃ dum vitiorum ſuorum aut mini-
ſtros aut conſortes eſſe nos faciũt. Quibus nõ car
nes noſtrę ſed animę: niſi deus in nobis eſſet man-
derẽtur. Ait enĩ. Anima noſtra ſicut paſſer erepta
eſt de laqueo venantium. Laqueos qui venant̃ oc-
culte & fallentes prætendunt: aut abſconſos val-
libus: aut herbis contectos: aut cibis oblitteratos:
nubibꝰ concolores. Et hęc quidem ad beſtias atq;
aues cæteras nobis vero aduerſus animam hæc pa
rantur. Eſt enĩ nobis laqueus in otiũ pecunia am-
bitio laſciuia. Hęc prętendũtur: hęc blandiuntur:
hæc fallunt. Sed ab his omnibus voluntas noſtra
eſt refrenãda. Omnibus enĩ hi laquei prætẽti ſũt:
ſicut ſcriptum eſt. Non enĩ iniuſte in terram præ-
tenduntur retia auibꝰ: perfecta enim gloria eſt ab
his laqueis qui prętenſi ſunt euolare. Deniq; pſal-
mus ita dicit. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt
de laqueo venatorũ. Nõ vtiq; venãtiũ ſed eorũ q-
bꝰ in venatione tenſi ſũt laquei. Nõ enĩ cũ qs in la
queum inciderit tunc fiet peccator: ſed cum om-
nibus tendantur: ille tantum qui iam ſit peccator
in laqueo eſt ſicut ſcriptum eſt. Oculus meretricis
laqueus eſt peccatoris. Ergo a peccatis omnibus
abſtinendum eſt: ne incidamus in laqueum. Spiri-
tuales enim ſumus: & euolamus vt paſſeres. paſ-
ſer auis domeſtica & ædificiorum incola non mo-
mentanea: non temporaria ſed ſine demutatione
vlla aut temporis obſeruatione conſiſtens. Nos er
go ſine viciſſitudine temporum eccleſiam incolẽ-
tes abſtineamus a peccatis: vt a laqueis euolemꝰ.
Laqueus enim per deum in nos habitantem conte
ritur. quia ita ſequitur. Laqueus contritus eſt: &
nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in no-
mine domini qui fecit cælũ & terram. Hoc adiu-
torio laqueus conteritur. hoc adiutorio liberamur
in nomine domini qui fecit cęlum & terram. quod
eſt ſcilicet ſuper omne nomen in quo omne genu
flectitur cęleſtium terreſtriũ & infernorum. & om
nis lingua confitebitur. quia dominus Ieſus in glo
ria eſt dei patris qui eſt benedictus in ſæcula ſæcu
lorum Amen.

Incipit Expõ pſal. CXXIIII.
Canticum gra
duum.

QVI cõfidũt in domino ſicut mõs Syon
Faciũt nobis plerıq; obſcu-
ritatem voleres ſcripturas
propheticas ſolo aurium iu
dicio ęſtimare & non aliud
in his intelligere ꝗ qđ ſub ſingulis rerũ quarũcũq;
vocabulis audiatur. Qđ cũ volunt: neq; nobis qđ
intelligamus relinquunt. neq; prophetas non di-
co cęleſtia ſed ne terrena quidem rationabiliter di
xiſſe conſtituũt. Quid eñ aut a nobis cõgrue tra-
ctabitur aut ab illis recte dictum exiſtimabit᷑ cum
aquas laudantes/videntes/timentes/& plauden-
tes manibus audiemus: niſi ex auctoribus ſcriptu
rarũ earundẽ ſub aquarũ noĩe alıđ ſignificari qđ al
terius ſit gñis mõſtremus? Id ſcilicet qđ ſit viuum
ac ſentiens & ad rei vniuſcuiuſq; iudicium ſuo ſe
motu ſenſuq; ſemper mouens qđ eſſe homo intelli
gitur laudans/videns/timens/plaudens/iudicãs.
Nec eñ hũanę affectionis genera in aquis eſſe ſer-
mo propheticꝰ edidit. Quorum quia in aquas na
tura non conuenit: nec propheta de aquis dixerit:
nec nos de aquis dictũ intelligamus. Hęc propter
ea quæ in præſenti pſalmo ſunt retractari conue-
nit: quæ talia ſunt. Qui confidũt in domino ſicut
mons Syon nõ cõmouebitur inęternum qui habi
tat in Hieruſalem. Montes in circuitu eiꝰ. Nomẽ
montis Syon & habitatio in Hieruſalẽ. & montes
circum eam ſi nullam interioris intelligentiæ ha-
bent cauſam inanis eſt pſalmus & mẽdax prophe
ta in quo ſpiritusſanctus locutus eſſe credatur. Eſt
eñ mons ſyon ciuitati Hieruſalẽ iminens. Eſt ea-
dem ciuitas circa quã extrinſecus plures ſũt mon
tes. Qui ergo confidit in domino quẽ profectũ ha
bebit: vt ſit ſicuti mons Syon. Ex rationabili hoĩe
fieri ſaxum: arborẽ: ceſpitem & de natura animali
in naturam inanimalem referri. Iam vero quõ fide
lis hic ſermo ſit non cõmouẽdum eũ inæternum
qui habitat in Hieruſalem. Nunquid Hieruſalem
ipſa ſanctificationẽ habitantibus afferebat: vt ha-
bitatio eius firmitas eſſet æterna? Cum illic ſacrile
gia: cædes prophetarum: iudicium mortis in deũ:
fuga apoſtolorum: crucis ſcandalum ſit? Habitã-
tes aũt in ea quotiẽs captiui: quotiẽs perempti ad
vltimũ vrbs ipſa funditꝰ diruta ẽ: & ꝗ vaſtationi
eius reſidui erãt iã capti atq; diſperſi ſũt. propheta
hoc ipietatis eius excidiũ ita antea nũciãte terra ve
ſtra deſerta; ciuitates vſq; igni crematę. regionẽ ve
ſtram in conſpectu veſtro exteri comedent: & de-
ſolata & ſubuerſa a populis extraneis derelinquet᷑
filia Syon. vt tabernaculũ in vinea: & ſicut caſa cu
ſtodiaria in cucumerario. Iam ergo inanis ẽ ſermo:
inanis eſt prophetia quæ addiderit. Montes in cir-
cuitu eius & dominꝰ in circuitu populi ſui ex hoc
nũc & vſq; in ſæculum. Hieruſalem euerſa eſt; po-
puli eius extincti ſunt. reliquię eius diſſipatę ſunt
hodie in ea non habitat non ſacerdos: non pro-
pheta: non princeps: ſed ipſa obtrita: deſerta ſine
fructu eſt. Et quõ habitator eius nõ cõmouebit᷑ in
ęternũ? et dominus in circuitu populi eius: ex hoc
vſq; in ſæculũ? Ergo non poteſt de ea prophetatũ
videri: a qua prophetię veritas diſſidebit. Sequens
igitur eſt vt quęramus in quos dictorum ratio cõ
ueniat. Et quidem primum animaduertẽdum eſt
nõ alterius montis ꝗ Syon factam mentionẽ. Legi
mus eñ mõtẽ eſſe domini & Choreb vſq; ad quẽ
primum Moſes cum multa obiſſet acceſſit. Eſſe
& mõtem domini Syna in quo populo lex ſcripta
ſit. Eſt & Syon mons ſupereminẽs Hieruſalẽ. Sed
quia in hunc montem prophetię nullus eſt fructꝰ
videndum eſt quid in monte intelligi oporteat: &
habemus optimũ intelligentiæ ducem Eſaiã. Nã
cum ſuperiꝰ montem domini excelſum ſignificaſ
ſet: ad quem gentes vẽturę eſſent ait. Propter hoc
ſic dicit dominus. Ecce mitto in fundamẽta Syon
lapidem pręclarum/electum: angularẽ/precioſum
in fundamenta eius. Et qui credet in eum non con
fundetur. Et non ambiguum eſt apoſtolum fun-
damẽtum chriſti ſignificaſſe per qđ beata illa dñi-
ci corporis eccleſia cuius fundamentũ eſt chriſtus
ſignificari videtur in montem quã idem apoſtolꝰ
& Hieruſalem nũcupat. dicens. quę nũc eſt Hieru
ſalem. & ſeruit cũ filiis ſuis. Ea autẽ quę ſurſum eſt
Hieruſalem libera eſt. quæ eſt mater noſtra. Habe
mus ergo montem Syon domini: habemus & ci-
uitatem dei Hieruſalem. Et nominis Syon in-
terpretatio eſt ſpeculatio. Sic ergo montem do-
mini in Daniele accipimus ex monte in lapidem:
Et rurſum ex lapide in montem. Exinaniuit eñ ſe
in forma dei cõſtitutus: & formam ſerui accepit:
& per paſſionem ſuam mundo cũ ſuperſtitionibꝰ

ſuis terroribuſq; proſtrato in gloria dei patris ē: &
deus ſuper omnia eſt propter infirmitatem carnis
ex monte in lapidem exinanitus propter gloriam
paſſionis ex lapide ruſum effectus in montē. mōs
ſupereminens & excelſus in quo ipſi noſmetipſos
per aſſumptionem carnis noſtrę corporiſq; ſpecu-
lamur. In eo eñ ſumus reſurrectio: in reſurrectione
noſtri: in eo nobis ē corporis cōtēplatione ſpecula-
tio. Eſt eñ ſyō mōs. Loq̄r ītērptatiōnē hāc hebrai-
ca lingua q̄ dictū ē mōs ſyō. mōs ſpeculatiōis ē. Lo
quaſ & Paulꝰ & dicat. Noſtrā aūt cōuerſatio in cę
lis eſt. Vnde & ſaluatorem noſtrū expectamus do
minum Ieſum Chriſtum qui trāſſormabit corpus
humilitatis noſtræ: conformatum corpori gloriæ
ſuæ. Dicat & ruſum. Et cum eſſemus mortui pec
catis viuificauit nos ſimul cum chriſto & coexcita
uit & collocauit in cęleſtibus. Dicat & euangeliū.
Quotquot aūt receperūt eū dedit eis poteſtatem
filios dei fieri. Dicat ergo nunc & propheta. Qui
confidunt in domino ſicut mons Syon non com-
mouebitur inęternum qui habitat in Hieruſalem
Sequitur apoſtolū: ſequamur euāgeliū: ſequamur
prophetā. Confidamus in domino vt conformes
corporis glorię dei ſimus. habitemus nūc eccleſiā
cęleſtem Hieruſalem: vt nō moueamur inęternū
In hac eñ habitantes: habitabimus & in illa quia
hęc illius forma eſt. Ex parte eñ cognoſcimꝰ & ex
parte prophetamus. Et nunc videmus per ſpecu-
lum in ænigmate: tūc aūt facie ad faciē. Sed & hæc
cæleſtis: & illa cæleſtis: & hęc Hieruſalē: illa qdem
eccleſia angelorum multitudine frequentiū. Sed
eſt eccleſia primitiuorum: et eſt eccleſia ſpirituum
in domino fundatorum. Fundādi ergo ſumus in
ſpiritu: & in hac habitantibus ſtandum eſt: nō diſ
currendum ſicuti Moſi dictum eſt. Tu aūt hic me
cum ſta. Non ſimus procurſibus vagi: neq; viis in
certi: neq; inanis doctrinæ vento euolātes. In ęter-
num eñ manēdum eſt: ſi ſine cōmotione ſteteri-
mus. Sed neq; deſunt ſtare volentibus ſanctorum
cuſtodię neq; angelorū munitiones. Dicif eñ. Mō
tes in circuitu eius: & dominus in circuitu popu-
li ſui ex hoc nunc & vſq; in ſæculum. Hos ergo ſe-
cundū ſuperiora exempla montes eſſe exiſtimabi-
mus humilitatem terræ excedētes: firmos & excel
ſos & immobiles. Cum eñ & montem ſignificari
eccleſiam id eſt dominum in corpore legimꝰ: & in
uenimus montes dei exultare atq; lętari. ſcriptum
eñ eſt. montes exultauerunt vt arietes. Quō poſ-
ſumus montes non eos ſignificatos eſſe intellige-
re qui ſuper terrenam naturam glorioſi iam in dei
rebus exultant: Ac ne leue præſidium in apoſtolis
vel patriarchis ac prophetis: vel potius in angelis
qui eccleſiam quadam cuſtodia circūſepiant: cre-
deremus adiectum eſt. Et dominus in circuitu po-
puli ſui ex hoc nunc & vſq; in ſæculum. Sed forte
apoſtolorum vel angelorum cuſtodia ſufficiēs ex-
iſtimetur: verum id quidē eſt: ſed & Moſem audia
mus. Nanq; cum ei dominus dixiſſet. Ecce ange-
lus meus antecedet te. & ille reſpondit. niſi tu me-
cum ambulaturus es ne me expellas hinc. Bonum
quidem prēſidium angeli: ſed meliꝰ domini. Mul
tis anima noſtra laqueis appetif: multis aduerſus
nos armis dimicaf. Non terra. non maria: non aer
a fidei noſtrę periculo vacant. Rapiūt oculos nr̄os
rarę incogniti maris gēmę. occupat animum terrę
aurum: totis nos mortis noſtrę illecebris ſpiritua-
les nequitię: & aeris huius virtutes circumuolant:
per vitę præſentis moleſtias per alienæ voluntatis
mores atq; laſciuiam: inſidiantes vt iraſcamur: vt
oderimus vt amemꝰ vndiq; expectamur & appe-
timur. Sciens ergo dominꝰ non aduerſus carnem
& ſanguinē nobis pugnam eſſe ſed aduerſus mū-
di huius potentes & nequicias ſpirituales. ait euā-
gelia conſummans. Ecce ego vobiſcum ſum om-
nibus diebus vſq; ad conſūmationem ſæculi. Ad-
eſt eñ & cum fideliter inuocatur per naturam ſuā
præſens eſt. Spiritus nanq; eſt omnia penetrans &
continens. Non eñ ſcđm nos corporalis eſt vt cū
alicubi adſit: abſit aliūde. ſed virtute præſenti & ſe
quacunq; eſt porrigenti. Cum replente omnia eiꝰ
ſpiritu in omnibus ſit: tamen ei qui in eū credit ad
ſiſtit. Nam & tribus vel duobus in nomine ſuo cō
gregatis erit præſens & in circuitu oīs populi ſui
ex hoc & vſq; in ęternum Sed quid ſibi vult eſſe eū
in circuitu populi ſui ex hoc & vſq; ī ſęculū: Quia
non relinquet virgam peccatorum ſuper ſortē iu-
ſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitate ma-
nus ſuas. In virga poteſtatem intelligi cōuenit: in
ſigne eñ poteſtatis eſt. Virgā accepit Moſes qua
poſſet omnia. Fuit et virga Aaron. ſed fuit & vir-
ga Pharaonis: fuit & virga Nabuchodonoſor. Er
go in circuitu nos dominus cuſtodit: ne ſuper ſort-

tem noſtram peccatorum virga derelinquaẽ. Veniunt quidem tribulationes ſed non permanebũt veniunt perſecutiones ſed non perſiſtẽt. Multi redigere libertatem fidei noſtrę in captiuitatem volunt: ſed confeſſioni noſtrę quã in chriſto habemꝰ nemo dominaẽ. Non eñ ſuper noſtram peccatoris virga derelinquitur. Dominus nãq; in circuitu populi ſui eſt inęternum: ne victi & fatigati virgę imperio ad iniquitatem extendamus manus nr̃as Sed virga cum inciderit auferetur: & peccator cũ incubuerit non derelinqueẽ. Breue eſt quicq̃d patiemur ab aduerſariis dei. & habet victoriæ pmiũ licet non habeat pręlii lõgi laborẽ Dominus adeſt etiam ſi vis aliqua compellit. abſtineamus manus noſtras ab iniquitatibus. Non extendamus opera noſtra in peccata: quia domino in circuitu nobis conſtituto virga peccatoris non derelinquetur vt maneat. Poſtq; conuerſio fit prophetę retributionem a domino ei qui ab iniquitate manꝰ abſtinuerit imprecãtis. Bene fac domine bonis & rectis corde. Probitatẽ & facti & voluntatis in vtroq; ſignificans. Multis eñ vel propter hominum fauorem/ vel propter periculum & metum facti opus bonũ eſt. Verum niſi ex volũtate boni ſimꝰ/etiam ſi hominibus boni videbimur: tamen deo boni non ſumus. quia perfecta bonitas in recti cordis conſiſtit affectu. Retributio aũt vt bonis adeſt: ita & malis non abeſt. Nam ſequitur. Declinantes autẽ ad obligationes adducet dominus cum operãtibus iniquitatem Et hic quoq; duplicis ſignificãtię ſermo eſt: declinantium ad obligatiões & operantiũ iniquitates. Qui declinant ex alio in aliud declinant ideſt ex bonis operibus recti cordis in obligationes Et quas eſſe obligationes exiſtimabimꝰ? Eas nempe quas ſolui monuit propheta dicens. Nõ tale ieiunium elegit dominꝰ: ſed ſolue omne vinculum nodũ iniquitatis diſſolue: obligationes vehementiũ cõmutationũ. Si quis ergo ſe a pręceptis dei declinans his obligationibꝰ colligauerit: adducetur cum operantibus iniquitatem: in eãdẽ ſcilicet ſententiæ poenã trãſgreſſor & iniquus futurus. Qui eñ operatur iniquitatem ab obſeruatiõe legis alienus eſt. qui aũt declinat ex lege: legem in qua manſit ante tranſgreditur. Nõ declinandum igitur ad obligationes eſt: neq; libertas noſtra eſt nexibus ſæculi & mundialiũ negotiorum vinculis inſerẽda.

Nouit Paulus beatus hanc libertatis ſolutionem qui dicit. Solutus es ab vxore noli quęrere ligationem. Et hoc non de criminoſo vinculo neceſſariæ ligationis ſenſit. Cæterum ſunt alia vincula quæ fidem noſtram impediunt & obligant ſibiq; cõnectunt: maxime augendę pecunię labor/& negociãdi inſincerus profectus. Hæc eñ ita obligant peccatis/ſacramẽtis/cõmerciis vt ſibi nos captos ſeruoſq; detineãt. Ab his ergo mens/volũtas/ſtudiũ ſoluendũ eſt. quia declinãtes ad obligationes vnã adducẽtur cum operantibus iniquitatem. Erit autem Iſrael pacificus nõ derelicta ſuper ſe virga peccatoris ſed in fide perfecta ac ſpe ęterna manẽs: audiet pro portiõe ſibi dici pax ſuper Iſrael. Ille eſt eñ pax noſtra qui fecit vtraq; vnũ dominus noſter Ieſus Chriſtus qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum Amen.

Explicitus eſt tractatus pſalmi. CXXIIII.
Incipit de Pſalmo: CXXV.
Canticum graduũ.

torib⁹ in dorſū fabricantib⁹: cū huic ad deſtinatū
currendi illis ſemper fabricandi modus nullus ſit:
ſit peccatorum prolixa ſeries & multiplex longi
tudo. Sed quid tandem poſt hanc iniquitatum lō
gitudinem maneat noſcendum eſt. Sequitur eñ.
Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum.
Iuſtus dominus patiens ſcilicet in vltionem: diſſi
mulator ad pœnitētiæ tempus: non inter exordia
humanæ iniquitatis promptus ad pœnam: ſed de
ſinendi a criminibus ſeram ſcilicet voluntatē pec
catorū expectans. Tunc ceruices concidet cum fi
ne aliquo deſinendi modo fabricantur: cum in lon
gum peccata tenduntur: cum iam omne patiētiæ
miſericordiç tempus excluſum eſt. Exprobari au
tem ſemper contumacibus legis meminimus: q;
dura ceruice ſint: cum ceruicoſum populum eſſe
Moſes ad deum arguit. Cum propheta filiab⁹ Sy
on exprobrat q; alta ceruice incedāt. Ceruice ſci
licet iugum dedignante ac operib⁹ fidei inſolente
patientia dei ad perducendam peccatorum longi
tudinem abnuente. Submittenda autem ceruix ē
iugo ſuaui: ad qd dominus inuitat dicens. Tollite
iugum meum ſuper vos: & diſcite a me quia mitis
ſum & humilis corde. Non concidenda ceruix eſt:
huic ſe ſubdens iugo. Eſt etenim hoc humilitatis

& manſuetudinis iugum non ſemper impugnans
non in dorſo fabricans: non peccata prolongās: ſed
humilitate & patientia ceruicē ſubditam fouens:
ſuperba illa inſolentiq; ceruice iuſti iudicii cōcidē-
da decreto. Dehinc ſequitur. Confundantur & re
uereātur retrorſū oēs q oderūt ſyon. & reliqua Fre
quenter admonuimus ſyon montem eſſe Hieruſa
lem proximum. Sed cum rex Syon: cum filia Syō:
cum portę Syon a prophetis nuncupantur primū
ipſo nomine intelligi oportet aliud ſub Syon ſigni
ficatione monſtrari. Syon enim ſpeculationis inter
pretatio eſt. Et quod nobiſcū ſpeculatio: id hebrai
ce Syon dicitur. Tum deinde dicti apoſtolici me-
miniſſe nos conuenit ad montem Syon & Hieru-
ſalem cæleſtem acceſſiſſe nos in dominum noſtrū
Ieſum chriſtum credentes: in cuius glorificato cor
pore qd in cæleſtem gloriam trāſformatum ē ſpei
noſtræ honorem ſpeculamur. Humilitatis noſtrę
corpore in gloriā corporis ſui conformādo. Eccle-
ſiam autem eſſe corpus chriſti cuius inuicem mē-
bra ſumus apoſtolus teſtis eſt: dicēs. Quia ipſa ſy
on mons domini: regis filia: ciuitas ſancta viuis la
pidibus in fundamento prophetarum & apoſto-
lorum ędificata eſt. Hanc ergo quiſquis odit, odit
eum cuius & corpus eſt. Eſt enim ſpeciale hoc ad-
uerſus fideles infidelium odium. Confundendi er
go erunt qui Syon oderunt: & retrorſum reuertē-
tur: non in cæleſtia currentes: neq; ad futura rēdē-
tes: ſed ad terrena ſua & originalia reuerten res pu
dorem iniquitatis & infidelitatis ſuæ iudicii tem-
pore ſentientes: & in poenalem corporum ſenſum
amiſſa reſurrectionis demutatione redeūtes. Hoc
ipſum autem pſalmi conſequentia docent. Fiant
ſicut foenum ędificiorum qd priuſq̄ euellatur aru
it. De quo non implebit manum ſuam qui metet:
& ſinum ſuum qui manipulos colliget Et non di-
xerūt qui præteribār benedictio dñi ſup vos. Nul
lū (vt arbitror) ſecundum corporalem intelligen-
tiam ędificiorū foenum eſt. Eſt autem agri: eiuſdē
q; fructuoſiſſimi. Ergo nihil hic ſecūdum aurium
ſenſum tractandum atq; opinādū eſt. Sunt autem
ſecundū ſcripturæ auctoritatem ędificia firma ſūt
& infirma. Firma ſunt quæ fundamentis fidelibꝰ
ſupra petram iacta fluuiis: ventis: īundationibus
non mouentur. Sunt & infirma quæ arenoſo ędi-
ficata fundamine cum tempeſtates ortę erunt ef-
ficiunt ingentes ruinas. Sunt & ſationes duę ſecū
dum apoſtolum ſpiritus videlicet & carnis. Et qui
ſpiritualia ſeuerit: ſpiritualia metet & qui carna-
lia ſeuerit: carnalia metet. Ergo qui ſæpe & quidē
a iuuētute īpugnabār: q ſup dorſū fabricabant: q
prolongauerunt iniquitates quorum concidētur
ceruices qui oderūt Syō. Hi ſicut foenū ędificiorū
erunt inutiles: & corporeæ huius pręſentiſq; vitę
fructum caſſum inanemq; ferentes. Aedificia eñ
atq; recta ſecundum euangelicam cōparationem
humana ſunt corpora: aut fide firma: aut infideli-
tate ruitura. Ab hoc etiam ędificii tecto inſtante p
ſecutione dominus vnūquenq; vetuit deſcende-
re dicens. Et q ſuper rectū eſt: non deſcendat tolle-
re de domo aliquid. Certe in perſecutione fugien
dū eſt: & quō de recto inhibuit deſcendere: niſi q;
cura corporis derelicta quia ſuper rectum inſiſtēs
ideſt ſup terrenam naturā manens humilia repete
re & deſcendere ad inferiora prohibetur! Verum
impii ędificiorū foenum ſunt: inania enim ſeuerūt
Et foenum etiam anteq̄ euellatur areſcens de quo
neq; manum ſuam meſſor implebit: neq; ſinū ma
nipulos collecturus onerabit: non pręteriēs fructu
um gratulatiōe benedixit. Inanes ſunt: vacui ſūt:
inutiles ſunt: inania eñ & inutilia ſeuerunt. O in-
foelices labores & infructuoſa carnis opera infru-
ctuoſo ędificiorum foeno cōparata: & anteq̄ euel-
lantur arida: ideſt ante ipſum inutilis ipſius meſſis
tempus emortua. Sed quia horum ędificiorū foe-
num carnalium operum eſſe fructus tractauimus:
conſiderandum eſt quæ differentia ſit in eo q im-
plet manū & qui manipulos ſinu colligit. Nō eñ
idem eſt: neq; ſcriptura res eaſdem iterare geminis
elocutionibus ſolita eſt. Plus eſt enim ſinu collige
re q̄ manum replere. Et quidem qui manū replent
fructum recipere recte geſtorum videntur, quia in
manibus ſermo diuinꝰ opera ſignificat. In ſinu ve
ro conſcientiæ & fidei & perfectę voluntatis de-
monſtratur affectus. Plus enim metit conſciētia q̄
geſta Hæc nāq; manum replēt: manipulos vero il
la ſinu colligit. Duos denarios viduę inopis acce-
ptiores dominꝰ habet copioſis diuitum nummis
Tanto pręſtat operibꝰ voluntas & opera ob id ma
num implent. Sed ſinus manipulorum ſunt capa-
ces. Ergo hoc ędificii foenum neq; metentis manū
neq; manipulos colligentis ſinū replebit: ſed neq;

prætereuntes dicēt benedictio domini ſuper vos.
Et q̄ ſunt p̄tereuntes: niſi qui tanq̄ p̄egrināter cor
poralis vitę ſæculū trāſeūt: nō manētes i his q̄ nul
la ſūt ſed ad ętna tēdētes. Neq; his q̄ cōſpectui ſub
iacēt imorātes: ſed ad iuiſibilia pgētes? Vt autem
penitus qui ſint tranſeūtes intelligam⁹: audiam⁹
Moſē dicētē, tū i rubo ignē cōſpexit: ſine dāno ru
bi i quo cōflagrabat ardētē. Ait eñ. Trāſibo & vi
bo viſionē hāc. Quid eſt iſtud trāſibo? Nulla eñ
locorū interualla diſcreuerāt; eodem in loco & lo
quitur & videt. Quid ergo tranſit? Tranſit plane
corporales carnaleſq; curas. & ſoceri ſui oues pa-
ſcens in cæleſtem cognitionē relictis terrenis ope-
ribus excedit. Verum & ipſe pertranſiit qui in ſu-
periore pſalmo ait. Vidi impium ſuperexaltatum
& eleuatum ſicut cedros libani & tranſiui & ecce
non erat. Quem ammiratus in ſæculi rebus ē; quē
in corporeis rebus manens excelſum eleuatumq;
conſpexit: hunc tranſiens ideſt peregrinus ſæculo
factus & in cæleſtem ac ſpiritualem cognitionem
de terrenis & caducis rebus excedens nunc nihilū
habuit: & iam non eſſe dixit: & mortuū deputauit
Negant ergo ædificiorum fœno prætereūtes dei
benedictionem fructibus aridis & caducis ſciētes
gratiam diuini muneris denegandam. Sed p̄phe-
tæ vota dura atq; aſpera eſſe credentur. totus eñ
eius ſermo tanq̄ optantis fuit cum ait. Fiant ſicut
fœnum ædificiorum. Sed abſit iſtud vt propheta
imprecatus eſſe credat̄. Ex prophetali autē ſciētia
hæc locutus eſt. et cognitionis fuit ſermo iſte non
voti ſimul vt peccatoribus terror ingrueret inani-
tatem fructuū ſuorum areſcentiū cogniturꝭ. Por
ro autem votorum ſuorū oſtendit affectū dicens.
Benedicam vos in nomine domini. Prompta be-
nedictio eſt ſi iis qui ſerebant ędificiorum fœnum
ſerere incipiant q̄d meſſoris manum & colligentis
manipulos ſinū repleat. Aridis ergo operib⁹ emor
tuos fructus ſuos in fœno ædificiorum mōſtrauit
propheta benedictiones negādo. vota autem ſua
erga pœnitentiū ſalutē pro reditu bonæ operatio
nis oſtendit. benedictiones rurſum quas negauit
optādo. Seramus ergo viriliter: & labores noſtros
replendis manibus ac ſinibus præparemus: vt be-
nedictionis dei participes ſimus in domino noſtro
Ieſu xp̄o q eſt benedict⁹ in ſæcula ſæculorū Amē.

Finitur tractatus pſal. cxxviii.

Incipit tractatus pſal. cxxix.

De profundis clamaui ad te domine: dn̄e ex-
audi vocem meā. Et reliqua.
Inter multa præclara quæ ad
romanos apoſtol⁹ ſcribit: cum
de fide gentium & infidelitate iudæorū locutus
eſſet: & multa de iudiciis dei decretiſq; tractaſſet
ait. O profundum diuitiarū ſapientiæ & ſcientiæ
dei q̄ ſunt inſcrutabilia iudicia eius: & inueſtiga-
biles viæ eius? Quis enim cognouit ſenſum domi
ni: aut quis conſiliarius eius fuit: aut quis ante de
dit ei & retribuetur illi? Quia ex ipſo: & per ipſum
& in ipſo ſunt omnia. Ipſi claritas in ſæcula ſæculo
rū. Humanæ infirmitatis religioſa confeſſio eſt ex
deo hoc ſolum noſſe q; deus eſt. Cæterum ſecreta
illa & p̄funda imperſpicabilis iudicii decreta mēs
terrena non penetrat. Inueſtigare quidem ea per-
ſcrutariq; piū eſt: ſed inſcrutabilia ea eſſe & inueſti
gabilia cōfitenda ſunt: quorum eſt alterū religio
ſæ volūtatis alterum inperſpicabilis naturę. Quis
enim cauſas naturaſq; cęli & huius & ſuperioris &
cæterorum ſciet? Quis angelorum & poteſtatum
& dominatuum & thronorum & principatuum
officia rationeſq; percipiet? Quis cherubin & Se-
raphin perpetuas voces æternaſq; intelliget?
Quis laudantes dominū ſuper cælū aquas cogno
ſcet? Quis Solis lunę & aſtrorum lumina cōperta
eſſe ſibi gloriabitur? Quis hanc inanis nobis vt fal
ſo putamus aeris plenitudinem metietur? Iā vero
aut diſpoſitionem orbis terrarum aut elementorū
virtutes aut temporum mutationes: aut fluminū
curſus: aut maris fines: aut occeani viciſſitudines:
aut ventorum flatus: aut naturas animalium: aut
iras beſtiarū: aut genera arborū: aut virtutes radi-
cum: & origines animarum: & incrementa corpo
rum: & infantium mortes: & ſenū vitā: & labores
ſæculi: & ſanctorum glorioſas calamitates: & irre-
ligioſorum infœlices beatitudines: & legis & pro-
phetarum & euangeliorū & apoſtolorum archa-
no cœleſti libros conſecratos plenæ cognitionis
ſcientia conſequetur? In his igitur omnibus hærēs
ac detentus propheta ex interno cordis ſui ſecreto
ſecundum apoſtoli vocem & ipſe clamat dicens.

De profundis clamaui ad te domine. Pone illũ ſe-
cundũ apoſtolũ in profundo diuitiarũ dei imper-
ſcrutabiliũ & iueſtigabiliũ demorãtẽ: ſtatue illũ de
pſundo humanarũ calamitatũ ęſtu precantẽ. ſe-
cundũ eam domini quæ eſt in anteriore pſalmo vo
cem. Veni in profundũ maris & tempeſtas demer
ſit me. Exiſtima illum nõ labiis ſed ſecreto (vt iuſ
ſum eſt) cordis orate: apta aut ignoratiõi: aut paſ
ſioni: aut orationi vox iſta dicentis eſt. De profun-
dis clamaui ad te dñe. dum aut neſcit aut patitur:
aut precatur. Et quia de profundis clamat: confi-
denter ait dñe exaudi vocem meam. Fiant aures
tuæ intendentes in vocẽ orationis meæ. Sed quę-
rendũ eſt an idipſum ſit exaudi vocẽ meã: & fiant
aures tuæ intendentes in vocem orationis meæ.
De profundis eñ orat: & profundũ ẽ quicqd orat.
ac primum intelligendum eſt deum incorporalẽ
eſſe neq; ex partibus quibuſdã atq; officiis mẽbro-
rũ (ex qbus vnũ corpꝰ efficitur) cõſiſtere. Legimꝰ
eñ in euangelio qñ deus ſpiritus eſt inuiſibilis ſci
licet & immẽſa atq; intra ſe manens & æterna na
tura. Scriptum quoq; eſt qñ ſpiritus carnẽ & oſſa
non habet. Ex his eñ corporis membra conſiſtunt
quibus ſubſtantia dei non eget. Deus autem q &
vbiq; & in omnibus eſt: totus audit: totus videt:
totus efficit: totus incedit. Et hoc ex ſcripturis do
cemur cum dicitur. Ego ſum deus appropinquãs
& non de longe. Et rurſum. quoniã in ipſo & viui-
mus: & mouemur: & ſumus. Virtus ergo dei quæ
æqualis: & indiſcreta eſt officiorũ & membrorum
habet nomina. Vt virtus qua videt oculi ſint: vir
tus qua audit aures ſint: virtus qua efficit manus
ſint: virtus qua adeſt pedes ſint: officiorum diuer
ſitates virtutis huius poteſtate peragente. Deus
ergo vbiq; eſt: & vbiq; adeſt: audit: videt: efficit.
Sed orandus a nobis eſt vt ſecũdũ precem noſtrã
aſſit: audiat: videat: efficiat. Naturæ ſuæ eſt vt au
diat: ſed fidei noſtrę eſt vt precemur audiri. Audit
conuiciantes: audit maledicentes: audit etiam in
tra ſecreta cordis loquentes. Sed fides officium ſu
um exequitur: vt dei auditionem roget: Vt q per
naturam ſuam audit: per orantis precem digne-
tur audire. Qd ſi quis forte corporeum deũ & con
formabilem: & membris diuerſum: quia nõ idem
oculus qd & manꝰ eſt. ob id eſſe exiſtimabit qd di
ctum eſt. Faciamus hominem ad imaginem & ſi
militudinẽ noſtrã primũ meminiſſe debet homi-
nũ iſtitutionẽ naturis duabus cõtineri animę ſcili
cet & corporis. quarũ alia ſpiritalis: alia terrena eſt
Et inferiorem hanc materiã in efficientiã atq; ope-
rationẽ naturę illius fuiſſe potioris aptatã. Ergo qſ
quis ita volet credere: vt corporalis deus ſit: quia
ad imaginem eius homo factꝰ eſt cõpoſitũ eſſe de-
um ſtatuet ex potiore ſcilicet iferioreq; natura. qa
de talibus homo conſtat. Quicqd autẽ cõpoſitũ ẽ
neceſſe ẽ nõ fuerit æternum. quia cõpoſitio habet
initiũ quo cõponatur vt maneat: Sed hæc infideli
tatis deliramenta ſunt. dũ p cæleſtis naturæ igno-
rationem intra has opinionis anguſtias vitio inge
nii degeneris coarctamur. Deus autẽ ſemp & in oĩ
bꝰ manẽs vbiq; idẽ & nuſq̃ ipſe nõ; totꝰ cũq; pul-
cherrimũ opus perfecto iã mũdo ĩchoaret hominẽ
ſcilicet ad imaginem ſui faciens. eum ex humili na
tura cæleſtiq; compoſuit anima videlicet atq; cor
pore. Et priꝰ quidẽ animã illã diuino illo & ĩcõpię-
hẽſibili nobis virtutis ſuæ opere cõſtituit. Nõ eñ
cum ad imaginẽ dei hominẽ fecit: tunc & corpus
effecit. Geneſis docet longe poſtea q̃ ad imaginẽ
dei homo erat factꝰ puluerẽ ſumptum formatũq;
corpꝰ: dehinc rurſus in animam viuentem p inſpi
rationem dei factũ. Naturam hanc ſcilicet terre-
nam atq; cæleſtem quodam inſpirationis fœdere
copularã. Scit ſe beatus apoſtolus Paulus per inte
riorem & exteriorem hominem diſſidere. Per inte
riorẽ quidem hominem delectatũ legi: per exteri-
orem vero hoc qd non vult agit: cum interior ho-
mo ſpiritꝰ opera deſiderat: exterior voluptates cor
poris concupiſcit. Ergo ad imaginem dei hõ inte-
rior effectus eſt rationabilis: mobilis: mouẽs: citus
incorporeꝰ: ſubtilis: æternus q̃tum in ſe eſt ſpeciẽ
naturæ principalis imitatur. dum tranſcurrit: dũ
circumuolat: & dicto citius nunc vltra oceanum
eſt: nunc in cælos euolat: nunc in abyſſis eſt: nunc
orientem occidentemq; perluſtrat. dũ nũq̃ vt nõ
ſit aboletur. Natura quidem dei in his omnibꝰ eſt
neq; vt alibi aſſit decidit aliunde. Sed animus hu-
manus in hac ſenſus ſui mobilitate ad imaginem
opificis ſui factus eſt dum naturam dei mobilitas
animæ perhennis imitatur; nihil in ſe habens cor-
porale: nihil terrenum: nihil graue: nihil caducum
Et audiamus adhuc Paulum hoc ita docentem.
Expoliantes veterem hominem cum geſtis eiꝰ; &

induentes nouum qui renouatur in cognitionem
ſecúdú imaginem creatoris. Nunquid aliquid cor
porale induimus cú in agnitione renouamur? Ni-
hil (vt opinor) induimus autẽ agnitionem dei: fi-
dem æternitatis: innocentiæ ſinceritatẽ & bonita
tis mores. Hæc enim animæ magis ſunt indumen
ta q̃ corporis quæ omnia deo propria ſunt. Hæc
in agnitionem noui hominis induimus: vt in omĩ
miniſterio animæ noſtræ ſimus ſecundum imagi-
nem creatoris: bonitatis & ſanctitatis: & charitat
agnitione perfecti. Hæc propter aures dei ne cor-
poralis exiſtimaretur tractata breuibus ſunt. Et q̃
q̃ hæc ita ſe (vt dictũ eſt) habeant tamen memi-
nimꝰ eſſe plures ſpirituales virtutes quibus ange-
lorum eſt nomen: eccleſiis præſidentes. Sunt em̃ ſe
cundum Ioannem aſianis eccleſiis angeli, ſunt &
Moſe teſtante: ſecundum numerum angelorum fi
nes gentium adę filiis conſtituti. Et domino docẽ
te puſillorum angeli quotidie deũ vident. Sunt ſe
cũdum Raphaelẽ ad Tobiá loquentem angeli ad
ſiſtentes ante claritatem dei & orationes deprecá
tium ad deum deferentes. Hoc ideo commemora
tum eſt vt ſi forte hos eſſe oculos vel aures: vel ma
nus: vel pedes dei intelligere voluerimꝰ habeamꝰ
non improbabilis intelligentiæ auctoritatem: ma
xime cũ ſcriptum ſit. Sunt em̃ efficientes ſp̃s in mi
niſterium miſſi propter eos qui hæreditabũt ſalu-
tem. Interceſſione itaq; horũ non natura dei eget
ſed infirmitas noſtra. Miſſi enim ſunt propter eos
qui hæreditabunt ſalutem. deo nihil ex his q̃ agi-
mus ignorante: ſed infirmitate noſtra ad rogandũ
& promerẽdũ ſpiritualis interceſſionis miniſterio
indigente. Dehinc ſequitur. Si iniquitates obſer-
uabis dñe: domine quis ſuſtinebit? Non negligen
ter dicti huius ratio tractanda eſt. Non em̃ ait: Si
peccata obſuabis ſed ſi iiq̃tates obſuabis. Differt
em̃ iniq̃tas a peccato. Nũq̃d deꝰ peccata nõ obſua
bit & criminũ memoria non erit? Erit certe q̃a etiá
de otioſo verbo rationem vnuſquiſq; præſtabit. Et
omnis in carcerẽ miſſus reddet nouiſſimum qua-
drantem. Differre autem iniquitatem & peccatũ
docemur cum dicitur. Beati quorum remiſſę ſunt
iniquitates & quorum tecta ſunt peccata: Et rur-
ſum. Iniquitatem meam ego agnoui: & peccatum
meum non abſcondi. Iniquitas enim tranſgreſſio
legis dei eſt: quæ eſt grauior peccato q̃d id ipſum
apoſtolus abſolutiſſime diſtinxit dicens. Qui em̃
ſine lege peccauerunt: ſine lege peribunt. qui autẽ
per legem peccauerunt per legem iudicabuntur.
Ergo peccatum iniquitatis iam periit: cæterũ pec
catum legis iudicabitur. Peccatum autem iniqui-
tatis eſt quicq̃d extra legẽ delinq̃tur. vt gẽtiliũ cri-
mina ſunt: q̃ iam cũ lapſa legis ignoratione dam-
nata ſunt. Peccata autem in lege non pereunt: ſed
iudicanda ſunt. quia licet peccata ſunt: tamen in
lege peccata ſunt. Ergo ſi deus iniquitatum recor
detur: quis ſuſtinebit: furta: cędes: falſa teſtimonia
ſtupra: periuria. Hæc enim crimina ſunt: quę iniq̃
extra legem dei geruntur: quęq; nouæ generatio-
nis ſacramento abluuntur. Sed horum plane iam
deus non recordatur: & cur non recordet̃ in ſequẽ-
ti verſu ꝓpheta demõſtrat dicens. Quia apud te
ꝓpitiatio eſt. Eſt em̃ vnigenitus dei filiꝰ deꝰ verbũ
redẽptio noſtra: pax noſtra: in cuius ſanguine recõ
ciliati deo ſumꝰ. Hic ẽ q̃ venit tollere peccata mũ
di: q̃ cruci ſuæ chirographũ legis affigẽs edictum
dánationis veteris deleuit. Siue igit̃ ad patrẽ ſiue
ad filiũ: oratio ꝓphetæ eſſe exiſtimabit̃. vnũ enim
ambo ſunt. Et qui videt filium: videt & patrem
quia pater in filio & filius in patre eſt. Ex ſimilitũ-
dine gloriæ alter in altero glorioſus eſt. Glorioſus
filius: quia dignus conſortio patris ſit. Glorioſꝰ pa
ter: dignꝰ conſortio filii ſui. Pater recte volens per
prophetam dixiſſe creditur: quoniam apud te pro
pitiatio. quia i patre ſecundum ſimilitudinẽ glo-
riæ filiꝰ ẽ & filiꝰ ipſe ꝑ peccatis nr̃is & ꝓpitiatio &
redemptio: & deprecatio eſt iniquitatum noſtra-
rum: quia ipſe earum propitiatio ſit non recordás.
Scit autem propheta ingentis periculi rẽ eſſe iniq̃
ideſt ſine lege peccare. quia peccati ſine lege perdi
tio eſt. Peccato autem in lege iudiciũ eſt. Et idcir-
co ait. propter legem tuá ſuſtinui te domine. Lex
ergo ſácta & ſpiritualis eſt: & in ea verba vitæ ſunt
Et legis finis chriſtus eſt: Et hoc ſequẽti verſu oſtẽ
ditur. Ait enim Suſtinuit anima mea in verbũ tu-
um. Corporalia quidem legis officia propheta ex-
equitur: ſcilicet ſacrificiorum & holocauſtomatũ
& neomeniarum: & ſabbatorum: quæ omnia vm-
bra ſunt futurorum. ſed anima eius ſuſtinuit i ver
bum dei. Propter legem ipſe ſuſtinet: ideſt vt dixi
corporaliter officia legis gerit: in verbum autem
dei anima ſua ſuſtinet: ſcilicet filii dei aduentum q̃

& verbum dei & deus verbum eſt ſpirituali fide expectat. Qualiter autem expectet demonſtrat dicens. Sperauit anima mea in dominum, a cuſtodia matutina vſq; in noctem. Recordemur euangelicæ cōparation s tenorem: & meminerimꝰ quoſdā operarios vineæ omnē in labore diē tranſigere. A cuſtodia matutina vſq; in noctem: propheta ſperat: nullum tempus habet vacuū: totius diei inde feſſus operarius eſt. Sed ꝗd tandē ſpei erit? Nō omnis ita diem ſuum in ſpe domini exegit. Sunt eñ operarii horę tertię. ſunt ſextę: ſūt nonę: ſunt & vndecimę. Et videtur propheta qui a cuſtodia matutina ſperauit vſq; ad noctem ſpē nobis euangelicæ mercedis abſcidere: Non abſcindit plane. Ait eñ Speret iſrael in domino. Sine præfinitione tēporis ſpei adhortatio eſt, ille quidem vt perfectus operatiꝰ a cuſtodia matutina vſq; in noctē ſperauit. Sed ad ſpem omne tempus eſt liberū & mercedem nō operis ſed miſericordiæ vndecimæ horæ operarii conſequentur. Ita eñ ait. Speret iſrael in domino quia apud dominū miſericordia & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omnibꝰ iniquitatibus eorum Bonus eſt in quem ſperatur: & ſperandum in eo eſt quia miſericors eſt: ꝗa copioſa apud eum redemptio eſt: quia redimet ab iniquitatibus ſuis vniuerſos. Hora vndecima eſt: concluſa diei ſunt tempora. curramus omnes. feſtinemꝰ ne nox adſit: ne hora prętereat. Senes ſumus: nox mortis inſiſtit: nec ad vndecimam ſaltem vitæ noſtrę horā procederemus. Beatus quidem qui a mane vſq; in noctem laborans pactum denarium tāꝙ debitum poſtulat. Sed quia bonus eſt dominus quia miſericors eſt ſperemus in eum: vt vndecimę licet horę operarii diurni laboris denarium conſequamur. per dominum noſtrum Ieſum chriſtum qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum Amen.

Explicit Tractatus pſal. CXXIX.

Incipt Tractatꝰ Pſal. CXXX.

Canticum graduum.

DOmine non eſt exaltatū cor meū neq; elati ſunt oculi mei. Breuis pſalmꝰ eſt & diſtinctione magis ꝙ tractatu explicandus ad humilitatem nos & māſuetudinē īducēs. Et ꝗa plurimis aliis locis nōnulla de humilitate tractauimꝰ: otioſum ē eadē repetere. Certe meminiſſe debemꝰ maximū fidei noſtræ opus eſſe humilitatem. cū hanc pro optimi operis cōſciētia propheta cōmemorat dicens. Domine non eſt exaltatum cor meū. Optimum eñ ſacrificium deo cor contribulatum. Nō ergo cor ſecundis rebus efferendum eſt: ſed dei metu intra manſuetudinis fines humilitate cohibendū. Neq; elati ſunt oculi mei. Alia iſtud proprietate græcitas elocuta eſt dicens.

Ideſt ex alio in aliud elati ſunt. Eleuandi autē oculi ſecundum dicta prophetæ ſunt. eleuate oculos veſtros & videte quis oſtendit hæc omnia. Et dn̄s in euangelio ait. Eleuate oculos veſtros & conſpicite regiōes quia albeſcunt ad meſſem. Eleuandi ergo ſūt oculi ſed nō rurſū ex alio ī aliud eleuādi vt ſemel ii ꝗd eleuati ſunt perſeuerent. Dehinc ſequit. Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus ſuper me. Magni periculi res eſt ſi in modicis ambulamus: & ſi nō in mirabilibus imoramur. Magna eloquia dei ſunt: ipſe mirabilis in excelſis eſt Et quomodo tanꝙ bonum opus de ſe propheta profert ꝙ in magnis & mirabilibus non ambulet? Sed cum addidit ſuper me: in his non ambulat quæ homini magna & mirabilia creduntur. Dauid eñ & propheta & rex erat: humilis antea & abiectus: neq; conuiuio patris ſui dignus: ſed deo complacuit. Vnctus in regem eſt: aſpiratꝰ ē in prophetam. Nō inſoleſcit in regno: nō odiis commouetur. Perſequētes ſe amat: inimicorum mortes honorat: inceſtuoſis & parricidalibus filiis parcit. Imperator contēnitur: pater lęditur: propheta vexatur. vltionē nō vt propheta orat: vindictam nō vt pater ſumit: cōtumeliam non vt imperator exequitur. In his ergo quæ ſuper ſe magna & mirabilia ſunt non ambulat. Sed videamus quæ ſequuntur. Si nō humiliter ſentiebam ſed exaltaui animam meam. Quæ prophetæ iſta diuerſitas? Non exaltat cor: exaltat animam. Non in magnis & mirabilibꝰ ſuper ſe ambulat: ſed non humiliter ſentit. Excelſus animo eſt & corde ſubmiſſus: humilis in ſuis eſt: ſed non humilis in ſenſu eſt. Senſus eñ eius in cælo eſt: anima eius in excelſis eſt. Cor autē (ex quo ſecūdum euāgeliū exeunt cogitationes malę: homicidia: adul-

teria: fornicationes: furta: falſa teſtimonia: blaſ-
phemiæ) humilis eſt ſuaui illo manſuetudinis iu-
go ſubditum. Tenēdꝰ ergo humilitatis & altitudi
nis modꝰ eſt vt corde humiles: ſenſu vero & aīa ſi
mꝰ excelſi. De hic ſequit. Sicut ablactatū ſup ma-
tre ſua: ſic retribues ī aīam meā. Ablactato Iſaac ac
cepimꝰ Abrahā feciſſe cęnā qd ablactatꝰ iā puerili
ętate pximꝰ cibū lactis excederet. Apoſtolus om-
nes rudes fidei & infantiles adhuc in dei rebus ſciē
tiæ lacte potat. Ergo profectꝰ maximus eſt: iā lacte
non indigere. Ad fortiorem eñ cibū tranſiſſe filiū
ſuum Abraham: etiā cōuiuii lętitia teſtatus eſt: &
apoſtolus carnalibus & paruulis in chriſto panem
negat. Propheta itaqꝫ orat: qa nō exaltauerit cor
ſuum: quia non in magnis & mirabilibus ſuis am
bulauerit: quia non humilia ſenſerit: ſed exaltaue
rit animam ſuam: vti tanq̄ ablactato ſuper matre
ſua retribuatur animæ eius. Scilicet vt perfecti &
cæleſtis & viuentis panis retributions ſit dignus:
quia per ſuperiora quæ cōmemorauit opera cibū
iā lactis exceſſerit. Sed neqꝫ ſibi tantū hūc viuum
e cælis panem precatur: vniuerſos aūt ad eiꝰ ſpem
adhortatur dicēs. Speret iſrael in dño ex hoc nunc
& vſqꝫ in ſæculū ſæculi. Spē noſtrā nullo fine tem-
porum claudit in immenſum expectationis noſtrę
fidem tendit. In ſæculum ſæculi ſperandū eſt quia
per ſpem præſentis ſæculi ſpē futuri ſæculi cōſeq̄-
mur in domino noſtro Ieſu chriſto qui eſt benedi-
ctus in ſæcula ſæculorum. A M E N.

Incipit de pſal. CXXXI.
Canticum graduum.

Memento dñe
Dauid & omnis manſuetudi-
nis eius. &c. Omnes quidē an-
teriores pſalmi graduum in p
fectum nos ſpei celſioris extol-
lūt: & per doctrinā fidei: ſpei: cōfeſſionis: humili-
tatis: operationis in ſublime gradibus ſuis proue-
hunt. Sed hic pręcipue pſalmus nos & cognitionē
filii dei edocet: & ſacramento aſſumptę ab eo car-
nis inſtituit. Cœpit eñ ita. Memento domine Da
uid & omnis manſuetudinis eius: Audent iudæi
aduentum domini noſtri quo in corpore ſalutem
humano generi reddidit: abnegantes hūc pſalmū
ad Dauid referre. Vt in paſſione domini ipſi ita &
in prophetiæ ſciētia imperiti: legētes & nō itelligē
tes: habentes: & neſciētes: venerantes & non obe-
dientes: qua enim religionis ſimulatione prophe-
tarū libros venerētur: multis cognitū eſt. Contre-
ctare legētes manu non audēt: lintheo ſubſternūt
ad fidem ſacramēti teſtes adhibent: & hoc eo pro-
ficit vt maiore irreligioſitatis crimine eorū quibus
tantus honor debetur: dicta aut contemnant: aut
diſſimulent: aut neſciant. Hoc eo dictum eſt: qa cū
in prophetis longe poſtea q̄ Dauid corpore ex-
ceſſerat: ſcriptum habeant in Hieremia ita. In illa
die dicit dominus contribulabo iugū a ceruice eo
rū: vincula eorū diſrūpā: & nō opabūtur ipſi ad huc
aliis diis: & operabuntur dño deo ſuo. Et Dauid
regē ipſorum ſuſcitabo illis: & rurſum ſuſcitabo il
lis Dauid regē orientē iuſtum & regnabit rex & in
telliget: & faciet iuſtitiam & iudiciū ſuper terram.
In diebus illis ſaluabitur iuda: & iſrael commorabi
tur fidens. Itē in Eſaia. Et excitabo paſtorē ſup eos
vnum alium: & paſcet eos ſeruꝰ meus Dauid. Et
erit his paſtor: & ego ero illis in deū. & Dauid prin
ceps in medio eorum. Ego dominus locutus ſum.
Et diſponam ad Dauid teſtamentum pacis. No-
lunt credere qd docentur: neqꝫ iis fidem habent q-
bus deberi venerationē confitent. Et religioſi quō
erunt auctoritatē abnegantes religioni! Dauid cū
patribꝰ quieſcebat: ipſe teſtamētū dareq̄ p Moſem
legis cognouerat: tanto poſtea deus per prophe-
tas locutus eſt Dauid excitandum regē paſtorem
orientem iuſtum: in cuius diebꝰ ſalus iſrael fit: ad
quē deus teſtamentum pacis diſponit. Ergo eſt da
uid non hic ieſſe filius pſalmorum ex parte conſcri
ptor: ſed Dauid ob cuſtodiam gregis ſui paſtor.
Paſtor enim bonus pro ouibus ſuis animā ponit.
Ob æterni regni gloriam rex cui dictum eſt: Rabbi
tu es rex iſrael. Ob iudicium dei iuſtus: pater enim
nō iudicat queq̄: ſed omne iudiciū dedit filio. Ob
lumen mundi oriens. Erat eñ lux vera quæ illumi
nat omnem hominem venientem in hūc mundū
Ob filii dignitatem teſtamenti pacis hęres. omnia
enim mihi data ſunt in cælo & in terra. Et pacem
meam relinquo vobis. Confiteantur ergo neceſſe
eſt iudæi longe poſt tempora Dauid eſſe hæc præ
dicata. Eſt autem Dauid iſte qui nomen parentis
ſecundum originem carnis accepit nomen ſumēs

eius cuius ex genere ſumebat & corpus. Omnia
autem quæ pſalmo continentur & a geſtis prophe
tæ Dauid: & a natura humanæ infirmitatis: & ab
eius temporibꝰ diuerſa ſunt. Et quia ei non res: nõ
conditio/non tempꝰ aptatur: & in eum Dauid quẽ
poſtea per prophetas dominus pollicitus eſt con-
ueniunt: non eſt ambiguum quinetiam hic qui ꝓ
pheta egregius & magnus eſt: de eo Dauid q̄ poſt
ea extitit dei ſpiritu prophetiæ officio ſit locutus.
Memento domine Dauid: & omnis manſuetudi-
nis eius. Non ait. Memento mei: ſed memento do
mine Dauid: vt alterum qui loqueretur oſtende-
ret. Orationem autem omnem hanc eſſe vnigeni
ti filii dei per prophetam loquentis exiſtimari ne-
ceſſe eſt memoriam dei patris erga eum ſibi quem
aſſumpturus erat hominem deprecantis. Eſt enĩ
Ieſus nunc ſecundum apoſtolum in gloria dei pa-
tris & ei omne cæleſtium & terreſtrium & inferno
rum genu flectitur. Ergo ſe primogenitus dei filiꝰ
deus verbum iam Dauid nuncupat: per prophe-
tam eius ſibi hominis nomen aſſumens, qui ſecun
dum diuinitatis ſuæ priuilegium vna ſecum eſſet
in patris gloria collocandus. Memẽto domine Da
uid & omnis manſuetudinis eius. Ait enim ipſe.
quia manſuetus & humilis corde ſum. Et teſtimo
nium dei patris eſt. Ecce puer meus quem elegi di
lectus meus in quo complacuit animę meæ. Ponã
ſpiritum meum ſuper eum: & gentibus iudicium
nunciabit. Non contendet neq; clamabit: neq; au
diet aliquis in plateis vocem eius. Vt omnis ergo
huius manſuetudinis pater meminerit depreca-
tur. Per cuius manſuetudinis modeſtiam deo pa-
tri officium humilitatis ſuæ vouerit. Sicut inquit
iurauit domino: votum vouit deo Iacob. Sacramẽ
ti mentio ad profeſſionem voluntatis aſſumitur.
Et neſcio an vnigenitus iurauerit. Certe ita geſſit
& locutus eſt omnia: vt ſacramento religionis ſa-
tiſfacere videretur. Nanq; cum quædam de paſ-
ſione ſua locutꝰ ad diſcipulos fuiſſet: & Petrus tã
q̄ indignum hoc dei filio deteſtatꝰ eſſet: Petro cui
ſuperius claues regni cælorum dederat ſuper quẽ
eccleſiam ædificaturus erat aduerſus quã portę in
feri nihil valerent: qui quæ in terris vel ſoluiſſet vł
ligaſſet ea in cælis vel ſoluta perſiſterent vel liga-
ta: hunc itaq; tali conuitio deteſtantem hoc ſacra-
mentum passionis excepit: Vade poſt me Sathã-
na ſcandalum mihi es. Tanta enĩ ei religio fuit pro
humani generis ſalute patiendi vt Petrum primũ
filii dei confeſſorem: eccleſiæ fundamentum: cæ-
leſtis regni ianitorem: & in terreno iudicio iudicẽ
cæli ſathanę conuicio nuncuparet. Quinetiam
in tumultu eo quo ſe dedendum paſſioni præbue
rat: cum idem Petrus ſeruo ſacerdotis gladio aurẽ
abſcidiſſet ait. Reconde gladium tuum in thecam
Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum?
Impium & profanum docens eſſe: ſi non omnia q̄
erga humanam ſalutem patri vouiſſet: expleret.
Abſolute autem in eo oſtendit deuotam paſſio-
nis ſuæ religionem cum poſt aceti poculum eſſet
ſpiritum traditurus. Perfectis enim omnibus ait.
Conſummatum eſt. Et inclinans caput, tradidit
ſpiritum. Percurrerat enim omnia ſacramenti of-
ficia: & vbi conſummatione gaudetur ibi in ſuſce
pti operis perfectione lætitia eſt. Ergo quia ſecun-
dum hanc geſtorum deuotionem ita omnia geſta
ſunt: vt videantur ſtudioſe pro religione quia iu-
rata ſunt hæc eſſe ꝑfecta ſequens eſt vt videatꝛ q̄d
ſit quod Dauid iſte & iurauit & vouit. Si intrauero
in tabernaculũ domus meæ: ſi aſcẽdero ĩ lectũ ſtra
ti mei. Si dedero ſomnum oculis meis & palpebris
meis dormitationem Et requiem temporibus me
is donec inueniã locum domino: tabernaculum
deo Iacob. Humanæ naturæ vota hęc eſſe nõ poſ-
ſũt: & cõditio ſacramẽti infirmitatẽ terrenę neceſ-
ſitatiſ excedit. Adeũdum tabernaculum domꝰ nõ
eſt ſtrato lecti abſtinendum eſt: ſomnus oculis: &
palpebris dormitatio & requies temporibus non
dãda eſt, donec inueniatur domino locus & taber
naculũ deo Iacob. Stãdũ ergo erit nocte dieq; ſub
cælo: & nũq̄ in requie corpus iacebit: oculi autem
ſemper vigiles laborabunt: & ne ipſis quide palpe
bris conniuendi in dormitatione ꝑmittitur obdu
ctio. Tẽpora vero quæ maxime toto in corpore ini
iuriis vigiliarũ & ſtationis obnoxia ſũt requiẽ non
habebũt. Hõ iſtud de ſe iurare nõ ſinit: etiã ſi maxi
me nolit: conditionem tamen voti huius pro ip-
ſa naturæ ſuæ neceſſitate violabit. Vigilet licet
animus & corpus in ſtatione contineat tñ neceſſe
eſt ĩfirmitatis dominante natura & ꝓcidat: & dor
miat & requieſcat inuitus. Dehinc quidem locũ

deohomo inueniet? Et icõprehẽſibilem infinitãq;
naturã quaſi tabernaculo cõtinebit cũ de ſe ipſe per
prophetã dominus locutus eſt dicens. Cælũ mihi
thronus eſt: terra autem ſcabellum pedum meo-
rum? quã domũ ędificabitis mihi: aut quis locus
requietionis meę? Omnia eñ hæc fecit manꝰ mea:
& mea ſunt omnia hæc. Non ignarus autẽ huius
diuinæ vocis propheta eſt & ſcit humanæ & ter-
renæ operationis domum deo eſſe nõ poſſe: id ip-
ſum pſalmo anteriore conteſtans: cũ ait. Niſi dñs
ędificauerit domum inuanum laborauerunt qui
ędificant eam. Ergo ſi neq; natura hominis condi
tionem voti iſtius recipiet: neq; locum & taberna-
culum deo humana requiret operatio. cognoſcen
dum eſt per cęleſtium ſcripturarum auctoritatem
quid ſit hoc votum per cuius ſatiſſactionem locꝰ
domino & deo Iacob tabernaculum ſit repertum
Domino noſtro Ieſu chriſto vnigenito dei filio qui
omnia humanæ ſalutis ſacramenta tanq̃ iuratus
expleuit: & quem a prophetis Dauid ſignificatum
docuimus hoc opus maximum fuit: vt hominem
ad ſcientiam diuinam eruditum dignum habita-
culũ deo redderet. Et eſſe homines ſedem atq; ha-
bitationem deo ita docemur deo ipſo per prophe
tam loquẽte: Quia habitabo in his & in illis ambu
labo. & ero illorum deus & ipſi erunt mihi popu-
lꝰ. Et rurſum. In æternũ exultabunt & habitabo ĩ
his. Dominus autem ipſe in euãgelio ait. Si quis di
ligit me & verbum meum ſeruabit: & pater meus
diliget eũ & ad eũ veniemꝰ: & mãſionẽ apud eũ fa
ciemus. Et apoſtolꝰ quoq; ait. Vos eſtis tẽplũ dei &
ſpiritus dei habitat in vobis. Habitat autem deus
in religioſorũ mẽtes non corporali aditu neq; natu
ræ grauioris ingreſſu: vt alibi non degens illic tan
tũ quo ſe intulerit inſiſtat. Sed ſpiritali virtute in
vacua ſe a terrenis labibus corda permittit. ſeſeq;
luminis modo in parẽtibꝰ inocẽtię foribꝰ mentes
illuminaturꝰ infundit. Aſſumpto igitur corpore
vnigenitus deꝰ neq; ante ſecundũ hominem ſe in
greſſurum tabernaculũ domus ſuæ iurat ideſt in
in cæleſtem habitationẽ ſuã eſſe rediturum q̃ hæc
religioſi pectoris loca inueniat: ſed neq; ſtratũ lecti
ſui aſcenſurum ſe eſſe vouit. Stratus requies huma
norum laborũ eſt: & feſſorum corporum refectio
Sed quia in cælo ſemper quieſcitur: & quia indefeſ
ſa illa natura laborem neſcit: ſemper in ſtratu id
eſt ſemper eſt in quiete: Dominus noſter in forma
dei manens formam ſerui accepit: & obediens vſq;
ad mortem fuit: & mortem crucis. vt plus neſcio
quid morte pateretur. Ob id autem tantum obe-
diens vſq; ad crucis mortem eſt: vt nos habitatio-
ne dei dignos eſſe præſtaret. Mori igitur voluit q
vita eſt: & effici ſe idefeſſa virtꝰ ad habitationẽ cor
poris non recuſauit infirmam. vt in forma dei ma
nens formam ſerui acciperet. Exceſſit ergo ex illo
ęternę beatitudinis ſuæ ſtratu. Et teſtis nobis qua
drageſimus pſalmus eſt qui ex perſona dñi omne
ſacramentũ paſſionis eloquitur dicens. Vniuer-
ſum ſtratum ſuum verſaſti in infirmitate eius. Cũ
per obediẽtiam voluntatis paternę ex deo homo:
ex potente infirmus: ex viuificãte mortuꝰ: ex ęter
norum ſæculorum iudice crucis reus dicitur: tum
ſtratum eius in infirmitatem conuertitur. In illum
igitur æternæ & beatæ quietis ſtratum vouit niſi
reperto dei tabernaculo non redire ſed nec ante ſõ
num oculis ſuis dare. quis iſte eſt ſomnus? Nempe
ille de quo ait. Ego dormiui & ſomnum cepi & ſur
rexi quia dominus ſuſcipiet me. Mortis hic ſomnꝰ
eſt: quem non ante oculis ſuis dabit q̃ locum habi
tationis inueniat. Huius etiam ſomni beatus pa-
triarcha Iacob in benedictione Iudæ (qui princeps
gentis iſtius extitit:) meminit dicens. Catulus leo
nis Iuda ex frutice filius meus. procidens dormiſti
vt leo: & ſicut catulꝰ leonis. Quis ſuſcitabit eum?
Et ſuperior & conſequens benedictio nec ætati Iu
dæ: nec geſtis conuenit: ſed ei qui ex Iudæ frutice
ſicuti ex radice Ieſſe eſt. qui & catulus leonis eſt: &
Iacob erit filius. Ex hac enim tribu Iudæ Maria eſt:
quæ domini ſecundum carnem mater fuit. Hic er
go procidens dormiuit vt leo. Leo terrori eſt feris
omnibus: & veluti dominans eſt cæterarum beſti
arum: & hic ſolus per confidentiam & ſecurita-
tem dormit intrepidus. Terror omnium vigilans
eſt: ipſe autem ſecurus in ſomno eſt. Et iccirco ad-
didit quis ſuſcitabit eum: quia intrepidę & prępo-
tẽtis naturæ ſecuritatẽ nulla æterni terroris timi-
ditas igeret. Ne ergo qcq̃ humile atq; paſſibile ĩpaſ
ſibilẽ vnigeniti dei ſubſtãtiã ꝑpeſſã exiſtimaremꝰ:
ĩ ea morte quã ſubiit ferę huiꝰ ĩtrepidę dormiẽtis
exẽpliũ ac ſecurę mortis intelligẽtiam eſt relatum.

vt extra humani timoris eſſe in ſomno illo inquie
tudinem doceretur: qui ꝑ generis ſui natureq́ꝫ vir
tutē dormiēs licet timere nō poſſet. Seruata autē
diligentiſſime ea ratio ē vt i vnigenito deo æterni
& gignētis cū dei gloria noſceref. cū dicif ſicut leo
& ſicut catulꝰ leonis. Ad id em̄ ꝙ ex deo ipſe ſub-
ſiſtit catulus eſt leonis. ad id vero ꝙ leo eſt pater
nę in eo mai eſtatis indifferēs generoſitas prædica
tur. Vt vnum ambo ſint leo eſt Ne vnus atq́ꝫ ipſe
ſit catulus leonis eſt: id autē ipſum etiā pſalmi con
ſequētia docēt. Ne enim indefeſſa illa virtus & i-
paſſibilis vnigeniti dei natura: mortis ſomno dor-
mitatura exiſtimaretur: rem omnem ad officium
corporis cui diſceſſio immortalis animæ mors eſt:
retulit dicens. Si dedero ſomnū oculis meis & pal-
pebris meis dormitationē. Et requiem temporibꝰ
meis donec inueniā locū domino tabernaculū deo
Iacob. Temporibus ſecundum tranſlatiōis fidem
non ætatis ſpatiis ſed capitis partibus requiem ne
gat. Et hę affectiōes ſunt corporales quas labor lō
gus & vitæ anxietas exagitauit. Quieuit autē ille
cui mors ſomnus eſt: & id qđ nobis poenalis demu
tatio eſt vnigenito & i corpore manenti deo requi
es fuit. Sed ante hanc requiem & apoſtoli eligun-
tur: & ſoluendi ac ligandi & in terra & in cælo ius
ſortiuntur. & poteſtatem aduerſus virtutem om-
nē aduerſariā ſumunt: & templum dei ſunt: & ip-
ſi ex lege venientes dignū deo Iacob tabernaculū
ſunt reperti. Ac ne forte nos per multiplicem hu-
mani generis intelligentiam vim veritati afferre
quidam arbitrentur vt qđ ex Dauid perſona dictū
fit: id ad dominū ſaluatorēq́ꝫ noſtrū multimodis
tranſlationū ſubtilitatibus transferamus: cōtuen
da ſūt quæ ſequūtur. Vt ex his veritatē inuitis ſci
licet & renitentibꝰ igeramꝰ. Ait em̄. Ecce audiui-
mus eā in Efratha: inuenimus eam in campis ſiluę
Introibimus in tabernacula eius: adorabimꝰ in lo
co vbi ſteterūt pedes eius. Superius vbi iuratur ac
uouetur voti ſacramentum nō conuenire naturæ
humanæ edocuimꝰ: quia tanti temporis vigilias
labor terreni corporis recuſaret. Et nūc vbi loca ip-
ſa eorūq́ꝫ nomina cōmemorauit ne quid in Dauid
referri poſſit veritas ipſa & extantis hodie regiōis
fides contradicit. Dauid em̄ diſperſum populum
in regno ſuo habens: cui nulla religiōis ſedes eſſet
aream in Hieruſalem coemit ad locū templi: vt il-
luc ad explenda legis ſolennia conueniretur. Sed
templū hoc filius eius Salomō ędificauit ornauit
& religionibus initiauit. Voluit ergo iudæi Da-
uid areæ huiꝰ coemptorē peregrinationē a domo
& vigiliarū iniuriā & laborē corporis donec hunc
locū & hoc tabernaculū deo Iacob poſſet inuenire
vouiſſe. Sed hoc neq́ꝫ hiſtoria regnorū aut præteri
torū in quibus Dauid geſta continenf loquif neq́ꝫ
pſalmus admittit Et cur nō admittat in abſoluto
eſt. Dauid areā coemit: locꝰ tēpli locꝰ areę fuit: vbi
fruges cōgeſtę vbi tritę: vbi & paleæ a tritico ſepa
randæ ſūt. Requies autē dn̄i in Efratha eſt: & pri-
us audita in Efratha eſt & poſtea in campis ſiluæ
reperta. Et quid cōmune Hieruſalē & Efratha? qđ
areæ ad ſiluę cāpus? nihil hic conueniens eſt: nihil
non diſſonans ē. Aream in qua requieuiſſe deus Ia
cob exiſtimatur nouiſſimis temporibus ventila-
bro dominus emundat: triticum eius horreis con
dit: paleas autem inextinguibili igne vrit. Proba-
tos legis viros: apothecis dignos habet: inutiles &
infructuoſos igni iudicii deputat. Tēplum illud
hodie iam nullum eſt: incenſum eſt: dirutum eſt:
informe ruinis eſt. Et vbi ergo dei requies eſt? Men
titus propheta eſt: & irritum ſacramenti ipſius vo
tum eſt? Deꝰ etenim requiē quā ei ſe iuratus reper
turum vouebat amiſit. itaq́ꝫ quia neq́ꝫ dei dignita
ti: neq́ꝫ naturæ hominis: neq́ꝫ locorū veritati: neq́ꝫ
temporum demutationi hæc irreligioſarum opi-
nionū figmenta conueniunt ex ipſis nunc ſcriptu
rarum cæleſtium auctoritatibus demonſtrandum
eſt ad perſonam domini noſtri Ieſu chriſti: & ad ec
cleſiæ ſanctificationem pſalmum eſſe referendum
Diximus ſuperius etiam hunc prophetam de Da
uid illo iuſto paſtore rege/oriente/in pſalmo iſto ꝓ
phetaſſe: & ex perſona eius locutum eſſe cum di-
xit. Si intrabo in tabernaculum domꝰ meæ: ſi aſcē
dero in lectum ſtrati mei. Si dedero ſomnum ocu-
lis meis & palpebris meis dormitationem. Et re-
quiem temporibus meis donec inueniam locum
domino tabernaculum deo Iacob. Nunc vero
vt ſe voti huius non ignarum: neq́ꝫ imperitum ꝓ-
pheta eſſe oſtenderet: ex perſona ſua loquitur di-
cens. Ecce audiuimus eam in Efratha: inuenimꝰ
eam in campis ſiluæ. Superius vbi ſacramenti re-
ligio cōmemoratur vnus iurauit ac vouit. Vnus
enim in forma dei manens formam ſerui accepit:

& vnus dominus Ieſus chriſtus eſt:per quē oĩa
Vnus deus pater ex quo oĩa. Nunc autem vbi ſci-
entiæ propheticæ cognitio oſtenditur. ex perſona
plurium dicitur. Audiuimus eam in Efratha:inue
nimus eam in campis ſiluę. Quia plurimis requies
domini prophetabatur: auditur itaq; in Efratha.
Et Efratha eadē eſt q̃ bethleē:in qua dñs natus ex
maria ē. Teſtis nobis eſt & ꝑpheta dicēs Et tu beth
leem domꝰ Efratha nō es minima vt ſis in milibꝰ
iuda. Ex te eñ exiet qui erit dux iſrael. Et rurſum.
Et tu bethleem iudæ non es minima inter princi-
pes iuda. Ex te eñ exiet qui reget populũ meũ iſra
el. Illic eñ primũ requies dei audit̃:vbi primũ vni
genitꝰ deꝰ corpꝰ humanæ carnis habitauit. Et q̃d
in Efratha audit̃:in cãpis ſiluę inuenit̃. Initiũ itaq;
eccleſiæ in Bethleem audit̃. Eſſe eñ cœpit a xp̃o:
ſed in gentibꝰ reperitur quæ ſunt ex ſiluę campis.
Ex horrentibus nitidę. ex ſterilibus fructuoſæ: ex
ignis pabulo vitalis cibi regio:ex ferarum cubilibꝰ
dei requies:domus/templũ/atq; poſſeſſio. Q̃d an-
tẽgẽtes tanq̃ ſiluę cubile diaboli fuerint pſalmus
nobis ſeptuageſimusnonus teſtis eſt: dicens. De-
uaſtauit eã aper de ſilua:& ſingularis ferus depa-
ſtus eſt eam. Illic eñ de vinea ſermo eſt:ideſt de dei
(vt tunc putabatur)populo/quē infidelẽ & impi
um diabolus gentes inhabitans vaſtauerat. In his
ergo campis ſiluę dei requies quæ in Efratha au
dita eſt inuenitur. Seruata autē tẽporũ ratio eſt vt
q̃d & audiuimꝰ & inuenimus præteritã ſignificet
ætatē. Id autem quod deinceps conſequitur:ſpem
futuri temporis docet cum ait. In tabernacula eiꝰ
intrabimus:adorabimus vbi ſteterunt pedes eius
Corporali iſtius vitæ ꝓ præſentis officio propheta
deſperans/fide & ſpiritu præſumit vt tabernacula
requiei dei qui ea vidit & audiuit introeat. Sed ſu-
perius ſuper vno tantum tabernaculo iuratum eſt
nunc autem multa tabernacula introibunt ſed ea
dē dei reges in pluribꝰ eſt. Hæc ergo regei dei taber
nacula itroib̃ũt: Neq; ſolũ introib̃ũt ſed etiã ado
rabunt vbi ſteterũt pedes eius Cũ ſtat̃ vno in loco
ex quo decidi non oporteat conſiſtitur. Vbi vero
pedibus ſtatur:illic toto corporis officio inſiſtitur.
Lex pręteriit prophetia clauſa eſt:finis eorum chri
ſtus eſt. Demutationis alterius nullus locus eſt. In
hoc in æternum ſtandum eſt vbi iam decurſu legis

& prophetarum dominus inſiſtit. Diſcurrit qui-
dē per apoſtolos prædicatio: quos frequenter pe-
des ſignificatos meminimus. ſed in euangeliis cõ-
ſiſtitur. Illic ergo adorabit̃ vbi domini pedes ideſt
prædicationes nouiſſimę ſine demutationis alicu
ius tranſcenſſione conſtiterint. Et quia in euange-
liis legimus dictum: multi prophetæ & iuſti cupie
runt videre quæ vos videtis: & audire quę auditis
ſanctus propheta deſiderii huius ĩpatiens eſt. Poſt
q̃ eñ requiem dei audiuit:& repperit:poſtq̃ introi
turum ſe adoraturumq; credidit ſpei tantæ fieri iã
particeps deprecatur dicens Exurge domine in re-
quiem tuã. Quã reperturum ſe Dauid tuus nouit
quã nos in Efratha audiuimꝰ: quã in cãpis ſiluę in
uenimus:in cuius tabernacula introibimus: ado-
raturi illic vbi pedes tui ſteterunt. Exurge igitur in
eam requiem quę voti ſacramento quęſita eſt:quę
prophetiæ ſcientia in loco audita eſt:quæ in genti
um fructu frugifero reperta eſt:quæ introeuntibꝰ
frequentabilis eſt:quæ loco indemutabilis eſt:quæ
adorantum religione venerabilis eſt. Sed non ſolũ
tu domine exurge in requiem tuam:ſed & tu & ar
cha ſanctificationis tuæ. Non archa teſtamenti:
nõ archa legis:ſed archa ſanctificationis tuæ. Et q-
dem eſſe archam teſtamenti meminimus: intꝰ ac
foris auream: vbi tabluæ teſtamẽti:vbi ſanctę litte
ræ:vbi liber teſtamẽti:vbi Gomor mãnæ. Sed hęc
omnia eius q̃d dominus aſſumpſit corporis ſpeci-
es eſt:omne in ſe ſacramentum continēs legis hoc
& deitatis ſpiritu & origine carnis munitum intꝰ
ſcilicet ac foris aureum. Eſt enim dominus noſter
Ieſus chriſtus in gloria dei patris:manna in ſe con-
tinens æternum. Ipſe enim panis eſt viuus: teſta-
menti intra ſe tabulas:& legis librum conſeruans.
Sunt enim in eo verba vitæ. Vt igitur cum domi
no etiam hęc ſanctificationis archa hunc enim do
minus ſecundum euangelia & ſanctificauit & ſi-
gnauit pater in requiem exurgat:propheta orat.
Cæterum archa illa terrena & frequẽter ab allophi
lis capta eſt & polluta a regibus: & hodie templo
atq; vrbe ſubuerſa iam nulla eſt. Et videamus
quid ſequitur. Ait enim. Sacerdotes tui induan-
tur iuſtitia:& ſancti tui exultent. Induuntur deo
& archa ſanctificationis eius in requiem reſurgen-
te iuſtitia ſacerdotes:validiſſime(vt apoſtolꝰ ait)

thorace: induentes thoracē iuſtitię: quo inimici iacula excipiant: quo in æternū hominē cōmuniāt ſancti autē lætentur. Et videam⁹ cauſā cur & ſacerdotes iuſtitiā induāt: & ſancti lætent. Ait eñ. Propter Dauid ſuū tuū: ne auertas faciem xp̄i tui. Xp̄m ad deitatis ſpiritū retulit: Dauid ad corporē carnē. Formam eñ ſerui qui in dei forma manebat accepit. Ne igitur auertat a ſacerdotibus atq; a ſanctis Chriſti faciē rogat: vt eos diuinitatis ſuæ gloria qui propter Dauid: ideſt ꝑpter aſſumpti ab eo corporis ſacramentum lætant illuminet. Et cur ꝑpter Dauid ſeruū ſuū: faciē chriſti ſui non auertat oſtendit dicens. Iurauit dominus Dauid veritatē & nō fruſtrabitur eū. Dn̄s iurat & iurat veritatem & dicti ſui fidē etiā ſacramento ne ambigamus affirmat. Non fraudabit igitur Dauid ſuum veritate iurata. Et quid ei iurauerit dignum eſt cōtueri. De fructu ventris tui ponā ſuper ſedem tuam. Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meū: & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filii eorū vſq; in ſęculum ſedebunt ſuper ſedē tuā. Quoniam elegit dominus Syon præelegit eā in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo quoniam præelegi eam. Quid hic qđ Dauid ſit ꝓprium continetur? Vrbs illa quen generi eius fuit regia capta ē a Babyloniis: & euerſa regni dignitatem: ſub dominantium iure nō tenuit. Poſt etiam a romanis capta & incenſa iā nulla eſt. Et vbi dei requies in æternum eſt? vbi ex fructu ventris ei⁹ in ſede dei reges ſunt? Seruiunt eñ hodie exules patria carentes toto in orbe diſperſi. Et vbi illa quę iurata eſt veritas? vbi illud ꝙ nō fruſtrandus eſt veritate? Et vbi filiis Dauid regni æterni ſedes ſempiterna? Quæ electa Syon dicitur: horret ruinis: vacua incolis eſt. Et quō dei requies eſt in ſæcula ſæculorū? Currūt tēpora: & hoc vitæ noſtræ ſæculū manet. Deus ergo ſine requie eſt: Sed qui hæc infoelicis erroris opinione credunt: audiāt cui Dauid iuratum ſit. Nempe illi de quo dictū eſt. Poſui adiutoriū meū ſup potētē: & exaltaui electū de plębe mea. Inueni Dauid ſeruū meū: oleo ſancto meo liniui eū. Man⁹ eñ mea auxiliabit ei & brachium meū cōfortabit eū. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō adiiciet nocere ei: Et cōcidā inimicos eius a facie ipſius: & odientes eum in fugā conuertam. Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius. Ipſe inuocabit me pater me⁹ es tu: deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ: Et ego primogenitum ponam illum excelſum ſuper reges terrę. In æternum ſeruabo illi miſericordiam meā: & teſtamentū meū fidele ipſi. Et ponam in ſcl'm ſæculi ſemen eius & thronum eius ſicut dies cæli. Si dereliquerint filii eius legē meam: & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iuſtitias meas profanauerint: & mandata mea non cuſtodierint. Viſitabo in virga iniuſtitias eorum: & in verberibus peccata eorum. Miſericordiam vero meam non diſpergam ab eo: neq; decipiam in veritate mea. Neq; ꝓfanabo teſtamentum meum: & quæ procedūt de labiis meis non faciam irrita. Semel iuraui in ſancto meo: ſi Dauid mentiar: ſemen eius in æternum manebit. Et ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Promiſſiones iſtę Dauid eius ſunt: qui aduerſus potentem adiutor electus eſt: cuius in mari manus eſt: cuius in fluminibus dextera eſt. qui nuncupare deum patrem audet quia eſt: qui ipſe primogenitus eſt: qui excelſus ſuper reges terræ. Cuius ſemen in ſæculum ſæculi eſt: cui quæ ſunt dicta: non irrita ſunt: cui ſemel ſine mendacio iuratur in ſancto. cui ſedes ſicut ſol in cōſpectu dei eſt? & ꝑmanet vt luna perfecta in æternum. Ex huius igitur ventris fructu ſuper ſedem dei collocabuntur: quomodo autem ex fructu ſimus ventris eius audiamus prophetam Hieremiā dicentem. Si ita ꝗ audiſtis huiuſmodi: ſi pepererit maſculus. Partum ſexus iſte non recipit: ſed generatio quæ ab eo eſt partus inſtar obtinuit. Audiamus & Paulum parturientem in filiis procreandis cum dicit: filii mei quos ego iterum parturio. Eſſe autem omnes nos filios ſibi ipſe dominus in Euāgelio teſtatur dicens. fili remiſſa ſunt tibi peccata. Et iterum. filioli adhuc vobiſcum ſum. Filii itaq; ſunt ipſius in ſede domini collocaudi. Et ſpei conditio præponitur: ſi inquit cuſtodierint filii tui teſtamentum meum & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos. Moſes eñ legē ſcripſit: in qua teſtimonia dei continentur. Propheta hic idem totus diuerſatur

in lege. Et quomodo adhuc ſilii illius Dauid in te-
ſtimoniis ſunt docendi? Non preſentis aetatis ē ſer
mo: ſed iis proprius de quibus dictum eſt. Confite
or tibi domine pater caeli & terrae: quia abſcondi-
ſti haec a ſapientibus: & prudentibus. & reuelaſti
ea paruulis. Sed docti & manentes in iis quae doce
buntur quid conſequentur? Vſq; in ſaeculum in-
quit ſedebunt ſuper ſedem tuam. Et qui iſti qui ſe
debunt? Nēpe de quibus dictū eſt. Et vos ſedebitis
ſuper duodecī thronos: iudicantes duodecī tribꝰ
iſrael. Non negligendum eſt autem id qd ſuperiꝰ
& inferius dicitur. Superius enim dictum eſt: po-
nam ſuper ſedem meam. Nūc autem dicitur ſede
bunt ſuper ſedem tuam. Et hoc quid erit? Nempe
id qd dicitur. Omnia quae patris ſunt mea ſunt. Se
des patris: ſedes & filii eſt. quia ego & pater vnum
ſumus. Aut quomodo intelligitur ponā ſup ſedē
meam: & ſedebūt ſuper ſedem tuā: niſi ꝙ per con
cordem & non diſſimilem a ſe innaſcibilis vnige-
nitiq; naturam: & pater in filio. & in patre filius eſt
Deitatis in vtroq; nec genere nec voluntate diſſi-
dente ſubſtantia: cum paternae maieſtatis gloria
vnigenito congenita ſit: atq; ob id ſedem filii ſedē
ſuam pater nuncupat quia & ex ſe & in gloria in-
demutabilis diuinitatis ſuae vnigenitus: & verus
deus natꝰ ſit: nec contumeliā communicaturum
cum eo ſedium ſentiat: cui ex ſe genito in naturae
ſimilitudine nulla diuerſitas eſt dignitatis: Dein-
de eorū habitatio q in ſaeculū ſuper ſedē ſeſſuri ſūt
ita oſtenditur. Qm̄ elegit dominus Syon: praele-
git eam in habitationē ſibi. Haec requies mea in ſae
culū ſaeculi: hic habitabo qa praeelegi eam. Nō mō
tē ſcilicet Syon deſertum & inutilē elegit: neq; ci-
uitatē erutā & euerſam. Locis eñ deꝰ nō continet
neq; oīpotens & aeterna ſubſtantia aut in deſertis
mōtiū ſolitudinibus: aut in vrbium ruinis iā defor
miū conquieſcit. ſed elegit eorum requiem de qui-
bus dominus in euangelio ait. Nemo venit ad me
niſi pater qui miſit me adducat illum. Illam Syon
ſanctam & caeleſtem hieruſalem elegit: concordē
ſcilicet fidelium coetum & ſanctificatas ſacramen
tis eccleſiae animas: in quibus tanq̄ rationabili & i
telligenti: & emundata & aeterna per reſurrectio
nis gloriam domo: rationabilis & intelligens & im
polluta & aeterna inenarrabilis diuinitatis natura
requieſcat. Non ꝙ ex ea in qua eſt infinitatis ſuę i-
menſitate deſiſtat: vt humanarum mentium an-
guſtiis coarctetur: ſed quia per digni ſe habitaculi
ſedem qui & vbiq; & idē: & totus: & ſemper eſt in
ſanctis probatiſq; requieſcat. Vbi nulla offenſio:
nulla demutatio: ſed in ſaeculū ſaeculi ideſt in ęter-
na tempora digna & placens habitatio ſit electa.
Dehinc ſequitur. Viduā eius benedicens benedi-
cam. Quidam tranſlatorum interpretatus eſſe ita
repertus eſt. Captionem eiꝰ benedicens benedicā:
tanq̄ venatoribus & piſcatoribus hominū effectis
apoſtolis haec eorum benedicta ſit captio. Maxime
ꝙ Bethſaida ex qua apoſtoli ſunt: per interpretati
onem linguę hebraicę domus venantiū nūcupet.
Sed nobis ſequēda eſt prima illa & ſub iudaeorum
tēporibus ante dn̄i aduētū ad eccleſiae doctrinā cō
ſignata trāſlatiōis auctoritas. Viduā eius benedi-
cēs benedicā. Quāta viduarū dignitas ē: & hone-
ſta vniꝰ thori cōſciētia: & foelicis cōtinētię idemu
tata cōſtātia? Haec enim benedici ē: & benedicēdo
benedicit: ex iudicio ſcilicet benedicentis: benedi-
ctiōe ſit digna. Sed apoſtolꝰ gētium doctor hortat
nos & aliud de vidua q̄ benedicēda eſt ſentire. Le-
ge eñ nō per virtutē ſpiritualis efficiētię ſed p finē
obſeruātię eius emortua: viduā eā eſſe quae ex Sy
nagoga effecta eccleſia ſit: docet dicēs. An ignora
tis fratres: ſcientibus enim legem loquor: quoniā
lex dominat hominī: in quantum temporis viuit?
Quae enim ſub marito eſt mulier: viuo marito ſi-
cta eſt legi. Si autē mortuꝰ fuerit maritꝰ euacuata
eſt a lege mariti. Ergo viuēte marito adultera vo-
cabitur: ſi iungatur alii viro. Si vero moriat vir eiꝰ
liberata ē a lege ne adultera teneat cōiūcta alii vi-
ro: itaq; fratres mei & mortificati eſtis legi p corpꝰ
xp̄i vt & ipſi ſitis alterius huiꝰ q a mortuis reſurre
xit. Cōparatiōe viduę q̄ mortuo marito libera qbꝰ
volet nuptiis ſit. deſinēte iā lege viduā legis eccle
ſiam eſſe demonſtrat xp̄o legitime copulandam.
Hanc ergo legis viduam benedicendo benedicet.
Deinde ait. Pauperes eius ſaturabo panibus. Bo-
num eſt in eccleſia pauperes non eſurire: quia cum
inops paſcitur: aut ſitiens potatur: aut nudus ve-
ſtitur: aut infirmus viſitatur: aut carcere clauſus
requiritur: Ei haec officiorum obſequia deferun-
tur qui in ſingulis nobis eſurit: & ſitit: & alget:
& infirmatur: & clauditur quiq; ait. Amen a-
men dico vobis quia quae feciſtis vni ex minimis

iſtis mihi feciſtis. Per hanc ergo dictorum eius fide
lem pmiſſionem pauperes eiꝰ panibus ſaturat. Sa
turat autem & eos panibus qui per humilitatē cor
dis contemptumq́ ſeculi ſeipſos in paupertate cō
ſtituunt. quos cibo vitæ perennis expleuit: ſicut
alio loco dictum eſt. Diuites eguerunt & eſurierūt
inquirentes autē dominū nō minuentur omni bo
no. Deinde ſequitur. Sacerdotes eius induam ſalu
tari: & ſancti eius exultatione exultabunt. Sacer-
dotes ſuperius iuſtitia induuntur: ſed profectū ho
noris ſui ſumūt ſalutari ſcilicet induuntur confor
mes effecti gloriæ ſalutaris. Quia ſecundum apo
ſtolum de cælis ſaluificatorem noſtrum expecta-
mus: qui potens eſt ſecundum operationem effici
entiæ ſuæ corpus humilitatis noſtræ conformare
corpori gloriæ ſuæ. Hoc ergo ſalutari ſacerdotes
induuntur: ſed dñi & ſancti exultatiōe exultabūt.
Superiꝰ exultabunt tñ adhuc in humilitatis cor
pore poſiti & ſpe tantummō æternitatis læti. cæ-
terū tūc perfecta exultatione exultātes: nō ſpe ſed
veritate: non imagine ſed corpore. Eſt em̄ plerūq́
exultatio: quæ demutari ſolet vel caſu vel infirmi
tate: vel tempore. Adhoc vero hæc ſanctorum ex
ultatio ea eſt: vt exultatione conſummatæ in ſe ex
ultationis exultent. Cauſa autem exultatiōis oſtē
ditur. Illic producam cornu Dauid. Cornu regni ſi
gne eſt. Per hoc em̄ cornu vnguentū regnum re-
gnaturis īfundebatur. Illic cornu dicitur requies ſi
gnificatur. de qua dictum eſt. Hæc requies mea in
ſæculum ſæculi. In hac igitur requie cornu Dauid
ideſt regnū illius de quo prophetat Dauid deꝰ p
ducit non illud humanum nec corruptibile nec ca
ducum: ſed illud qđ ſecūdum regnū dei in ſæculū
ſæculi eſt. Et quorum erit regnum cælorū: Nempe
de quibꝰ dictū eſt. Beati pauperes ſpiritu: quoniā
ipſorum eſt regnū cælorum ideſt in quos æternus
rex: & cuius ſecundum Danielē regni finis nullus
eſt: regnabit. Non ocultꝰ igitur hic rex eſt. hūc lex
prædicat: hunc prophetę pollicentur: hunc Ioānes
pœnitentiæ prædicator oſtendit. Ille eſt enim ſe-
cundum dñi in Euangelio dictum lucerna ardens
Chriſtum tenebris mundi huius oſtendens. Om-
nis igitur de eo prophetia lucerna eſt eius: ignorā-
tiæ noſtræ nocti ſcientiæ lumen oſtendens. Infide
les atq́ impios veritatis luce confundēs: & in vni
genito paternæ maieſtatis gloriam docens. Et hoc
illud eſt qđ ſequitur. Paraui lucernam chriſto meo
inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum aūt
florebit ſanctificatio mea. Parata lucerna eſt ne ad
cognoſcēdum eum nox ignorationis exiſteret. Ini
mici eius confuſione induenē: videbūt em̄ filiū ho
minis in maieſtate patris ſui: & non ſalute: ſed cōfu
ſione induentur: terreno ſcilicet & indecoro corpo
re reſurgentes. Super ipſum autem efflorebit ſancti
ficatio mea. Exaltauit inquit eum deus & donauit
illi nomen qđ eſt ſuper omne nomen: vt in nomine
Ieſu omne genu flectatur cæleſtium: terreſtriū: & i
fernorum: & oīs lingua confiteatur quia dominus
Ieſus in gloria ē dei patris qui eſt benedictꝰ in ſæcu
la ſæculorum. A M E N

Finitur tractatus pſal. CXXXI.

Incipit tractatꝰ pſalmi. CXXXII.

PEr omnem doctrinæ ordinem gradibꝰ
ſcanditur: nam per gradus
ad ſuperiora prouehimur.
In eo q̄ ita cœpit propheta
Ecce q̄ bonum & q̄ iocūdū:
docemur quid bonū atq́ iocundū ſit vt per cogni
tionē eorū in bonis iocūdiſq́ maneamus. Seruata
aūt ſciētet ea rō a ppheta ē vt bonū iocūdūq́ ſoci
aret. qa non oē qđ bonū eſt iocūdū eſt: neq́ oē qđ
iocundum eſt bonū eſt. Iocūdus eſt luxꝰ ſed bonꝰ
nō eſt. Eſt em̄ i ipſa illa corporalis laſciuię amœnita
te detrimētū & ſalutis & famę. Bona ē tolerātia in
iurię maxime cū ad irreligioſitatē cōpellimur poe
nis/famis/ſitis/frigoris vigiliarū cōtumeliarū/dolo
rū ſed iocūda nō ē. Illic em̄ iiuriosū pſectę virtutis
officiū ē: Et ita p hęc nōnūq̄ & bonū iocūdo & io-
cūditas ſolet eo carere qđ bonū ē. Videamꝰ qđ ſit
illud qđ bonū & iocūdū eē ppheta demōſtrat: ſcili
cet habitare fr̄es in vnū. Nō humanas cohabitatio
nes nec terrenarū domorū cōmunionē ppheta da
uid dicit. Nam fratres ob hæc ipſa tectorū conſor-
tia diſſidentes videmus: & inimicos ſæpe eiuſdem
domicilii habitatio continet: & nonnunq̄ incre
mētum odiis ipſa illa cohabitandi indignatio ſub-
miniſtrat. Sed nouit eſſe apoſtolus communem &
religioſam domum dicens. Vt ſcias quemad-
modum te oporteat in domo dei conuerſari quæ

eſt eccleſia dei viui: columna & firmamẽtum veri
tatis. Itaq; bonum & iocundum eſt in vnum habi
tare fratres. Cum in vnum habitant: conuentum
eccleſiæ congregant. Cũ fratres nuncupãtur: vni-
cę voluntatis charitate cõcordes ſunt. Ad primã
eñ apoſtolorum prædicationem hoc præcipuum
fuiſſe credentium prçconium legimus q̄d dicitur.
Erat enim omnium credentiũ cor vnũ & aĩa vna
aſſenſu: eadem voluntate non diſſonans fide: ſocia
amoris ac ſententiæ vnanimitate perfecta. Et hoc
teſtatur ille gentium doctor dicens. Vt ſitis oẽs
perfecti eodem ſenſu eadem ſententia Et ruſum.
Implete gaudium meum vt id ipſum ſapiatis ean
dem charitatẽ habentes: vnanimes vnũ ſentiẽtes
nihil per ęmulationem: ſiue per inanẽ gloriã agen-
tes: ſed in humilitate inuicem arbitrantes pręcelle
re ſuper inuicẽ non ſua ſed aliorum vnuſquiſq; ve
ſtrum contemplãtes. Hoc apoſtoli gaudium eſt id
ipſum nos ſapere amore eodẽ cõtineri: per vni⁹ ſen
ſus ſentẽtiam vnanimes pmanere: nõ per ęmulati
onẽ ſeparari: neq; per inanis gloriæ ſtudium diſſi-
dere: nõ ſua ſed aliorum vnũquẽq; cogitari oporte
re: vt ea quibus alienę voluntates in concordia de
tinendæ ſint cogitemus. q̄d alio in loco admonet
dicẽs. Si poſſibile eſt ex vobis ad omnes pacem ha-
bentes. Ex nobis vult eſſe vt ſi poſſibile eſt pax ad
omnes ſit: voluntas noſtra omniũ amicidis dedi-
ta ſit. Et ſi cæterorum natura non habeat pacis af
fectum: dummodo non ex nobis cauſa aut inter-
ruptæ aut non conſeruatę pacis exiſtat. Hoc itaq;
populo dei congruit: ſub vno patre fratres: & ſub
vno ſpiritu vnum eſſe: ſub vna domo vnanimes in
cedere: ſub vno capite vnius corporis membra eſſe
Non enim oculus autem odit: nec nares os execrã
tur: nec manus pedem ſpernit. Hæc enim vt offici
is mutuis ſibi ita & amore diſtricta ſunt. Hoc iocũ
dum & bonum eſt habitare fratres in vnum: in eo-
dẽ eſſe: idem eſſe: nec congregatione fieri nec amo
re diuerſos. Comparationem vero huius boni iocũ
diq; propheta conſtituit dicens. Sicut vnguentũ
in capite q̄d deſcendit in barbam Aaron. q̄d deſcẽ-
dit in oram veſtimenti eius. Aaron vnguento cu-
ius cõpoſitio & cõfectio ex odorib⁹ cõtinetᷓ vnct⁹ ẽ
in ſacerdotem. Hanc conſecrationem primi ſacer-
dotis ſui deo eſſe complacuit: Dominũ quoq; no-
ſtrum inuiſibiliter & incorporaliter vnctum eſſe

cognouimus cum dicitur. Vnxit te deus tu⁹ oleo
exultatiõis. Vnctio iſta terrena nõ eſt: incorporea
eſt: iuiſibilis eſt: nõ ĩ oleo vt ſacerdos & pphera: nõ
cornu vt rex ſed oleo exultationis vngitur. Opus
iſtud læ titię ſpiritualis eſt: & ad ſacramentum cę
leſtis vnctionis exultationis fructus adhibetur: nõ
materialis creaturæ eſt quia corporalia corporali-
b⁹ indigebant: aaron myrro confuſionis vngitur.
Sed id q̄d corporale eſt: per efficiẽtiam virtutis ſpi
ritualis imbutum ſpeciem olei cæleſtis imitatur.
Deniq; poſt hanc vnctionem aaron ſecundum le-
gem chriſtus eſt nuncupatus: poſtq̃ vnctionis con
fuſio per id q̄ a deo conſici demonſtrata eſt in ſpe-
ciem vnctionis inuiſibilis conſecratur. Vt igitur
hoc myrrum omnes fœtentes odores & immun-
dos cordium ſpiritus quocunq; infuſum fuerit ex
tinguit ſeq; in omnia in quo infertur odor hic ſua-
uitatis infundit: ita per hoc ſacramentum vnctio-
nis infuſę & per eam omni terrenorum ac ſorden-
tium vitiorũ noſtrorum fœtore deterſo deo iam
q̄d ſuaue eſt ſpiramus. Nouit hũc ſuaueolẽtię ſpi-
ritum beatus apoſtolus Paulus dicens. Ita chriſti
bonus odor ſumus deo in omni loco: in his qui ſal
uantur: & in his qui pereunt Et in iſtis quidem ex
morte in mortem: iſtis autem odor ex vita in vitã.
Vt odorem vitæ nos eſſe viuentibus: ita odorem
eſſe mortis his qui in peccatis ſuis morerẽtur oſtẽ-
dens ipſe autem chriſti odor ex nobis bonus deo ẽ.
Vt igitur placitum hoc in primo ideſt aaron ſacer
dote vnguentum deo extitit: quo in exemplũ olei
exultationis perungebatur & gratum deo ex ſe fi
dei & innocentiæ odorem prębet: ita bonum & io
cundum eſt habitare fratres in vnum: per q̄d vna-
nimitas voluntatis eiuſdem primis & maximis ſa
cramentis bonorum cæleſtium comparatur. De-
ſcendit autem hoc vnguentum a capite in barbã.
Barba virilis ętatis ornatus eſt. Neq; enim nos par
uulos eſſe in chriſto oportet niſi ad id tantum q̄d
dictum eſt paruuli malitia non ſenſu. Infideles au
tem omnes idem apoſtolus paruulos eſſe quia in-
firmi ſumere cibum firmũ minime valẽtes adhuc
lactis egeãt: obiurgat dicens. Lacte vos potaui nõ
cibo: nõdũ eñ poteratiſ: ſed neq; adhuc poteſtiſ. De
ſeaũt ita. Cũ fact⁹ ſũ vir ea q̃ ſũt paruuli dereliqui.
Occurrere vero in id feſtinat: in virum conſumma
tũ; in mẽſurã ætatis plenitudinis corporis xpi. Vn

guētū hoc ergo in barbā Aaron id eſt cōſūmatę fi-
dei virū deſcēdit a capite. Caput ſecundū apl'm vi
ri chriſtus eſt. Moſes vnguentum hoc compoſuit
& confudit: ſed componendum et confundēdum
deus docuit. & de⁹ mediator in lege. De capite er
go id eſt de chriſto deſcēdit in barbam & ab eo de-
ſcendit cui dictum eſt vnguentum exinanitū no-
men tuum. Deſcendit autem in eum qui per ęta-
tis firmitatem indemutabilis eſſet fidei firmitate
manſurus. Deſcendit aūt etiam in ora veſtimenti.
Ora veſtimenti ea ſunt quæ vſq; ad pedes defluūt
per q̄d ad omne corpus hic vngenti odor a capite
in barbam: & deinde ad veſtimenti oram deſcēdit
In his autē mulieribus quæ vngentes dominū ty-
pum eccleſiæ in euangelio prætulerunt: ita doce-
mur ꝙ vna caput: alia pedes vnxerit: p q̄d quæq;
earum ſignificatur in parte corporis omne corpus
vnxiſſe. Media itaq; corporis prætermiſſa ſūt. Nā
dum ora veſtimenti & barba memorātur omne in
his corpus oſtenditur. Additur etiā & alterius cō
parationis exæquatio. cum dicitur. Sicut ros her-
mon qui deſcendit in montem Syon. Ros ab Her
mon in Syon nō deſcendit: multorū a ſe interual
lo hi montes diuiſi ſunt. Neq; ſane natura fert vt
ros a loco in locum deſcendat. Syon autem eſt ſe-
cundum doctrinam cæleſtem eccleſia vel quę nūc
eſt: vel quæ erit ſanctorum/quæ per reſurrectionē
glorificatorū & lætantiū angelorum cœtu frequē
tatur. Hermon autē mōs eſt in phœnicę: cuius in
terpretatio anathema ē. q̄d eīn nobiſcum Anathe
ma nuncupatur: id hebraicę Hermon dicitur. Fer
tur aūt id de quo etiam neſcio cuius liber extat ꝙ
angeli concupiſcentes filias hominum/cum de cæ
lo deſcenderent: in hunc montē maxime conuene
rint excelſum. Sed hæc prætermittam⁹. Quæ eīn
libro legis non continentur ea nec noſſe debem⁹.
cōmemorata autē ob id tantū ſunt ꝙ nos hoc mō
te dei per prophetam profeſſio cōmouebat. Certe
hodie gentes montē hunc profana religione vene
rantur & interpretationem nominis ſui q̄d eſt ana
thema ipſam illam impię ſuperſtitiōis ſedem teſtā
tur. Ros vero de cęlis eſt & inter benedictionū mu
nera optari cum meminim⁹. cū Iſaac ad Iacob ait.
Et det tibi deus a rore cęli & ab vbertate terrę mul
titudinem. Ergo quia munera & benedictiōes dei
quibus primum omnia cum creata & facta ſūt be-
nedixit: poſtea vero ex peccato Adę in anathema
te conſtiterunt: gratum deo eſt ea rurſum in ſan-
ctificationis ſedem redire atq; deſcendere. Bene-
dictus eīn homo fuit: ſed poſt benedictionem pec
cauit: & ſtatim impius fuit. ſed qui mauult pecca-
toris pœnitētiā q̄ mortem. vult benedictionis ſuę
rorem ab Hermon in Syon deſcendere id eſt ex im
pietatis ſede in ſanctificatiōis locum tranſire. Ro-
re eīn omnia vireſcunt/aluntur/augentur: ita prin
cipali illa dei benedictione homo gignitur ſpirat:
& creſcit. Eſt ergo bonum atq; iocundum vt a gē-
tili errore id eſt & profana hermon veneratione de
ſcendens ad Syon id eſt ad æternę beatitudinis do
mum tranſeat: & eum qui ſalute omnium lętatur
oblectet ob id quoniā illic mandauit dn̄s benedi-
ctionē & vitam vſq; in ſæcula in Syon ſcilicet vel
etiam in vnanimitatem cohabitantium fratrum.
Benedictiones eīn eccleſia ſola largitur: vitā ęter-
nam vnanimitas promeretur. Qui dixit eīn æter-
næ vitæ viam pandens diligite inuicem ſicut ego
dilexi vos: non mendax eſt. Eſt eīn ipſe veritas via
vita dominus noſter Ieſus chriſtus qui eſt benedi-
ctus in ſæcula ſęculorum Amen.

Incipit Tractatus
pſal. CXXXIII.

FInem ſumūt
cantica graduum: ſed aſcenſio
nib⁹ ſuis dignum. Cum enim
per ea ad cognitionē ſacramen
ti cæleſtis ſcandatur neceſſe ē/
vt poſtea benedictio ei ad quem conſcenſum fit de
beatur. vocat igitur omnis prophetia ad benedicē
dum & tanq̄ conſummaris omnib⁹ vniuerſos ad
cōteſtationem honoris debiti cōgregat dicēs. Ec-
ce nūc benedicite dn̄m omnes ſerui domini. In eo
autem q̄d ait ecce nunc elaboratę aſcenſionis per-
fectum op⁹ eſſe ſignificat: vt iam nūc benedicant:
quia proficientes aſcenderint. Benedicendus ē/qa
nos in excelſum prouexerit: quia fidei gradibus in
ſublime domus ſuæ eleuauerit. Benedictione aūt
dei os peccatoris indignum eſt & idcirco ait. om-
nes ſerui eius. Nō omnium eſt deo accepta benedi
ctio neq; ſe ꝑmiſcuus putet placere poſſe. Soli iſtd
competit dei ſeruo. nō peccati ſeruo: nec ſęculi ſer

uo. Omnis eñ inquit qui facit peccatum/ſeruus ē peccati. Seruo igitur dei competit vt dominū ſuū religioſo ore benedicat: ac ne ipſi quidē ſeruo hoc erit proprium qui ſe ſeruū nomine ſolo profiteat/ ꝗ etiā nūc cūctabūdꝰ & fluctuās icerto fidei voto circūſcratꝰ cuiꝰ cogitatio & volūtas in recordatione peccaminū: & in curas voluntatū euagetur. Et idcirco cum dixiſſet. Ecce nunc benedicite dominum omnes ſerui eius. Adiecit. qui ſtatis in domo domini in atriis domꝰ dei noſtri. Qui ſtat loco nō mouetur: iam currit: iam aſcendit: iam immobilis manet: iam auide bibit beatā illā prophetę vocem Statuit ſuper petrā pedes meos. Et rurſum. In petra exaltaſti me: & audiet tāq̄ Moſi ſibi dici tu autē ſta hic mecum. De peccatoribꝰ autem ita legimꝰ. Dilexerūt mouere pedes ſuos. Stādum ergo eſt in domo domini quia benedictio ſtātium placeat: & ſtātium in domo illa ſancta & cęleſti Hieruſalem/ & angelorum frequētium ad quā per hāc eccleſiæ & cōuentus noſtri domum ſcāditur. Et quia plures apud patrem māſiones ſunt benedicunt dominum nō ſolum in domo ſtātes: ſed etiam in atriis eius. Nō omnis domus atrium eſt: domus eſt etiā quicquid extra atrium eſt. Interior autem & familiarior atrii ſedes ē. Interiꝰ ergo ſtabūt qui in atrio ſunt: quia ſit licet dignitas in domo ſtare. pręuenit tñ ille q in atrio ſteterit. Diuerſos vero eſſe eos q in domo & eos q in atrio ſint alibi ꝓpheta demōſtrat dicens. Plātati in domo dñi: in atriis dei nři florēt. Maior fructus ē effloruiſſe. Et licet plātatio habeat dignitatem pręcellit tamē eſfloreſcentium honor Quia vt initium in plātatiōe eſt: ita gaudium boni operis in flore eſt. Repperi autem quoſdam ambiguos circa hoc in atriis domus domini fuiſſe dicētes. Idcirco hoc a tranſlatoribus primis adiectū eſſe. quia ſub hiſdem verſibus ſequenti pſalmo cōtinetur: opinantibus ipſis ſcriptorum vitio in libris hebraicis fuiſſe pręteritum. Sed noui interpretes quæ volunt tractēt: nobis vero obſequendum eſt: & auctoritati trāſlationum & vetuſtati. In hāc aūt ſpem ſtādi in domo & in atriis domini propheta nos hortatur dicēs. In noctibus extollite manꝰ veſtras in ſancta: & benedicite dominū. Agimus eñ ſecūdum apoſtolum ſub principibꝰ harum tenebrarum: & nox nos ſęculi detinet quæ per euāgelicam prędicationem iam prodiit in lucē. Nox eñ iam proficiſcit ſicut in die decēter ambulare. In hac igitur nocte ignorantiæ/inſidiarum/infirmitatum/concupiſcentiarū/vitiorum eleuandę manꝰ, ſunt in ſancta: non ad prędicandū & orādum tantum: ſed etiam ad operandum. Preces enim nudę non proficiunt. Eleuāda autem opera noſtra ſunt in dei ſancta id eſt in nudis veſtiendis: in eſurientibus cibādis: in ſitientibus potandis/in afflictis cōſolādis/in oppreſſis adiuuandis: in omnibus diligendis. Hęc enim nos in hac corporis noſtrę infirmitate ſanctificant: hęc deo placita & ſancta ſunt. Et hoc nō ignorat propheta dicens. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Nūc eñ in cōſummationē ſęculi qđ eſt veſpertinum nō in tauris/& hircis/ſed in operibus bonis deo hoſtia ē. Moſes nos docuit exemplo qui cum eleuatis conſtitiſſet manibus vincebat: ſūmiſſis vero in terram vincēdū populum ab hoſte prębebat: oſtendens ꝑ hāc formā hoſtem noſtrum ſi terrena opera noſtra ſint vincere: ſi excelſa vero ſint eſſe vincendū. Eleuandę igitur manus noſtrę ſūt in noctibus: vt plātemur in domo: vt in atriis floreamus: & benedicēdus eſt dominus: id eſt cum dei benedictione ſemper orandū eſt/ne cum panem inopi prębeas metu famis triſtis ſis/ne cum ſumptum indigenti offeras: damnum putes: ne cū nudum veſte induas: exui te exiſtimes. Hylarem eñ datorem amat deꝰ. Quid autem læta & benedicētia eleuatarum manuum opera mereantur: oſtendit dicens. Benedicat te dominus ex Syon. Dominus ſcilicet eccleſię & ſanctę Hieruſalem & ciuitatis viuis gemmarū lapidibus extructę. In deo vero æterno vt ſpem omnem noſtram poſitam cognoſceremus adiecit qui fecit cælum & terram. Eū ſcilicet eccleſiarum deum eſſe demonſtrans: qui cælum feciſſet & terram per dominum noſtrum Ieſum chriſtum qui ē benedictus in ſęcula ſęculorum. Amen.

Tractatus pſal. CXXXIIII.

PSalmꝰ ſecundum ſimplicitatem audientiū abſolutꝰ videtur. Ea eñ ex maiore parte in eo cōtinentur quæ libro Exodi inſcripta ſūt. Aegy

pti plagę. Pharaonis pœna. Regum mortes: & ho
ſtilis terrę obtenta hęreditas. ſed ſecũdum apoſto-
lum quę in lege ſunt vmbra eſt futurorum quæ in
ea geſta ſunt allegorimenta ſunt: non negligẽter
audiẽda ſũt: quia ſub corporalium geſtorum fide
in exemplum ſunt ſpiritualium operum conſtitu-
ta. Magnę autem diligentiæ res eſt: virtutem ver-
borum collocatorum expẽdere: & ſcire quid cuiq;
rei ſub eorum quæ dicta ſunt ſignificatione ſit pro
prium. Vt eñ nõ omniũ eſt herbarum genera vir
tuteſq; noſſe: etſi quis imperitus ac neſciꝰ in agrũ
his ſalubribus herbis diuitẽ venerit: omnia inuti-
lia & promiſcue genita exiſtimãs prætcribit: at ve
ro ſi peritus & doctus hũc precioſum in his germi
nibus agrum fuerit ingreſſus: omnia quę ab aliis p̃
terita erũt demetet: & ea quę ab ignaris erũt negle
cta mirabitur: ſciens qñ vtile metẽdorũ eorũ tẽpus
ſit: & in quę genera ſanitatum his vtẽdũ ſit: & quã
tũ ex his aut quouſq; moderandũ ſit: ſic & in diui-
nis ſcripturis eẽ intelligẽdũ ẽ: vt ſi eas impia auris
& mens ruſtica audiat tanq̃ otioſas & nõ neceſſa-
rias negligat. at vero ſi calens ad cognitionem dei
auditor ac lector aſtiterit: & cui frequens lectio/&
ſpiritualis gratię donũ ſciẽtiam diiudicãdi ſingu-
la intelligendiq; præſtiterit mirabitur omnia: atq;
his ſecundum naturales eorum virtutes & efficiẽ-
tias vtetur: non ignarus quando quid præſumẽ-
dum ſit: & in quã curationem eligendũ. quãdo ex
eo corpori ſanatio/quando animæ medela tribuẽ-
da ſit: ne quid præproperum/ne quid importunũ
ac tardum: ſed collatis & virtutibus & temporibꝰ
& rebus non imperite his quæ ſibi comperta fue-
rint vtatur: qđ quidem maxime in hoc pſalmo ita
eſſe intelligitur. Incredibilem enim in modũ ea re-
bus geſtis verba ſubiecta ſunt: vt cum fideliter illa
quæ geſta ſunt enunciarent: maiorem tamẽ inter
nę & ſpiritualis intelligentiæ profectũ ex ſe ita col
locata præſtarent. Neq; tantum hæc ratio ſeruata
eſt vt res ipſę quę corporaliter geſtę ſunt ad oſten
dendã dei magnificentiam cõmemorarẽtur: verũ
etiam vt per cognitiones geſtorũ & virtutes nomi
num exemplum de ſe gerendis in his quę ſunt ge-
ſta præberẽt. Itaq; neceſſariũ eſt hęc ſingula perſo-
nis/tpibꝰ virtutibꝰ diſcernere: vt ea q̃ icurioſę au
res tanq̃ nõ neceſſaria forte perdiderint ipſa illa ad
humanæ infidelitatis medelam ſantionemq; refe
rantur. Et hoc ipſis rebus in pſalmo docebimus: q
ita cœptꝰ eſt. Laudate nomen domini: laudate ſer
ui dominũ. qui ſtatis in domo domini in atriis do-
mus dei noſtri. Laudate dominum quia benignus
eſt dñs/pſallite nomini eius qm̃ ſuaue ẽ. Et cõtuẽ-
dum in exordio pſalmi ẽ/qđ ad laudẽ nos dei aduo
cat/cũ in ſuperiore pſalmo ad ſolam benedictionẽ
hortatus ſit. Præſtare autem laudi benedictionem
nõ ambiguum eſt. Primus eñ odor in benedictio-
ne poſitꝰ eſt: ſed cõſummatur in laude: & laus nõ
incipiẽda cõfuſe eſt ſed ordine ac modo cõfitenda
eſt. Hoc eñ primũ eſt laudare nomẽ dñi. Nomẽ er
go domini primũ laudare admonemur: quia deꝰ
cæli ſit/quia deus terrę ſit/quia deus mũdi ſit. quia
deus (qđ fidei noſtræ & ſpei propriũ eſt) Abrahæ
& Iſaac & Iacob ſit. In his eñ primũ deo laus ẽ. Se-
quẽs vero præceptum eſt. laudate ſerui dñm. Per
cognitionẽ nominis dei ad ſciẽtiam eiꝰ proficimꝰ
Iam eñ nõ nomẽ domini ſed dominum laudamꝰ
cognoſcẽtes cur deus cæli ſit/cur terræ deꝰ ſit/cur
deus mundi/cur deus Abrahę/& Iſaac & Iacob ſit.
Hæc eñ primũ puerilis doctrinę rudimenta trãſ-
greſſi deum non iam per obediẽtiam ſubditorum
ſed per imenſę virtutis ſuę magnificẽtiã laudamꝰ
& laudamꝰ ſerui eiꝰ. Neq; ſolũ ſerui eiꝰ nudo tm̃
profeſſionis noſtræ vocabulo nũcupari: ſed ſtãtes
in domo eius iam nõ vagi/neq; erratici: ſed ſtantiũ
firmitate ſtabiliti. Neq; tantũmodo ſtãtes/ſed etiã
in atrio domini dei noſtri internæ potius & medię
domꝰ ſede ſuſcepti. Per hũc igit̃ ordinẽ a ſeruis &
a ſtãtibꝰ in domo atq; in atrio/laus inchoat̃. Lau-
dãdꝰ deꝰ ob id ẽ. qa benignꝰ eſt Nã vt oiporẽs ſit
naturæ ſuæ virtꝰ ẽ. Vt vero benignus ſit nobis ne
ceſſarium eſt quos corporis infirmitas & conditio
originis in peccatis detinet. Et quid ſpei eſt huma
nis delictis ſi benignitas dei abſit! Sed dictorum ra
tio cõſideranda eſt. Nãq; qui laudãdus eſt quia be
nignus eſt: pſallẽdum nomini eius eſt quia ſuaue ẽ
Pſallite nomini eius qm̃ ſuaue eſt. Pſallite vbi dici
tur: ad corporis opera refertur. vt per organi noſtri
id eſt corporis multimoda opera cõſonãs deo fiat/
& apta laudatio. Pſallere ergo nomini eius iube-
mur: quia ſuaue eſt. Suaue eñ eſt deo corpora no-
ſtrã cõplacito miniſterio probabiliq; famulari. Vel
ipſum illud potius nomen domini ſuaue eſt. Et qđ
ſuauitatis in ſe habet vel nomẽ eius: vel ei pſallere

continuo ſubiecit dicens. Quoniam Iacob elegit
ſibi dominus Iſrael in poſſeſſionem ſibi. Initiũ ori-
ginis iudęorum ſecundum ſanctificationem gene
ris Abraham eſt. Ad hunc enim dei fuit ſermo. Et
cur potius Iacob q̃ Abraham dominus elegit? De
hinc cum idem ſecundum nuncupationis allocu
tionẽ ſit iſrael qui & Iacob: cur iterum addit iſrael
in poſſeſſionem ſibi? Ordo exigebat principem ele
ctionis Abraham: nõ eũ qui iam tertiꝰ in electio-
ne eſt Iacob cõmemorari: ratio quoq; ammonebat
vt ſignificatus iſrael in Iacob intelligeret. qn etiã
illud accedit ꝙ qui Iacob eſt eligitur qui iſrael poſ-
ſidetur. Sed iam in exordio ſermonis monuimus
illa ex rebꝰ corporaliter geſtis cõmemorata in pſal
mo eſſe in quibus futuri ſpecies tanq̃ in ſpeculo re
luceret: ea quoq; geſtis rebus coaptata verba eſſe
quæ cum ea quæ geſta ſunt enunciarent: tamẽ in-
telligentiam nobis abſolutiorem eorum quæ ſpi-
ritualiter in geſtis rebus pręfigurabantur afferrẽt.
Dei nomẽ ſuaue ẽ nõ vni tm̃ gẽti atq; ipſi irreligio
ſę ſed oĩbus iã gẽtibꝰ atq; linguis. Iacob eñ ſibi ele
git maiorẽ natu ſupplantãtẽ ementem primitias
cibo & deſperatiõe venalis: abripientẽ bñdictionẽ
ſpoenitẽtẽ poſt ſeruitutem: deinde poſt luctã deũ
videntẽ & iſrael nuncupatum. Ante eñ Iacob eſt:
& ſic iſrael. Circunſpiciamus eccleſiæ corpus quæ
per differẽtiam fidei & Iacob & iſrael habet. & hic
coetus populũ legis fide ſupplantat: primitias eiꝰ
accipit: benedictionem eius diripit: ſecũdũ domi-
ni dictum dicentis. A diebus autẽ Ioannis regnũ
coelorum vim patitur: & vim facientes diripiunt
illud. Iacob eſt ergo qui eligitur: domino dicente.
Ego vos elegi. nõ vos me. Iſrael eſt qui poſſidetur
in præteritis primogenitus & benedictionibus co
gnitꝰ: in ſeruitute multi temporis fidelis in ſacra
mento luctę potens: in promerendis rurſum bene
dictionibus pertinax: in dei cognitione & conſpe-
ctu iſrael. Nouit autem ſpiritus prophetię præpo-
tentem hanc nominis dei in congregandis genti-
bus & poſſidẽdis fidelibus ſuauitatẽ dicens. Quia
ego noui q̃ magnus eſt dominus. Officio quidem
oris ſui propheta loquitur: ſed cognitione ſua vox
iſta eius eſt: qui ait. Nemo nouit patrem niſi filius
& cui voluerit filius reuelare. Et filius quidem pa-
trem ſi cui voluerit reuelabit. Sed magnitudinem
eius nemo cognoſcit propheta dicente. Cuius ma
gnificẽtię nõ eſt finis. Cognitio huius ergo infini-
tatis ei ſoli erit ꝓpria q ſecũdũ pfectã originis ſuæ
plenitudinẽ ipſe imago ẽ īfiniti. Quia ego cognoui
q̃ magnꝰ ẽ dñs & deꝰ noſter p̃ oĩbꝰ diis. Nõ p̃ diis
oĩbꝰ illis ẽ de qbus infra ait. Simulacra gẽtium ar-
gẽtum & aurum / opera manuum hominũ. Os ha
bent & non loquentur. Nihil eñ magnum ſi me-
tallis & ſaxis & lignis / comparatꝰ pręfertur. Et qa
iſti dii non ſũt: quęrendũ eſt quos deos dixerit. nõ
eñ deorum multitudinem eccleſia cognoſcit. Er-
ror hic gentium eſt vt coetus & conceptus & pro-
creationes & ſucceſſiões deorũ aut fingat aut cre-
dat. Nobis autem ſecundum apoſtolum vnꝰ deꝰ,
ex quo omnia / & nos in ipſo: & vnus dominus no-
ſter Ieſus chriſtus per quẽ omnia: & nos per ipſum
Vnus ex vno deus ex deo eſt. Non recipit alterum
innaſcibilis vt duo ſint / nec admittit ꝙ ẽ vnꝰ vni
genitus ne deus ſit. Non ſunt duo innaſcibiles / nõ
ſũt duo vnigeniti: in eo aũt vnuſquiſq; ꝙd eſt vnꝰ
eſt / dum parem nec vnigenitus habet: nec innaſci
bilis admittit: neq; vnigenitꝰ deus ex alio q̃ innaſ
cibili deo ſubſiſtit. Vidẽdum eſt autem præ quibꝰ,
omnibus diis deus noſter ſit. Inuenio deos dici per
prophetam ita. Deus ſtetit in cõgregatiõe deorũ
in medio autem deos diſcernit. Et hoc quidem vi-
det ambiguũ neceſſitatis abſolutę nunciare quos
deus ſignificet: ſed dñs in euãgeliis errore nos nũ
cupationis huius liberauit dicẽs. Ego dixi dii eſtis
& filii excelſi omnes. Et adiecit. Si ergo illos dixit
deos ad quos verba dei facta ſũt: & nõ poteſt ſolui
ſcriptura: indiſſolubilis dei ſermo ẽ homines deos
nũcupãtis. Inuenio & Moſem deum nũcupari cũ
ei dicitur. Deum te poſui Pharaoni. Sed & apoſto
lus docuit dici alios deos cum ait. Nãq; & ſi ſunt
dii qui dicũtur ſiue in cęlo ſiue in terra ſicut ſũt dii
multi / & domini multi: ſed nobis deus pater eſt ex
quo oĩa: & vnꝰ dominꝰ nr̃ Ieſus xp̃s p quẽ oĩa vnꝰ
qdem deꝰ nobis ẽ & vnus dñs ſed multi dii ſunt q
vocantur in cælo & in terra. Et quidem ſi hoc deo
rum nomẽ hominibus ſecundum ſententiam dei
competit: multo magis angelis archãgelis thrõis
dñatiõibꝰ principatibus poteſtatibꝰ dignũ quos
apoſtolus deos in cælo nũcupari demõſtrat. Dii er
go ſũt qui vocãtur: ſed præ omnibus deus noſter
eſt. nõ comparatione: qui incomparabilis pręcellit
ſed poteſtate præ cęteris eſt. Et quomodo præ cæ

teris ſit mox oſtēdit dicēs. Oia q̄ voluit fecit i cælo
& i terra: i mari & i abyſſis. Soli deo congruit oia fa
cere quę velit. Sola enim perfecta virtꝰ in nullo im
pedit. quominus qd velit & faciat: & ei ex quo oia
ſūt nihil difficultatis occurrat. Inferioris ab eo na-
turæ eſt: ne totum qd velit & faciat. Dum eñ alii
ſe debet caret omnipotētiæ virtute: quia in idipm
ꝙ ſubſiſtit habeat alium auctorem. Et qui non ſe
ſibi debet nō oia pōt dū a potiore ſub ſiſtit. Sed vi-
deamus quid ſit illud qd omnipotentia dei ſecun-
dum volūtatem ſuam fecerit in cælo & in terra: in
mari & in abyſſis. Et quidem magnū eſt ſi cōtuea-
mur indemutabilem cæli firmitatē: ſolem annuis
curſibus indefeſſiſq; moderatum: viceſq; anni de-
finitis limitibus temperantem: perennes quoq; lu
nę viciſſitudines & imperturbatos ortꝰ: lapſus cō
uerſioneſq; ſignorum. Iam vero terrę opes: & fœ-
cundos eius fructus in vitam hominum/volucrū/
pecudum/beſtiarum: plena deinde incolis ſuis ma
ria & ſpirantium intra fluctꝰ piſcium vitam. tum
porro quia plurali genere maria græcitas elocuta
eſt. oceani ineſtimabiles vices & capacis abyſſi im
perſpicabilem naturam qua refuſus in terram eſtꝰ
reſorbetur. Sed cum hæc ſecundum humanā opi-
nionem plena miraculis ſunt/ac de ipſis dici meri-
to debeat. Omnia quę voluit fecit in cælo & in ter
ra & in abyſſis: videamus quæ omnia ſint quæ vo
luit & fecit. Educens nubes ab extremo terræ/ful-
gura in pluuiam fecit. qui producit ventos de the
ſauris ſuis. Præterito thronorum dominationum
principatuū & poteſtatum cherubin & Seraphin
angelorum & archangelorum: cæli terræ: maris
abyſſi: miraculo in his omnia deus quæ voluit fe-
cit in cælo & in terra in mari & abyſſo. Educēs nu-
bes ab extremo terræ fulgura in pluuiam fecit. qui
producit vētos de theſauris ſuis. An hæc tantum
perfectę in deo voluntatis omnipotentia eſt terrā
exhalare nubes? choruſcare pluuiis imminētibus
fulgura? alternatis ſpiritibus flare ventos? Sed ar-
guunt hanc opinionem noſtram virtutes verbo4
& naturæ generū. Educens inquit nubes ab extre-
mo terræ. Quid eñ ſibi vult ꝙ nubes educuntur/
& educūt ab extremo terræ? Exhalāt quidē valles
vuidę nebulas: ſed neq; valles extrema terrę ſunt:
neq; quiſq̄ nebulā idipſum exiſtimauit eſſe qd nu-
bem. Dehinc fulgura in pluuiā fecit. Quæ hic hu
mani ſenſus intelligentia eſt? Fulgura nonnunq̄ ſi
ne pluuiis videmus: & pluuias ſępe eſſe ſine fulgu
re. Non pluuię fulgura afferunt: neq; rurſum ful-
gura pluuias defundunt. Sequitur quoq;. qui pro-
ducit ventos de theſauris ſuis. Quæ hic humani
ſenſus intelligētia eſt? At ne in concauo aliquo &
cōmunito theſaurorum loco cōditos eſſe ventos
exiſtimabimus: ex quibus vēti ſoleant tāq̄ precio-
ſiſſima theſauri portio produci: & cum ſolent mu
tationes ventorum frequētes & incertę ſæpe & cō
trariæ cōmoueri totiens negocioſus ad hæc deus
ipſos iſtos vt demutentur: vt diſſideant ex ſecreto
diuitiarum ſuarum producit. Sed hæc a me volen
ti virtutē & rationem dictorum oſtendere ita com
memorata ſint vt nihilominus inuiſibilis & omni
potentis virtutis eſſe intelligatur a mari qd eſt ab
extremo terræ nubes educi: & inter pluuias fulgu-
ra choruſcare/& ventos ex occultis ſuorū ſpirituū
ſedibus flare. Verum quia nō in his tātum omni-
potentia dei eſt: neq; in his ſolum quæ voluit fecit
in cælo & in terra: in mari & in abyſſis: & in iis quę
corporaliter geſta eſſe memorantur/ſpiritualia ſi-
gnificari meminimus. Demōſtrādum eſt nūc qd
ſub his dictis per virtutē prophetiæ intelligere de
beamus. In eo qd omnia quę voluit fecit in cælo &
in terra in mari & in abyſſis. Quātū cognitioni no
ſtræ permiſſum eſt nihil amabiliꝰ deo homine eſt.
Et ſubeſt cauſa vt peculiare ei hoc animal ſit. Mū
dus verbo conſtitit: homo autem cum conſilio ef-
ficitur: nō verbo/ſed opere cogitato. fit quoq; ad
imaginem dei per inſpirationem: & ea dei viuens
anima perficitur: legem accepit: voluntati ſuæ per
mittitur/liber ab omnibus mundi dominus cōſti-
tuit. paradiſi incola eſt/inuidia diaboli dignꝰ eſt:
poſt peccatū miſericordię reſeruatur: omnis ſæcu
li huius ætate ad cognitionem dei eruditur: iudex
angelis pręparatur: reuelationem eius creatura ex
pectat/vanitati in ſpem & ipſa ſubiecta. ob pœni-
tētiam eius ex peccato angelorū in cælis maximū
gaudium eſt. Hic ipſe per ſacramentum natiuita-
tis ſecūdū hoiem Ieſū chriſtū aſſūptus eſt in eū. Iā
vbiq; irreligioſū an̄ os eius religionē docet iā pol-
lutum ſtupris corpus cōtinētia purum eſt. iam cæ
ca quondam a cognitione dei mens iſrael facta eſt.
inuidia in mutationē boni proficit: iam ebrietas in
ieiunia exarſit: iam odiū in amorem demutatū eſt:

iam vitia in virtutum vita perẽpta ſũt. Fecit ergo
dominus oĩa quæ voluit in cęlo & in terra in ma
ri & in abyſſis. Nihil eñi in his oĩbus chanꝰ homi
ne ſuo habuit: ob quem etiam vnigenitꝰ eius deꝰ
homo extitit: & fecit ita. Educens nubes ab extre-
mo terræ. Nubibus dominus præcepit ne ſup ſpi-
noſam & infœcundã vineam pluerent. Mandabo
inquit nubibus ne pluant ſuper eam. Cognoui &
nubem in qua locutus eſt deus. In columna inqt
nubis loquebatur ad eos. Et teſtatur mihi Paulus
in hac nube non ſolum hoc q̃d legitur intelligen-
dum dicens. An neſcitis quia patres noſtri ſub nu
bẽ fuerũt: & in Moſe baptiſati ſunt? Nubem hanc
itaq; ſignificat doctrinam apoſtolicam quæ inum
brans & a calore defendens: æſtum omnẽ futuri iu
dicii excludit. Q̃d autem a nouiſſimis terræ ſunt/
audiamus apoſtolum dicentem. Puto autem deꝰ
nos apoſtolos extremos oſtendit/ſicut abortiuos.
Dominus ipſe cũ de loco & de dignitate inter diſ-
cipulos ſermo eſſet: ait. Qui voluerit in vobis eſſe
primus: ſit omnium nouiſſimus. Has ergo nubes
deus oĩa quæ vult faciens a nouiſſimis terræ edu-
cit: & hanc inumbrantem doctrinã terrę humilia
exhalãt. Fulgura in pluuias fecit. Fulgur eſt virtu
tis cæleſtis agnitio/& hoc ipſe dominus teſtaẽ di-
cens. Sicut eñi fulgur exit ab oriente/& paret vſq;
ad occidentem: ita erit aduentꝰ filii hominis. Et
hoc quidem ita in domino qui non in locis corpo-
ralibus ſed vbiq; adueniens cernitur. Cæterum in
ſingulis hodie quicũq; virtutem dei annũciabũt:
qui cognitionem eius per doctrinam pręſtabũt ful
gura inter pluuias facti ſunt. Fulgura primum ipſi
ſcientia choruſcantes. tũ deinde verborum imbrẽ
profundentes. Et huius pluuię ex ſe profundendę
Moſes nõ iam ſpiritualiter per doctrinam/ſed cor-
poraliter per gloriam fulgens ita meminit. Atten
de cæli & loquar: & audiat terra verba ex ore meo
Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meũ/et deſcẽdãt
ſicut ros verba mea/& ſicut pluuia ſuper gramen
& vt niues ſup fœnũ. Illa fulgura in has pluuias fa
cta ſũt verba ſcilicet viuificãtia: & potãtes irrigã-
tia. Seruatꝰ aũt ordo eſt/vt poſt cõgregatas ex no
uiſſimis terrę nubes/poſt fulgura cõſtituta produ
cat vẽtos de theſauris ſuis. Quos aũt vẽtos p̄du-
cat non ambiguũ eſt: eos nempe de quibus ait. Fa
ciens angelos ſuos ſpiritus. Sunt eñi angeli paruu

lorum quotidie deum videntes. Hi igitur ſpiritꝰ
ad ſalutem humani generis emiſſi ſunt: neq; enim
infirmitas noſtra niſi datis ad cuſtodiã angelis tot
tantiſq; ſpiritualiũ cęleſtium nequitiis obſiſteret.
Opus ad id fuit naturæ potioris auxilio: & hoc ita
eſſe ex his dictis docemur quibus trepidum ac pa-
uentem Moſem dominꝰ confirmat dicens. Ecce
angelus meus antecedet te. Hos igiẽ de theſauris
ſuis ventos producit tribuens in his auxilium hu-
manę infirmitati. vt hęc nos diuina pręſidia aduer
ſus mũdi potentes harum tenebrarum in hæredi-
tanda nobis ſalute tueantur. Sequitur deinde hic
ordo dictorũ. Qui percuſſit primogenita ægypti
ab homine vſq; ad pecꝰ & miſit ſigna & prodigia
in medio tui ægypte: in Pharaonẽ & in omnes ſer
uos eiꝰ. qui percuſſit gentes multas & occidit re-
ges fortes. Seon regem amorreorum. & Og regem
baſan. & omnia regna Chanaan occidit & dedit
terram eorum hæreditatem iſrael populo ſuo: fre
quenter ſermo diuinꝰ eũ intelligendum eſſe deũ
cæli atq; terræ/& vniuerſitatis creatorem docet q̃
ægyptum p̄cuſſerit: mare diuiſerit: ægyptios de-
merſerit: populũ ſuum magnis & mirabilibus vir-
tutibus eduxerit. in eremo manna aluerit. electis
gentibus in terram repromiſſionis induxerit. Et q̃
dem omnia hęc magnifica & pręclara opera deum
eſſe teſtãẽ. Neq; eñi mediocris & moderatę virtu
tis eſt tãta geſſiſſe. admirãdꝰ in his intelligẽdus ẽ.
Sed docet nos apoſtolꝰ cũ veneratione geſtorũ p̃
formationem in his doctrinis atq; operis ſpiritua-
lis agnoſcere. cum lex ſpiritualis eſt: cum geſta eiꝰ
allegorum ĩna ſũt: cum ſub nube patres fuerũt: cũ
in Moſen batizati ſũt: cum de ſpirituali petra bibe
runt: cum petra chriſtꝰ eſt. cum poſtremo ſecũdũ
exaltati in deſerto ſerpentis formam exaltandꝰ ẽ
dominus. Ergo licet illa in ęgypto corporaliter ge
ſta ſint ſpiritualiter tamen nunc geritur in nobis
ægyptus in quo ſæculi forma eſt virtutibus & pla
gis dei percutitur: ſignis portentiſq; terretur. pla-
gis dei p̄cutitur cum iudicium ſuum audit. cum
damnationem ſuam cognoſcit. cum in ipſo cõſciẽ
tiæ ſuæ reatu quotidie iudicaẽ. cũ principales ſuas
originariaſq; virtutes cruci ſuæ dominus confixit
locutus quoq; eſt tanq̃ ad viuentem animalemq;
ægyptum vt non habentem terram inanimemq;
regionẽ ſed incolas eiꝰ quos rationales aĩaleſq; cõ

ſtituerat alioqn exiſtimaret. Miſit ſigna & ꝓdigia
in medio tui ægypte in Pharaonē & in omnes ſer-
uos eius. In medio tui quid eſt? Cognoſcimꝰ ex eo
qd dictum eſt Deus autem deus noſter ante ſæcu
la operatus eſt ſalutem in medio orbis terræ. In me
dio itaq; orbis terræ loco in quo dominus ſalutem
nobis operās paſſus eſt ſigna & prodigia miſit. dū
crucis ſuæ horis ſol effugit/tremit terra/ſaxa rum
puntur/ſepulchra panduntur/mortui exurgunt
Hæc in medio tui ægypte ſigna facta ſūt. Pharao
tuꝰ id eſt diabolꝰ aquis necatur: baptizato popu
lo ipſe cū exercitu ſuo obrutꝰ percuſſę deinde gen
tes multæ: extincti ſcilicet innumerabiles in no-
bis viciorum incolatus: reges quoq; fortes peremp-
ti. Fortes plane. Seon regem amorreorum & Og
regē Baſan & omnia regna Chanaan occidit. Et
quid iſtud eſt? Tot regna euerſa ſunt tot reges ex-
tincti ſunt & horū tantum ſit memoria? Fit qui-
dem ſecūdum geſtorum fidem paucorum memo
ria ex pluribus: ſed intantum memorantur in qui-
bus: q̄uis quidem res geſta cognoſceretur tamē ꝑ
cōditiones virtuteſq; nominum ſpiritualis in his
eſſet conditio ſubtexta. Nam Seon infructuoſę ar-
boris interpretatio eſt. Qd em̄ nobiſcum arbor in-
fructuoſa id hebraice Seon nuncupatur: amorrēꝰ
vero exacerbans. has ergo ſub horum nominū ſi-
gnificatione infructuoſas in nobis exacerbantibꝰ
virtutes deleuit infructuoſos ſcilicet principes: q
nos qui exacerbabamꝰ dominum obtinebant. Et
ob id ſecundum dictum euangelicum exemplo in
fructuoſę arboris exciſos. Og vero rex interpreta-
tionem habet macerię ſiue valli. Baſan vero cōfu
ſionis ſiue pudoris. Regem hunc ergo confuſionis
pudoriſq; noſtri extinxit ſoluens ſecundum apo-
ſtolū maceriā: vel valli id eſt quo ad cognitionem
dei prohibebamur obſtaculū diruēs. Occidit dein
de omnia regna Chanaan. Maledictum Chanaan
eſſe geneſis docet: & eſſe ſeruum fratrum ſuorum
ob contumelioſam eius in patrem iniuriam. Inter
pretatio autem nominis Chanaan motio eſt. Quę
igitur nos in vitia & in maledictam impietatē con
mouebāt atq; in nos vi ſua ac poteſtate regnabāt
dominus extinxit. Q; autem per varias virtutes
quæ in filiis obedientiæ operanē hęc regnant pec-
cata in nobis apoſtolum audiamus dicentem. Nō
regnet amplius in mortali corpore veſtro peccatū

Regna ergo hęc occiſa ſunt iam em̄ non dominan
tur in nobis. Sed occiſis his quid conſequit? Dedit
terram eorum hęreditatem iſrael populo ſuo data
quidem terra eſt regum & gentium ſuperius me-
moratarū/ſed amiſſa rurſum eſt. Hodie a gentibꝰ
incolitur: iſrael vbiq; exul eſt. Et quomodo terra q̄
data eſt hæreditas eſt? Manet ergo idē ordo vt ſub
his quæ corporaliter geſta ſunt/ea quæ ſpirituali-
ter eſſent gerenda præſcripta ſint. Data igitur cor
porum noſtrorum terra in hæreditatē eſt quæ an-
tea erat in Chanaan maledicta: in vitia mobilis: in
Baſan cōfuſionis pudoriſq; plena: in amorreo ex-
acerbans & irritans. quā poſſidebat in Og infideli
tatis maceria; quā occupauerat in Seon arbor in-
fructuoſa. Hęc igitur terra ſoluto infidelitatis val
lo & exciſa ex ea arbore infructuoſa data eſt hære-
ditas & data ē iſrael populo ſuo. Quæ aūt hæc hæ
reditatis terra ſit/& qui ſit hic iſrael audiamꝰ apo
ſtolum Paulum dicentem. Sicut portauimus ima
ginem terreſtris portemus imaginem cęleſtis. hęc
eſt iſrael cui terrę beatæ huius cōtinget hæreditas
cui cōglorificati i dn̄o terreni corporis ſui erit ęter
na poſſeſſio. hoc Chriſtianis eſt proprium qui hoc
in ſe nomen incolume per cæleſtis imaginem vſq;
ad finē retinuerint. Atq; ita ait. Dn̄e nomen tuū in
ſæculum. Nunquid a nobis optādum hoc deo eſt
aut æterna virtus eget voto noſtro vt maneat in ę
ternum? Vt in nobis potiꝰ maneat optandum eſt?
ſicuti cum dicimus ſanctificetur nomē tuū: adue-
niat regnum tuum: fiat voluntas tua ſicut in cęlo
& in terra. Non vtiq; vt hæc deo proueniāt opta-
mus/vt ſanctificetur qui ſanctꝰ eſt vt volūtas ſua
fiat cuius factum in volūtate eſt noſtræ hæc potiꝰ
rei vota ſunt vt per egregia fidei: noſtrę opera no-
men eius ſanctificetur in nobis. Ait em̄. Eſtote ſan
cti quoniam ego ſanctus ſum: vt in nos regnū eiꝰ
adueniat & digni æterno regno per indultam no-
bis ęternitatis ſubſtantiam ſimus: quia ſpes vitę ē
confiteri regnum eius: & dicenti ſibi latroni domi
ne memento mei dum veneris in regnum tuū. Re
ſpōdit. Amen dico tibi hodie mecum eris in para-
diſo: vt ſicuti voluntati eius in cælis ab indefeſſis
& cæleſtibus virtutibꝰ paretur ita & a nobis in ter
ra pareatur ne corporalis nos infirmitas ab exequē
da eius voluntate deflectat. In cælis em̄ indefeſſis
quotidie vocibus dicitur. Sanctus ſanctus ſanctus

dominus deus ſabaoth: pleni ſunt cæli & terra glo
ria tua. Vt nobis quoq; nihil aliud in opere ſit niſi
per qđ ſanctificatur nomen eius: nihil aliud in ſpe:
niſi per qđ etiam in nos regnum eius ſperamus: ni
hil aliud in voluntate: niſi per qđ deo æternæ a no
bis laudes ſunt deferendę. Profectꝰ hic voti noſtri
tur inhibemur dicens. Domin⁹ retribuet pro me.
Illi enim vindicta ſeruanda eſt. qui in calūnia ve-
ſtes dimitti & pallium iuſſit: qui poſt iniuriam ala
pę vnius præberi & maxillam alterā voluit: qui ve
tuit malum pro malo reddi: plus vindictę adeptu
ris iis qui æterno iudici vltionē præſentis iniuriæ
reſeruaſſent. Concluſit deinde fideliſſime ſpei vo
ce. Dñe miſericordia tua i ſæculū opera manuum
tuarū ne omittas. Vt quia dei miſericordia in ſæ-
culū eſt extendens ſuper iram inimicorū manum
ſuam & fideles ſuos protegens dextera ſua & pro
his retribuens opera manuum ſuarū non omittat
hominē ſcilicet qui ait. Manus tuę fecerūt me. &c.
Nōnunq̄ manu dei facta cōmemorari ſolent: ho-
mo vero ſemper manibus dei effectus Nobiliore I
eum opere ex manuum cōmemoratione monſtra
to. Vt igitur hunc non omittat precatur vt ſit ei
auxiliator aſſiduus per eum & in eo qui dicit. Ecce
ego ſum vobiſcum omnibus diebus vſq; ad cōſu-
mationem ſæculi: dominum Ieſum xp̄m qui ē be-
nedictus in ſæcula ſæculorū. Amen.

Pſalmus. CXXXVIII. In finem.

Domine pro-
baſti me & cognouiſti me tu co
gnouiſti ſeſſionem meam & re
ſurrectionem meam. Et reliqua
Omnis quidem prophetic⁹ ſer
mo ex diuini ſpiritus inſtinctu profectus eſt: & hoc
non in obſcuro eſt cum legimus hæc dicit domi-
nus. Et iterum: Audite verba domini. Et rurſum.
Quoniam dominus locutus eſt. Et in eodem: os
enī domini locutum eſt ita. De palmis autem ipſe
dominus in euangeliis confirmat cū de ſe loquens
ait. Si Dauid in ſpiritu vocat eū dñm quō dicitis
q̄ filius ei⁹ eſt: Docens oīa Dauid ſpiritu ꝓphetico
elocutū: Locutum autem de ſe licet in hoc eodē lo
co oſtenderit cū ab eo ait dominū ſe eſſe in ſpiritu
nuncupatum abſolutius tamen oſtendit in pſal-
mis ſacramentum omne corporei aduētus ſui cō-
tineri dicens. Hæc ſunt verba mea quæ locut⁹ ſū
ad vos cū adhuc eſſem vobiſcū. quoniam oporte-
bat oīa impleri quæ ſcripta ſunt in libro moſi & ꝓ
phetis & pſalmis de me. Nō eſt ergo ambiguū quī
in pſalmis de eo ſcriptū ſit. Nam & ſi pleraq; in his
talia ſint vt ad perſonam patriarcharū ꝓphetarū
martyrum apoſtolorū: generationis quoq; primę
& generationis ſequētis referri oporteat: tn̄ q̄a oīa
in xp̄o & ꝑ chriſtum ſunt quicquid illud in pſal-
mis & ſub diuerſorū eſt perſonis prophetatū omne
de ipſo eſt. Quia doctrina omnis diuerſis licet præ
ceptorū generibus multiformis hoc per diuerſos
præſtat vt ipſe noſcatur. Hęc nobis propter p̄ſen-
tē pſalmū cōmemorāda neceſſario fuerunt ne for-
te ſine probabili auctoritate p̄ſumpſiſſe exiſtimare
mur vt ad perſonam omnem hanc ei⁹ prophetiā
referremus. Diligenter autē ea obſeruanda ratio ē
vt q̄cunq; homini illi quem ex vtero ſanctæ virgi-
nis aſſumpſit & in quo ſe naſci hominē q deus erat
voluit apta eſſe & congrua videbuntur cū debita
cæleſtis naturæ ſuæ dignitate tractentur: neq; ſa
cramentū ſalutis noſtræ qua in forma dei manens
formā ſerui accepit ad contumeliam indemutabi-
lis ſuę & inuiſibilis & incorporeę & impaſſibilis ſub
ſtantiæ coaptemus. Q; enī homo fuit nobis pro-
fecit: ſibi nihil dempſit. Exinaniuit enim ſe in for-
ma dei manens vt forma ſerui eſſet & nō vt forma
dei eſſe deſineret. Ait enī ipſe. Quęcunq; pater fa-
cit eadem & filius facit ſimiliter. nunquid in forma
ſerui manens virtutem & diuinitatē qua in forma
dei manebat amiſit? Cū enim in corpore humilita
tis noſtræ quęcunq; pater facit eadē & ipſe facit: ſi
militer nihil per conſortium carnis a paternæ diui
nitatis poteſtate degenerat: neq; id corp⁹ q̄d aſſū-
ptū eſt virtutē naturę āteа manētis aboleuit: cū i eo
corpore q̄d aſſūptū ē virt⁹ naturę āteа manēt ſope
tur. Itaq; ſi quid infirmum ex perſona eius dictum
reperitetur ad hominem referri oportebit per quē
habitauit in nobis. Verbum enim caro factum eſt
& habitauit in nobis. Referēdum autem ob id eſt
quia non alienæ aut ſimulatę naturæ hominē aſſū
pſit: Verbum nanq; caro factum habitauit in no-
bis non in vicia infirmitateſq; carnis ex verbi vir-
tute deficiens: ſed naturæ noſtræ infirmitates ho-
mo natus aſſumens. Aſſumptio autem infirmita-
tis nō fecit infirmū q̄a aliud ē naturā eē aliud aſſūp
ſiſſe naturā. Et extra generis neceſſitatē volūtatis
acceſſio eſt. Non enī peccator fuit ſed peccata ſu-

ſcepit. Neq̧ infirmꝰ extitit: ſed portauit infirmi-
tates. Ipſe enim ſecūdū prophetam peccata noſtra
ſuſcepit & infirmitates noſtras portauit. Et ne qd
in impaſſibilem atq̧ indemutabilem diuinitatem
infirmitatis incidere exiſtimaretur adiecit. Et nos
putabamus eū in doloribus eſſe. Suſcepit ergo in-
firmitates quia homo naſcitur: & putatur dolere
quia patitur: caret vero doloribus ipſe quia deus
eſt. Et cum inhabitauit in nobis cumq̧ infirmita-
tes noſtras ſuſcepit: cum ſuſceptis infirmitatibus
non dolet: non poteſt non eſſe qui habitat nec a ſe
defeciſſe qui ſuſcepit: nec abolitus deꝰ eſſe qui nō
dolet. Et hæc quidem propter præſentem pſal-
mum commemorata paucis ſūt: quia videt ſtati
ex perſona hominis cœpiſſe ne per hoc q̧ tanq̄ ho
mo loquitur deceſſiſſe ex paternæ diuinitatis glo
ria videretur. Ait enim. Domine probaſti me & co
gnouiſti me. Apoſtolus cum nos patientię & ſpei
doctrina erudiret ait. Tribulatio patientiam perfi
cit: patientia autem probationē. Probatio vero ſpē
ſpes autem non confundit. Et hæc quidē in ſancto
rum quoq̧ vita atq̧ operibus fuiſſe cognoſcimꝰ:
vt multis paſſionibus tribulationibuſq̧ iactati p-
babiles deo facti ſint. Si quis eñ exulē Abraham
& in metu parricidii & cælibatus & in cæterarum
paſſionum iniuriis manſiſſe fidelem ſemp memi-
nerit: ſi quis fugam Iacob & præter æſtiuorum die
rū laborē: hybernarum noctium vigilias in cuſto-
diis ouium recordetur: ſi quis moſi quadraginta
annorum ſeruitutē & in eo acerba plæbis oppro-
bria & magorum aduerſus eum ęmulas poteſta-
tes recenſeat: intelliget eos patiētia & conſtantia
ſpei probatos non immerito id eſſe pręmii conſecu
tos: vt in Abrahæ ſemine gentes benedicerentur:
ex Iacob iſrael eſſet: moſes pharaoni in deū fieret.
Longum eſt paſſiones cæterorum patriarcharum
prophetarum apoſtolorum & beata illa atq̧ inui-
cta Pauli in mari: in fluminibus: in terra: in ſolitu-
dinibus: in vrbibus: in propriis: in exteris: in pla-
gis: in vinculis: in carceribus: in theatris fidei docu
menta memorare. Certe hos omnes patientia pro
babiles reddidit p quā non erubeſcendę ſpei ſuæ fi
duciam probauerunt. Sed hæc opportuniꝰ & ple-
nius ſuis locis tractata patent: nunc ad eū ex cuiꝰ
perſona pſalmum conſtare diximus reuertendum
eſt. Non confundenda autem perſona diuinitatis

& corporis eſt. Omnis eñ nunc in exordio ex per-
ſona eius hominis quem aſſumpſit oratio eſt. Pro
baſti me & cognouiſti me. Probatus eſt vt cogno
ſceretur quia poſterior eſt probatiōe/ cognitio. Et
videamus ſecundum euangelicam doctrinam hic
dei filius quomodo ſit & probatus & cognitꝰ. Hu
militas nanq̧ eiꝰ p quā meruit ab omni cęleſti ter
reſtri & inferno adorari & in gloria dei patris eē p-
batio eius fuit. Ita enim apoſtolus ait. Fuit obedi-
ens vſq̧ ad mortem mortem autē crucis. Propter
hoc exaltauit eum deus & donauit illi nomen qđ
eſt ſuper omne nomē: vt in nomine eius omne ge
nu flectatur cæleſtiū/ terreſtrium/ & infernorum.
Et omnis lingua confiteatur quia dominus Ieſus
in gloria eſt dei patris. Propter hanc itaq̧ vſq̧ ad
mortē crucis infirmitas carnis aſſumptæ & in no-
mine atq̧ honore imortalitatis & in patris dei glo
ria collocatur. Dei enim nomen donatur & nomē
non ſine honore donatur. honor autē qui donatur
non alius poteſt eſſe q̄ nominis. Nomen vero in-
dulti honoris nō aliud eſt q̄ qđ gloria eſt paterna.
Vt qui in forma dei manens formam ſerui accepit
propter obedientiam formæ ſeruilis cū crucis mor
te ſuſceptæ in gloria dei patris eſſet: cuiꝰ antea ma
nebat in forma. Sed hæc apoſtolꝰ iā de perfectis lo
cutus eſt. Demonſtrandum autem in euangelio ē
vbi & probatus & cognitꝰ eſt. Humilitas itaq̧ eiꝰ
probatio eſt. Vnigenitus nanq̧ deus peccatorum
remiſſor ęterni regni dominꝰ baptizari ſe tanq̄ pec
cator expoſcit/. Officium iſtud baptiſta tenuit a-
gnoſcens eū qui ſibi potiꝰ peccata donaret: ille au
tem ſuſceptā in ſe hominis iuſtitiam etiam ſacra-
mēto baptiſmi expleuit. Et peccati noſtri ipſe pec
cati neſcius particeps fieri non recuſat: & omnem
in ſe humilitatem caducæ carnis aſſumens Iorda-
nē turbis peccatorum mixtus ingreditur. Probat̄
in iſtis omnibus dum geruntur. ſed videamus an
probatus agnoſcitur. Ait enim euangeliſta. Et ba
ptizato Ieſu confeſtim aſcendit de aqua: & ecce ap
ti ſunt cæli & vidit ſpiritum dei deſcendentē de cę
lo ſicut columbā venientem in ipſum: & ecce vox
de cælo dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo
complacui. Probationē mox conſecuta cognitio
eſt. Et quē humilitas probabilem fecerat hunc pa-
terna vox filium cōplacitum ſibi poſtq̄ probauit:
oſtendit. Eſt & probatio quā ſtatī conſecuta cogni

tio eſt. In deſerto igitur temptatiõi diaboli ſubiici
tur: ſeſeq; nunc in faſtigium templi: nunc in excel-
ſum montem patitur efferri. Contumeliæ itaq; &
iniuriæ tam graui ſe dedit dũ in deſerto eſt: dũ cõ-
ditione temptatiõis illuditur: dum eleuari poteſt
in templum atq; montẽ. Sed temptationum pro-
bationem agnoſcentis teſtimonium non reliquit.
Ait enim ſcriptura. Tunc reliquit eum diabolꝰ &
ecce angeli miniſtrabant ei. Homo temptatur: ho
mo circunfertur: ſed poſt hæc angeli miniſtrant.
per probationem cognoſcitur: ꝑ cognitionẽ dignꝰ
eſt miniſterio angelorũ. In cæteris autem quotiẽs
probatus eſt totiens & cognitus eſt. Petrus autem
paſſionem eius deteſtatus eſt crucis in eo ſcanda-
lum pręamore & confeſſę iam a ſe diuinitatis co-
gnitione non ſuſtinens. Sed quia eũ ob infidelitatẽ
crucis ſathanan nuncupaſſet: nõ multo poſt cũ in
mõte gloriæ ſuæ habitu cõſtitiſſet tali a patris vo
ce cognoſcitur. Hic eſt filius meus dilectus in quo
complacui: hunc audite. Probationem quã tẽpta-
tio apoſtoli effecerat: patnę vocis agnitio ẽ conſe
cuta. Deinde ſequit̃. Cognouiſti ſeſſionẽ meã & re
ſurrectionem meã. In ſeſſione doctrinã ſignificari
euãgelica eſt auctoritas. Seſſiones autem nobiſcũ
hę ſunt quæ a græcis cathedrę nuncupant̃: Moſes
cathedram habuit ſecundũ dñi dictum. Super ca-
thedram Moſi ſederunt ſcribę & phariſei. Omnia
ergo quæcunq; dicunt vobis facite & obſeruate: ſe
cundum autẽ opera eorũ nolite facere. Dicunt eñ
& non faciũt. Cum igitur doctrina phariſęorũ ob
id probabilis eſſe docetur quia ipſi in moſi cathé-
dra ſederunt doctrina neceſſario ſignificatur in ca
thedra. Cognouit itaq; ſeſſionem eius cũ dignita-
tem eius in omnibus prædicat: cũ voluntatem eiꝰ
qui ſe miſit exequit̃. cũ humilitati corporis ſui glo
riam poſtulans audit e cælo & honorificaui & ho-
norificabo. Sed doctrina eius non minus in ſeſſiõe
ꝗ in reſurrectione eius cognoſcitur. Nam vt ſeſ-
ſio doctrinæ præceptum eſt: ita & reſurrectio opati
onis effectus eſt. Sedens Ieſus docuit in monte ſed
poſt doctrinam ad opera deſcẽdit. Ita eñ ſcriptum
eſt. Et deſcendente eo de monte ſecutæ ſunt eum
turbæ. Et ecce leproſus quidam adorabat eum di
cens. Domine ſi vis potes me mundare & extẽdẽs
manum tetigit eum Ieſus dicens. Volo: mũdare.
Ad ſanãdam quoq; archiſyna gogi filiam ſurrexit
dominus. Scriptum eſt enim & ſurgens Ieſus ſe-
quebatur eum cum diſcipulis ſuis. Cum autẽ per-
fectum illud in lauandis apoſtolorũ pedibus humi
litatis ſuæ officium expleuit ita legimus. Surrexit
a cœna & poſuit veſtimenta ſua: & accepto litheo
præcinxit ſe. Cognoſcitur itaq; in ſeſſione eius &
reſurrectione doctrina atq; opus. quia & ſermonẽ
& opere dei in ſe patris gloriam prædicabat. Intel-
lexiſti cogitationes meas de longe. Scrutans corda
& renes deus eſt. Et quomodo de longe cogitatio
nes eius intellectæ ſunt? de longe non ad locũ ſed
ad tempus refert: non enim de longe ſe intellexiſſe
ait. Vt ſignificatio loci eſſe credatur tanꝗ longe
ab humanis operibus ſit cum viſu virtutis ſuæ &
ſcientia quæ cogitantur intelligat: ſed de longe in
tellexiſti ait præteriti potius temporis ſignificans
ætatem. Et vbi iſtud qd longe ante cogitationes
ſuas cognouerit reperiemus? Nempe vbi dicitur.
Ecce puer meus quẽ elegi dilectus meus in quo cõ
placuit animæ meę. Ponam ſpiritum meum ſuper
eũ: & iudiciũ gẽtibꝰ nũciabit. Nõ clamabit Nõ cõ
tẽdet neq; quiſꝗ in plateis vocẽ eius audiet. Et hu
iꝰ prophetiæ tũ euãgeliſta meminit cum his quos
curabat vt de ſe tacerent iubebat: Has ergo cogita
tiones eius humilitatis ſcilicet & patientiæ longe
ante intellexit: quia de his erat prophetarũ ore te-
ſtatus. Semitam meam & directionem meã inue-
ſtigaſti. Eſt autem de ſemita & directione anteꝗ id
ipſum tractetur non nihilũ præloquendum: id nã
q; qd nobiſcum ſemita eſt alia virtute atq; intelli-
gentia cum græcis eſt. Tritam eñ nuucupant id ẽ
frequenti greſſu diſcurſuq; contritam: ꝑ quã non
ſemel neq; aliquãdo ſed ſemper ineũdũ ſit. Qd au
tem noſtri directionem tranſtulerunt: id illi ex he-
bræo exotinion interpretati ſunt. Exotinion autẽ
quarundam gentium conſuetudine certum & cõ-
ſtitutum modũ itineris ſignificat: vt quod nos mi
liariũ id illi exotinion nuncupent. Dominus itaq;
noſter in eo corpore qd aſſumpſit iam trãſcurſam
a ſe atq; tritam in prophetis ſemitam percurrit &
certum conſtitutumq; ſibi itineris ſui finem confe
cit. Qd autem ꝑ tritam prædicationis ſemitã am-
bulauerit audiamꝰ ipſũ dicẽtẽ Hieruſalẽ hieruſalẽ
quæ occidis prophetas & lapidas eos qui miſſi ſũt
ad te. Quotiens volui congregare filios tuos ſicut
gallina congregat pullos ſuos: & noluiſti? Quoti-

ens cum ait: frequentiam numeroſæ ſignificatio-
nis oſtendit. Nihil ergo noui & egit & paſſus eſt
cum per nolentē cōgregari filios ſuos Hieruſalem
totiens & auditus & inhonoratꝰ eſt in prophetis.
Qꝫ autem definitū & præſcriptū iter confecturus
eſſet: oſtendit in eo cū ait. Ego te honorificaui ſup
terrā opus conſummaui qd dediſti mihi. Qui da-
tū ſibi opus conſummat modū præſcriptę opera-
tionis expleuit. Scit autē ſibi conſtitutū eſſe quid
gerere oporteat: cū ait Petro gladio his qui ad cō-
præhendendū eū venerant reſiſtenti. Calicē quem
dedit mihi pater meus non vis vt bibā illū? Docēs
ſe ſibi a patre paſſiōis calicem eſſe bibiturum. Scit
ſe etiam ſemitā ſuā directionē& compleſſe cū po-
tato aceto ſpiritum traditurus ait. Conſūmatum
eſt: & mox tradidit ſpiritū. Hanc ergo ſemitam &
directionem ſuā pater iueſtigauit. Inueſtigauit au
tem cum ꝑ prophetam de ſorte veſtiū prophetauit
vt ſcriptum eſt. Et ſuper veſtimentum meā miſe-
runt ſortē. Et iterum cū de tradito inter latrones
atqꝫ ſuſpenſo recognitus eſt propheta dicēs. Et cū
iniquis æſtimatus eſt. Et cum de oſſe intacto atqꝫ
impreſſo vulnere ante prædictū eſt. Os eiꝰ non cō
fringetis: & videbūt quē cōpunxerūt. Hęc itaqꝫ &
oīa q̄ erāt i paſſiōe pręſcripta a deo pueſtigata ſūt
vt fuerāt ꝓphetata. Ac ne quid ex his quę geſſit ac
paſſus eſt incognitum fuiſſe patri exiſtimaretur ge
neraliter cuncta complexus eſt dicens. Et omnes
vias meas pręuidiſti. Sed qui præuidit vidit anteq̄
res eſſet. Præuidit etiam hoc quia non eſt dolus in
lingua mea. Eſt enim ſecundum propriam profeſſi
onē. veritas. via. & vita. Nō recipit dolum veritas:
non enim mentitus eſt aut fefellit lingua oīs eiꝰ
officio ſūcta ē veritatꝭ qua ait. Cælum & terra ꝑteri
būt verba aūt mea nō ꝑteribūt. Patrē deū ꝓdicat ſe
vero eſſe & hoīs & dei filiū confiteť. Dolū prædica
tio iſta non habuit: q̄ & de ſe & de honore eius qui
ſe miſerat fatebatur. Proficit deinde paulatim ſer-
mo cœptus ab homine: & ad ſignificationem na-
turæ in eo cæleſtis extollitur: cum ait. Ecce tu dn̄e
cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua: tu forma-
ſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam. Mirabi-
lis facta eſt ſcientia tua ex me confortata eſt nō po
tero ad eā. Perſonę iſtud ꝓphetæ nō cōuenit vt ex
ſe dixiſſe videať mirabilis facta ē ſciētia tua ex me
vt mirabilis facta dei cognitio ex eo ſit: Moſe ātea
cognitionē nobis dei libro legis loquēte. Sed ne ipſi
qdem Moſi hoc eſſe proprium potuit deum anteq̄
flagrantē rubū conſpicit neſcienti: Opinione qui-
dem electi in Abraham & Iſaac & Iacob populi ſui
religioſo: veruntamen familiarem cognitionē an-
te hoc tempus niſi a deo nō adepto. Sed omnis ſer
mo iſte ei non competit qui ait. Pater manifeſtaui
nomen tuum hominibus. Et qui ait hæc eſt autē
vita æterna vt cognoſcant ſolum verum deum &
quem miſiſti Ieſum chriſtum. Sed hæc ſuo loco ple
nius proſequemur. Deſcendendum autem ad id ē
ſecundum ordinē dictorū. Ecce tu domine cogno
uiſti omnia nouiſſima & antiqua. Nouiſſima ſunt
cū probaſti cū cognouiſti & cætera quæ ꝓpria ſūt
eius hominis quem aſſumpſit. Antiqua ſunt quæ
modum non habent quę indefiniti temporis ſigni
ficant vetuſtatem. In principio eēm erat verbum &
omnia ꝑ ipſū facta ſunt. Dehinc vt nouiſſima deꝰ
& ātiqua cognouit ita in eo qd ſequitur tu forma-
ſti me & poſuiſti ſuper manum tuam vtrūqꝫ ſigni
ficat: vt ꝙ formauit antiquum ſit: ꝙ ſuper poſuit
manum nouiſſimum ſit. Qꝫ eēm ſecūdū naturam
diuinitatis formatus ſit apoſtolus docet dicens.
Qui cū i forma dei eſſet. Qd eēm i forma ē formať i
formam: & qdē paternę naturæ & diuinitatis for-
mam. Et neſcio an qd formatus in forma ſerui ē re-
ferri poſſit ad patrem vt formatus ab ipſo ſit. Sapi
entia eēm ipſa ſibi ædificauit domū: Sed hinc nec tē
poris nec quæſtionis eſt amplius loqui Qꝫ autem
propriæ ad corporeā natiuitatem referri oporteat
& poſuiſti ſuper me manū tuam: ita docemur ex
perſona patris. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo
ſancto meo vnxi eū. Manꝰ enim mea auxiliabitur
ei: & brachiū meū confortabit eum. Nihil proficiet
et inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet
nocere eum. Et nō eſt ambiguū omnē hunc pſal-
mū ad perſonā domini eſſe referendū: quia ea om-
nia in eo ſint quæ & diuinitati ipſius propria ſint
& a naturæ noſtræ infirmitate non diſſentiant. Et
quia vtroqꝫ in tempore ideſt nouiſſimo & antiquo
vel ipſe prædicando vel in apoſtolis & prophetis
loquendo cognitionē ex ſe dei mirabilē fecit: ait.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Sed mirabi-
lis quomodo? Nempe dū omnia eſſe intra deū do-
centur: dū deus eſſe in omnibus prædicatur: dū i-
menſa & incompræhenſibilis natura intus atqꝫ ex

tra manẽs locos omnes quibus contineri poſſit excedat. Mirabile eſt deum vbiq; eſſe & nuſq̃ abeſſe In omnibus eſſe & totum eſſe & extra locos ac tempora pro infinitate atq; æternitate ſua ſemper eſſe. Hoc mirificum: hoc confortatum ideſt ſine īfirmę iam itelligentiæ opinione firmatum. Sed quid eſt iſtud qđ dicitur non potero ad eam: vnigenit⁹ ait. Omnia quæ patris ſunt mea ſunt. Et ſicut habet pater vitam in ſemetipſo ita & filio dedit vitā habere in ſemetipſo: & ſicut pater viuificat mortuos ita & filius quos vult viuificat. Similiter & ego & pater vnum ſumus. Nulla diſcretio poteſtatis in verbis eſt: nulla etiam differentia virtutis in factis eſt. Quod vnum ſumus plæriq; irreligioſorum ad voluntatis tantum concordiā rettulerunt. Sed cū dicitur vel operibus meis credite quia pater in me & ego in patre: non tantum voluntatis vnitas ſed etiam diuinæ virtutis oſtenditur. Ergo cum oīa quæ pater facit faciat & filius eadem ſimiliter: quetendum eſt quid ſit quod dictum eſt: non potero ad eam. Sed cum audio pater maior me eſt. Et rurſum non poteſt filius a ſe facere quicq̃ niſi qđ viderit patrem facientem: hæc mihi intelligentiā ſuggerunt dicti huius non potero ad eam. Eſt eñ pater maior filio: ſed vt pater filio: generatione nō genere. Filius enim eſt & ex eo exiuit & licet paternæ nuncupationis proprietas differat tamen natura non differt. Natus enim a deo deus non diſſimilis ē a gignēte ſubſtātia. Nō poteſt ergo ad eū ex quo eſt exęquari. Nam q̃uis alter in altero per vniformem ac ſimilem eiuſdem naturæ gloriam maneat: tamen & ex quo genitus eſt non exęquari in eo videtur poſſe quod genuit. Et videamus an hoc q; non potero ad eam: ad dignitatem paternæ confeſſionis relatum ſit. Sequitur enim, quo ibo a ſpiritu tuo & quo a facie tua fugiam! Si aſcendero in cælum tu illic es: ſi deſcēdero in infernū ades Si ſumpſero pennas meas ante lucē & habitauero in poſtremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me & tenebit me dextera tua. Non excedit paternā filius infinitatē neq; naturā quæ vltra locos omnes eſt is qui in ſinu eſt tranſgreditur. Sit licet in cælo: ſit in infernis & vltra poſtrema maris euolet: adeſt tamen ille vbicunq; qui vbiq; eſt. Nec ſubterfugi poteſt intra quem omnia ſunt. & qui ī oībus eſt. Et ne quid irreligioſe ad contumeliam indemutabilis atq; impaſſibilis ſubſtātiæ opinemur ex eo q; dictum ſit: aut a facie tua quo fugiam: Vt videatur fugam ob paſſionis metum cogitaſſe dictorū virt⁹ noſcēda eſt: vt incolumi dignitate hęc neceſſario cōmemorata eſſe intelligantur. Nemo autem eorum qui in ſtudiis doctrinæ cæleſtis demorantur poterit ambigere deum atq; hominē dominum noſtrū Ieſū chriſtū cōfiteri. Et hominē quidem in tēpore: deum vero ſemp: & ante hominem & poſt hominē. Vtrunq; vero deū ſcilicet atq; hominē tunc tantū cū in homine fuit. Erat eñ in forma dei & formam hominis accepit. Et rurſū in gloria dei patris eſt: forma ſeruili in gloriā eius cui⁹ in forma ante manebat proficiente. Corruptionis ſci licet natura per profectum incorruptiōis abſorpta Cum igitur pſalmum hūc cœptum ex pſona hominis quem aſſumpſit meminerimus diligēter cōtuendum eſt vt intelligamus quid diuinitati eius quid homini ſit aptandum. Atq; ita vt ſenſum noſtrum dictis magis applicemus q̃ p fallacis intelligentiæ opinionem ſenſui dicta ſubdamus. Ait eñ Quo ibo a ſpiritu tuo aut a facie tua quo fugiam! Diuerſa ſignificatio eſt ſpiritus atq; faciei. Et a ſpiritu quidem abibo: a facie autē fugiam. Dehinc ſequitur. Si aſcendero in cælum illic es ſi deſcendero in infernum ades. Non eadem eſt aſcenſio in cælū quæ & deſcenſio in infernum. Tertium deinde ē, ſi ſumpſero pennas meas ante lucem & habitauero in poſtremis maris: & enim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. I ā nō hoīs hęc vix eſt vt pēnas ſumat vt ſuas ſumat vt trās occeanum habitet: vt deducatur illuc manu dei vt teneatur dextera dei. Potioris iſtud naturæ eſt. Eſt quis hic ſit qui confidenter hæc dicat: Ipſa dictorū ratio monſtrabit. Oſtendens igitur vnigenitus deus eā quæ per ſe mirabilis facta ē & ad quā nō poteſt paternæ admirationis confeſſionem vtrūq; in ſe tempus & naturā vtranq; ſignificat: ſcilicet eā qua & in ſpiritu & in corpore manens docuit. Cū eñ ait quo ibo a ſpiritu tuo: tempus illud quo & ipſe ſpiritus in ſpiritu paternæ glorię ante aſſumptionē hominis māſit oſtendit. Non eñ poterat ſpiritu quo q; abeſſe qui ſpiritus eſt: quia nec hic falli poteſt nec ille deficere. Aut cū ait A facie tua quo fugiā: aſſumptę a ſe infirmitatis docuit ætatē. humana eñ infirmitas faciei dei non patitur occurſum: quia di

ſuã fecerat redimit dum delicijs paradiſi reſtituit
In his igit̃ paſſionis oblectamẽtis atq; delicijs nox
ei illuminatio eſt: & illuminatio ob id quia tenebrę
nõ obſcurabunt̃ a te ꝑ naturę vnitatẽ ad indemu-
tabilẽ diuinitatis ſimilitudinẽ in filio pr̃ eſt & ope-
ribꝰ ipſis teſtãtibus ꝙ in eo pr̃ ſit cõſidẽter ait. Non
obſcurabunt̃ a te qa ex perſona patris dictũ in pſal-
mis meminerimus cũ ipſo ſum in tribulatione. Et
ipſe dñs in euãgelijs cũ de apoſtolorũ trepidatione
loqueret̃ ait. Ecce venit hora vt diſꝑgat̃ vnuſquiſq;
veſtrũ & me ſolũ relinquatis ſed nõ ſũ ſolꝰ quoniã
pater mecũ ẽ. Siue virtute qua ſimilia patri poteſt
ſiue natura & genere & diuinitate qua ex deo deꝰ
natus eſt pater cũ eo eſt. Cõſidẽter ergo ait quia te
nebræ non obſcurabunt̃ a te. Non eñ ſentit virtꝰ
indemutabilis tenebras & infernam noctẽ lux vera
non patitur. Sequit̃ eñ. Et nox ſicut dies illumina
bit̃ ſicut tenebræ eiꝰ ita & lumẽ eius. Hoc totũ ad
id refert qd̃ dictũ eſt a te. Tenebræ non obſcurabũ
tur a te & nox ſicut dies illuminabit̃ a te & ſicut te
nebræ eius ita & lumen eiꝰ a te. Semel dictũ a te re
fertur ad plurima. Ideo autẽ in delicijs nox eſt qa ſi
cut dies illuminabit̃. Illuminabit̃ aũt ob id quia vt
tenebræ ita & lumen a deo ſint potente tenebrarũ
cõditore cõdere lumẽ i tenebris. Et audiamꝰ iſtud
euangelicũ docẽtẽ ita & lux lucet in tenebris & te
nebrę eã nõ cõprehẽderũt. Illo potente vt lux ſit in
tenebris: tenebris nõ potẽtibꝰ obſcuritatis ſuæ no
ctẽ lumẽ indefeſſi luminis cõprehẽdere. Sequit̃ de
inde. Quia tu dñe poſſediſti renes meos ſuſcepiſti
me de vtero matris meæ. Cõfitebor tibi qa terribi
liter mirificatus ſum. Tenet etiã nũc ordinẽ ſigni-
ficationis vtriuſq; vt ſe & hominẽ & deũ doceat.
Cũ eñ poſſident̃ a deo renes eiꝰ & a mr̃is vtero ſuſ
cipit̃: corporalis i eo cõditio mõſtrat̃. In renibꝰ eñ
voluptatũ ẽ cauſa: Sed cuius renes a deo poſſident̃
nõ exeũt i voluptates corporũ icẽtiuę laſciuię. Et q
ab vtero mr̃is ſuſcipit̃ nõ ad opa ſęculi a deo ſuſce-
ptꝰ excedit. Oĩs igit̃ eiꝰ volũtas ac labor ẽ patrẽ ꝑ
dicare/volũtatẽ pr̃is explere/acceptũ a pr̃e calicẽ bi
bere. Hęc eñ hoĩs ſui quẽ aſſũpſit officia ſũt. Sꝫcũ
ait. cõfitebor tibi qa terribiliter mirificatꝰ ſũ cõfeſ
ſionẽ omnẽ terribilis de ſe admiratiõis ad gloriã di
uinæ ſubſtãtiæ ſuæ reddit. Mirificatus ẽ eñ ob id
qa deꝰ poſſedit renes eiꝰ: qa a mr̃is vtero ſuſceptꝰ
eſt. Per id eñ ꝙ volũtas & opatio deo dedita fuit
mirificari terribiliter ꝓmeruit. Mirificatꝰ autẽ ter
ribiliter ẽ dũ hora crucis tenebrę ſũt: dũ tremit ter
ra dũ ſaxa rũpũt: dũ patẽt ſepulchra: dũ mortui re
ſurgũt: dũ i eodẽ corpore ipſo cõſpicitur: dũ clau
ſis ianuis ſoli ſibi penetrabili aditu aſſiſtit: dũ ad cę
los eleuat̃: dũ apoſtoli gentiũ linguis loquunt̃: dũ
vmbrę eorũ morbis medent̃: dũ claudis nũmũ po
ſcentibus curſus donatur dum elemoſinis inopũ
mortuus redditur: dum perſecutores fiunt prædi-
catores: dum diſſolutis cathenis cantatur in carce
re: dum i martyrio a martyre videt̃ in cælis: dũ po
ſtremo in eo ꝙ eleuatus eſt corpore a dextris dei ſe
det cuius i gloria & manebat & permanet. omnem
autem eam quã terribiliter mirificatus eſt dignita
tem ad opus eius refert cuius & paruit voluntati:
dicens mira opera tua & aĩa mea nouit valde. Qa
enim inquit terribiliter mirificatus ſum opus tuũ
eſt. Eadem autem & in euangelijs ratio ſeruata eſt
vt cum ad demonſtrationem virtutis ſuæ dixerit
quęcunq; pater facit eadem & filius facit ſimiliter.
& rurſũ: Sicut pater viuificat mortuos ſic & filius
quos vult viuificat: tamen dignitatem operum oĩ
um patri deferens. cum dicat non poteſt facere fi-
lius a ſe quicq̃ niſi qd̃ viderit patrem facientem: cõ
teſtatã de ſe poteſtatẽ ꝑ reuerẽtię honorẽ ei cui oĩa
meminerat confitenda ſubiecit. Non ſibi adimens
ꝙ ſimilia patris poſſet: ſed eum per quem ſimilia
poſſet oſtendens. Hęc igitur quibꝰ terribiliter mi
rificatꝰ eſt licet quia potuit virtutis ſuę fuerit: tamẽ
patris operibus vniuerſa ea detulit dicẽs mira ope
ra tua & anima mea nouit valde. humanę infirmi-
tatis vox iſta nõ eſt vt mira opera dei ſe noſſe iactet
Soli hoc cõpetit q ait. nemo nouit patrẽ niſi filius.
Nouit eñ nõ vt cũq;: non leuiter. Nouit autẽ val-
de per eam fiduciam qua dicit. Pater ĩ me & ego in
pr̃e. In eo eñ ꝙ ait valde ꝑfectã ſcientiã intimę co
gnitionis oſtendit. Et quia oĩa mira opa dei valde
aĩa ipſius nouit: eruditionem doctrinæ in nos ſuæ
memorat: qa nobis paternæ opatiõis iã nõ ſint oc
cultata myſteria dicẽs. Nõ ẽ occultatũ os meũ a te
qd̃ feciſti in occulto. Os xp̃i eccleſiã eẽ & ꝓphetica
& apoſtolica auctoritas ẽ. Nã cũ ſecũdum ea quæ
in geneſi dicta ſunt de Adam atq; Aeua apoſtolus
tractaret: ita ait. Hoc nunc os ex oſſibus meis. & ca

ro de carne mea. Ad expoſitionem dicti huiꝰ adie
cit dicẽs in eccleſia hoc myſteriũ magnũ ē. ego au=
tẽ dico in chriſto & in eccleſia. Qd autẽ per miſeri
cordiam dei patris eccleſiæ hæc occultata non ſue
rint ipſe dominus in euãgeliis teſtatꝰ eſt cũ ait. Cõ
fitebor tibi pater domine cæli & terrę qa abſcondi
ſti hæc a ſapientibus & prudẽtibus & reuelaſti ea
paruulis: ita pater quia ſic fuit placitũ ante te. Ab
eo igitur nobis non occultantur quæ facta ſunt in
occulto. Nobis qdẽ nõ occulta ſũt ſed ſæculi huiꝰ
prudẽtibꝰ facta ſũt in occulto. Qꝫ autẽ omnia ec=
cleſiaſticę ſpei ſacramenta in occulto fuerit teſtatꝰ
& apoſtolus dicens: Prout poteſtis intelligere in=
tellectum in ſacramento chriſti: qd aliis temporibꝰ
non eſt cognitũ filiis hominũ ſicut nũc reuelatum
eſt ſanctis eius apoſtolis & prophetis: in ſpiritu eſſe
gentes cohęredes & concorporales & comparetici=
pes pollicitationis eiꝰ ĩ chriſto. Et iterũ: ſecũdum
diſpenſationem dei quæ data eſt mihi ad vos ad ĩ=
plendum verbum dei: ſacramentum qd abſcõditũ
fuit ante ſæcula & generationibus. nunc manife=
ſtatum eſt ſanctis eius qbus voluit oſtendere diui=
tias gloriæ ſacramenti dei inter gentes. qd eſt xp̃s
in nobis ſpes glorię. Occultum itaq; myſteriũ fuit
qd reuelatum eſt eſſe deo gentes cohæredes & con
corporales & comparticipes pollicitationis eius in
chriſto. Occultum autem myſterium eſt quibꝰ vo
luit oſtendere diuitias gloriæ ſacramenti dei inter
gentes qd eſt chriſtus in nobis ſpes gloriæ. Occul=
tum igitur hoc myſterium fuit. Qꝫ eſſet chriſtꝰ in
nobis hoc pater reuelauit. Petro eñ dictum eſt. nõ
caro & ſanguis reuelauit tibi ſed pater meus q in
cælis eſt. Reuelatum autem eſt chriſtũ eſſe ĩ nobis
in pauperibus. in tribulatis corde: in humilibꝰ ter=
ræ. in purgamentis mundi. in eccleſiæ infimis. In=
fimum eſt enim eccleſiæ. ideſt omni humilitate ſũ
miſſum. Hoc ergo occultum myſterium reuelatũ
eſt qd eſt chriſtꝰ in nobis. Non per apoſtolum hæc
tantum dominus. ſed etiam in hoc eodem pſalmo
ita loquitur dicens. Non eſt occultatum os meum
a te qd feciſti in occulto & ſubſtantia mea in inferi
oribus terrę. Non in inferno ſicut ſuperius cum de
paſſione tractabat: ſed in inferioribus terrę cum de
reuelatis a patre quæ in occulto fuerant prædica=
bat. Occultum autem fuerat qd eſt chriſtus in no=
bis ideſt ſubſtantia mea in inferioribus terrę. In in=
feriouibꝰ ſcilicet omnium humilitatis officiis. Pro
cedit deinde ſecundũ profectum euangelicum ſer
mo pſalmi cum ait. Imperfectum tuum viderunt
oculi mei: & in libro tuo omnes ſcribent̃ die reple=
buntur. & nemo in eis. Atq; vt omnia ſecundũ do
ctrinam cæleſtem intelligere poſſimus id qd diffi=
cultatem affert abſoluendũ eſt. Qd eñ latini trãſ
latores imperfectum interpretati ſunt: id in græcis
libris aratepaſtor ſcribitur. Nec querimur de tranſ
latoribus Vereor enim ne non aliter ſignificari ab
his potuerit. Id autem qd græce eſt
ſignificat id qd ſine operatione maneat: vt
ſit id ipſũ cum factum tamen non ſit. Imperfectũ
autem nobiſcum id demonſtrat: qd cœptum nec
conſummatum ſit. Sed ſi interius verbi huius vir=
tutem pertractemus poteſt non ſane a græcitatis
proprietate eſſe diuerſũ. Deo autẽ ſoli propriũ po=
teſt eſſe vt ſit: & infectus ſit: quia qd eſt non eſt: ne=
ceſſitatis vt fiat. Qd autẽ ſit nõ eſt anteq̃ fiat. Sed
quia æternus eſt manet: neq; factus eſt. Hoc ergo ĩ=
perfectum. Et vt ad intelligentiæ profectũ dicere
audeamus inoperatum dei oculi eius viderunt.
Imperfectum enim tuum viderunt oculi mei. Sed
q tandẽ oculi? Nunqd ſpirituales illi qbꝰ deũ patrẽ
ſolꝰ vnigenitꝰ videt? Sed iſti nõ egẽt his q̃ ſequun
tur. Et ĩ libro inqt tuo oẽs ſcribent̃. dies replebunt̃.
& nẽo in his. Profectũ indemutabilis illa vnigeniti
dei naſa nõ expetit. Et q tandẽ ei erit pfectꝰ vt oẽs
oculi eiꝰ in libro ſcribant̃: vt dies repleant̃. vt in his
nẽo ſit? Hoc totũ cõtumelioſũ & ĩpudẽs eſt opina=
ri. Sed quẽadmodũ os eiꝰ in quo eccleſię corpꝰ oſtẽ
dit̃. q̃ occulta erãt nõ occultata ſunt: & occuli eiꝰ
hoc qd ĩpfectũ dei ẽ viderũt? Os autẽ ad eccleſiam
referri (q̃ corpꝰ eſt xp̃i Xupiꝰ admonuimꝰ. In cor
pore vero oculũ pricipalis eſſe officiĩ ac virtutis ne
mini dubiũ eſt. Et qa oculi potiores cæteris mẽbris
ſũt. ĩ his apoſtolos ſignificari nõ ãbigẽdũ ẽ p quos
lumẽ eccleſię & operationis diuina myſteria pbent̃.
Qd dñs manifeſte ĩ euãgeliis oſtẽdit. Nãq; cũ apo
ſtolos ſal terrę: lumẽ mũdi: & lucernã dñs in cãdela
bro ob egregia & cõſpicabilia ad cõparatiõis exẽ=
plum fidei ſuæ opera nuncupaſſet: rurſũ vocãs eos
a terrenis & corruptibilibus theſauris & a ſæculi
lucris eſſe oculos corporis dixit ita: Lucerna cor=
poris tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus ſimplex ẽ
totum corpus tuũ erit lucidũ: ſi aũt oculꝰ tuus neq̃

eſt totum corpus tuū tenebroſum erit. Si ergo lumen qđ in te eſt tenebrę ſunt tenebrę ipſę q̄tę erūt? Extra corporalem intelligentiā locus iſte eſt & idcirco ſpiritualiter intelligendus eſt. Apoſtoli itaq; qui eccleſiæ id eſt chriſti corporis oculi ſunt: lucidi & ſimplices iubentur eſſe corpore toto lucido his ſimplicibus manſuro. Si autē neq̄ fuerint toto corpore neceſſario tenebroſo futuro nulla ſcilicet tenebris ſpes luminis reſidua ſi lumen ipſum in tenebris ſit. Ex quo ingenti piculo ſacerdotes qui eccleſiæ oculi ſunt negotiis ſæculi. curis pecuniæ. & familiarium rerum incremētis & conuiuiorum luxibus occupantur. Eccleſiæ eñi lumen ſūt id eſt corporis oculi. Et ſi lumen ipſum auaritiæ & laſciuiæ nocte tenebreſcat corpori id eſt eccleſiæ cui per naturā ſuā tenebræ ſunt q̄tę inſuper tenebræ de exēplo tenebroſi luminis inuehētur? Hi ergo oculi eiꝰ imperfectum dei viderunt. Imperfectū autē dei diximus. qđ factū nō ſit. & maneat in quo æternitas infectę diuinitatis oſtēdit. Sed audax forte eſt vt initialem illā dei patris æternitatē viſam ab apoſtolis aſſeramus. Maxime cum dictū ſit. deū nemo vidit vnq̄ niſi vnigenitꝰ filius qui eſt in ſinu patris. Sed nihil noſtrū dicimus: nihil audax prædicamꝰ. Dicat ille qui dixit qui me videt videt & patrem: nō ipſum ſe patrē eſſe ſignificans. Non eñi rogāti philippo vt ibi patrē oſtenderet reſpondit ego pater ſum: ſed ait. qui me videt videt & patrē. Per indifferentis naturæ virtutem eū de quo quęrebatur patrem conſpici in ſeſe reſpondit: & id adhuc abſolutius ſubiecit. Quomodo tu dicis oſtende nobis patrē? Non credis mihi quoniam ego in patre & pater in me eſt? Verba quę ego loquor vobis nō a me loquor ſed pater qui ī me manet ipſe facit opa. Credite mihi quoniam ego in patre & pater in me: Sin autem vel propter opera ipſa credite. Arguit non intelligentem & adhuc de patre quęrentem & per operum efficiētiā virtutē patris in vnigenito non contuētē. Manet eñi pater. Eſt nanq; genitꝰ ex eo non eſt in eo nouæ creationis aliena natura. Virtute filius eſt. diuinitate filius eſt. ſubſtantia filius eſt: generatione filius eſt. Opera teſtantur: poteſtates loquuntur per naturę progeniem in filio patrē eſſe & per legitimæ originis ſubſtantiam filium in patre eſſe. Non diſſentit hæc ab vnigenito nata generoſitas. vna ambo ſunt Pater videtur in filio: & videtur non per inuiſibilis nobis naturæ contemplationem: ſed p operum admirationem. Filii eñi opera: opera patris ſūt nō ībecillo ad efficienda ea filio: neq; diuerſa virtute naturę: ſed id filio efficiēte. quicquid is a quo ipſe eſt genitus efficiat. Atq; ideo per id q̄ in maieſtate operum filius contemplabilis eſt: pater quoq; videt̄ in filio. His ergo oculis qui æternitatem in filio paternæ virtutis contuentur id eſt apoſtolis: id precatur. vt in dei libro ſcribantur. Maneant ſcilicet in memoriam æternā pro quibus tali prece in euāgeliis orauit. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibꝰ quos dediſti mihi de ſęculo: tui erāt & mihi eos dediſti: & verbum tuū ſeruauerunt. Nūc cognouerūt quoniā oīa quę dediſti mihi dedi eis: & ipſi acceperunt & ſcierunt vere quoniam a te prodierūt & crediderūt quoniā tu me miſiſti. Ego pro his rogo non pro ſæculo rogo: ſed pro his quos dediſti mihi. Pro his ergo orat vt in libro dei ſcribantur. Et ſi forte ambigant cur non in libro viuentium ſcripti ſunt mihi maioris dignitatis videtur eſſe in libro dei ſcribi. quia peccatores de libro viuentium delentur: iuſti autē in libro dei ſcribūtur. Qđ vtrunq; ſub his dictis ſignificatur. Deleantur de libro viuentiū & cū iuſtis nō ſcribant̄. Pro reſurrectionis eñi diuerſitate q̄a ſtella a ſtella differt in gloria: plures in libro viuentiū erūt. Iuſti autē in libro dei ſcribent̄: q̄a peccatores nō modo cū iuſtis nō ſcribent̄: ſed ne in libro quidē viuētiū relinquent̄. Sed cōtuēdū eſt q̄ pfectꝰ eorū ſit q̄ in libro dei ſcribent̄. Nēpe iſte die replebunt̄ & nēo in his. In q̄buſdā codicibꝰ ita legimꝰ. Die formabunt̄. Nec multū differt repleri & formari. Formamur eñi vt cōformes ſimꝰ gloriæ corporis dei. Et apoſtoli dictū ē. Filioli quos iterū parturio: donec xp̄s formet̄ in vobis. Replemur autē ſecūdū dictum pphetę. Replebimur ab vbertate domꝰ tuę. Die itaq; replebunt̄ id eſt vero lumine. Lux eñi xp̄s eſt. Erat eñi lux vera q̄ illuminat oēm hominē venientē ī hūc mūdū. Nō iā ignorātię nocte detēti. neq; tenebris huiꝰ ſęculi cæci: ſed veritatis luce illuminati & die repleti. Qđ aūt repletū ē nihil p̄ter id ex quo ipletū ē recipit. Nox eñi in eū q̄ die repletus eſt nō penetrat ſecūdū illud apoſtoli Quę eñi participatio eſt luci ad tenebras? Neq; ſedē chriſti accipit ſpiritꝰ mūdi vt ſcriptum eſt. Vos enim nō ſpiritū huiꝰ mundi accepiſtis: ſed ſpiritum qui a deo

eſt. Neq; qui mundo mortuus eſt viuit ſicut apo-
ſtolus docet. Viuo eñi iã nõ ego: viuit autẽ in me
xp̃s. Qui die repletu s eſt diẽ eñi in ſe habet. & ideo
ait. Die replebũtur & nemo in his. Nemo i his erit
prater diẽ: quo repleti ſunt. Non pecunię æſt9: nõ
voluptatũ ſtimulus: non ambitionis ardor: nõ odi
orũ malignitas: nõ inuidię aculeus: non cõuitiorũ
furor: non ſuperbiæ amentia. non cætera quę dia-
boli ſunt arma atq; virtutes: ſed lux vera: ſed dies
ſola qua repleti ſunt. Cæterarum quoq; iam rerũ
effecti ſunt incapaces: & dignum plane hi qui ſola
die pleni ſunt teſtimonium ſumunt: Sequitur eñi.
Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui deus
nimis confortatus eſt principatus eorũ. Dinume-
rabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur. Quid
cũ his dictis homini cõmune vt eos q ſuper arenã
multiplicabuntur dinumeraret! Ei tantum iſtud
competit: cui ſine recenſione & calculo innumera
bilis numeri cognitio eſt. Amici autẽ ei9 nimis ho
norificati ſũt. Nimis cum dicitur non ſecundum
latinitatis cõſuetudinem intelligendũ eſt. Nimis
enim nobiſcum id ſignificare ſolet qđ neceſſarium
modũ inutiliter excedat. Sed græce id qđ noſtri ni
mis tranſtulerunt interpretati ſũt
in quo magis valde q̃ nimis continetur. Valde er-
go honorificati amici ei9 ſunt. Et amicũ quidem
Abraham deo fuiſſe cognoſcimus. Amicũ & Mo
ſen lex eſſe deo locuta eſt: Euangelia vero plures iã
deo amicos eſſe ſignificant domino dicente iã nõ
dico vos ſeruos quia ſeruus neſcit qđ velit dñs ei9
ſed vos dico amicos quoniam perſtitiſtis mecũ in
omnibus temptationibus. Hos igitur quos nunc
amicos nuncupat vt ſuperius oſtendimus & a pa-
tre ſibi datos & patris eſſe confeſſus eſt. ſecundum
id qđ ait. Et mea omnia tua ſunt & tua mea. Ami-
cos patris eſſe eos dicit. Non ſolum autem ipſi ho
norificati ſunt ſed etiam principatus eorum con-
fortati ſunt. Ipſi quidem honorificantur cum ami
ci ſunt: cũ die pleni ſunt: cũ in his nemo ẽ: Sed pri
cipatus eorum confortantur eccleſię ſcilicet ab ip-
ſis cœptę ab his principia ſumentes quæ ſup terrã
toto in orbe fundatę fortibus principiis conſtite-
rint. Et vt ad eccleſię populos referri iſtud neceſſa-
rio intelligeretur adiecit. Dinumerabo eos & ſup
arenam multiplicabuntur. Nunquid numerus eo
rum incertus eſt qui in libro dei ſcribuntur! Ergo
nulla eſt difficultas in numero quorũ veritas ma-
neat in ſcripto. Sed id qđ dictum ẽ ſuper arenã mul
tiplicabuntur non ad homines tantum exiſtima-
uerunt; q; Abrahæ dictum eſſet: & erit ſemen tu-
um ſicut arena maris. Vt quia abrahę ſemen ſicut
arena maris eſt ad id qđ ſuper arenam multiplica-
buntur amicis dei multitudo angelicæ numeroſi-
tatis accedat. Non enim aliter ſibi cõuenire ſicut
arena maris & ſuper arenam maris putauerunt ni
ſi hominum multitudini connumeraretur copia
angelorum. Sed nos vniuſcuiuſq; ſenſui non con-
traimus. Quid autem ſecundum donum ſpiritu-
alis gratię ſenſerimus ſine cuiuſq̃ contumelia tra-
ctabimus. Promiſſiones duas Abrahæ fuiſſe in ge
neſi accipim9: vnam Hiſmahelis generationẽ deo
dicente. quia omnem terrã quã tu vides tibi dabo
eam. & ſemini tuo in æternum; & faciam ſemen tu
um tanq̃ arenam maris. Si poteſt quis enumerare
arenam maris ita & ſemen tuum dinumerabitur.
Nato vero Iſaac & in holocauſtum q̃tum ad Abra
ham ſpectat oblato: hæc ſequens repromiſſio fuit.
Niſi benedicens benedicã tibi & multiplicans mul
tiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli & ſicut are
nã quę eſt ad oram maris. Et ſi ſecundũ apoſtolum
hæc duo teſtamẽta ſunt vnũ ſecundum Iſmahelẽ
in ſeruitutem generans: aliud ſecundũ Iſaac in li-
bertatẽ matris noſtrę Hieruſalẽ quę in cęlis eſt edu
cens: dum neceſſe eſt ſeminũ in ſtellis & in arenis
numeroſitas prędicetur. Ergo amici dei ſuper are-
nam maris dinumerantur. Quis enim ambigat ſe
cundum eccleſiam toto in orbe numeroſam mul-
titudinem gentis Iudeæ copia in chriſto credenti-
um præueniri! Atq; ideo ſuper arenam multiplica
buntur. quia copioſiores his erũt q ex legis ipſo po
pulo terreni & aridi ſignificanẽ in arenis. hinc ſeq-
tur. Et ſurrexi & adhuc tecũ ſũ. Surrexi ad reſurre-
ctionis gloriam ſpectat. Sed ſecundum præſcienti
am dei id qđ futurũ eſt tanq̃ præteritum loquitur
ob ſcientiam atq; virtutem qua quæ futura ſũt fa
cta ſunt vt etiam noſmet ipſi facta eſſe exiſtimam9
quæ futura eſſe confidimus. Id autem & adhuc te
cũ ſum nondũ temporis eſſe ſignificat vt reſurgat
quia nõdũ temp9 ſit paſſionis cũ ſe adhuc eẽ cum
deo profiteatur. Ipſe enim ait. A deo exiui & veni.
Adhuc ergo tecum ſum quia nondum temporis
eſt vt ante veniam & veniam in mundum vt quæ

prophetata ſunt expleamꝰ. Qd autē ait ſi occidas
deꝰ peccatorē nunqd qui venit ſaluare qd perierat
& peccatorē redimere peccatorē precatur occidi?
Abſit vt velit occidi. Sed peccator occiditur cum
ſęculo moritur: cum chriſto cōmoritur vt viuat in
chriſto. Beatꝰ apoſtolꝰ ait. Quotidie morimur. Et
rurſum. Mortuus ſum legi vt viuam chriſto. Mori
mur autē ita quādo in nobis per fidem perempta
peccata moriuntur. Audiamus adhuc quomodo
deus peccatores occidit ꝑ id qd dicit. Mortificate
ergo mēbra veſtra ſup terrā. fornicationē: immun-
diciā: libidinē cōcupiſcētiam malā, & auaritiā. Sic
peccator occiditur: cum in generationem vitæ ſpi
ritualis vitiorum omnium & peccatorum morte
renouatur. Sequitur deinde Viri ſanguinum de-
clinate a me. Quoniam dices in cogitatione: acci-
pient in vnitatem ciuitates ſuas. Latina tranſlatio
dum virtutem dicti ignorat magnam intulit ob-
ſcuritatem non diſcernens ambigui ſermonis pro
prietatem. Qd enim nobiſcum ſcribitur quoniam
dices in cogitatione: cum græcis hoc modo eſt

& illud επεισ pronuntia-
tione diſtinguitur: vt aut dicis intelligatur aut cō
tentio: vtrūq; enī ſub hiſdē verbis ſignificatur hoc
dicto. Sed hi q hebraici ſermonis ſcientiam cōſecu
ti ſūt nō dicis ſed cōtentiones in eo qd επεισ tranſ
latū eſt ꝓdiderūt. Et ſane id ita eſſe ratio & intelli
gentia monſtrabit. Viri inquit ſanguinum decli-
nate a me Memini in Ezechiele dictū eē reos ſan-
guinis futuros quorum adulanti ſilentio plures in
interitū incidiſſent: ita: Fili hominis ſpeculatorē de
di te domui iſrael & audies ex ore meo verbum: &
cōminaberis & ſi non diſtinxiſti neq; locutus es vt
diſtingueres iniquo vt ſe auerteret ab itineribꝰ ſu
is & viueret: ilquꝰ ille in iniqtate ſua morietur ſed
ſanguinem eius de manu tua requirā. Inuenio &
alium ſanguinē de quo dictum eſt. Virum ſangui
num & doloſum abominabitur dn̄s. Vt igitur vi-
ri ſanguinum ſunt quorum adulans doctrina eſt,
ita & viri ſāguinū ſūt quorū doloſa ē doctrina. Do
loſa autem doctrina eſt hęreticorū ſub nomine dei
blaſphema: ſub prætextu religiōis impia: ſub veri
tatis ſpecie fallax. Quorum in animo & cogitatio
ne ſolum contentionis ſtudiū perſiſtit: nihil ad ſa
lutem hominum laborāt: nihil ad ſpem acquirūt:
nihil pacificum cogitantes. Vt omnibus his in cō
tentionibus labor ſit & pugnam meditentur. Iſti i
fœlices animas extingunt & in vanum eccleſias ſi
bi congregant. Quas ciuitates dei ſecundum pro
pheticam euangelicamq; conſuetudinē nuncupa
ri frequēs & plurima auctoritas eſt. Hoc ergo ſigni
ficatur his dictiſ viri ſanguinum declinate a me qa
contentiones in cogitatione accipient in vanū ci
uitates ſuas. Viri ſanguinum ſunt: et deperditarū
animarum reatum declinare iubentur: quia contē
tiones in cogitatione ſunt. Hi in vanum ciuitates
dei accipient infructuoſarum eccleſiarum cœtus
per ſciſmarum diſſidia reddentes. Sed plane quia
pax & iuſtitia & veritas eſt: affectum in eos ſuum
oſtendit dicens. Nonne odientes te o domine odi-
ui: & ſuper inimicos tuos tabeſcebā: Perfecto odio
oderam illos: inimici facti ſunt mihi. Eſt religioſū
odium: quotiens is nobis odio eſt qui deum odit.
Inimicos quidē noſtros amare pręcipimur: ſed no-
ſtros, non & dei: Nam iuxta deū & patrem & ma-
trem & coniugem & filios & fratres odiſſe deuotū
ē. Odit ergo odiētes deū & iīmicorū odio tabeſcit:
& odit odio pfecto & inimici ſibi facti ſūt. Nō enī fi
liꝰ diuerſꝰ a patre eſt vt nō alteriꝰ iīmicus vtriuſq;
fiat inimicus. Concludit deinde libertatis ſuæ fidu
ciam. Simulq; vt ea quæ per pręſentiam tanq̄ ge-
ſta memorauerat nunc ad demonſtrationē tēporis
gerenda monſtraret: dixit. Proba me deus & ſcito
cor meū: interroga me & ſcito ſemitas meas. Et vi
de ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in viam
æternam. Humanę naturę fiducia iſta nō eſt vt ꝓ
bari ſe velit, vt ſciri cor ſuum poſtulet, vt cognoſci
ſemitas ſuas expectet: vt inſpici nō metuat ſi via i
niquitatis in ſe ſit: vt per hāc cognitionē in ęternam
vitā deducatur. Vox iſta eius tantum poteſt eē q
dixit. Ecce venit princeps huiꝰ mūdi: & non inue
nit i me qcq̄. Solꝰ enī extra peccatū eſt dominꝰ no
ſter Ieſus chriſtus qui eſt benedictus in ſæcula ſæ-
culorū. Amen.

Pſalmus CXXXVIII.

Eripe me do
mine ab homine malo: a vi
ro iīquo libera me. Quia co
gitauerūt maliciā in corde:
tota die cōſtituebāt pręlia.
Et reliqua.

Etiam huic Pſalmo addere aliquid tranſlatoribꝰ viſum eſt. Nam cũ hebræis ſolę alleluyę ſit plata cõfeſſio illis placuit Aggeum & Zachariam in titulo anteferre. Hoc eo vt pſalmum eſſe propheticum noſceremꝰ. quia ꝑ hos ꝓphetas ſub quibꝰ ædificata rurſũ Hieruſalem ieſt ipſo illo cũ tẽpore æternæ Hieruſalem ædificatio prędicatur. Etiam euangelio teſtante cum ingreſſuro templum domino & nũmulariorum menſas & emẽtiũ ac venditiũ negotia ſubuerſuro ita ſcriptum eſt. Hoc aũt factũ eſt vt impleretur qđ dictũ eſt: per Zachariam prophetam dicẽtem. Dicite filię ſyon ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſup̄ aſinam & pullum nouellum ſubiugalẽ. Et vt arbitror huius Hieruſalẽ potius & ſyon regẽ pſalmus oſtendit. qui ita coepit. Lauda anima mea dominũ laudabo dñm in vita mea pſallã deo meo q̃ diu ero. Sciẽter & de ꝓphetę doctrina dictorũ ordinẽ tenuit. Primũ eñ eã hortať ad laudẽ q̃ in hãc ẽ conſtituta naturã vt maneat æterna: tum deinde quia per donum reſurrectionis glorificato corpore totũ ſe ei meminerit coęternũ tanq̃ de futuro cõfidens ait. Laudabo dominum in vita mea. Nõ eñ

ea vita quæ nunc eſt per infirmitates corporis ſua eſt. Ab adam nanqȝ ita cœpit non cũ Adã inchoata eſt. Quã non vitam ſed mortem eſſe apoſtolus nouit dicẽs. Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹. In hac ergo vita ſua deũ qualis primũ in homine eſt conſtituta laudabit. Tũ tertio ne in hoc eodẽ nunc corpore irreligioſus exiſtimaretur; adiecit. Pſallam deo meo q̃ diu ero. In omni autem hoc pſalmorum libro, in pſallere irreligioſas operationes corporis ſignificare meminimus apta & conſona corporei mot⁹ varietate placituri. Poſtqȝ ſtultas hominũ opiniones & inanes in regum nominibus religiones quos ſibi deos antiquitas confinxit redarguit dicens. Nolite confidere in principibus in filiis hominũ in quib⁹ nõ eſt ſalus. Exibit ſpiritus eorũ & reuertẽtur in terram ſuã: in illa die peribũt oẽs cogitationes eorũ. Confidere vetuit in regibus. Et quib⁹ regibus? Subiecit & in filiis inquit hominũ. Et quibus filiis hominũ? quibus non eſt ſalus. Et cur ſalus non ſit oſtendit. Exibit ſpiritus eorum & reuertentur in terrã. Et reuerſuris in terrã qd erit? In illa die peribunt cogitationes eorum. Corruptæ ipſi ſcilicet originis quia eſſe filii hominũ perſtiterũt nec filii dei eſſe voluerũt. Nullius quoqȝ ſalutis qa exeũte ſpiritu & ĩ terrã corporib⁹ diſſolutis cogitationes eorũ corporeę atqȝ terrenæ cũ terreno corpore interibunt. Sed vt ita in iſtiuſmodi reges fiduciã nõ cõferas: in quem ſperandũ eſſet oſtẽdit. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius ſpes ei⁹ in domino deo ipſius qui fecit cęlũ & terrã mare & omĩa quæ in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatem in ſæculũ facit iudiciũ his qui patiũtur iniuriã. Nõ eſt caduca cogitatio in regẽ iſtiuſmodi ſperare & ſpes illa non interit quæ in creatorem cæli & terræ & maris & oĩs vniuerſitatis huius extendit. Hic ſperand⁹ adiutor eſt in quo dol⁹ nõ eſt. Nam cũ ſecundum prophetiam omnis homo mẽdax eſt veritatẽ in ſæculo ſolus ille cuſtodit & cuſtodiẽs veritatẽ iudiciũ facit ob eos qui patiũtur iniuriã. Beatus ille eſt quẽ adiuuando ex Iacob faciet Iſrael. Spes ei⁹ æterna eſt qa in creatorẽ cæli & terræ mariſqȝ cõfidit. Creator autẽ horũ omniũ hic & verus & iudex eſt. & veritatem cuſtodiendo & faciendo iudicium. Neqȝ ſolum iudicium facit ſed etiam id qd ſequitur. dat eſcã eſurientibus. Dominus ſoluit compeditos: dñs ſapientificat cæcos dñs erigit eliſos: dñs dirigit iuſtos. Domin⁹ cuſtodit proſelitum pupillum & viduam ſuſcipiet & viam peccatorum exterminabit. Hæc quidem & corporaliter intelligere nõ ocioſũ eſt. Sed alti⁹ neſcio quid & mai⁹ ſmo cõplectit. Dat inqt eſcã eſurientibus. Videamus quã eſcã & quib⁹ eſurientibus. Et hæ equidem eſcę corporales non tñ ſemp prębẽtur a deo cũ eſurit a nobis. Annuũ nãqȝ hoc earũ munus eſt & ideo intra tẽp⁹ p̃bent vt intra tẽp⁹ ne qs eſuriat. Eſt igitur alia eſuritio. & ſunt aliter eſuriẽtes quibus eſurientibus eſca prębetur. Scriptũ nãqȝ eſt in ames propheta. Ecce induco famẽ ſuper terram: non famem panis neqȝ ſitim aquę. ſed famem vt audiatur verbum dei. Hanc igitur eſcam prędicationis eſurientib⁹ domin⁹ impertit: quę cum in cibum fuerit aſſumpta vĩcula diaboli reſoluuntur Ligauit enim ſecundum euangelia decem & octo annis Abrahæ filiam. Compedes quoqȝ auariciæ libidinis ebrietatis cibus talis abſoluit. & abſolutis compedibus cæcis ſapientiam præſtat. Si de corporalibus donis propheta loqueretur commemoraſſet potius cæcis lumen indultum. Sed quia per cibum verbi eſuritione depulſa: ſoluebantur compedes ſæculi etiam cęcitas ſæculi ſapientiæ impertitione depellitur. Alimur enim poſt ingentem famem diuinæ cognitionis ſpiritualibus cibis. & cõpedibus quibus currere ad æterna non ſinimur abſolutis: diſcuſſa per indultam ſapientiam cęcitate creatorem noſtrum oculis intelligentię cõtuemur Deſinit ergo fames longa compedes graues: cęcitas ſtulta & id qd ſequitur ſuccedit. Alliſi eriguntur: iuſti diriguntur, aduenæ ſiue proſeliti cuſtodiuntur. pupillus & vidua ſuſcipitur: & via peccatorum diſperditur. Quiſquis ille eſt qui modo dei eſt & ſi non vniforme tamen proprium habet munus: vt alliſus licet ſit: nũc eſuriat. ſi nũc cõpedit⁹ & ſtultus ſit tamen erigi poſſit ne iaceat in æternũ: vt iuſtus ob iuſtitiam diligatur. vt aduena & ſi nõ tanq̃ iuſtus diligitur tamen vel ob hoc quia aduenerit reſeruetur. Vt pupillus quia patrem ſibi diabolum adiurauerat exemplo apoſtolorũ nõ orphanus relinquatur vt vidua ſuſcipiatur in ſponſam poſtea q̃ ſibi in chriſto cõfixus hic mũd⁹ eſt: Oẽm eñ credẽtium fidẽ cui per adimpletionẽ tẽporum

lex tang̃ vir primꝰ emortuꝰ ſit viduam apoſtolꝰ
nūcupauit. Sed nō ſolū vidua ſuſcipit ſed etiā via
peccatorū exterminat. Quibꝰ interitū demerſis
Hieruſalē ſancti illiꝰ regis ciuitas incolet. Nō iſta
vtiq; q̄ deſolata & ſubuerſa pphani parricidii luit
poenas. Cōcluſit eñi ita. Regnabit dñs in ęternum
deus tuꝰ Syon in generatione & generatione. Vbi
illa ſyon eſt in qua regnaturꝰ eſt dñs niſi forte in ea
q̄ pphetas occidit & lapidat eos q ad ſe miſſi ſunt
haec vtiq; hodie iā nō eſt. Et quō dñs in ęternū re-
gnabit regni ſui ſede ſubuerſa! Sed regnabit in ea
q̄ mř cęleſtis eſt q̄ viuis ex lapidibus extructa & ſā
ctis ciuibꝰ plena p generatione legis & generatio-
nē fidei frequentabit a domeſticis dei & dñi noſtri
Ieſu xpi q eſt benedictꝰ in ſaecula ſęculorum. Amē

Pſalmus CXLVI. Alleluya.
Aggei & Zacharię.

Laudate domi-
nū quoniā bonus eſt pſalmus
deo noſtro iocūda ſit laudatio
Et reliqua.

¶Poſt primā Hieruſalē ſubuer
ſionē traductoq; in babyloniā populo captiuo: ędi
ficatā ruſum eādē ciuitatē fuiſſe & hiſtoria regno
rū & libri eſdrę loquuntur. Sed hodie eandē nullā
eſſe rerū fides edocet. hoc idcirco pdiximus ne quia
tranſlatoribus viſū eſt huic & anteriori pſalmo in
Aggeū & Zachariā titulū pſcribere. exiſtimemus
in illius temporis homines prophetię huiꝰ pręſciē
tiam conuenire. Propheta enim non ignarus my-
ſterii caeleſtis cum in aedificatione dei ciuitatē hu-
manam ędificationem ianem eſſe dixiſſet: cū deo
ciuitas niſi per ipſum aedificata aeterna eſſe nō poſ
ſet. nō nos nunc ad gratulationem aedificatę a deo
ruſū hieruſalem adhortaretur quā vane ab homi
minibus aedificari ante pręd ixerat. Q; ſi quis for-
te putabit id qd̄ in alio pſalmo ita dictū ē Niſi dñs
aedificauerit domum inuanū laborant qui ędificāt
eam: Niſi cuſtodierit ciuitatem iuanum vigilabit
q cuſtodiet: eā idcirco dictū fuiſſe qa euerſionē eiꝰ
vrbis in qua templum aedificādū eſſet propheta p
noſceret: meminiſſe haec debet ita intelligens eū-
dem hunc prophetam aedificationē eā quae a Zo-
robabel ſecūdo innouata eſt inanē & caducam fu-
turā fuiſſe nō ignorare potuiſſe: neq; illam quę a ſa
lomone coepta eſt nō a deo iſtitutam: idcirco dixiſ
ſe qa p regē babylonię eſſet deſtruēda cū poſt ſeptu
aginta deinde annos ruſum eadem ſit reformata
hāc vero q̄ a Zorobabel geſta eſt eſſe aedificationē
dei pdicatā cū exinde diruta & ſine aliqua reſtau-
ratione ſit diſſoluta. Et eā quā dirutā licet reuoca-
tio iā ſit cōſecuta inanē atq; humanā pdicaſſe. hāc
vero q̄ ſine ſpe reformationis acciderit diuini ope-
ris ppetuitate renouari: hęc oīa intelligentię ge-
nera, ſtulta atq; ridicula ſunt. Laudat autem pro-
pheta dominū ędificantem Hieruſalē illā quae ſe-
cundū euangelia ſancti regis eſt ciuitas in qua per
dominū reſurgētes ſancti demorant: q̄ inuectū pul
lo aſinę dominū & ſpe ſanctorū lęta ſuſcepit. Cor-
poraliter tum quidē tali vectione illā q̄ occidit p-
phetas & lapidat apoſtolos dñs ingreſſꝰ eſt. Sed al
terius ciuitatis erit illa lętitia. Ob illius ergo aedifi
cationē propheta nos aduocat dicens. Laudate do
minū quoniā bonꝰ eſt pſalmꝰ: dño noſtro iocūda
ſit laudatio. Nō leuis gratulatiōis laus ē cuiꝰ pſa-
lmꝰ bonꝰ ē. Et pſalmꝰ nō tā vocē vt frequēter dixi
mꝰ q̄ corporeae operatiōis officiū ſignificare ſolet.
Deū enim non tā ſermone q̄ re & geſtis obedien-
tiae laudamus: vt mare & terra & caelum deū non
tam voce q̄ officiorum ſuorum viciſſitudine atq;
obſeruatione laudant. Aduocat igitur nos prophe
ta ad dei laudem quia bonꝰ pſalmꝰ eſt & optat vt
huius boni pſalmi deo noſtro fiat iocunda lauda-
tio. Scilicet vt placentia deo opera noſtra ſint per
quae a nobis geſtorum noſtrorum laudatur obſe-
quio. Aedificans Hieruſalem dominus: & diſper-
ſiones iſrael congregans. Qui ſanat contritos cor-
de, & alligat contritiones eorum. Numerans mul
titudinem ſtellarum & omnibus his nomina vo-
cans. Reuerſuris de babylonia in Hieruſalem iudę
is ſub Dario rege edicto poteſtas data eſt reuerten
di. Neq; alibi tum q̄ in regni babylonię finibꝰ deti
nebantur. Ex qua ergo diſperſione iſrael congrega
tur? Nempe de ea de qua ait dominus: emittet an-
gelos ſuos cum tuba & voce magna & congrega
bit electos a quatuor angulis vētorum. Quorum
cōgregatio coetum ſanctae ciuitatis efficiet. quae ho
die per ſpei & fidei opus aedificatur in nobis. Et id-
circo anterior aedificatio congregatio non eſt quia

nos ad futuræ ciuitatis congregationē dei miſericordia p gratiā iuſtificationis ędificet. Cęterū ſi de terrena ędificatione loqueret̄ prior fuerat congregatio pdicanda qa non niſi congregatus iſrael Hieruſalē ædificare poſſet euerſam. Tenet deinde ordinē competenter dicens. q ſanat contritos corde & alligat contritiones eorū. Cōgregato eñ iſrael & in vnā quæ ædificat̄ ciuitatē collecto: oēs humanæ infirmitates & labes corporeæ auferent̄. abſorpta eñ corruptione & omnibus humanæ naturæ viciis deuoratis incorruptio æterna & in nullis anxietatū mortibus cōterenda ſuccedet. Venit enim dn̄s ſecundū euangelia ſanare contritos corde. prędicare captiuis remiſſionē & cæcis viſum. dimittere confractos in requiē. prędicare annū domini acceptū & diē retributionis. Et hæc quidē pro parte iam cœpta ſunt quia p ſpeculū & in ęnigmate & in imagine futurorū ſecundū apoſtolū demoramur. Sed tamē nondū nobis eiꝰ tēporis fructus eſt quo ſecundū pphetam dicere adepta ſpei conſumatione poſſimꝰ Cōuertere anima mea in requiē tuā qa dn̄s benefecit mihi. Quia eripuit animā meam de morte: oculos meos a lachrymis pedes meos a lapſu: Placebo dn̄o in regione viuorū. Sanata eñ cum oīmodis cōtritione. & ne perpetuo rurſum ſubeat alligata his oībꝰ humanarū paſſionū infirmitatibꝰ liberati: placebimꝰ deo in regione viuorū: anima noſtra in requiē ſuā ex qua per tranſgreſſionē primi parentis ſui adę electa eſt reuertēte. Sed poſt pdicationē ſancti cordis etiā id ad pręconiū diuinę bonitatis adiectū eſt. Numerans multitudinē ſtellarū & oībꝰ his noīa vocans. Si laus deo ob ædificatam corporaliter hieruſalē defert̄ quid hic numerus ſtellarū & oībꝰ his noīa tanq̄ ad pcipuā diuini operis laudationē proferunt? Aut nunqd laudabilius deo eſt numeraſſe & nuncupaſſe ſtellas q̄ creaſſe cū creatio & numerum fecerit & noīa impoſuerit & vocabulis noīa numerūq; diſcreuerit? Sed numerātur hic ſtellæ quas Abrahā cōtuitus in cælo eſt: quas iſaac accepit in ſemine: quas Paulꝰ diſcreuit in gloria. Qd autem nominibus ſuis vocentur audiamus eum qui vocaturꝰ eſt. dicit enim in euāgeliis. Nolite mirari iſta quoniam venit hora ī qua omnes qui ſunt in monumentis audient vocē eius & procedent. Vocātur ergo & prodient. A deo autem enumerantur per deum vt capilli quoq; qui in ſingulis nobis innumerabiles eſſe exiſtimantur in numero ſint eodem domino dicente. Nonne & capilli capitis veſtri numerati ſunt? Hoc deo potius dignum. hoc in miſericordia eius pferendū vt eos quos contritos corde ſanauerit. quorum alligauerit contritiones nominibus vocet: proprietate numeret: cœleſti luce clarificet. Ob q̄ mirabilia eiꝰ atq; pclara ait. Magnus dominus noſter & magna virtus eius & ſapientiæ eius non eſt numerus Suſcipiens manſuetos dn̄s: humilians autem peccatores vſq; ad terrā. Hoc eñ manſuetorum proprium eſt quia ſecundum euangelia manſueti poſſidebunt terram vt digni apud deum ſint nūcupatione: numero: claritate. Magnus eſt dominus cum diſperſiones congregat. Magna virtus eius cum contrita clarificat. Innumerabilis ſapientia eius ē cum vniuerſa & nominibꝰ diſcernit & numero. Sed qui ſuſcipit manſuetos humiliat quoq; peccatores vſq; ad terrā. Poſt meritum ſanctitatis impietatis pœna ſubiecta eſt. Cum ſuſceptis manſuetis in claritate ſtellarum: peccatores vſq; ad terram humiliari internæ legis iudicio deſtinantur. Ob quæ nos tā q̄ cunctantes & hęſitātes propheta cohortatur ad laudem dicēs. Inchoate domino in cōfeſſione: pſallite deo noſtro in cithara. Qui operit cælum nubibus: qui parat terræ pluuiam: Qui producit in mōtibus fœnum: Qui dat iumentis eſcam ipſorum & pullis coruorum inuocantibus eum. Frequenter admonet propheticus ſermo vt eum vniuerſitatis huius eſſe dominum credamus quē omnis lex deum locuta eſt. qui ſe nuncupari deū iſrael voluerit vt nunc in eodem hoc pſalmo cum dixiſſet ædificans Hieruſalem & congregans diſperſos iſrael ad laudem eiꝰ cohortatur: adiecit qui operit cælū nubibꝰ q parat terræ pluuiam vt non alius atq; aliꝰ legis latę & creationis iſtius deus poſſet intelligi. Ita autem temperata doctrinæ iſtius ratio eſt vt ea creationis enumeratę & nomina commemorarentur & genera: quæ cum creatorem deum eſſe latę legis oſtenderent ſignificationem tamen in ſe inſtitutionis typicę & propheticæ continerent. Vt nūc cōfiteri deum ob id admonemur: quia operit cælū nubibus: qa parat terræ pluuiā: quia pducit in montibus fœnū: quia dat iumētis eſcā ipſorū & hęrbā ſeruituti hominū & pullis coruorū inuocātibꝰ eū. In his eñ oībꝰ dei & pudētia ſignificat̄ & bonitas.

vt ſubtecto nubibus coelo terris pluuias infundat: vt vertices collium foeno veſtiat: vt iumētis pabulum prębeat: & auibus cibos praeſtet: quia ab eo alimoniam vniuerſa quae creauit expectent. Sed hęc omnia diligentius introſpecta ſignificationis altetius virtutem in ſe habent. Scimus enī eſſe nubes quibus deꝰ ne ſuper vineam pluāt mandat. ſicut per Eſaiā dictū eſt. Et nubibꝰ mandabo ne pluant ſuper eā pluuiā. Vinea enī domini ſabaoth domꝰ iſrael eſt. Nouimꝰ nubes quę ꝑ fulgore eiꝰ in cōſpectu domini tranſeunt prae fulgore inquit eiꝰ incōſpectu eius nubes trāſierūt. Nouimus nubes quas deus in aſcenſum ſuū poſuit. Et poſuit nubē aſcenſum ſuum. Nouimus nubes ad quas vſq; dei veritas eſt. Et vſq; ad nubes veritas tua. Et has nubes aliquot locis ſanctorū doctrinā ſignificari ratio abſoluta ē: quae veritę in fidelibus pluet e eloquio arida impiorum corda non rigant. Quae cū dominus adfit eſſe ceſſabunt: vt otto ſole ſtellarum lumē hebetatur ita & doctrina nubiū dn̄o ipſo iam per ſe fulgente pręteteunt. Per quas etiam ad dominum conſcēditur. dum diuina praedicatio iter nobis regni caeleſtis oſtendit. Et ideo hae nubes nobis poſitae ſūt in aſcēſum: veritas quoq; dei vſq; ad nubes eaſdem eſt: quia in ſe verā dei cognitionem hęc doctrina prophetica continet. Hęc ergo ad cōmemorationem dei laudū creaturarū genera electa ſunt: quae cum praeconium in ſe creatoris oſtenderēt parabolicam tamen ſiue vt apoſtolꝰ ait allegoricam nobis doctrinam ita cōmemorata praeberent. Cęlum ergo nubibus ſubtegitur id eſt prophetica doctrina rebꝰ eſt ſubiecta diuinis. Pluuia terris infunditur eloquia ſcilicet harum ſubtectarū nubiū profundunt: per quae infructuoſi ipſi atq; aridi ad eliciendos ex nobis fructus dono diuini imbris excitamur. Et hęc eloquia diuina tanq̄ imbrem intelligē da eſſe Moſes teſtatus eſt dicens. Spectet ſicut pluuia eloquium meū: & deſcendant ſicut ros verba mea: vt pluuia ſuper gramen. Haec ergo terrae pluuia praeparatur per quā foenū in montibꝰ producitur & iumētis in eſcam propriā praebetur. Opinor foecundiores eſſe montibꝰ valles quę circumiectorum collium cōcauo decliui in ſe humore pingueſcant. Et quid rationis eſt: vt ad eſcam iumētorum produci foena laudentur in montibus? Et q̄q̄ plures montes foecūdis verticibus atq; herbidis ſunt tamen rerum corporalium nominibus ſpiritualis doctrina conſerta eſt. Produceſit ergo mōtes iumētis in eſcam ſuam foenū. ſed montes: qui exultauerunt ſicut arietes: in quos frequēter propheta oculos erexit dicēs. Leuaui oculos meos in montes: hi ergo montes patriarcharum prophetarū apoſtolorum martyrū altitudines foenū pecoribus producunt. Et quibus tandem pecoribus? Eſaiam audiamus. Agnouit inquit bos poſſeſſorem ſuū: & aſinus pſepe dn̄i ſui: Iſrael vero me nō cognouit. Et quia ꝑ hebetis naturę irreligioſam ignorationē pecora ſūt dicta: cibus quoq; eorū ſignificatur in foeno. Hoc ergo foenū: his iumētis prębet in mōtibꝰ in pluribꝰ autem codicibꝰ inſertū hūc verſum deprahendimꝰ: & hęrbam ſeruituti hominū: vt ea q̄ ſuperius dicta ſunt de homine dicta eſſe per nūcupationem ipſiꝰ hominis intelligerent. Sed nos nō egemꝰ hoc ſenſu. Nam licet nō impediat adiectꝰ non tamen eum tanq̄ non aliis ad huius intelligētiae confirmationē vti poſſimus amplectimur. Hic enī ordo dictorum eſt. qui operit caelum nubibꝰ q parat terrae pluuiam & reliqua. Si ergo ꝑ nubium pluuiam producto iumētis in montibus foeno: vt allegorica doctrina poſſet intelligi hęc herba ſeruituti hominū praebetur. qui pecudea ignoratiōe depoſita deum tandem rationabiliter comperiſſent. ſiue qđ abſolutius intelligi poteſt in hęrba fructis humanis cibis pręſtiti edocent: quia omnes fructꝰ per hęrbā confirmant in meſſem. deo vtrunq; laudis eſt infirmitati eum noſtrae vel corporales cibos vel ſpiritalia in ꝓphetis vitae pabula prębuiſſe. Sed id qđ ſequit quomodo itelligi oportebit? & pullis coruorum inuocantibus eum. Deū inuocare propriū hoīs officiū eſt: qui ſolus ex vniuerſis animātibus particeps rationis effectus eſt. Coruorū vero pulli deum quomodo vocant? Et cur pulli coruorum potiuſq̄ corui: quorū natura hebes improuida nulla dei cognitione donata ſit? Aut quae eſca prębet? Nūqd vt foenū iumētis & vt hęrba hominibꝰ corruptorū cadauerū foetidas ſordes deus orantibus ſe coruorū pullis & pecudū mortes ad cibū vitę ꝓſentis impetiet? Hęc ita itelligere nō dicā erroris ſed irreligioſitatis extremę ē. Quid ergo itelligi oporteat: ꝑ vt ipſi dono gratiae cęleſtis adepti ſumꝰ loquemur. Coruū in forma peccatoris cōſtitutū eſſe tum cum ex archa emiſſus non rediit meminimꝰ.

Cũ eñ cõſiſtendi nuſq̃ locus eſſet aquis in vniuer
ſa diffuſis ipſe columba poſtea non reperta requie
reuertẽte nõ rediit. Cum eñ illic archa eccleſię for
mã habuerit is qui eccleſiam cũ nũq̃ alibi poſſit cõ
ſiſtere dereliquit peccatoris in eo exemplũ eſt con-
ſtitutũ: qui cũ nullã aliã pręter quã eccleſiæ regem
habeat in ſæculo mauult tñ in inanibus ſæculi de
morari. Hanc quoq; auẽ legimꝰ in paſtũ Helię de-
putatã: cibos ſemp ei fuiſſe ſolitã inferre. Et hoc to
tũ cũ impiiſſime omnis populus & irreligioſiſſime
diuerſaret. In famulatũ ergo tãti ꝓphetę hæc auis
q̃ in forma peccatoris erat cõſtituta delecta eſt. Cũ
eñ anterior populꝰ improbabilis repertꝰ ẽ: tũ dei
p̃dicatio q cibus & eſuritio eſt ꝓphetarũ p eorũ: q
peccatores erant officia explet. Nos eñ vel cæteri
ante nos ex impudentibꝰ & procacibus: & immũ-
dis: & cruẽtis gẽiti atq; nati tãq̃ pulli coruorũ deũ
inuocamꝰ. agnitiõe. cõfeſſione. famulatu: vt ex iu
mentis & pecoribus per agnitionẽ dei hoĩes effecti
rõnis. ſ. participes. ex rationis ignaris qbꝰ quotidie
a deo ꝓducẽte in ꝓphetis doctrinę p̃dicationẽ tãq̃
ĩ mõtibꝰ fœnũ cibi cęleſtis p̃bet alimonia. Vt aũt
oĩa hæc quæ allegorice cõmemorata ſũt in ꝑfectũ
humanę ſalutis geri intelligerent pſalmi cõcluſio-
ne cõfirmat. Ita eñ ait. Nõ in viribꝰ equi volũtatẽ
habet nec in tabernaculis viri beneplacitũ ẽ ei. Bñ
placitũ eſt dño ſuper timentes eum & oẽs q ſperãt
ſup mĩa eius. Cõtraria iſta ſibi ſũt: ſi corporaliter in
telligant. Quomõ eñ deus iumẽtis fœnũ ꝓducit
in montibus cui non eſt beneplacitũ in equis? Ne-
ceſſitatis namq; miniſterium non prouidentiæ be-
nignitas eſt alimoniam præbere non placitis. Sed
quia omnis dei miſericordia curam habet humanę
ſalutis: allegorice ſuperius dicta concluſionis ab-
ſolutione cõſummat. Nõ pecorũ ſpeciem atq; vir
tutem nec precioſarũ domorũ deo ornamenta pla
cuiſſe: quæ maxima eſt humanę opiniõis ambitio
habere nobiles equos: domos pulchras. ſed placere
tãtum timentem ſperantem & poteſtatem dei &
miſericordiam ſpe metuq; teſtantẽ. Miſericors eñ
& potens eſt: qui dixit. Qui credit in me non iudi-
cabitur. Sed tranſiet de morte in vitam: & potens
mortem demutare vita & miſericors iudicii amo-
uere terrorem dominus noſter Ieſus chriſtus qui ẽ
benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. CXLVII. Alleluya Allã. Aggei & Zacharię.

Lauda hieru-
ſalem dñm; lauda deum tuum
Syon. Et reliqua.
Et huic pſalmo et ei qui añ ſu-
periorem fuit aggei: & Zacha-
rię cum in hebraicis non extet nomen aſcribit vt &
per hũc & per eos (ſicut ſuperius oſtendi) æternæ
Hieruſalem prophetia poſſit intelligi. Lauda hie-
ruſalem dominũ lauda deũ tuũ Syon. Non differt
Hieruſalem a Syon. nam ſecũdũ locorum nomina
vrbis ipſius locꝰ idẽ eſt ſed noĩm interp̃tatio gemi
nã hãc eiuſdẽ vrbis cõmemorationẽ neceſſario de
ſyderabat. Hieruſalẽ eñ eſt ciuitas pacis. Et qa do
mini noſtri regnũ in pace & vnanimitate ſanctorũ
ẽ: & factꝰ eſt inqt in pace locus eius: conuentꝰ ille
beatorũ qui dei regnũ eſt hieruſalẽ tanq̃ ciuitas pa
cis eſt dictus. Ciuitatẽ vero hanc viuis: vt ait apo-
ſtolus lapidibus extructã ſanctorũ cœtꝰ cõformis
glorię dei ex reſurrectione conſũmat. Qui ſe qua-
lis futurꝰ eſſet per fidẽ in corpore domini ante ſpe
culatus eſt: & idcirco etiã Syon nũcupat. Corpus
quid ẽ domini ſecundũ interpretationis virtutem
quia in eo ſpem noſtram fide contẽplamur in om-
nibus ſcripturis Syon nũcupari exiſtimatur: quia
Syon ſpeculatio eſt. Sed & ciuitas illa quæ Hieru-
ſalem eſt: quæ propter vnanimitatem ciuitas pa-
cis eſt etiam propter conformationem in ſe corpo-
ris dei in quo ſe ante ſpeculata eſt Syon nuncupat
Et cuius gloriam adepta eſt accepit quoq; eius &
nomen. Ergo & conuentus ille pacificus. & gloria
illa corporum demutatorũ in Hieruſalem & Syon
nomine qđ vtrinq; vnũ eſt nõ ſaxa in anima neq;
ędificationem hebetem ſed rationale animal fun-
damentorum viuarumq; lapides gemmarũ & ci-
ues ſanctitatis & dei in domeſticos ſuos deputans
hæc ciuitas eſt: quę ex ſenſu beatitudinis ſuę: & cõ
feſſione præconii aduocatur ad laudẽ. Et prophe-
ta cauſam laudationis adiecit. Quoniã conforta-
uit ſeras portarũ tuarum benedixit filiis tuis in te
Qui poſuit fines tuos pacem & adipe frumenti ſa
tiat te. Hæc eſt illa: beatæ terræ hæreditas. quam
dominus in euangeliis manſuetis ſpopõdit dicẽs.
Beati manſueti quoniam ipſi hæreditabunt terrã.
Plurimis in locis prophetæ beatitudinis huius tẽ-
pus prædicauerũt. & firmitatẽ ciuitatis huius ęter

næ. cuius ita portę & ſerę cõfirmatę ſunt: vt aduerſariis nobis inimiciſq; virtutib⁹ impenetrabilis: inuia: indiſſolubiliſq; perſeueret: nullis egens ad corporis animęq; ſubſtantiam ęternitate: firma: benedicta in incolis eſt: voluntate pacifica: vitę ſubſtãtia copioſa. Sed ad hanc dei prædicationem etiam illud adiungitur. Qui emittit eloquium ſuum terræ velociter currit ſermo eius. Prędicationis regni dei non fuit lenta præparatio. Sed in omnem terrã indefeſſa mobilitate & celeri trãſcurrit. Vbi enim non ſtatim cũ dominus gloriam in corpore natus oſtendit apoſtolicę & propheticæ doctrinę curſus egreſſus eſt? Per hanc nanq; velocem trãſcurſionẽ ędificatio beatę huius ciuitatis eſt cœpta: quę auditis opulentię ſuę copiis vbiq; viuis fidelium lapidibus ſtructa vſq; ad incolatus ſui plenitudinẽ cõparatur. Cuius in congregandis omnibus ex quatuor partibus mundi velox ſermo percurreret. rurſum ad confrequentandam hanc beati regni ciuitatem cœtu conſummatę plenitudinis congregãdis. Sed & prædicatio alia cõnectitur. Qui dat niuem ſicut lanã nebulã ſicut cinerem ſpargit. Mittit criſtallum ſuam ſicut buccellas ante faciẽ frigoris eius quis ſuſtinebit: Vitæ via ſicut dominus in euangeliis ait: anguſta & tribulata eſt: neq; niſi ꝑ maximas difficultates & moleſtias hac ad cælorũ regnum via pergitur. Q̃d quidem de moleſtiis huius ſæculi dictum fuiſſe intelligi oportet. Per præſentes eñ vexationes in requiem ęternam aditur. Et q̃uis rerum præſentium laboribus quaſi quadã violentia aſperrimę hyemis vtamur: tamẽ poſt harum præſentium acerbitatum rigores. deo eos reſoluente in placidis & tranquillis: & ſerenis quieſcimus. Secundum eñ dictum propheticum & allegoricam conſuetudinem nunc in niue & nebula & chriſtallo quę omnia per naturam ſuã vrũt atq; mortificant: ſęcularium in nos moleſtiarum et calamitatum dolorẽ & nocturnos ignorantię frigores ſignificari credẽdum eſt: Scit hic idem propheta beatæ huius ciuitatis participem nequaq̃ iam frigore iſto iniuriæ ſæcularis vrendum dicens. Per diem ſol nõ vret te neq; luna per noctem. Hęc eñ omnia q̃bus per præſentes calamitates adurimur rurſum dei bonitate reſoluti liquimur. Nix nanq; lanæ mollitudine defluens tegens omnia intra ſe detinet: pruina quoq; nebulę deſcendentis cineris modo ſparſa conſtringit chriſtallum etiã vltra cõſuetudinem grandinis duratã: & in fruſta ſolidatum habet in ſe & impetũ & rigorem. Et ſi hæc ꝑpetuo permanerent nũquid non vniuerſa horum frigore peruſta ſemper arerent? Quis eñ ferre ęternas corporis calamitates indeficiẽteſq; poſſet ſi ſeries mali noſtri ſempiterna traheretur? Sed diſſolutis infirmitatibus corporis regni beati huius tempus ęternum eſt: vbi non flendum: non dolendum non corporeę cupiditatis demutatione labendum eſt: ſed in his viuendum quę inquit oculus non vidit: & auris non audiuit: & in cor hominis nõ aſcẽdit. Ceſſat in bonis futuris intelligẽtię audit⁹/& aſpectus: nec conſpectui ſubiicit: nec auditu capitur nec mente percipitur quicquid illud beatis æternis beatum ęternumq; promittitur. Soluunt igit hæc omnia niuis pruinæ: chriſtalli frigora tanq̃ flatu repenti tum cum poſt hos ſęculares noctis rigores tempora illa regni ęterni in vnam atq; indemutabilem tranquillitatem dei ſpiritus temperabit. Atq; vt ſub niuis & nebulę & chriſtalli frigore intolerabili: ſi maneret: dei tamen ſpiritu in deliquiũ ſoluẽdo: ſignificaſſe illam æterni regni ęterno populo beatam tẽperiem noſcerem⁹. Pſalmum propheta tali cõfeſſione concluſit. Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit. Emittet verbum ſuum: & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius: & fluẽt aquę: Qui annũciat verbum ſuum Iacob: iuſtitias: & iudicia ſua Iſrael. Peculiaris hæc in Iacob & Iſrael dei voluntas eſt non in eum Iſrael: neq; in eum Iacob qui hoc corporis nomen ad ſolatium veluti generoſæ in ſe ſtirpis amplectitur: ſed eum Iacob qui ſupplãtauit priorẽ: qui primogenita ſpe ęternitatis emit. cui Iſrael de deo videndo cognomen eſt: q ipſe Hieruſalem & pacis eſt ciuitas. quia ędificat⁹ ſupra petram fidei cõfirmatis portarum ſeris fortiores portarum portas inferi obtinebit. Qui in verbo cõgregatur: qui nõ inopia eget: non ſæcularis rigoris frigore aduretur: ſed liquefactis omnibus & dei ſpiritu abſolutis temperie æternę ſerenitatis vtet. huic pronunciatur hoc verbum: hic per ſpiritualem intelligẽtiam has dei iuſtitias & iudicia expectat: cõſors boni huius: nulla gens alia eſt: neq; hanc iudicii gloriam infidelitas irreligioſa cognoſcit. In ſua eñ venit & ſui eum non receperũt. Quotquot receperũt dedit his poteſtatẽ filios dei fieri. dñs nr̃ Ie

ſus chriſtus qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus. CXLVIII. All'a.

Laudate domi

num de cęlis laudate eũ in excelſis. &c.

Superiores tres pſalmi qbꝰ prophetia nos ad laudem domini aduocat beatæ illius ſpei noſtrę diſtributionem ipſo collocationum ſuarum ordine ſunt ſecuti. primus enim eorum ob ſpem ęternitatis & cæleſtis regni expectationem cantatus eſt. Secundus ob ędificationem ſanctę ciuitatis: & congregationẽ ſanctorum quę ad plenitudinem ſanctę huius ciuitatis conueniant ſubſecutus eſt. Tertius ille iam ob gratulationem exędificatę ciuitatis & æterna pace fundatæ: & poſt ſæculi vrens ærenſq; frigus cęleſti ſpiritu temperatę in hunc hymnum eſt comparatus. Doctrinæ ergo idem eſt ordo qui rerum. Nã ſecundum propheticam: & apoſtolicam prædicationem beati iſtius regni & ciuitatis æternæ in his ordo diſpoſitus eſt in reſurrectionis demutatione in congregatione ſanctorum. in dominicorum ciuium cum frequentatione incolatu. Poſt quæ iam in æterna beatitudine omnibus conſtitutis ad canendas dei laudes hoc conſequenti pſalmo chorꝰ cæleſtium virtutum poteſtatũq; contrahit: vt ob depulſam ſęculi vanitatem creatura omnis ex magnis officiorum ſuorum laboribus abſoluta: & in beato regno æternitatis aliquãdo reſpirans deum ſuum & læta prædicet: & quieta. Et ipſa ſecundũ apoſtolum in gloriam beatę æternitatis aſſumpta cum ait & eñ expectatio ipſius creaturę reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati eñ creatura ſubiecta eſt non ſponte: ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem claritatis filiorũ dei: hinc ergo hymnus eſt libertatis indultæ ꝙ officiorũ neceſſitate abſoluta & antea in vſus humani ſubiecta ſeruitii iam cõformata tandem filiorũ dei gloria in ęternam beatitudinẽ creationum elemẽta requieſcunt. Cuius beatitudinis longo iam diu ſecundũ apoſtolum Petrum deſyderio detinebantur: cum ait. Hæc quæ modo vobis nunciata ſunt per eos qui vobis ſpirituſancto euangelizauerunt quæ miſſa ſunt e cælo in qua te concupiſcũt angeli proſpicere. Expectatio itaq; cæleſtium eſt beatitudo terrena & corruptionis noſtrę demutatio diuinarum creationum demoratur elemẽta. Proſpicere hanc euangelicę prędicationis ſpem cõcupiſcentia gloriã ſuam ex gloriæ noſtræ conformatione ſuſceptura qua iam ſecundum prophetiã pſalmi adepta in conſonam laudem perceptę beatitudinis aduocantur. Laudate dominum de cęlis: laudate eum in excelſis. Et reliqua. Abſoluto quidem ad intelligentiam ſermone propheta omnes cæleſtes virtutes adhortatur ad laudem: ſed nõ ſine pfecta ratione doctrinę. Primũ eñ errorem hunc humanę ignorationis auertit: quo fortuitis concurſibus hunc mundi habitum in ſe coiſſe atq; ita ex inordinatione in ordinem cõſtitiſſe quidam auſi ſũt opinari. Tum ꝙ alii hunc ipſum mundum deum eſſe qui ſe agitet ac moueat. Et inanimam temperiem curſu dimenſę rationis moderetur exiſtimẽt. Proſtremo ꝙ quædam ſibi ex his ipſis vnuſquiſq; legit elementis: aut cælum: aut ſolem: aut aquam aut aera: quibus dei honorem inani atq; impia religione deferret. Omnẽ igitur errorem ignorationis excluſit dicens. Quoniam ipſe dixit & facta ſũt ipſe præcepit & creata ſunt. Nullus igitur hic fortuitorum cõcurſus: nulla naturæ propriæ virtus: nulla ęternitatis ex ſemet ſubſtãtia in his quę creata docentur admittitur. In quo dicto etiam id docetur quod & Geneſis diſtinxit & euangelia teſtata ſunt: & apoſtolus prędicauit dei iuſſu facta eſſe omnia: nõ per ſe extitiſſe tanq̃ ipſa illa materia obedientiæ vitalis exiſteret cum eſſe ac ſubſiſtere iubetur: ſed omnia ex mandato creata eſſe: & dictũ fuiſſe ab eo qui dicebat vt fieret. Ita eñ Geneſis eſt locuta. Et dixit deus & fecit deus. Et nunc propheta ait. Dixit & facta ſunt. Non eñ ſibi præcepit: vt fierent: ſed ſunt facta cum dixit: facta aũt ſunt per eum de quo euangeliſta teſtatus eſt. Omnia ꝑ ipſm facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Et apoſtolꝰ ait. Qui eſt imago dei inuiſibilis primogenitꝰ oĩs creaturę: quia qn ipſo condita ſunt omnia in cęlis & in terra viſibilia & inuiſibilia: ſiue ſedes: ſiue dominationes: ſiue principatꝰ: ſiue poteſtates: oĩa per ipſum: & in ipſo cõdita ſũt. Et ſapiẽtia de ſe ita locuta eſt. Ego eram apud illũ componẽs mihi ag gaudebat cum lętaretur orbe pfecto. Ceſſat ambi-

guitas intelligentiæ: & nunc veteris teſtamēti au
ctoritate cōiuncta patri filium ante ſæcula manē-
tem in creandi mundi exordio adſtitiſſe. Cauſam
etiam propheta aliam laudis adiecit. Quoniā ipſe
dixit & facta ſunt ipſe mādauit & creata ſunt. Sta
tuit ea in ſæculum ſęculi. Manent eñ ex nihilo ſub
ſtituta & gratiam ex eo ꝙ ſunt: creatori ſuo debēt
cum ſenſum vitę ſuę bonitate eius: & virtutem: &
ſcientiam per quē viuere ſeu ſentire cœperūt. Vi-
uūt aūt adeo vt & in ſęculum ſęculi maneāt: & ſe-
cundū apoſtolum: Reuelationem filiorum dei ex-
pectēt: a corruptionis ſeruitio in conformē eorum
gloriam liberanda. Contuendum autem eſt: in his
creaturis quæ in ſæculum ſæculi ſunt ſtatuta neq;
cęlū hoc ꝙ firmamentū nūcupatur: neq; terram q̄
arida dicta eſt cōnumeratam fuiſſe cum a prophe
ta dictum ſit. Ecce ego facio cælum nouum: & ter
ram nouam: & dominus in euangelio dixit. Cælū
& terra præteribunt verba aūt mea nō præteribūt
de quibus non huius loci ſermo eſt. Tantum illud
ad admonitionem cōmemorandū a nobis fuit: nō
diſſolubiles creationes nūc ad laudē dei fuiſſe nu-
meratas: ſed eas quę in ęternitatis ſunt ſubſtantia
conſtitutę. Ac ne forte ꝙ in æternū manerent na-
turale illis eſſe ex ſubſtantię ſuæ beatitudine crede
retur ſubiecit. Præceptum poſuit & nō pręteribit
Vt hoc ꝙ ſunt id eſt vt maneant in æternū nō na-
turæ ſuæ eſſe intelligant: ſed præcepti eius ſit qui
potens ſit rebus ex nihilo ſubſtitutis naturam ęter
nitatis afferre. Non eñ inquit pręteribit pręceptū
id eſt mandati eius nō erit finis: quia in ęternū ma-
nent quibus ęternitatem virtus ęternitatis indul-
ſit. Poſt quę rurſum terrena cætera aduocantur ad
laudem: quæ etſi non omnia ſunt horū cęleſtium:
& beatorū bonorū conſortia / partim per irrationa
bilem ſenſum: partim per inanimalē naturam: par
tim per impietatis offenſam / tamē deum per id ꝙ
talia ſunt inſtituta ipſa inſtitutionis in ſe habitę p
uidentia prędicāt. Ait eñ ita. Laudate dominū de
terra dracōes: & omnes abyſſi. Et reliqua. Omnia
laudem dei concinūt / licet quædā ſenſu laudis ca-
rentia ſint: ſed per inſtitutionis ordinem qualita-
temq; gignendi pręconiū creatoris oſtendunt. De
tenti in terra dracones eorūq; plures in abyſſis de-
merſi: vt nos intra metum & religionem dū ipſi in
tra abyſſum terrāq; religati impietatis noſtræ pe-
nis præparantē coercerent. Natura ignis / niuis can
dor: chriſtalli glaties: procellę ſpiritus: montiū cel-
ſitas: diſtinctio collium: arborum fructus: beſtiarū
varietas: pecorū vtilitas: ſerpentū niſus: volucrum
volatus: regū poteſtas: populorū famulatus: prin-
cipum dignitas: iudicum ęquitas: ętatum omniū:
& ſexuū mores: ſtudia: virtutes. Hæc itaq; omnia
in diuerſos ieffabileſq; vſus formata / diſtincta / ani
mata / perfecta / creatoris prouidentiam laudāt. Et
eorum quę aut inanimalia: aut irrationabilia ſunt
qualis laudatio eſſet oſtendit dicens. Quę faciunt
verbum eius: vt ex eo ꝙ in hunc officiorum ſuorū
ſint ordinem conſtituta præconium eius a quo ita
ſint inſtituta teſtentē. Regibꝰ vero & cęteris talibꝰ
tanq̄ rationis conſortibꝰ: hæc laudandi cauſa pro
poſita eſt. Quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
confeſſio eius ſuper cælum & terram. Et hic quidē
deus regum / & populorum / & principum / & iudi-
cum ætatum omnium cōſtitutione laudabilis eſt
qui humanæ vitæ curſum tali diuerſorū officiorū
tēperatione contineat. Tamē quia oīs ſuperior lau
datio beati illiꝰ regni tēpus oſtendit / hāc cauſā ad
iecit: quia exaltatū eſt nomen eiꝰ ſoliꝰ. Tū eñ deꝰ
vnus etiā ab inuitis: & intelligetē: & videbitē. religa
to diabolo: & angelis eius poenę cū eo ęterni ignis
addictis: & omni ſpiritualium nequitiarum pote-
ſtate ſublata cum iam non peccatum / non mors
non terrenus hic mundus ſit. Ait eñ. Cōfeſſio eiꝰ
ſuper cælum & terram: & exaltauit cornu populi
ſui. id eſt in illo beatę ciuitatis illius ſęculo: vbi cor
nu populi ſui dominus exaltabit & incorruptionē
quę ſignificatur in cornu per honorem immortali
tatis impertiet. Tum eñ cælum nouū & terra no-
ua erit cum his pręſentibus diſſolutis noua illa: &
æterna ſuccedente deo confeſſio eius ſuper cęlum
& terram reddetur: quia non in hoc ſæculo neq; in
hoc aere: ſed in ſuperioribus locis ſedes beati illius
regni ē conſtituta. Et quia illud ſanctorū eſt regnū
per qđ regnante domino ad beatum regnū dei pa-
tris aſcendent pſalmū ita propheta cōcluſit. Hym
nus omnibus ſanctis eius filiis iſrael populo appro
pinquanti ſibi. Sanctorum omnis hic hymnꝰ eſt q
deum non vt cæteri reges: aut principes: aut iudi-
ces pro virtutis: & confeſſionis admiratione lau-
dent: ſed pro gaudio conſummatę in ſe beatitudi-
nis: & gratulatione cantantium. Sancti ſcilicet: q

Iſrael filii ſunt. deo propinquantes non illi vtiq; de qbꝰ dictũ ẽ. Plębs hęc labiis me honorat: cor aũt eorum longe eſt a me: ſed his q merebunt audire. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum. Illis ergo proprius hic hymnus eſt: qui deo propinquabunt/qui per hoc ſanctę Hieruſalem regnum beatum æterno regno proximum: poſt regnum domini noſtri Ieſu chriſti in regnum dei pr̃is dño cõgregante tranſibunt. apoſtolo dicente. Cum tradet regnum deo patri/cum euacuauerit omnẽ principatum & omnem poteſtatem & virtutem. Oportet eñ eum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Omnes eñ ſubiiciet ſub pedibus eiꝰ Nouiſſima eñ euacuabitur mors. Cũ dixerit omnia ſunt ſubiecta pręter illum qui ei ſubiecit om̃ia Tunc ipſe ſubiectus erit illi q ei ſubiecit omnia: vt ſit deus omnia in omnibus. hic ergo populus eſt ꝑpinquans regno dei patris per regnum filii dei proximus. Regnat itaq; dominus traditurus deo patri regnum. Nõ regni poteſtate cariturus: Sed nos qui regnum eius ſumus/deo patri traditurus in regnum. Regni traditio noſtra ꝓuectio eſt. vt qui in regno filii erimus/in regno quoq; ſcimꝰ & patris: digni per id regno patris/quia digni regno erimus & filii Proximi tũ pr̃is regno cũ filii erimus regnũ: qui eſt benedictꝰ in ſęcula ſęculorum. Amen.

Pſalmus. CXLVIII. Alleluya.

Cantate domino cãticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Et reliq̃.

Superior pſalmꝰ omnẽ creationũ diuerſitatem ad laudem dei creatoris eſt adhortatꝰ: & ordo a cęleſtibꝰ coeptus cuncta terrę ac maris/& aeris animantia percurrit. Vniuerſo quoq; genere ętarum/ſexuũ/poteſtatum ad honorem debitę confeſſionis admonito: vt gloriam eius: qui ſe ad vitã animaſſet firmaſſet/ornaſſet plus gratiarũ ſermo celebraret. Poſt quæ (vt dignũ fuit) ꝓpheta pſalmi huius fine proprium officii ſui munus expleuerat omnibus gdẽ ad laudem diuinam adhortatis hymnum tantum eſſe ſanctorum eius oſtendit. Filiis ſcilicet Iſrael populo qui fieret deo proximus: cum vniuerſitas omnis deum ex vitæ ſuę ſenſu: & gratulatione laudaſſet: Iſrael tamen ei ſolus appropians hymnũ de cognitionis ac dignationis diuinę familiaritate cantaret. Poſt quæ nunc ad cantandum deo nouũ cãticum.

Reliqua requirãtur actu & fructu Iſrael vocetur/cuius ſtudio cætera adipiſcamur.

Expoſitionis Beati Hylarii Epiſcopi (quatenus ad manus noſtras peruenit in pſalmos.

Finis.

INCIPIVNT CANONES EVANGELII
MATTHAEI QVO ORDINE
A SANCTO HILARIO
EPISCOPO DECLA
RANTVR.

Canon. I.

De natiuitate christi. De Magis cum muneribus: & de infantibꝰ occiſis.

Canon. II.

De IESV regreſſo ex Aegypto. De prædicatione Ioannis: & baptiſmo. De domino baptizato.

Canon. III.

De tentatore diabolo. De ieiunio IESV. xl. diebus. De Petro & Andrea piſcatoribus.

Canon. IIII.

De beatitudine & præceptis. De reconciliatione fratrum. De adulterio. De oculo & manu eruenda. De iuramentis & eleemoſyna.

Canon. V.

De oratione & ieiunio. De theſauro in cælo. De lucerna corporis. De duobus dominis. De cibo & veſtitu. De volatilibus & liliis agri & fœno. De ſollicitudine diei. De feſtuca & trabe in oculo.

Canon. VI.

De margaritis ante porcos. De pſeudoprophetis. De domo ædificata ſuper petram.

Canon VII.

De leproſo quem curauit dominus. De puero tribuni paralytico. De ſocru Petri. De plurimis & diuerſis curis

Canon. VIII.

De diſcipulis in naui excitantibus IESVM. De duobus dæmoniacis in terra geraſenorum. De paralytico curato & lectum ferente.

Canon. IX.

De Matthæo publicano. De phariſæorum & diſcipulorum Ioannis ieiunio. De adſutu panni rudis. De pfluuio mulieris. De filia pricipis excitata a mortuis. De duobus cæcis De ſurdo & muto.

Canon. X.

Miſertus turbarum dominus Duodecim diſcipulos præmittit cum poteſtate & doctrina. &c.

Canon. XI.

Ioãnes de carcere ad IESVM mittit: & IESVS de Ioãne ad turbas loquit. Itẽ cõfeſſio IESV ad patrẽ.

Canon. XII.

Diſcipuli ſpicas vellunt. Manus aridæ hominẽ ſabbato curauit. Cæcum & dæmoniacum curauit. De blaſphemia ſpiritus. De fructu arboris bonæ & malæ. De omni verbo otioſo. De ſigno Ionę De niniuitis & regina auſtri. De ſeptem ſpiritibꝰ & octauo. De matre IESV & fratribus.

Canon. XIII.

Sedens in nauicula IESVS turbis parabolas loquitur. De ſeminante bonum ſemen. De zizania & tritico. De grano ſinapis. De fermento abſconſo in farina. Expoſitio zizaniæ. De theſauro ĩ agro De bona margarita. De rete miſſo in mare.

Canon. XIIII.

De ſcriba in regno cælorum. De fratribus & ſororibus domini. De Ioannis capite in diſco. De quinq̃ panibus & duobus piſcibus. Vbi ſuper mare ambulabat: & Petrum merſum erexit.

Canon. XV.

De lauandis manibus. Et non ea quæ in os intrant: ſed ea quæ ex ore exeunt inquinare. De filia Chananeæ mulieris. De ſeptem panibus & paucis piſcibus.

Canon. XVI.

De Ionæ prophetæ ſigno. De fermento phariſæorum & confeſſione Petri. De benedictione domini: & de ſe abnegãdo qui chriſtum ſequi voluerit.

Canon XVII.

Vbi in monte cum Moyſe & Helia videtur: & vox de cælo auditur. Vbi puerum lunaticum ſaluat. De credentium fide. De dydragma poſtulata: & ſtatere in ore piſcis inuento.

Canon. XVIII.

De infantibus inhibitis. De humilitate eorum aſſumenda. De manu & pede & oculo eruendo: & De oue perdita. De corripiendis fratribus ſecreto primum tum duobus teſtibus: poſtremo eccleſia præſente & ꝙ ſemper ignoſcendum. De eo q̃ cõſeruũ remiſſo ſibi a dño debito ſuffocauit.

Canon XIX.

Tranſit in galilaeã. Vxorẽ nõ debere dimittere. De

S

eunuchis. De infantibus inhibitis. Diuitem difficile introire in regnum cælorum.

Canon. XX.

De ſpe apoſtolorum. De nouiſſimis primis efficiendis. Vbi conducuntur operarii ad vineam. De filijs Zebedæi. De Primo accubitu. De duobus cæcis ſecus viam ſedentibus.

Canon. XXI.

De aſina & pullo eius. De eiectis e templo nummulariis. De ficu maledicta.
De duobus filiis ad vineam miſſis.
De publicanis & meretricibus.

Canon. XXII.

De vinitoribus qui miſſos ad ſe ob recipiendos fructus interficiunt. De inuitatis promiſcuis: & de veſte nuptiali.

Canon. XXIII.

De tributo cæſari dando: & de imagine Cæſaris. De eadem ſeptem fratrum vxore. De mandatis maximis. De Dauid filio.

Canon XXIIII.

De cathedra Moyſi ſuper quam ſederunt ſcribæ & phariſæi. De clauſo ab iiſdē regno cælorum. Et ab iiſdem comedi domos viduarum & circumeuntium mare & arida. Et dicentibus. Quicunq iurauerit in templo nihil eſt. Et de decimantibus mentam & anetum. Et ædificantibus ſepulchra prophetarum. Et de Hieruſalem quæ interficit prophetas & lapidat eos qui ad ſe miſſi ſunt.

Canon. XXV.

De ſtructura templi interrogantibus diſcipulis Et de his qui in tecto ſunt ne deſcendāt tollere aliquid de domo: & q in agro ſūt ne reuertātur tollere tunicā ſuam. Et de pgnantibus & nutrientibus.

Canon. XXVI.

De ſole obſcurato & luna & ſtellis.

Canon XXVII.

De ſeruo fideli quem conſtituit dñs ſup familiā ſuā. Et de decē virginib⁹. De homine peregre pfecto qui tradidit ſubſtantiam ſuam ſeruis ſuis.

Canon XXVIII.

De aduentu filii hominis venientis ad iudiciū cum maieſtate ſua.

Canon. XXIX.

De muliere quæ acceſſit ad IESVM in domo Simonis leproſi habēs alabraſtrum vnguenti ptioſi.

Canon. XXX.

De die prima azymorum in qua acceſſerūt diſcipuli ad IESVM dicētes. Vbi uis paremus tibi mā ducare paſcha?

Canon. XXXI.

Venit IESVS in agrum qui dicitur gethſemani & dicit diſcipulis ſuis: Sedete hic donec eā illuc orare: Et triſtata eſt aīa eius vſq ad mortē. Et de calice mortis dicit: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. De ſpiritu prompto & carne infirma. Et rurſum de eo qđ dixit. Pater nō poteſt hic calix trāſire: niſi illum bibam: fiat voluntas tua.

Canon. XXXII.

De iuda qui erat vnus de duodecim diſcipulis: veniente ad IESVM cum plurima turba: vt eum traderet. De gladio quē iuſſit Petro cōuertere i locum ſuum.

Canon. XXXIII.

De pylato cum ſederet pro tribunali: & cum miſit ad illum vxor ſua dicens. Nihil tibi ſit & iuſto iſti. De tranſeuntibus iuxta crucem qui mouebāt capita ſua & dicebant. Hic eſt qui deſtruebat templum: & in triduum illud reędificabat.

Finis Canonum ſeu Capitum Euangelii diui Matthæi ordine quo ipſum explanauit Sanctus Hylarius Epiſcopus & doctor incly tus.

DIVI HILARII EPISCOPI IN EVANGELIVM MATTHAEI EXPLANATIO LAVDATISSIMA.

De natiuitate CHRISTI. De Magis cum muneribꝰ: & de infantibus occiſis Canon. I.

Liber generationis IESV CHRISTI filii Dauid: filii Abrahę. &c.

GReſſus quē matthaeus & Lucas in ordine regię ſucceſſionis ediderāt / quem dum vterq; dinumerat / & agnitionē in dn̄o vtriuſq; tribꝰ vterq; ſignificat / & recte generationis gradū ponit / q̄a ſacerdos liber regię tribus ſocietas per Dauid ex cōiugio inita iā a Salathiel in Zorobabel cōfirmatur ex genere. Atq; ita dū Matthęus paternā originē quę ex Iuda proficiſcebat / recenſet: Lucas vero acceptū p Nathā ex tribu Leui genus edocet / Suis vterq; partibus dn̄o noſtro IESV CHRISTO qui eſt aeternꝰ. & rex & ſacerdos / etiā in carnali ortu vtriuſq; generis gloriā probauerūt. Q; vero Ioſeph potius q̄ MARIAE natiuitas recēlet: nihil refert. Eadē eīm eſt totiꝰ tribus atq; vna cognitio. Exēplū aūt etiā Matthaeus & Lucas dederūt: patres inuicē appellātes nō tam genere q̄ gēte. Quia ab vno tribꝰ coepta: ſub vniꝰ ſucceſſiōis & originis familia cōtinet. Cū eīm filius dauid atq; abrahę ſit oſtēdēdꝰ ita Matthęꝰ coepit.

Liber generationis IESV CHRISTI filii Dauid filii Abrahę. Nō refert qs in originis numero atq; ordine collocet: dūmodo vniuerſorū familia coepta eſſe intelligat. Ab vna itaq; cū eiuſdē tribꝰ ſit IOSEPH & MARIA. dū pfectꝰ eſſe ex Abrahae genere Ioſeph oſtēdit: pfecta quoq; docet & Maria. Haec eīm in legē ratio ſeruata eſt: vt ſi mortuꝰ ſine filiiſfamiliae prīceps eſſet defuncti vxorē poſterior frater eiuſdē cognationis acciperet: ſuſceptos filios in familiā eiꝰ q mortuꝰ eſſet referret: maneretq; ita in primogenitis ſucceſſionis ordo: cū patres eorū q poſt nati eſſent aut noīe haberent aut genere. Sequens illud eſt: vt q̄a diximꝰ ſecūdū rerū fidē generatiōis iſtiꝰ ordinē nec numero fidei nec ſucceſſiōe cōſtare: huiꝰ quoq; rei ratio adferat. Nō eīm leuis cauſa eſt vt aliud in narratione ſit: aliud fuerit in geſtis: Et aliud referatur i ſumma: aliud vero teneat in numero. Nāq; ab Abrahā vſq; ad Dauid quattuordecim generationes numeratę ſūt: & a Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis in quibuſdam libris decem & ſeptem deprahendunt. Sed in hoc nō mendacii aut negligentię vitiū eſt. Tres eīm ratione p̄teritę ſunt. Nam Ioras genuit Ochoziam: Ochozias vero genuit Ioam: Ioas deinde Amaſiam. Amaſias autē Oſiam. Et in Matthęo Ioras Oziam genuiſſe ſcribitur: cum quartus ab eo ſit. Hoc ita q̄a ex gentili foemina Ioras Ochoziā genuit: ex Achab ſcilicet qui Hiezabel habuit vxorē: deniq; per prophetam non niſi in quartā generationem in throno regio Iſrahelis quenq̄ de domo Achab eſſe ſeſſurum dicitur. Purgata igitur labe familiae gentilis tribus: quae praeteritis iam regulis in quarto generationū conſequentium ordine numeratur: & vſq; ad Mariam generationes quattuordecim eſſe ſcribuntur cum in numero decem & ſeptem reperiantur. Nullꝰ error eſſe poterit ſcientibus non eam ſolum eſſe domino noſtro IESV CHRISTO originem quę coepit ex Maria: ſed procreatiōe corporea natiuitatis aeternae ſignificantiam comprehendi. Generationis autem ratio ſimplex eſt. Nam cōceptum ex ſpirituſancto: natum ex maria virgine: oīm opus p̄phetarum ē. Sed plures irreligioſi: & a ſpirituali doctrina admodū alieni: occaſionē ex eo occupāt turpiter de Maria opinādi q̄ dictū ſit: Priuſq̄ conuenirēt inuenta eſt in vtero habens. Et illud Noli timere accipere coniugem tuam: Et illud. Non cognouit eam donec peperit: Non recordantes deſponſatam fuiſſe & dictum hoc Ioſeph volenti eam abiicere quia iuſtꝰ ipſe nollet in eam lege decerni. Igitē nequa de partu eius ambiguitas exiſteret / ipſe conceptī ex ſpirituſancto CNRISTI teſtis aſſumitur. Dehinc quia deſponſata eſſet / in coniugem recipere tur. Cognoſcitur itaq; poſt partū / ideſt trāſit in coniugis nomen. Cognoſcitur enim / non admiſcetur. Deniq; cum tranſire Ioſeph ad Aegyptū admonetur. ita dicitur. Accipe puerum & matrē eius Reuertere cum puero & matre eius. Et rurſū in Luca. Et erat Ioſeph & mater eius. Et quotienſcunq; de vtroq; ſit ſermo mater potius CHISTI / quia id erat / non vxor Ioſeph eſt nuncupata quia non erat. Sed haec quoq; ab angelo ratio ſeruata ē vt tum cum deſpōſatam eam iuſto Ioſeph ſigni-

ficabat coniugem nũcuparet: Nam ita ait. Ioſeph
fili Dauid noli timere accipere Mariam cõiugem
tuã. Ergo & cõiugis nomẽ ſponſa ſuſcipit: & poſt
partũ in coniugẽ cognita: tñ IESV mater oſtẽdit:
vt quẽadmodũ iuſto Ioſeph deputaret eiuſdẽ Ma-
riæ in virginitate cõiugiũ: ita venerabilis eiꝰ oſtẽ-
deretur in IESV matre virginitas. Verũ homines
prauiſſimi hinc præſumũt opinionis ſuę auctorita
tẽ: ꝙ plures dñm noſtrũ fratres habuiſſe ſit tradi-
tũ: q ſi Mariæ filii fuiſſent: & non potius Ioſeph ex
priore cõiugio ſuſcepti nunq̃ in tẽpore paſſionis Io
anni apoſtolo tranſcripta eſſet in matrem: dño ad
vtrũq; dicẽte. Mulier ecce filius tuꝰ, & Ioanni. Ec-
ce mater tua. Niſi ꝙ ad deſolatæ ſolatium charita
tẽ filii in diſcipulo relinquebat. ❡ Stellę autem or-
tus primũ a magis intellectus indicat mox gẽtes ĩ
CHRISTO credituras: & hoies profeſſionis lon-
ge a ſcientia diuinæ cognitiõis auerſæ: lumẽ quod
ſtatim in ortu eiꝰ extitit: cogniturós. Deniq; obla
tio munerum intelligentiã in eo totius qualitatis
expreſſit: In auro regẽ: in ture deum: in myrrha ho
minem confitendo. Atq; ita per venerationẽ eorũ
ſacramenti omnis eſt cõſummata cognitio: In ho
minę mortis: in deo reſurrectionis: in rege iudicii.
Qꝫ vero repetere iter atq; ad Herodẽ in iudęam re
dire prohibentur: nihil a Iudæis petere ſcientiæ co
gnitioniſq; permittimur: ſed in CHRISTO ſalu-
tem omnem & ſpem locantes: admonemur prio-
ris vitæ itinere abſtinere.

Parante autem Herode paruuli necem
Ioſeph ꝑ angelũ monet vt eũ in Aegyptũ transfe-
rat: Aegyptũ idolis plenam & omnigenũ deũ mõ
ſtra venerãtẽ: iã poſt Iudæorũ inſectationẽ & inex-
tinguendo eo ꝓfanæ plebis aſſenſũ. CHRISTVS
ad gẽtes inaniſſimis religionibꝰ deditas tranſit: &
Iudaicã relinquẽs ignorãtiã ſęculo colẽdus infert:
Bethleem. i. Iudęã martyrũ ſãguine redũdãtẽ. He
rodis vero furor & infantũ mors populi Iudaici in
chriſtianos ſęuiẽtis eſt forma: exiſtimãtis ſe beato
rũ martyrũ cęde poſſe ĩ oĩm fide & ꝓfeſſiõe CHRI
STI nomẽ extiguere. Sed glorioſꝰ ꝑ ꝓphetã neci
eorũ honor reddit dicẽtẽ. Vox in Rhama audita
ẽ:Ploratꝰ & vlulatꝰ multꝰ: Rachel plorãs filios ſu
os: & noluit cõſolari qa nõ ſũt. Rachel Iacob vxor
fuit diu ſterilis: ſed nullos ex his quos genuit ami
ſit. Verũ hęc ĩ geneſi eccleſię typũ prętulit. Nõ igi
tur illius vox & ploratꝰ audit: q̃ nullũ habuit amiſ
ſorũ filiorũ dolorẽ: ſed huiꝰ eccleſię diu ſterilis: nũc
vero foecundæ ploratꝰ ex filiis: nõ idcirco: qa perẽ
ptos dolebat: audit: ſed qa ab his ꝑimebant: quos
primũ genitos filios retinere voluiſſet. Deniq; cõ-
ſolari ſe noluit quæ dolebat. Nõ eñ nõ erãt ii qui
mortui putabant. In æternitatis eñ ꝓfectum per
martyrii gloriã efferebant. Conſolatio autem rei
amiſſæ erat præſtanda non auctæ.

De IESV regreſſo ex Aegypto. De ꝓdicatiõe
Ioannis & Baptiſmo. De dño baptizato. Ca. II.

Poſt q̃ mor
tuo Herode ꝑ ãgelũ monet
vt in Iudęã cũ puero & mrẽ
ipſiꝰ redeat. Et reuertẽs cũ
Archilaũ Herodis filiũ re-
gnare audiſſet: timuit eo ve
nire: & ꝑ angelũ monet vt ĩ galilæã trãſeat & in re
giõis eiꝰ ciuitate Nazareth ĩhabitet. Reuerti ergo
ad Iudęã monet: & reuerſꝰ timet: Et rurſũ viſu ad
monitꝰ trãſire ad regionẽ gẽtiũ iubet. Sed aut time
re eũ q admonitꝰ ſit nõ oportuit: aut ꝑ ãgelũ defer
ri admonitio mox mutãda nõ debuit. Verũ typi-
ca ratio ſeruata ẽ: Ioſeph eñ apoſtolorũ habet ſpe
ciẽ: qbꝰ CHRISTVS circũferẽdꝰ eſt creditꝰ. Hi
tanq̃ Herode mortuo idẽ populo eiꝰ ĩ paſſiõe dñi
depdito: Iudęis ꝓdicare ſũt iuſſi. Miſſi eñ erant ad
oues perditas domus Iſrael: ſed manente hęredita
riæ infidelitatis dñatu: metuũt & recedũt. Admoni
ti ꝑ viſum: ſancti ſcilicet ſpũs donũ in gentibꝰ cõ-
templantes ad eas tranſierũt CHRISTVM Iu-
dęę miſſum: ſed vitã & ſalutẽ gentiũ nuncupatũ.

IN diebus illis venit Ioannes præ
dicãs in deſerto Iudeæ dicẽs. Poenitẽtiã
agite: appꝓpiquauit enim regnũ cęlorum,
&c. In Ioanne locus, prædicatio, veſtitus, cibus
eſt contuendus: atq; ita vt meminerimus geſto-
rum veritatem non igitur corrumpi ſi gerendis re
bus interioris intelligentiæ ratio ſubiecta ſit. Fue
rat enim prædicanti & locus oportunior: & veſti-
tꝰ vtilior: & cibus aptior. Sed ſubeſt geſtis rebus
exemplum: & in eo operatio ipſa meditatio eſt,

Nam & ad deſertam Iudæam venit. Deſertam dei frequentatione non populi: & ad vacuam ſancti ſpiritus habitatione nõ hominũ: vt pdicationis locus eorũ qbus pdicatio erat miſſa ſolitudinẽ proteſtaretur. Poenitẽtiã quoq; regno cælorũ ꝓpinquante pnũtiat: p quã eſt reditꝰ ab errore: & recurſus a crimine/& poſt vitiorũ pudorẽ ꝓfeſſio deſinẽdi/vt deſerta Iudæa meminiſſet ſe eũ ſuſcepturã in quo cælorũ eſt regnũ nõ vacuã deinceps futurã/ſi ſe a veteribꝰ vitiis poenitẽtiæ cõfeſſione purgaſſet. Pilis etiã camelorũ veſtis adtexta peregrinũ ꝓpheticæ iſtiꝰ pdicationis habitũ deſignat cũ exuuiis immũdarum pecudũ qbꝰ pares exiſtimamur CHRISTI prędicator induit: fitq; ſanctificatũ habitu ꝓphetali qcqd in nobis vel inutile fuerat ante vel ſordidũ. Zonę aũt præcinctio efficax in omne opus bonũ eſt apparatꝰ: vt ad oẽ miniſteriũ CHRISTI voluntatis ſingulo ſimꝰ accincti. In eſum etiã eligunt locuſtæ fugaces hominũ: & ad oẽm aduẽtꝰ noſtri ſenſũ auolantes: Nos ſcilicet q ab oĩ ſermone & cõgreſſu ꝓphetarũ ipſis qbuſdã corporũ ſaltibꝰ efferebamur: volũtate vagi in opibus inutiles: in verbis q̃ruli: ſede pegrini: Nũc ſumꝰ ſanctorũ alimonia & ſatietas prophetarũ: electi ſimul cũ melle ſilueſtri: dulciſſimũ ex nobis cibũ/nõ ex aluearis legis ſed ex truncis ſilueſtriũ arborũ pbituri. Tali igit Ioãnes habitu pdicãs veniẽtes phariſæos & ſadduceos ad baptiſmũ ꝓgenies nũcupat viperarũ: fructũ vt dignũ poenitẽtiæ faciãt monet: neue Abrahã patrẽ habere ſe glorient: qa ex lapidibꝰ deꝰ potẽs ẽ Abrahæ filios excitare. Nõ eñ ſucceſſio carnis q̃rit: ſed fidei hæreditas. Dignitas igit originis in operũ cõſiſtit exẽplis: & ꝓſapiæ gloria fidei imitatione retinet. Zabulꝰ infidelis: Abrahã fidelis. Nã ille ĩ hoĩs trãſgreſſione fuit pfidus: hic vero iuſtificatꝰ eſt ex fide. Igit vniuſcuiuſq; mores atq; vita ꝓpinqtatẽ cognationis acquirit: vt q fideles ſũt Abrahæ ꝓpago p fidẽ ſint: q autẽ infideles ſũt in Zabuli ꝓgeniẽ ĩfidelitate mutẽt: qũ & phariſęi viperarũ nationũ culpant: & gloriatio ſãctificati parẽtis eis inhibet: & ex ſaxis ac rupibꝰ Abrahæ filii excitant & vt opãtes dignos fructus poenitentiæ ſint admonentur. vt q diabolũ patrẽ habere coeperant: cum eis q de lapidibꝰ excitarent rurſum Abrahæ filii p fidẽ fiant Securis vero radicibus arborũ appoſita infructuoſarum arborũ cæde & cõcrematiõe ſignificãs/iudicii pfidiæ excidiũ cõflagrationi iudicii ꝓparari. Et qa legis opus eſſet iã inefficax ad ſalutẽ: & Ioãnes baptizãdis in poenitẽtiã nũtius extitiſſet (Prophetarũ eñ officium erat a peccatis reuocare: Chriſti vero ꝓpriũ ſaluare credẽtes) ſe qdẽ baptizare ĩ poenitentiã dicit: ſed fortiorẽ eſſe vẽturũ cuiꝰ ferẽdorũ ac ſoluẽdorũ calciamẽtorum ſit ĩdignus officio apoſtolis circũferẽdæ pdicatiõis gloriã dereliquẽs qbus ſpecioſis pedibꝰ pacẽ dei erat debitũ nũtiare Salutis igit nr̃æ & iudicii tẽpꝰ deſignat in dño dicẽs. Ille baptizabit vos ĩ ſpiritu ſancto & igni: qa Baptizatis ĩ ſpũſãcto reliquũ ſit cõſũmari igne iudicii.

Habens ventilabrum in manu purgabit areã ſuam: & cõgregabit triticũ ſuũ in horreũ: Paleas autẽ cõburet igni inextinguibili. Ventilabri opꝰ ẽ ab ĩfructuoſis fructuoſa diſcernere Qꝫ in manu dñi ſit arbitriũ indicat poteſtatis. Triticu ſuum pfectos ſcilicet credẽtiũ fructus: horreis recõdẽdũ. Paleas vero .i. iutiliũ atq; infructuoſorũ hominum inanitatem: igne iudicii cõcremãdas.

Tunc venit IESVS in Galileam in Iordanẽ ad Ioannem vt baptizaret ab eo. Et reliqua. Erat in IESV CHRISTO homo totus: atq; ideo in famulatum ſpũs corpꝰ aſſũptũ oẽ in ſe ſacramentũ noſtrę ſalutis expleuit. Ad Ioãnem igitur venit ex muliere natꝰ: cõſtitutꝰ ſub lege: & per verbum caro factus. Ipſe quidẽ lauacri egens nõ erat: qa de eo dictũ eſt: peccatum non fecit: & vbi peccatum non eſt/remiſſio quoq; eiꝰ eſt ocioſa: ſed aſſumptũ ab eo creationis noſtræ fuerat & corpus & nomen atq; ita non ille neceſſitatem habuit abluendi/ſed per illum in aquis ablutionis noſtræ erat ſanctificanda purgatio. Deniq; & a Ioanne baptizari prohibetur vt deus: & ita in ſe fieri oportere vt homo edocet. Erat enim per eum omnis implenda iuſtitia per quem ſolum lex poterat impleri. Atq; ita & prophetæ teſtimonio lauacro non eget. & exempli ſui auctoritate humanæ ſalutis ſacramenta conſummat. hominem & aſſumptione ſanctificans & lauacro. Ordo etiam in eo arcani cæleſtis exprimitur. Nam baptizato eo reſeratis cælorum aditibꝰ ſpiritus ſanctus emittit. & ſpecie colũbę viſibilis cognoſcit. Et iſtiuſmodi pr̃nę pietatis vnctione pfũdit. Vox deide de cælis ita loquit. filius meus es tu ego hodie genui te. Filiꝰ dei auditu cõſpectu q; mõ

ſtrat̃:plebiq́ꝫ in fidę & pphetis inobedienti teſtimo
niũ de dñoſuo mittit̃: & cõtemplationis & vocis:
ac ſũmi vt ex eis q̃ conſũmabunt̃ in CHRISTO
cognoſceremꝰ Poſt aquæ lauacrũ: & de cęleſtibus
portis ſanctũ in nos ſpiritũ inuolare: & cęleſtis nos
glorię vnctione pfundi: & paternæ vocis adoptio-
ne dei filiós fieri: cũ ita diſpoſiti in nos ſacramenti
imaginẽ ipſis rerũ effectibus veritas pſigurauerit.

De tentatore diabolo. De ieiunio IESV. XL.
diebus. De Petro & Andrea piſcatoribus.

Canon. III.

TUnc Jeſus
ductꝰ ẽ in deſertũ a ſpũ vt tẽta
ret̃ a Zabulo. et reliqua. Et i de
ſertũ traductio: & xl. dierũ ie-
iunijũ: & poſt ieiunium fames:
& ſathanæ tentatio: & reſpõſio dñi: magni cęleſtiſ
qꝫ cõſilii effectibꝰ plena ſũt. Nã qꝫ i deſertũ ductꝰ
ẽ ſignificat̃ libertas ſpũſſãcti: hoiem ſuũ iã diabolo
offerẽtis & pmittẽtis tẽtandi & aſſumẽdi occaſio-
nẽ: quã nõ niſi datã tentator habuiſſet. Erat igit̃ in
diabolo de metu ſuſpicio: nõ de ſuſpicione cogni-
tio. Mouebat̃ eñ. xl. dierũ ieiunio: Sciebat totidẽ
diebus aquas abyſſi effuſas. exploratã re pmiſſiõis
terrã. Moyſi legẽ a deo ſcriptã. annorũ quoqꝫ qbus
plebs in eremo vita angelorũ habituqꝫ mãſit: hũc
numerũ explerũ fuiſſe. Igit̃ iſtiꝰ tẽporis metu in tẽ
tãdo eo quẽ hominẽ cõtuebat̃: ſũpſit temeritatem
Adã eñ pellexerat & in mortẽ fallẽdo traduxerat:
ſed ita dignũ neqtia eius & ſcelere erat: vt in eo cu
ius morte & calamitatibꝰ gloriabat̃ hoie vinceret̃:
& q dei beneficia hoi inuidiſſet ante tẽtationẽ deũ
in hoie intelligere nõ poſſet. Tentat̃ igit̃ ſtatĩ poſt
baptiſmũ dñs: tẽtatione ſua indicans in ſanctifica
tis nobis maxime diaboli tẽtamẽta graſſari: qa vi-
ctoria ei eſt magis exoptata de ſanctis. Nõ cibũ eti
am hoim eſurit ſed ſalutẽ. Nã poſt. xl. dies nõ i. xl.
diebus eſuriit: ſed quã vtiqꝫ in eo ſẽtiẽs ita exorſus
eſt. Si filius dei es. Licet eſuriẽtẽ videret: quadragi-
ta tñ dierũ i eo ieiuniũ ptimeſcebat. Moyſe & He-
lia in eodẽ ieiunii tẽpore nõ eſuriẽtibꝰ. Igit̃ cũ eſu-
riit dñs nõ inediæ ſubrepſit opatio ſed vultꝰ: Illa
. xl. dierũ non mota ieiunio naturæ ſuæ hominem
dereliquit. Non eñ erat a deo diabolus ſed a carne
vincendꝰ: Quã vtiqꝫ tentare auſus nõ fuiſſet: niſi
in ea p eſuritionis infirmitatẽ q̃ ſunt hois recogno
ſceret. Quã vtiqꝫ in eo ſentiens ita orſus eſt. Si filiꝰ
dei es. Anceps ſermo eſt. Si filius dei es. Licet eſuriẽ
tẽ videret. xl. tñ dierum in eo ieiuniũ ptimeſcebat.
Quia rerũ ratione indicat poſt. xl. dierũ cõuerſatio
nẽ quibus poſt paſſionẽ in ſæculo erat cõmoratu-
rus: eſuritionẽ ſe humanæ ſalutis habiturũ: Quo i
tẽpore expectatũ deo patri munꝰ hominẽ quẽ aſ-
ſumpſerat reportauit. Cõtuẽdũ itaqꝫ nunc illud ẽ:
quibus tandem interrogationibus vſꝰ ſit: ait eñ.
Si filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiant. fallax
diabolus & ad traducẽdũ artifex callidiſſimꝰ poſ-
ſe oia CHRISTVM ſciebat: & eſuritionẽ in hoie
ex ipſo ieiunii tẽpore ſẽtiebat: ignatꝰ quidnã eſuri
ret̃. Eam ergo in tẽtãdo cõditionẽ opis pꝑpoſuit per
quã & in deo ex demutatiõe lapidũ in panes virtu
tẽ poteſtat[is] agnoſceret: & in hoie oblectamẽto cibi
patientiã eſuriẽtis illuderet. Sed dñs nõ panẽ poti
us q̃ ſalutẽ hoim eſuriẽs ait. Nõ in pane ſolo viuit
homo. Quia ipſe nõ ſolũ hõ: ſed & deꝰ licet vſqꝫ in
tẽtationis diẽ cibo hois abſtineret. dei tñ ſpũ aleba
tur: oſtendẽs nõ in pane hoc ſolitario ſed in verbo
dei alimoniã ęternitatis eſſe ſperandã. Sequẽs etiã
iterrogatio talis eſt: cũ eũ i ſummũ tẽpli ſuſtuliſſet.

Si filius dei es: mitte te deorſum. & reliqua. Laborat tẽtatiõe dominũ de excelſis ad iſe
riora deducere: & poſitũ i tẽpli ſũmo. i. ſupra leges
& pphetas eminẽtẽ in humilibꝰ cõtinere. Sciebat
qdẽ & miniſteria angelorũ prõpta eẽ dei filio: neqꝫ
in lapidẽ poſſe offenſiõis incidere: qppe ſup aſpidẽ
& baſiliſcũ ãbulaturũ: & cõculcaturũ leonẽ & dra-
conẽ. De his eñ q̃ in ſe dicta ſũt tacuit: ſed ſupiora
memorãdo vult quoquõ obediẽtiã elicere tẽtato:
relaturꝰ hinc gloriã ſi ſibi dñs maieſtatis licet p cõ
ſidẽtiã paruiſſet. Sed nulla diabolo cõtigit tantæ
fraudis occaſio: idipſũ deo tẽpore poſteriore teſtãte
cũ dicit: Venit pᷓnceps huiꝰ ſæculi & nõ iuenit in
me qcq̃. Digna igit̃ hãc petulãtiam dñi eſt ſecuta
reſponſio.

Non tentabis deum et dominum tuum: Diaboli conatꝰ & tẽtamẽta cõtundens & deũ ſe p
teſtat̃ & dominũ docẽs a fidelibꝰ abeſſe oportere ia
ctantiã: Quia cũ oia poſſibilia deo ſint: nihil tñ in
tẽtationem eiꝰ audẽdũ ſit: Sed iam tertio tota dia
bolicæ poteſtatis commouetur ambitio. Conſti
tuto igitur domino in monte excelſo vniuerſa or

bis terrarum regna eorumq; gloriã obtulit: ſi non
adoraret ipſe. Iam gemina reſponſio opinionẽ ſu-
ſpitiõis excelſerat. Cibo Adam pellexerat: & de pa
radiſi gloria in peccati locũ.i.in regionẽ vetitæ ar-
boris deduxerat. Tertio diuini nominis ambitione
corruperat: diis futurũ ſimilẽ pollicẽdo. Igiẽ aduer
ſus dñm tota iã ſaeculi poteſtate pugnaẽ: & creato
ri ſuo poſſeſſio huiꝰ vniuerſitatis offerẽ: vt tenens
ordinẽ fraudis ãtiquę quẽ neq; cibo pellexerat: nec
loco mouerat: nunc vel ãbitione corrũperet. Sed re-
ſpõſio dñi dignũ de ſupioribꝰ gradũ fecit. Ait eñ.
Vade retro Sathana. Scriptũ eſt eñ. Dñm deũ tu
um adorabis: & illi ſoli ſeruies. Temeritatis tantę
congruũ exitũ tulit: cũ & criminũ ſuorũ in Satha-
na nomẽ audiuit: & dñm deũ ſuũ adorãdũ in hoĩe
cognouit. Prębuit etiã huiꝰ reſpõſionis effectu ma
gnũ nobis dñs exẽplũ vt cõtempta humanę pote-
ſtatis gloria & ſaeculi ãbitione poſtpoſita ſolũ me-
miniſſemꝰ deũ & dñm adorandũ. Quia oĩs ſęculi
honor diaboli ſit negotiũ. Poſt hãc ergo diaboli fu
gã ãgeli CHRISTO miniſtrãt: oſtẽdẽtes a nobis
victo calcatoq; diaboli capite & angelorum mini-
ſteria: & virtutum in nos caeleſtium officia non de
futura.

Cum audiſſet autem IESVS q Ioan-
nes traditus eſſet receſſit in galilaeam. Traditus in
capharnaum & prophetae Eſaiae rei geſtę ordo eſt.
In piſcatorũ vero allectione ex hominum arte fu-
turi eorum officii opus proditur vt piſcibus e ma-
ri iſta hominibus deinceps e ſaeculo in locum ſupi
orem.i.in lumẽ caeleſtis habitaculi protrahendis.
Quibus & artem & patrias domos relinquẽtibus
docemur CHRISTVM ſecuturi/& ſaecularis vi-
tae ſollicitudine/& paternae domꝰ cõſuetudine nõ
contineri. In quattuor vero primum apoſtolis eligẽ
dis pẽterrerũ fidem quia & ita geſtum eſt/futurorũ
euangeliſtarum numerus pf guratur. Galilaeam
igitur circuit: & in ſynagogis praedicat regni euan
gelium: & omnium aegritudinum infirmitatis me
dendo: factis ipſe ſe profert: vt quem in propheta
rum voluminibus legere erant ſoliti/pręſentẽ ope
ribus contuerentur.

De beatitudine & praeceptis. De reconciliatio-
ne fratrum. De adulterio. De oculo & manu eru
enda. De iuramentis & eleemoſyna.

Canon. IIII.

Congregatis
Igiẽ pluribus turbis montẽ cõ-
ſcendit & docet: In paternae ſci
licet maieſtatis poſitus celſitu
dine caeleſtis vitae praecepta cõ
ſtituit. Nõ eñ aeternitatis inſtituta niſi in aeterni-
tate poſitus tradidiſſet. Deniq; ita ſcriptum eſt.

Aperuit os ſuum & docebat eos. Locu
tũ eũ fuiſſe prõprius erat dicere: ſed q a in gloria pa
ternae maieſtatis iſtiterat & ęternitatẽ docebat: id
circo ad motũ ſpiritꝰ eloquẽtis obediſſe oſtẽdiẽ hu
mani oris officium.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſo
rũ ẽ regnũ caelorũ. Exẽplo dñs docuerat humanae
ãbitiõis gloriã relinquẽdã dicẽs: Dñm deũ tuũ ado
rabis & illi ſoli ſeruies: Et cũ ſe per pphetas populũ
humilẽ & ad verba ſua tremẽtẽ pmonuit eſſe lectu
rũ: in ſpũs humilitate perfectę beatitudinis poſuit
exordiũ. Igiẽ humilia ſpirãtes.i.ſe hoĩes recordãtes
in caeleſtis regni poſſeſſione cõſtituti cõſcii ſibi ex
ſordẽtibꝰ ac tenuiſſimis ſe pricipiis coalitos in hãc
formã pfecti corporis pcreati: & in hũc ſentiẽdi.cõ
tuẽdi.iudicãdi.agẽdi.ſenſũ deo pfectũ miniſtrãte
pcedere. Nihil cuiq̃ ſuũ eẽ: nihil ppriũ: ſed cũctis
dono parẽtis vniꝰ eadẽ & veniẽdi in vitã tribui pri
mordia: & vtẽdi eã ſubſtãtiã miniſtrari. ac nos op-
timi illius q nobis ſit iſta largitꝰ exẽplo pfunctae in
nos bonitatis eẽ ęmulos oportere: vt boni oĩbus ſi
mꝰ: coĩa oĩa oĩbꝰ exiſtimemꝰ. Nulla nos nec ſęcu-
laris faſtꝰ inſolẽtia nec opũ cupiditas nec ianis glo
riae ãbitio corrũpat: ſed ſubiecti deo ſimꝰ: & de cõ
motiõe viuẽdi in oẽs coĩs vitę charitate teneamur.
Magnũ etiã in eo q nati ſumꝰ: diuinę bonitatis fu
turũ pfectũ exiſtimãtes/ cuiꝰ pmiũ atq; honos pri
ris vitę opibꝰ ſit merẽdꝰ. Atq; ita p hanc ſpũs hu-
militatẽ qua a deo nobis meminerimus & indulta
omnia & deinceps potiora ſpernenda cęlorum re-
gnum erit noſtrum.

Beati mites qm̃ ipſi hęreditabunt terrã
Mitibꝰ terrę hęreditatẽ pollicetẽ. i.eiꝰ corporis qđ
ipẽ dñs ſũpſit habitaculũ. Et q a p mãſuetudinẽ mẽ
tis habitauerit CHRISTVS in nobis nos quoq;
gloria clarificati eius corporis veſtiemur.

Beati lugentes: quoniã ipſi conſolabunẽ.

Lugentibus ęternę conſolationis ſolatia repromittit: non orbitates / aut cõtumelias aut damna moerentibus / ſed peccata vetera flentibus / & criminũ quibꝰ obſordeſcimus conſcientia ęrumnoſis. Hęc ſedula in cælo conſolatio pręparatur.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam quoniam ipſi ſaturabunť. Sitientibus & eſurientibꝰ iuſtitiã beatitudinẽ tribuit: ſignificans extenſam in dei doctrinam ſanctorum auiditatẽ bonis perfectæ in cælo ſatietatis expleri.

Beati miſericordes: quia ipſis miſericordiã pſtabit deꝰ. Miſericordibꝰ miſericordię munera pparat. In tm̃ eñ deꝰ beniuolẽtię noſtræ in oẽs delectatur affectu: vt miſericordiam ſuam ſit ſolis miſericordibus præſtiturus.

Beati mũdo corde: quoniã deũ ipſi videbũt. Mũdis corde cõſpectũ dei ſpõdet: nihil enim pollutũ & ſordidũ ad occurſũ diuinę claritatis inſiſtit: & ad conſpectũ dei acies obſoletę mentis hebetatur. Eos. ſ. & viſui & occurſui dei eſſe patẽtes qbus p ai nitorẽ ac vitæ puritatẽ poteſtas eiꝰ ſit cõtuenda. Non eñ niſi ſpiritu pfecti etiã mortalitate immutati: quod ſolis mundis corde diſpoſitum ẽ hoc qd in deo eſt immortale cernemus.

Beati pacifici quoniam filii dei vocabũtur. Pacificorũ beatitudo adoptionis eſt merces vt filii dei maneãt. Parens eñ oium deus vnus eſt. Neq aliter tranſire in nũcupationẽ familię eius licebit: niſi obliuione earũ rerũ aſſumpta qbꝰ poſſimꝰ offendi fraternæ inuicem charitatis pace viuamꝰ.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã & reliqua. Perfecta ad poſtremũ beatitudine eos munerať: qbus oia pro CHRISTO pati prõpeꝰ affectus eſt: qa ipſe iuſtitia eſt. His igitur & regnũ reſeruať: & merces in cælo copioſa pmittiť: q in cõtẽptu ſęculi: pauperes ſpiritu & damnis rerũ pſentiũ iacturiſq pbroſis: & aduerſus maledicta hoim cęleſtis iuſtitię cõfeſſores: ac deiceps glorioſi pmiſſorũ dei martyres: oẽm vitæ vſum teſtimonio veritatis eius impenderint.

Vos eſtis ſal terrę q ſi ſal infatuatum fuerit ad nihilũ valet id qd ſalieť. Sal (vt arbitror) terrę nullũ eſt: quõ ergo apoſtolos ſal terrę nuncupauit? Sed pprietas eſt qrẽda dictorũ quã & apoſtolorũ officiũ & ipſius ſalis natura mõſtrabit. Sal eſt i ſe vno cõtinẽs aq & ignis elemẽtũ: & hoc ex duobus eſt vnũ. Hic igiť in oẽm vſum humani generi effectꝰ incorruptionẽ corporibꝰ qbꝰ fuerit aſperſꝰ impertit: & ad oẽm ſenſum cõditi ſaporis aptiſſimꝰ eſt. Apoſtoli aũt ſũt rerũ cęleſtiũ pdicatores & æternitatis velut ſatores: imortalitatẽ oibꝰ corporibꝰ: qbꝰ eorũ ſermo aſperſus fuerit: cõferẽtes. Atq ſupius Ioãnes teſtis eſt ſacramẽti aquę igniſq pfecti: dũ ait. Ipſe vos baptizabit ſpũ & igni. Merito igiť ſal terræ ſũt nuncupati p doctrinæ virtutẽ ſaliendi mõ ęternitati corpora reſuãtes. Sed natura ſalis ſemp eadẽ eſt. nec imutari vnq poteſt: verũ qa cõuerſioni homo ſubiacet: & ſolus beatus q vſq ad finẽ in oibus dei operibꝰ pmanſerit: ideo eos ſal terrę nũcupatos monet in traditę ſibi poteſtatis virtute pſiſtere: ne infatuati nihil ſaliãt: & ipſi ſenſu accepti ſaporis amiſſo viuificare corrupta non poſſint: & piecti de eccleſię prõptuariis cũ iis quos ſalierint pedibus incedentiũ pterantur.

Vos eſtis lumen mundi. Natura luminis eſt vt lucẽ quocũq circũferať emittat: illatũq ędibꝰ tenebras interimat luce dominante. Igit mũdꝰ extra cognitionẽ dei poſitꝰ obſcurabať ignorantię tenebris: cui per apoſtolos ſcientię lumen inuehiť: & cognitio dei claret: & de paruis eorũ corpuſculis quacunq inceſſerint lux tenebris miniſtratur.

Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montẽ ædificata: neq accẽdũt lucernã & ponũt eã ſub modio: & reliqua. Ciuitatẽ carnẽ quã aſſumpſerat nũcupat: qa vt ciuitas ex varietate ac multitudine cõſiſtit cohabitãtiũ: ita in eo p naturã ſuſcepti corporis: qdã vniuerſi generis humani cõgregatio cõtineť. Atq ita & ille ex noſtra in ſe cõgregatiõe ſit ciuitas: & nos p conſortium carnis ſuæ ſumꝰ ciuitatis habitatio. Abſcondi ergo iam nõ poteſt: quia in altitudine poſitus celſitudinis dei admiratione operum ſuorum & contemplandus & intelligendus omnibus effertur.

Sed nec lucerna accenditur recondenda ſub modio. Quis eñ fructꝰ eſt clauſi ipenſam luminis continere? Verum ſynagogã digne dñs modio cõparat: quæ ſuſceptos fructꝰ intra ſe tantũ receptans certũ modũ dimenſæ obſeruãdæ continebat. Nũc tamẽ fructu omni adueniẽte ſe vacuauit

non tamen potens luminis occulendi: atq; ideo iã lucerna CHRISTI nõ recõdenda ſub modio eſt: neq; opimento occultãda ſynagogę: ſed in ligni paſſione ſuſpenſa/lumen æternũ eſt in eccleſia habitãtibꝰ præbitura. Pari etiã fulgere apoſtolos monet lumine: vt admiratiõe operis eorũ deo laus impertiatur. Non q hoĩbus oporteat gloriã quærere: q̃a omnia in ordinem in honorem dei agẽda ſunt: ſed vt diſſimulantibus licet nobis opus noſtrum iis inter quos viuemus eluceat.

Nolite putare quoniã veni diſſoluere legem aut prophetas. Non veni diſſoluere ſed adimplere. Virtus & poteſtas verborũ cæleſtiũ magna in ſe momenta cõplexa ſunt. Lex enĩ operum poſita eſt/& omnia in fidem eorum quæ in CHRISTO erant reuelanda cõcluſit. Cuius & doctrina & paſſio grande & profundũ eſt paternæ voluntatis arbitrium. Lex autẽ ſub velamento verborũ ſpiritualium natiuitatẽ domini noſtri IESV CHRISTI: Et corporalitatem/& paſſionẽ/& reſurrectionem locuta eſt: atq; id ita iam ante tempora ſęcularia in ætatis noſtræ tempus eſſe diſpoſitum frequẽs & prophetica & apoſtolica auctoritas eſt. Igiť poſt ieiunium dierũ. XL. Sathanas tantis ſuſpicionibus anxius vſq; ad tentandi erupit audaciã: ingens in IESV pertimeſcens cęleſtis molitionis arcanũ. IESVS enĩ domino noſtro nomen ex corpore eſt. Itaq; & corporalitas eius & paſſio voluntas dei/& ſalus ſæculi eſt: & vltra hũani ſermonis eloquium ẽ deum ex deo: filiũ ex patris ſubſtãtia atq; intra patris ſubſtantiam conſiſtẽtem/primũ in hominem corporatum: dehinc morti hominis conditione ſubiectum/poſtremo poſt triduum in vitam ex morte redeuntẽ/conſociatam ſpiritus & ſubſtãtiæ ſuæ æternitati materiem ad cælũ aſſumpti corporis retuliſſe. Ne igiť aliud exiſtimaremus in opibus ſuis eſſe q̃ contineretur in lege. Non ſoluere ſe legem profeſſus eſt ſed implere. Cęlum quidem & terram/maxima (vt arbitramur) elementa eſſe ſoluenda cæterum ne minimũ qdẽ poſſe eſſe de mandatis legis infectũ. In ipſo enĩ lex & prophetia omnis impletur. Sub paſſione & iã iam ſpiritum tradituros/magni huius in ſe certus arcani poto aceto conſũmata omnia eſt profeſſus. Fidem etiã geſtorũ omnia cum prophetarũ dicta ſumebãt. Itaq; ne minima quidem mandatorũ dei niſi cum piaculo dei conſtituit eſſe ſoluenda/futuros minimos .i. nouiſſimos ac pene nullos denuntians minima ſoluentes. Nulla autẽ his minora poſſunt eſſe quæ minima ſunt. Minimũ autem eſt omnium domini paſſio/& crucis mors: quã ſi quis tanq̃ erubeſcendam non confitebitur erit minimus: Cõfitenti vero magnæ in cælo vocationis gloriam dominus eſſe confitetur.

Dico aũt vobis: q̃a niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſq̃ ſcribarũ & phariſæorũ nõ intrabitis in regnũ cælorum. Pulcherrimo ingreſſu opꝰ legis cœpit excedere: vt nõ diſſolueret eam: ſed ꝑfectu potiore præcelleret: aditum apoſtolis in cęlũ niſi iuſtitiam phariſęorum æquitate anteiſſent denuntians non futurum. Propoſitis igitur iis quæ in lege præſcripta ſunt/profectu ea non abolitione tranſgreditur. Lex vetuit occidere: reatum homicidii ſeueritate iudicii expiatura: ſed male in alterum cõmotę mentis affectio idem in euãgeliis habet pœnæ: & ex præcepto fidei non minus rea ira eſt ſine ratione ſuſcepta q̃ in operibus legis homicidium.

Et q dixerit fratri ſuo raccha reus erit concilio. Raccha vacuitatis opprobrium eſt: & qui ſancto ſpiritu plenum cõuicio vacuitatis inſimulet: fit reus concilio ſanctorũ: contumeliam ſpiritus ſancti ſanctorum iudicum animaduerſiõe luiturus.

Quĩ autẽ fatuum dixerit: reus erit gehennæ ignis. Piaculi magni periculum eſt quẽ talẽ deus nuncupauerit eum contumelia infatuati ſenſus laceſſere: & ſtultorum intelligentiam fallentẽ: ſtultę intelligentię exaſperare maledicto. Iſtiuſmodi igitur æterni ignis erit pabulum. Ita quicqd lex in ipſis quidem operibus damnauit: euãgeliorum fides pro contumelioſa tantum verborum facilitate condemnat. Mutua igitur vniuerſos charitate deuinciens/nullam impacificæ orationis fieri precem patitur/ſed altario munera offerentes ſi recordentur habẽre ſe cum fratribꝰ aliquid ſimulatum reconciliata humana pace: reuerti in diuinam pacẽ iubet: in dei charitatem de charitate hoĩm tranſituros. Et quia nullum tempus vacuũ affectu placabilitatis eſſe permittit: cito in omni vitæ noſtræ via reconciliari nos aduerſario benignitate præcepit: ne in reditu gratię moroſi in mortis tẽpus nõ

Ad v.um Bibliothecae [illegible] Ordinis minimorum

inita pace veniamus:noſq; aduerſarius iudici tradat: & iudex miniſtro: & in carcerem mittamur: & non exeamus donec reddamus nouiſſimum quadrantem. In præceptis dominicę orationis remitti nobis peccata noſtra oramus exemplo: & data aduerſariis cõditione venię ipſi veniam deprecamur Hęc itaq; negabitur nobis ſi aliis negetur a nobis: noſtroq; ipſi iudicio rei ſumus ſi in iudicii tempus non remiſſis ſimultatibus tranſeamus: aduerſario tradente nos iudici: quia manens in eum ſimultatis noſtræ ira nos arguit. Et quia charitas plurimũ peccatorũ tegit: & errorũ noſtrorum ambitioſa ad deũ patrona eſt/nouiſſimũ poenæ quadrãtem ſoluemus: niſi pretio ipſius aliquantorũ criminũ culpa redimatur. Quid autem a pluribus in hoc capite ſenſum ſit non putaui eſſe tractãdum. Hoc eñ ꝙ aduerſario reconciliari beniuolẽtia iubemur: ad corporis & ſpirit⁹ aduerſantium ſibi concordiam retulerit. Sed nos ordinẽ doctrinę tenẽtes: & opus legis euangelicis profectibus excedentes/non putauim⁹ intelligẽtię cõtinuationẽ oportere cõuelli.

Audiſtis quia dictum eſt non moechaberis &c. Fertur ſuo curſu ordo præcepti: & pręter miſſis legis operibus iã in euãgeliis adulterio moras tñ oculi incidentis æquatur. Et cum fornicationis opere punitur illecebroſa viſus tranſcurrentis affectio.

Qꝫ ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te: erue eum & proiice abs te &c. Fit innocẽtię gradus celſior/& profectũ fides ſumit. Carere eñ non ſolum propriis vitiis /ſed & extrinſecus incidentibus admonemur. Non eñ ex cauſis peccantiũ mẽbrorum corporis damna præcepta ſunt. Dextero eñ oculo non minus ſiniſter erraret. Certe pes ſenſu cõcupiſcentiæ carens damno inutilis eſt in quẽ poenæ cauſa non incidet. Sed quia diuerſa inuicẽ membra corpus tamẽ omnes vnũ ſumus/abiicere a nobis vel potius eruere propinquitates chariſſimorũ hominum admonemur: ſi in illis aliquid tale cernam⁹: ne in cõſortium criminis eorum de familiaritate veniamus: rectius vtilibus & maxime neceſſariis tanq̃ oculi & pedis membris carẽtes: q̃ vſq; in ſocietatem gehennæ vitioſæ propinquitatis teneamur affectu. Eſſet aũt abſciſio membrorũ vtilis/ſi & cordis eſſe poſſet exectio. Cum eñ concupiſcẽtia efficientiæ cõpararet: dãnum corporis ociosum eſt relicto volũtatis inſtinctu.

Dictũ eſt autẽ. Quicũq; dimiſerit vxorem ſuam det illi repudium. &c. Aequitatẽ in oẽs concilians manere eam maxime in coniugiorũ pace præcepit: legi addens plura: nihil demens. Nec ſane profectus argui poteſt. Nam cum lex libertatem dandi repudii ex libelli auctoritate tribuiſſet: nunc marito fides euãgelica nõ ſolum voluntatẽ pacis indixit: verum etiam reatũ coactę in adulterium vxoris impoſuit/ſi alii ex diſceſſionis neceſſitate nubenda ſit: Nullam aliam cauſam deſinendi a coniugio præſcribens q̃ quæ virum proſtitutæ vxoris ſocietate pollueret.

Iterum audiſtis: quia dictum eſt antiquis Nõ periurabis. &c. Lex poenam poſuerat periuro: vt fraudulẽtiam mentiũ ſacramẽti religio cõtineret: ſimulq; plębs rudis atq; inſolens frequentẽ de deo ſuo mẽtionem haberet familiaritate iurandi: fides vero ſacramẽti cõſuetudinem remoueret vitæ noſtræ negotia in veritate cõſtituẽs: & abiecto fallẽdi affectu/ſimplicitatem loquẽdi audiendiq; præſcribens: vt quod erat/eſſet: nõ eſſet vero qđ nõ erat: quia intereſt/& nõ patẽs eſſet materia fallẽdi: & quod vltra eſt: id omne de malo eſt. Qđ eñ eſt/ſuum eſt vt ſemper ſit: quod vero nõ eſt/naturę eſt vt nõ ſit. Ergo in fidei ſimplicitate viuentibus iurandi religione opus nõ eſt: cum qbus ſemꝑ qđ eſt: eſt: qđ nõ: non. Et per hęc eorum & opus & ſermo omnis in vero eſt.

Neq; per cælũ iurabis: quia ſedes dei eſt & reliqua. Non ſolum reddere nos deo ſacramẽta non patitur: quia omnis dei veritas dicti factiq; noſtri ſimplicitate retinenda eſt: ſed ſuperſtitionẽ contumaciæ veteris condemnat. His eñ elementorum nominibus iudęis erat religio iurare: & cęli & terræ hieruſalem: & capitis ſui: quibus in contumeliam dei ſacramento venerationem deferebãt. Quid eñ momenti erat iurare per cælum dei ſedẽ iurare per terrã ſcabellum pedum ei⁹: iurare ꝑ hieruſalem vrbem breui ob inſolentiam & peccata inhabitantium deſtruendam: cum præſertim in pręformationem eccleſiæ. i. corporis CHRISTI quę magni regis eſt ciuitas eſſet conſtituta? Per caput autem iurare cur vellent? Nũquid vel capilli vni⁹ mutandi facultas eſſe poterat iuranti: cum omnibus calorẽ natura a deo profecta ſuggereret? Atq;

ita hæc ſacramentorũ pignora plena apud eos piaculi fuiſſe demonſtrat: cum ignorato aut neglecto opifice/religionem operibꝰ impertirent.

Audiſtis quia dictũ eſt: oculũ pro oculo/dẽtem pro dente. & reliqua. Extenſam fidei noſtræ in æternũ ſpem rebus ipſis dominus vult probari: vt ipſa diſſimulandæ iniuriæ tolerantia teſtis iudicii ſit futuri. Lex infidelem Iſrael intra metũ cõtinebat: & iniuriæ voluntatem iniuriæ viciſſitudine coercebat. Fides autem nulliꝰ tam grauem dolorem eſſe patitur iniurię/vt vltionem expetat: & illatæ ſibi quiſq̃ vindex ſit contumeliæ. quia in iudicio dei & perpeſſis iniuriam plus eſt conſolationis: & poena ſeuerior iniurioſis. Atq; ita non ſolũ ab iniquitatibus nos abeſſe euangelia præcipiunt: verũetiam vlciſcendę iniurię exigũt diſſimulationem. Nam accepta alapa maxillã alterã iubemur offerre: & mille paſſus onus vehentes progredi in ſpatium paſſuum duũ milliũ: iniurię augmento ꝓfectum vltionis habituri: ipſo virtutũ cæleſtiũ domino ad incremẽtum gloriæ & maxillas palmis & flagris ſcapulas offerente. Non ſolum autem iudicii humani refugienda eſſe arbitria pręcepit: verũetiam cũ damni voluntate vitanda: vt tunicã nobis volenti iudicio eruere/mittamus & palliũ: & ꝑ ſpem bonam ſæcularem ſupellectilem cõtẽnentes inanem gẽtium cupiditatem: & vanitatem infructuoſę auaritiæ arguamus. Omnibus etiam dari q̃ popoſcerint iubet: & a precibꝰ volẽtium mutuari os atq; animã nõ referre: vt his quibus indigẽt per noſtram munificẽtiam expleantur: & eorum vel ſitim potu: vel famẽ cibo: vel nuditatem veſtitu indulto arceamus: ac ſic bonorum eorũ quibꝰ a deo indigemus digni reperiamur: cum obtinendi meritum indulgendi conſuetudo conciliet. In officio quoq; diſpendendę eius quã accepimꝰ gratię pro nos eſſe oportere demonſtrat: vt boni gratuiti ſit diſpenſatio gratuita: & mutuari volentibus nõ negemus quod mutuamur a deo: ſemꝑ ſine habendi dãno impertiendi miniſterio functuri.

Audiſtis quia dictum eſt. Diliges proximum tuum: & odies inimicum tuum: & reliqua Concluſit omnia bonitate perfecta. Amari eñ lex proximum exigebat: & in inimicum licẽtiam odii dabat. Diligi vero inimicos fides præcipit: & petulantes humanarum mentium motus publicę charitatis frangit affectu: non ſolum iram ab vltione depellens: ſed etiam in amorem mitigans iniurioſi Quia gentium ſit amantes amare: & cõmune ſit diligere diligentes. Vocat igitur nos in dei vt hæreditatẽ ita & imitationẽ: bonis & iniuſtis CHRISTI ſui aduentu in baptiſmi & ſpũs ſacramẽto & ſolem tribuentis & pluuiã: ita nos ad perfectam vitam per hãc publicæ bonitatis cõcordiam: quia nobis in cęlo ꝑfectꝰ pater ſit imitandꝰ/inſtituit.

Attendite iuſtitiam veſtram ne faciatis coram hominibus. &c. Omnẽ curã rerum pręſentium amouet/& attentos tñ eſſe in ſpem futuri iubet: neq; ſectari vel hominum fauorem oſtentatione bonitatis/vel iactantiã religionis orationis publicę copia: ſed intra conſcientiam fidei fructũ boni operis continendum/quia humanæ laudis conſectatio eam tñ quã ab hominibus expectet mercedem ſit receptura / Cæterum promerendi dei expectatio pręmium ſit longę patientiæ cõſecutura. Siniſtra quoq; manus vt ignoret opus dextrę. Sed nunquid iſtud natura corporis finet? aut intelligentię ſenſum manuum miniſteria ſortiũtur? Verum vt in dei ſcientia opera noſtra cõſiſtunt: cum ſub nuncupatione membrorum in his quæ geramus eorum quę noſtra ſũt atq; nobiſcum ſunt cõſcientia arceatur.

De oratione & ieiunio. De theſauro in cælo. De lucerna corporis. De duobꝰ dominis. De cibo & veſtitu. De volatilibus & liliis agri: & foeno. De ſollicitudine diei. De feſtuca & trabe in oculo.

Canon. V.

CLauſo quoqꝫ cubiculi oſtio iubemur orare: atq; in omni loco precẽ fundere docemur. Et ſanctorum oratio inter feras: carceres: flãmas & de profundo maris ac beſtię ventre ſuſcepta eſt. Ergo non occulta domus: ſed cordis noſtri cubiculum ingredi & clauſo mentis noſtrę ſecreto orare ad deum non multiloquio ſed conſcientia admonemur: quia dictorũ verbis opus omne præcellat.

De oratiõis aũt ſacramẽti: neceſſitate nos commendandi: Cyprianus vir ſanctæ memoriæ liberauit. Q̃q̃ & Tertullianus hinc volumen aptiſſimum ſcripſerit: ſed conſequens error homi-

nis detraxit ſcriptis ꝓbabilibus auctoritatē.

Cū autem ieiunatis nolite fieri (ſicut hypocritæ) triſtes. Exterminát eñ facies ſuas: vt pareant hominibus ieiunantes &c. Ieiuniorū profectum docet extra iactātiam confecti corporis eē oportere: neq; de inediæ oſtentatione fauorem gētium conſectandum: ſed omne ieiunium in ſanctæ operationis decore ponendum. Oleum eñ fructū miſericordiæ eſſe cęleſtis & propheticus ſermo eſt. Ergo bonitatis operibus caput noſtrum. i. vitę noſtræ ſenſus ornandus eſt: quia intelligentia omnis in capite eſt. Sordeſq; in facie abluendæ: nequid ſit horroris ex vitiis: ſed magis gratia cādoris ſit in occurſu: atq; ita nos in ſplendorem bonæ conſciētiæ elutos: & in gratiam miſericordię operis delibutos deo ieiuni. noſtra cōmendent. Cæterum fugiētes in ieiuniis hominum conſcientiā vnctis capitibus & ridiculi magis erimus & cogniti.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. & reliqua. Prætermiſſa igitur humanę gloriæ & opulentiæ ſollicitudine / omnē placendi deo curam ſumi oportere demonſtrat. Quia humanā laudem vel corporum vitia / vel obtrectatio inuidētium corrūpat. Et hic theſaurus pecunię aut detrimento ſit periculoſus aut furto. Cæterum laus cęleſtis æterna eſt: nec ſubrepentis furto ſubtrahenda: nec tinea aut rubigine inuidię exedenda: corde nr̄o ſedem theſauri vtram ſit ſecutus habituro: & intelligentiæ noſtrę lumine aut cū pecunia dānoſa futuro: aut cum deo ſempiterno.

Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Cōtinens ſenſus eſt. De oculi eñ officio lumē cordis expreſſit. Qđ ſi ſimplex & lucidum manebit claritatem ęterni luminis corpori tribuet & ſplendorem originis ſuæ corruptioni carnis infundet / ſi autem obſcurum peccatis & volūtate erit neq̄: vitiis mentis natura corporis ſubiacebit. Et ſi lumē quod in nobis eſt / tenebroſum ſit quātas neceſſe eſt ipſarum tenebras eſſe tenebrarum? Quia iam periculoſę ſolet animi generoſitati terrenæ carnis vitioſa origo dominari. Longeq; magis peccata corporis ingraueſcere / ſi etiam cupiditatibus adiuuētur animorum / ex eoq; fieri præter naturā ſuá corpora noſtra tenebroſa / ſi illis mētiū lumē extinctū ſit. Qđ ſi per ſimplicitatē ſpiritus retinuerimus / lumine ſuo neceſſe eſt & corpus illuminet.

Nemo pōt duobꝰ dominis ſeruire &c. Duum dominorum infidele ſeruitium eſt / nec par eiuſdem poteſt eſſe ad ſæculū atq; ad deum cura. In alterum eñ neceſſe eſt odium ſit / in alterū amor. Quia idem opus diuerſæ dominorum non conueniat voluntati: nec pauperes ſpū deo placētes: ambitioſæ ſęculi huiꝰ poſſint apti eſſe iactantiæ.

Ideo dico vobis: ne cogitetis in corde veſtro quid manducetis: neq; corpori veſtro: quid veſtiatis. Nonne anima veſtra pluris eſt q̄ eſca: & corpus pluris eſt q̄ veſtimentum? Cōtemptum ſęculi & fiduciam futurorum toto ſuperiore ſermone præceperat. Nam cum ad iniuriam pronos iubet eſſe / & ad damnū voluntarios: & ad vltionē negligentes: & ad diligendū promiſcuos: Et ad hūanam gloriam incurioſos: confirmare nos in ſpem bonorum æternorum laborat. Plures enim & amor pręſentium / & deſperatio futurorū incertos facit: & aut illecebris capit: aut infidelitate confundit. Ergo regnum cælorum qđ prophetę nuntiauerunt: Ioannes prædicauit: dominus noſter in ſe eē poſitum eſt profeſſus: vult ſine aliqua incertæ voluntatis ambiguitate ſperari: alioquin iuſtificatio ex fide nulla eſt ſi fides ipſa fiat ambigua. Igitur curam nullam eſſe veſtitus & cibi pręcepit dicens: & eſcis animam / & cibo corpus eſſe precioſius. Et quidem pulchrum eſt pręſentium rerū contemptu curam tantū diuinis rebus impendere: ſed altius ſermo deſcendit: & in cæleſtis dicti intelligentiā verbis ſubiecta ratio extēditur. Theſaurum dominꝰ cōdi iuſſit in cęlo: & ex oculi lumine corpori quoq; ſplēdorē ſpopōdit: & dñis duobꝰ neminē placere poſſe teſtatꝰ ē: & pꝰ hęc ait. Ideo dico vobis: ne cogitetis ī corde vr̄o qd māducetis: neq; corpori vr̄o qd īduatis. Quę cōſequūtur nō ſatis propoſitionibus congruūt. Nūqd & vniꝰ dñi ſeruus non poſſit circa veſtem eſſe cibumq; ſollicitus? Nunquid ꝑ aduerſam valitudinem hebetato oculi lumine obſcurabitur corpꝰ? Aut quod corporis lumē eſſe poſſit ex oculo? Nunquid theſaurizare in cęlis ſola nuditas ac fames poterit? Sed quia corruptus circa futurorū curā infidelium ſenſus eſt: calūniantiū quę in reſurrectione corporū ſpecies ſit futura: quę in ſubſtātia ęternitatis alimonia? Et cū ex difficultatibus quęſtionū inutiliū quędā vtendarū pręſentium volūtatum ratio quæſita eſt / inutili metu circa dei reuerentiā demorantes in ſęculi gaudia trāſ

eunt. Atq; ita eſt vt duobus dominis vni⁹ infide-
le ſeruitiũ ſit. Igitur ex ſũmo pietatis affectu: gra-
uiſſimoq; diffidẽtię periculo ante prædicto: ita ad
monet. Nõne anima pluris eſt q̃ eſca: & corp⁹ plu
ris eſt q̃ veſtimentum? In dictis dei veritas eſt: & re
rum creandarũ efficientia omnis in verbo eſt: Itaq;
nec quod ſpopondit ambiguum eſt: nec inefficax
quod locutus eſt. Nihil eſt qđ non in ſubſtãtia ſua
& creatione corporeum ſit: & omnium ſiue in cæ-
lo/ſiue in terra/ſiue viſibiliũ/ſiue inuiſibiliũ elemẽ
ta formata ſũt. Nam & animarum ſpecies ſiue ob-
tinentium corpora/ſiue corporibus exulantiũ: cor
poream tamen naturæ ſuæ ſubſtantiam ſortiunť.
Quia omne qđ creatum eſt: in aliquo ſit neceſſe ẽ.
Atq; ideo inertiam inutiliſſimę quęſtionis deus ar
guens non patitur anima & corpore in ęternitatis
ſubſtantia collocandis ſpem noſtram futuri in re-
ſurrectione cibi & veſtitus ſollicitudine demorari.
Ne tantũ pretioſa reddẽti corpus ſcilicet atq; ani-
mã/cõtumelia in non efficiẽdis leuioribus inferať.

Reſpicite volatilia cęli: qm̃ non ſerũt
neq; cõgregãt in horrea: & pater veſter cęleſtis paſ
cit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Sub no-
mine volucrũ exemplo nos imũdorũ ſpirituũ ad-
hortatur: quibus ſine aliquo negocio quærendi &
congregandi: viuẽdi tñ tribuiť de ęterni cõſilii po
teſtate ſubſtantia: atq; vt ad immundos iſtud ſpi-
rit⁹ referri oporteret adiecit. Nõne vos magis plu
ris eſtis illis? De comparationis pręſtãtia diſcrimẽ
nequitiæ & ſanctitatis oſtendens.

Quis aũt veſtrũ põt adiicere ad ſtaturã
ſuã cubitũ vnũ? Et de veſtimẽto quid ſolliciti eſtis
Fidem vitalis ſubſtantiæ noſtræ documento ſpiri
tuum firmauit: opinionem autem habitus futuri
iudicio cõmunis intelligentię dereliquit. Cum eñ
vniuerſorum corporũ quæ vitam auxerit diuerſi
tatem in vnum conſummatũ virũ perfectumq; ſit
excitaturus/ſoluſq; potens ſit ad vniuſcuiuſq; pro
ceritatem cubitum vnum & alterum tertiũ ve pręſ
ſtare: De veſtitu.i.de ſpecie corporum/cum tanta
eius cõtumelia ambigemus. Qui vt ęqualem atq;
vniformem omnẽ hominẽ efficiat/tantũ menſurę
ſit humanis corporibus additurus.

Cõſyderate lilia agri: quõ creſcũt: nõ
laborant neq; nent. Dico autẽ vobis qm̃ nec Salo-
mon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum
ex iſtis. &c.

Lilia non laborant neq; nent/& Salomon cooper-
tus eorũ gloria non ſuit: Propheta magn⁹ & meri
to dilectæ ſapientiæ deo charus. Sed lilia naſcũtur
potius q̃ cooperiuntur. Coopertio autẽ velamen-
tum eſt corporis nõ corpus ipſum. Quod ſi ad ſen
ſum humanæ intelligentię refertur colorẽ lilii ve-
lamenti candor potuerat ęmulari. Sed lilia nõ labo
rãtia neq; nentia ſignificari intelligenda ſũt/vt an
gelorum cęleſtium claritates quibus extra huma-
næ ſcientiæ eruditionem ſuiq; operis mercedem
a deo glorię candor indultus atq; indutus eſt: ne-
quid ex proprio labore aut arte exiſtimarentur ha-
buiſſe. Et cum in reſurrectiõe ſimiles omnes ange-
lis erunt: ſperare nos cęleſtis glorię voluit operimẽ
tum exemplo angelicę claritatis. Eſt aũt in natura
illius germinis vt aptiſſime cęleſtibus angelorum
ſubſtantiis comparetť. Hoc eñ effloreſcens cum a
ſtirpe detentę humi radicis auelliť naturę ſuæ vir-
tutem licet aruiſſe putetur: occultat: & redeũte tẽ
pore rurſum lilii ſui honore veſtiť. Ex ſe igiť efflo-
reſcit ac redditur: & quod eſt nec radici poteſt de-
bere nec terrę: cum ille qui ſe ſubeat ſuccus ex ſe ſit
Atq; ita annuę licet huius viriditatis exemplo vir
tutem cæleſtis ſubſtãtię ęmulatur: cum ex eo tan-
tũ qđ intra ſe acceptum habeat alatur in florẽ. Ideo
ergo lilia non laborãt neq; nent: quia virtutes an-
gelorum ex ea quã adeptę ſũt originis ſuę ſorte vt
ſint ſemper: accipiunt.

Si enim fœnum agri quod hodie ẽ: &
cras in ignẽ mittiť: de⁹ ſic veſtit: quãto magis vos
modicæ fidei. Fidei noſtræ inuiolabilẽ confiden-
tiam exemplorũ authoritate confirmat: vt tanto
maioris periculi res ſit ambigere: quanto impenſio
re cura omnem occaſionẽ infidelitatis abſtulerit.
Fœnum nõ idcirco naſcitur vt detur igni: neq; ve
ſtiendi eius peculiaris deo cura eſt vt cremeť. Sed
ſub fœni nomine nuncupatas eſſe a deo gẽtes cre-
bro inuenimus. Germen autem illud eſt qđ virtu-
tis ſuę flore dilapſo ad calorem ſolis areſcit. Igitur
requies nulla gentibus: neq; mortis/vt volunt/cõ
pendio quies dabitur: ſed corporalis & ipſis æter-
nitas deſtinabitur: vt ignis ęterni in ipſis ſit ęterna
materies: & in vniuerſis ſempiternis exerceatur vi
tio ſempiterna. Si igitur gentibus idcirco tantum
indulgetur ęternitas corporalis: vt mox igni iudi-

ci deſtinentur:ꝗ̃ profanũ eſt ſanctos de gloria ęter
nitatis ambigere:cũ iniquis æternitatis opus præ-
ſtetur ad pœnam? Omnem igitur expectationem
noſtram in fide repromiſſionũ & virtutis ſuę pote
ſtate exigit collocari: vt cura rerum quibus indige
mus omiſſa ab eo potius omnia a quo ipſi vitale ex
ordium ſumimus expetamus:regnum dei vitę no
ſtræ ſtipendiis quęramus. Et hæc recte perfecteꝗ̃
viuẽtium merces eſt: vt in nouam cæleſtemꝗ̃ ſub
ſtantiã ex hac corruptibilis corporis materię tranſ
ferantur: & corruptio terrena cæleſti incorruptio-
ne muteť. Gentium igitur eſt infidelitatis iſtiꝰ cu
ra angi: quibus ſæculi amore detentis/& corporis
gaudiis occupatis nullum per fidem & confeſſio-
nem dei in cæleſte regnum iter quæritur & optať.

Nolite ergo ſolliciti eſſe de craſtino. Craſtinꝰ eñ dies ſollicitꝰ erit ſibi ipſe/ſufficit diei
malitia ſua. Cõmune iudicium eſt diem eſſe laben
tium tempoꝝ curſum luce ſolis illuminatũ: quem
nox interiectu diſcriminat/ & interuentu ſuo diei
diem ſubrogat. Futuri aũt temporis ſignificantia
contineť in craſtino. Ergo de futuro ſollicitos nos
eſſe deus vetuit: incuria aũt ſollicitudinis relaxatę
nõ negligentię ſed fidei eſt. Cur eñ ſolliciti ſimꝰ in
craſtino/cũ craſtinꝰ dies ſibi ipſe ſollicitꝰ ſit? Ergo
anxietatem noſtrã ipſa pro nobis dies ſollicita de
pellit? Sed ſollicitudo (vt arbitror) proprius eſt ho
minis affectus. Hanc autem excitat aut curæ/aut
metus/aut doloris anxietas. Dies vero curſus eſt
temporis/& ſola prouidentia conſecuta ſollicitu-
dinis recipiunt affectum. Cõſtituetur ergo dies eẽ
animal quod & caueat/& proſpiciat/ & curet: cui
& malitia propria ſufficiat/neꝗ̃ extrinſecꝰ accidẽ
ti ſit cumulanda peccato. Sed natura rei nõ capit
diei deputare mentis affectũ. Ergo & ꝙ ſibi ipſa ſol
licita ẽ: & ꝙ ei malitia ſua ſufficit: & ꝙ inhibemur
ſolliciti eſſe de craſtino: totũ ſub dicti cęleſtis ſigni
ficantia continetur. Iubemur igitur non ambigere
de futuris: ſatis eñ vitæ noſtræ malitia & dierum
ꝗbus viuimus peccata ſufficiunt: vt circa hęc pur
ganda & promerenda omnis vitæ noſtræ medita-
tio laborꝗ̃ verſetur: ne etiam de futurorum diffi-
dentia inexpiabilis irreligioſitas contrahatur. Cũ
ceſſante cura noſtra ipſa in officio ſuo quę ſunt fu-
tura ſollicita ſint: & nobis æternæ claritatis profe-
ctus dei procurãte bonitate iã nõ ſollicitis ꝑpareť.

Nolite iudicare ne iudicemini. Quo
eñ iudicio iudicaueritis iudicabitur de vobis. Oẽ
iudicii officiũ penitus deus ſubmouet: nec vllum
omnino ſuſcipi patitur. Sed compugnare propoſi
tis ſubſequentia exiſtimantur: cum dicit. Quo iu
dicio iudicaueritis iudicabiť de vobis. Sed ſuperiꝰ
ait: Nolite iudicare ne iudicemini. Nunquid boni
iudicii arbitrium ſuſcipi non oportebit? Atqui pro
fiteť pro cõditione iudicii iudicandos: & vniuerſis
gñe quo menſi ſunt metiendum: ergo nunꝗ̃ bene
iudicabitur ſi omnino nõ erit iudicandũ. Sed iam-
dudum vt ſuperiꝰ cognoſcitur nihil in verbis dei
leue aut inane tractatur: omniſꝗ̃ hic vltra ſenſum
gentilium aurium ſermo eſt. Iudicari eñ de ſpon-
ſionibus ſuis vetuit: quia vt iudicia ex incertis re-
bus inter homines ſumunť: ita & hoc iudiciũ ad-
uerſum deum ex ſentiendi atꝗ̃ opinandi ambigui
tate ſuſcipitur: quod penitꝰ repellit a nobis: vt cõ
ſtans potius fides retineatur. Quia non ſicut in re
bus cæteris peccatũ ſit perperam iudicaſſe: ſed in
his rebꝰ tantũmodo de deo iudicium initum eſſe
ſit criminis.

Quid autem vides feſtucam in oculo
fratris tui: & trabẽ in oculo tuo nõ vides? & reliꝗ̃.
In conſequentibus docuit ſolam in ſpiritum blaſ-
phemiam extra veniam futuram: cęteris omnibus
deo indulgentiam largiente. Peccatum aũt in ſpi-
ritum eſt deo virtutis poteſtatẽ negare: & CHRI
STO ſubſtantiam adimere ęternitatis: per quem
quia in hominem deus venit: homo ruſum fiet
in deum. Ergo quantum inter feſtucam & tra-
bem diſcriminis eſt: tantum oſtendit peccatum in
ſpiritum conditionem cęterorũ criminũ excedere
vt cum infideles delicta corporis aliis exprobrent/
onus peccati quo de promiſſis dei ambigant: in ſe
ante non videant? in oculo vtroꝗ̃ tanꝗ̃ in mentis
acie inſidente. Fit eñ ſæpe vt aſſumamꝰ nobis ar
guẽdi aliquos auctoritatem ſine vllo propriæ emẽ
dationis exemplo: & medendę charitatis alienæ la
ctantiam præferamus: ipſi in tenebris corrupti lu-
minis conſtituti: cum difficile queꝗ̃ ſit præſtare
quod exigat: & optimum ſit exemplo potius do-
cere ꝗ̃ dictis. Cura ergo ꝓpriæ adhibẽda ẽ cęcitatis:
ꝗa ex natura rerũ eſt: non prius aliquẽ purgãdę de
oculo fratris feſtucę idoneũ effici poſſe doctorem
ꝗ̃ de mẽtis ſuę lumine trabẽ ꝑfidię grauãtis eiecerit.

De margaritis ante porcos. De pſeudo prophetis. De domo ędificata ſuper petram.

Canon. VI.

Nolite dare ſanctū canibus: neqꝫ miſeritis margaritas veſtras ante porcos &c. Pręceptis & promiſſis dei nihil precioſius: ſanctiuſqꝫ ē/ quę ſanctificatis nobis immortalitatis theſaurū largiunt. Horum igitur ſacramenta atqꝫ virtutes neqꝫ in gētes efferre/ neqꝫ cū hereticis conferre permittimur, Canes eñ deo blatrādi aduerſus deum rabie/ gentes ſunt nuncupatę. Porcorum vero hæreticis eſt nomen/ quia q̄uis vngulæ bifidę ſint/ acceptam eñ dei cognitionē nō ruminando diſponunt. Ergo & incorporationem verbi dei & paſſiōis myſterium/ & virtutem reſurrectionis non promiſcue tractare nos cōuenit/ neqꝫ imperite incurioſeqꝫ proferre/ ne ignorantiam noſtrā ſi perfectę ſcientię deſit inſtructio proterāt atqꝫ conculcent/ & infirmitatem in deo paſſionis irrideant: conuerſiſqꝫ in nos contradictionum aculeis imperitiam noſtrā fidemqꝫ diſrumpant. Sed in his quæ ignorabimꝰ via nobis cō ſequendæ veritatis aperit: quā obtinere in ſola preci mora eſt. Vt igitur ſentiamus credamuſqꝫ oīa: & nullo ambiguæ voluntatis differamur incerto: orandum eſt: quęrendum eſt: pulſandum eſt: oratione miſericordiam: inquiſitione profectū: tentamēto aditum reperturis. Quinetiam ad ſpem obtinendi exemplo humani affectus docemur. Nam cum nos filiis piſcem panēue poſcentibus: nō ſerpentem ſimus aut lapidē reddituri: quanto magis nobis optimus ac præſtantiſſimus pater deus/ orātibus perfectæ fidei munera largietur? Neqꝫ ſit ꝓ vitæ cibo lapidē duritię gentilis: aut pro baptiſmi conſeruatione ſerpentem veneni hæretici præſtiturus. Conſummauit deinde omnia bonitatis exemplo: vniuerſos amoris mutui pace coniungēs in eo legis & prophetarum mandata conſtituens Vt vniuerſorum in nos bonitatē optantes/ ipſi omnibus boni ſimus.

Intrate per anguſtam portam Quia lata et ſpatioſa via quæ ducit ad perditionē. Arduū in cælum iter homini eſt: & aditus anguſtus ac tenuis. Cæterum perditionis via lata eſt: Hanc plures obtinēt: illam porro pauci inueniūt. Paucis eñ damna rerum pręſentium chara ſunt/ quibꝰ cupiditates & animi vincere & corporis frangere/ & expoſita totis ſæculi viribus illecebrarū omniū lenocinia pręterire: maximum cęleſtis ſpei lucrum eſt. Illis autem quibus ſolum bonū eſt ſcortari/ comeſſare/ ambire/ inſoleſcere/ faſtidire/ odiſſe/ diripere/ plurimus eſt frequentantium iter tale comitatus. Et quia paucorum eſſet viam anguſtā inuenire: fraudulentiam eorum qui eam ſe quęrere mentiuntur exponit dicens.

Attendite a pſeudo prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: & reliqua. Blandimenta verborum & manſuetudinis ſimulationē admonet fructu operationis expendi oportere: vt non qualem quis verbis referat: ſed qualē ſe rebus efficiat ſpectemus. Quia multis veſtitu ouiū rabies lupina cōtegitur. Ergo vt ſpinæ vuas vt tribuli ficus nō generant: vt iniquę arbores vtilia poma non afferunt: ita ne in iſtis quidem conſiſtere docet boni operis effectum: & idcirco omnes cognoſcendos eſſe de fructibus. Regnum eñ cælorum ſola verborum officia non obtinēt. Neqꝫ qui dixerit: domine domine: hæres illiꝰ erit. Quid eñ meriti eſt domino dicere dñe? Nūquid dñs nō erit niſi fuerit dictus a nobis? Et quæ officii ſanctitas ē nominis nuncupatio cum cæleſtis regni iter obedientia potiꝰ voluntatis dei non nuncupatio repertura ſit.

Multi mihi dicēt in illa die domine domine: Nonne in tuo noīe prophetauimus? & reliq. Etiam nūc/ pſeudo prophetarū fraudulentiā & hypocritarum ſimulamenta cōdemnat: qui gloriā ſibi ex verbi virtute præſumunt: in doctrinæ ꝓphetia & dæmoniorum fuga: & iſtiuſmodi operū virtutibus. Atqꝫ hinc ſibi regnum cęlorum pollicentur: quaſi vero eorum aliquid ꝓpriū ſit quę loquuntur aut faciunt: & non omnia virtus dei inuocata perficiat: Cum doctrinæ ſcientiā lectio afferat: dæmonia CHRISTI nomen exagitet. De noſtro igitur eſt beata illa ęternitas promerēda: pręſtandūqꝫ eſt aliquid ex proprio vt bonum velimus: malum omne vitemus: totoqꝫ affectu pręceptis cæleſtibꝰ obtemperemus: ac talibꝰ officiis cogniti deo ſimꝰ agamuſqꝫ potiꝰ quod vult: q̄ qđ poteſt gloriemur

repudians eos ac repellens quos a cognitione ſua opera iniquitatis auerterint.

Omnis ergo q̄ audit verba mea & facit: ſimilem æſtimabo viro ſapienti qui ędificat domum ſuam ſuper petram. & reliqua.

Senſus eſt ſuperioribꝰ iunctus. Obiurgās eñ pſeudoprophetarū iactantiam: & hypocritarū figmēta: per comparationis exemplum: perfectæ in ſe fidei hominem exponit. Q; is qui verba ſua & audit & facit ſuper petram ſit ædificatꝰ: & fundamēto ſtabili firmoq; incidentium tempeſtatum impetu non poſſit diſſolui. In petra ſeipſum dominus ſignificat validū excelſi ædificii fundamentum. Eū autem qui ex ſe in ſublime opus excreuerit moueri non poſſe vel pluuiis/vel fluminibus/vel vento. In pluuiis blandarum & ſenſim illabentium voluptatū illecebras ſignificat: quibus primum fides rimis patētibus immadeſcit: poſtq; torrentium procurſus. i. grauiorū cupiditatū motus incurrit: atq; exinde tota ventorū vis circūſtantiū deſęuiat: vniuerſus. ſ. labolicę poteſtatis ſpūs inferat. Sed fundamēto petræ hō ędificatus inſiſtet: nec moueri loco ſuo poterit. Stultus vero hæc auditu diſſimulās: tāq̄ ſup harenā opꝰ ędificatiōis impēderit infideliter ſtat cito pluuiis illabētibus ſubluēdꝰ: & fluminibus ꝓpellendus: & ventis differēdꝰ: ſecundū naturā ſuperędificatus eſt harenarū: cū graui ruinæ ſuæ ſtrage ſoluendus. Atq; ita ſuperiorum cōturbationum exemplo dominꝰ nos voluit & efficere quæ iuſſit & credere quæ ſpopondit. Cōſummatis igitur omnibus; turbæ mirabantur doctrinam eius: quia ſe non ſcribarum & phariſęorū more docuiſſet. In verborum enim virtutibus effectꝰ poteſtatum metiebantur.

De leproſo quem curauit dominus. De puero tribuni paralytico. De ſocru Petri. De plurimis & diuerſis curis. Canon. VII.

ET deſcēdēte eo de monte ſecutæ ſūt eū turbæ multæ. Et ecce leproſus quidam veniēs adorabat eum dicens. Dñe ſi vis potes mūdarē me. & c.

In exordio ſermonis admonuimus ne quis forte exiſtimaret aliquid rerum geſtarum fidei detrahendum/ſi res ipſas profectus rerum conſequentium continere in ſe doceremꝰ. Nihil eñ veritati detrahit imitationem veritas conſecuta. Toto igitur ſuperiore ſermone dominus fidei præcepta tradiderat: legem exceſſerat: iam inutilem atq; inefficacē excedendo ſignificans. Mandatorum obſeruantiā exegerat: ante promiſſorum ſuorū ſpem fidiſſimā imperauerat: quid igitur poſt hæc primum geſſerit contuendum eſt. Adeſt leproſus: emūdari ſe rogat: purgatur verbi poteſtate: cōtactum iubetur ſilere: ſed tamen oſtendere ſe ſacerdoti: & munus quod Moyſes in teſtimoniū fieri pręcepit: offerre. Curatio igitur obedientis & credentis turbę: & cū dño de monte venientis adoratio in leproſo oſtenditur: quæ vitioſa labe corporis cōtaminata: audita regni cælorum prędicatione curari ſe rogat: cōtactu corporis viſitatur: verbi virtute curatur. Et vt ſalus hæc non offerretur potius q̄ quęreret/ſilētium imperat. Et oſtendere ſe ſacerdotibus iubet: vt prænuntiatus in lege factis & operibus cernat: & in quo lex infirmabatur: in eo virtus intelligeret. præmium quoq; receptæ ſalutis qui purgatus eſt deo offerat. Sed vt donū illud nō ſit ex animalibus: ſed homo ipſe a ſordibꝰ peccati corporis emūdatus in ſacrificium dei tranſeat. Quia quod Moyſes in lege pręceperit teſtimonium ſit non effectus.

Poſt hęc aūt cū introiſſet Capharnaū acceſſit ad eū quidā tribunꝰ rogans eum & dicēs. Puer meus iacet in domo paralyticus & c.

Sequitur emūdationē leproſi/Paralytici pueri curatio. Sed quid iſtud eſt q; non dignum ſe tribunꝰ pueri dñs profitet eſſe vt CHRISTVS domum eius introeat: puerum videat: & præſens præſenti opem afferat? Sed habere milites: iubere quod velit: & in poteſtate poſito parere ſibi plurimos? Similiter & dominum curationē verbo poſſe præſtare? De tribuno poſuiſſe me ſatis ſit principem eſſe gētium crediturarū. Quis hic princeps ſit cui ſubiectū ſunt plures: qui volet ſcire: Moyſi in deuteronomio cāticum: & Salomonis librū eccleſiaſticū: vbi de diſperſione gentium quædam locuti ſūt: legat. Nobis tm̄ de puero tractatus ſit. Succedit deinde in hoc puero poſt paralytici ſanitatē curationi populi de monte deſcendētis ſalus gētiū. Iacebat eñ puer diſſolutus in domo humili: corruptibili: & in

greſſu eius cuius tamen egens erat: ſaluatoris in
digna. Et tribunus ſcit puerum verbo poſſe ſana
ri: quia ſalus gentium omnis ex fide eſt: & in prae
ceptis domini vita eſt vniuerſorum. Igitur iacen
tes in ſaeculo & peccatorum morbis diſſolute gē-
tes exiſtimandae: omnibus vndiq; artubus fluui-
dis/ & ad conſiſtendi officium ingrediēdiq; corru
ptis. Quarum ſalutis ſacramentū in tribuni pue-
ro expletur: non tamen ingreſſuro domū CHRI-
STO. quia licet in ſęculo demoratus ſit/ vitia ta-
men ſaeculi & peccata non adiit. Miratus deinde
fidem ait. Non inueni tantā fidē in Iſrahel. Non
erat tribunꝰ iſte de gentibus: & quomodo in iſra-
hel fides talis non eſt reperta: cum qui crederet eēt
Iſrahelita? Sed vt ſimilitudinem futuri hęc ipſa ve
ritas aemularetur: idcirco verbi ratio ſubiecta eſt.
tantam fidem quanta gentium eſt: in iſrahel nō re
periendam: & cum Abraham & Iſaac & Iacob in
regno coelorum ex vltimis gentibus quieturos.
Perfecta quidem eſt in puero ſecūdum credentis
fidem veritas ſanitatis: ſed pręſentium efficientia
etiam futurorū imagini proficere mōſtratura: quā-
do & tribuno credente/ & puero ſaluato/ nec talis
in Iſrahel fides reperta eſt: & regni caelorū cōſortiū
cum Abraham gentibus deſtinatur.

Cum veniſſet IESVS in domū Petri
vidit ſocrum eius iacentem & febricitantem. &c.
In ſocru Petri vitioſa infidelitatis aeſtimatur affe-
ctio: cui adiacet libertas voluntatis quae nos qua-
dam ſibi coniugii ſocietate cōiungit. Ergo ingreſ-
ſu domini in Petri domum. i. in corpus curatur in
fidelitas peccatorū calore exaeſtuans: & vitiorum
aegra dominatu: mox deinde ſanata officii famula
tu miniſtrat. Nam primus credidit: & apoſtolatꝰ
eſt princeps: & quod in eo ante languebat dei ver-
bo inualeſcēs miniſterio tanq̄ publicae ſalutis ope-
ratum eſt. Recte autem hanc ex ſocru Petri ſimili-
tudinem ad affectionem infidelitatis aptari: loco
qui de nuru & ſocru conſequitur tractabimꝰ: nūc
autem ideo infidelitas ſocrus petri nūcupabitur:
quia vſq; dum credidit voluntatis ſuae ſeruitio de
tinebatur.

Veſpere autē facto obtulerūt ei mul-
tos dęmonia hñtes: & eiiciebat ſpūs immūdos &c.
Curationē promiſcuam horis veſpertinis cōcurſu
eorum quos poſt paſſionē docuit recognoſcimus.
Omnium peccata dimittens: omnium infirmita-
tes auferens: & malarū voluptatum inſidentium
incentiua depellens/ paſſione corporis ſui ſecun-
dum prophetarum dicta infirmitates humanae im
becillitatis abſorbens.

Videns aūt IESVS turbas multas cir
cum ſe iuſſit diſcipulos ſuos ire trās fretum. Et ac-
cedens ad eum quidam ſcriba ait: Magiſter ſequar
te quocunq; ieris. & reliqua.
Multa incurrunt quae ſenſum cōmunem mouere
poſſunt: ad quae non nos intelligentiam fingimus
ſed geſta ipſa nobis intelligentiam impertiuntur.
Neq; eñ res intelligentiae: ſed rei intelligentia ſub
ſecundat. Turbae plures ſunt & ire trans fretū do-
minus diſcipulis praecipit. Non exiſtimo cadere
in ſaluatoris bonitatem: vt circuncurſantes relin-
quere voluerit/ & ſecretum quoddam impetandae
ſalutis eligere. Deinde conſequitur ſcriba dicens
magiſtrum ſe quocunq; ierit ſecuturum. Sed ni-
hil a ſcriba dictum factum ve legitur quod poſ-
ſet offendere: dominus reſpondit Vulpibus eſſe
foueas & caeli volucribus nidos quieſcendi: filio
aūt hominis: quo reclinet caput ſuum locum eſſe
nullum. Et diſcipulum poſtulaſſe dari ſibi tem-
pus patris ſepeliendi/ hoc negatum/ & pii atq; hu
mani officii vetitam religionem. Ergo rerum tan-
tarum & tam diuerſarum ratio promenda eſt: at-
q; ita vt ſecundum continentem rerum ordinem
grauiſſimas veritatis ipſius cauſas interioris ſi-
gnificantiae intelligentia explicet. Diſcipulo-
rum nomen non in duodecim tantum apoſtolis
verſari exiſtimandum eſt. Nam praeter apoſtolos
plures fuiſſe diſcipulos legimꝰ. Ex omni igitur tur
ba quędam fieri videtur electio. Eorum ſcilicet qui
dominum per multa ſęculi huius pericula & iacta
tiones eſſent ſecuturi. Eccleſia eñ inſtar eſt nauis
& plurimis locis ita nūcupata eſt/ quę diuerſiſſimi
generis & gentis vectore ſuſcepto: ſubiecta ē oībus
& vētorum fluctibꝰ & maris motibꝰ. Atq; ita illa
& ſęculi & immūdorū ſpirituum vexatur incurſibꝰ.
Propoſitis eñ piculorū oīm motibꝰ CHRISTI na

nem.i.eccleſiam introimus:ſcientes nos mari ven
toq; iactandos. Vt igitur ordo typicæ ſignifican-
tiæ cohęreret.poſſetq; intelligi fidelium portio cõ
ſcendentium nauẽ:& infidelium turba reſidentiũ
ſcribæ & diſcipuli perſona ſubiungitur. Et quidẽ
ſcriba qui eſt vnus ex doctoribus legis an ſit ſecutu
rus interrogat:quaſi uero lege non hunc eẽ CHRI
STVM quem ſequi eſſet vtile contineretur. Igiẽ
infidelitatis affectum ſub diffidentia interrogatio
nis expreſſit.quia fidei aſſumptio non interrogan
da eſt:ſed ſequenda. Vt autem eadem interroga-
tio infidelitatis eſſet punita iudicio:dominus re-
ſpondit vulpes habere foueas:& volucres cœli ni-
dos quibus requieſcant:hominis autem filium nõ
habere vbi caput ſuũ inclinet. Vulpes eſt animal
inſidioſum circa domorum ſe occulens foueas: &
domeſticis auibus inſidians.atq; hoc nomine pſeu
doprophetas nuncupari aliquot locis legim9. Vo
lucres autem cæli ſæpenumero ĩmundos ſpiritus
cognominari didicimus. Dei ergo filius paucitatẽ
ſequentium contuens:& doctori legis diffidẽti an
ſequeretur:ipſum exprobrat pſeudoprophetis eẽ
foueas & ĩmundis ſpiritibus nidos quieſcendi quod
extra nauem relicti.i.extra eccleſiam poſiti effecti
ſint incolatus pſeudoprophetarum & habitatio
dæmonum. Filium autem hominis ſe ſcilicet: cui
caput de9 ſit/non reperire in quos collocata dei co
gnitione requieſcat: inuitatis omnibus vt in nauẽ
ita in eccleſiam/paucis metũ maris.i.ſæculi ſecutu
ris. Adeſt poſt hæc diſcipulus non interrogans an
ſequatur(iam enĩ ſequi oportere ſe credidit)ſed p
mitti ſibi orans ſepelire patrem. Accipimus in do-
minicæ orationis exordio ita primum imprecãdũ.
Pater noſter qui in cælis es. Sequi autem dominũ
iubetur/quia & volebat/ita vt mortui mortuũ ſe-
peliant. Sed nullum arbitror officium expectari a
mortuis poſſe. Quomodo ergo mortui mortuos
humabunt? Primum igitur oſtendit perfectam in
ſe fidem nulla ſęcularis in alterum officii religione
eſſe deuinctã. Deinde inter fidelem filium patrẽq;
infidelem ius paterni nominis non relinquit. Nõ
igitur obſequium humandi patris negauit:ſed ad
dendo dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: ad
monuit non admiſceri memoriis ſanctorum mor
tuos infideles. Mortuos autem & iam eos eſſe qui
extra deum viuant. Et idcirco mutua mortis offi-
cia relinquenda:vt mortui ſepeliantur a mortuis:
quia per dei fidem viuos viuo oporteat adhibere.

De diſcipulis in naui excitantibus IESVM
De duobus dęmoniacis in terra geraſenorum. De
paralytico curato & lectum ſuũ ferente.

Canon. VIII.

ET aſcendẽ-
te eo in nauiculã ſecuti ſũt
eum diſcipuli. Et ecce tẽpe
ſtas magna facta eſt in ma-
ri. Et reliqua.

Nauem diſcipulis intro-
greſſis tẽpeſtas oritur:mare cõmouetur: nauigan-
tes turbantur. Ipſe vero ſomno conſopitus timẽ-
tium metu excitatur. Oratur opem afferat.& in-
crepitis his quod modicæ eſſent fidei vẽto & mari trã
quillitatem imperauit:cum admiratiõe hominũ
pręceptis eius ventũ & mare obediſſe. Igitur ſcd'm
hæc eccleſiæ intra quas verbum dei non vigilaue-
rit naufragæ ſunt:non quod CHRISTVS in ſomnũ
relaxetur:ſed quod ſomno noſtro conſoporetur in no
bis. Maxime autẽ illud accidit:vt a deo præcipue
in periculi metu & vexatione ſperem9. atq; vtinã
vel ſpes ſera confidat ſeſe periculum poſſe euade-
re CRRISTI intra nos ſeruitute vigilante. Per-
petuam aũt nobis obiurgatiõis ſuæ recordationẽ
relinquit dicẽs. Modicę fidei quid timidi eſtis? Me-
tum ſcilicet motuum ſęculariũ cũ quibus CHRI
STI fides vigilet nullum eſſe oportere. Conſequi
tur deinde hominum admiratio dicentium. Qua
lis hic homo eſt quod venti & mare obediunt ei? Nõ
diſcipulorum hic ſermo ſed gentium eſt. Nam cũ
ſuperius & diſcipulos tantum nauem introiſſe / &
a diſcipulis excitatum eſſe dixiſſet:nunc admira-
tos eſſe homines ſignificat: hominem in ipſa admi
ratione dicentibus. Qua nominum cõuerſione in
telligitur omnia opera CHRISTI omneſq; eius
virtutes vt dei eſſe laudãdas:qa piaculi gẽtilis mi-
ſerrimiq; erroris ſtultitiam demonſtrat/quod eũ ex hu
militate paſſionis hominem potius nuncupent/quam
ex virtutibus deum.

Et cũ veniſſet trãs fretũ in regiõe ge-
raſenorũ occurrerũt ei duo hoĩes dæmonia hñtes/
de monumentis exeũtes/periculoſi nimis. Et reliq.

Duū hominū occurſus dæmonum in duos hoīes
longa poſſeſſio & periculoſa tranſeuntibus via &
transfugiendi in porcos deprecatio: & purgatis ho
minibꝰ gregis ipſius perpręceps in mare caſus. De
hinc paſtorum in oppidū fuga: populi de ciuitate
progreſſus/& ne vrbem dn̄s adiret legatio: & re-
ditus eius in patriam: & illic paralytici lecto iacen
tis oblatio: & pro ſidei merito in tempore ipſo pec-
catorum remiſſio: & murmur ſcribarum: & virtu-
tis cōfeſſio: & paralytici etiam ſub onere lectuli in
domum reditus: & hominum admiratio: hanc ha
bent cauſam. In exordio generis hūani in tres fuit
humani generis diuiſio: Noe ſcilicet & filiorū: ex
quibus ſecundum prophetiam geneſis Sem in poſ
ſeſſionem dei lectus eſt. Extra vrbem aūt .i. extra le
gis & prophetarū ſynagogā: duos homines in mo
numentis dæmones detinebant: duarum .ſ. gētiū
origines: intra defunctorum ſedes & mortuorum
reliquias obſederant: efficiētes prætereuntibꝰ viā
vitæ præſentis infeſtam. Igitur vt eſſet in rebus ge
rendis futuri plena meditatio: veniente dn̄o duo
homines occurrunt: vt occurſus eorum concurrē
dum ad ſalutem voluntas indicaretur. Sed in ho-
minibus dæmones proclamant: cur ſedē inuideat?
cur ante iudicii tempus inſiſtet? Adiacebat etiam
eis duobus gentium populis plæbs ex Sem genere
Sadducæorū. quorum hæreſis ex iudæis negatæ
reſurrectionis piaculum eſt. Vidētes igitur dæmo
nes non ſibi iam locum in gentibus derelinqui: vt
patiatur habitare ſe in hęreticis deprecantur: qui-
bus occupatis totꝰ in mare impetu rapido per prę
ceps grex coactus eſt. In cupiditatem ſcilicet ſæcu
larium dęmonum pręcipitatur inſtinctu: in aquis
multis .i. cum reliquiarum gentilium infidelitate
morituri. Atq; etiam in hoc typica ratio ſeruata ē:
vt non ſatis eſſet dixiſſe præcipitatos in mare: niſi
etiā adderetur: & mortui ſunt in aq̄s multis. Quo
rum princeps atq; paſtores rerum talium admira-
tione turbati ad vrbem veniunt: & quæ geſta ſunt
nunciant. Vrbs illa iudaici populi habet ſpeciem:
qui CHRISTI opibus auditis domino ſuo obuiā
pergit: prohibens ne fines ſuos vrbemq; continge
ret. Neq; em̄ euāgelica lex pręcepit: a qua repudia
tus in ciuitatem ſuam reuertitur. Deo ciuitas fide
lium plębs eſt. In hāc igitur nauí .i. eccleſia inuectꝰ
introiit. Iamq; in paralytico gentiū vniuerſitas of-
fertur medenda: & curationis ipſius verba ſunt cō
tuenda. Non dicitur paralytico: ſanus eſto. non di
citur ſurge & ambula: ſed dicitur: Conſtans eſto fi
li: remiſſa ſunt tibi peccata tua. In Adam vno pec
cata vniuerſis gentibus remittuntur. Hic itaq; an
gelis miniſtrandꝰ offertur. Hic filius nuncupatur/
qui primū dei opus eſt. Huic remittuntur animæ
peccata/& indulgentia primę trāgreſſionis ex ve-
nia eſt. Non em̄ paralyticum peccaſſe aliq̄d acce-
pimus: cum præſertim alio in loco idem dominus
dixerit: cæcitatē a natiuitate nō ex peccato aut p-
prio aut paterno contractam. Veritatis deinde or
do ſuccedit in geſtis/q̄uis futuri ſpecies expleatur
in dictis. Mouet ſcribas remiſſum ab homine pec-
catum. Hominem em̄ tantum in IESV CHRI-
STO contuebantur: & remiſſum ab eo quod lex
laxare non poterat. Fides em̄ ſola iuſtificat. Dein-
de murmurationem eorum dominus introſpicit:
dicitq;: facile eſſe filio hominis in terra peccata di-
mittere. Verum enim nemo poteſt dimittere pec-
cata niſi ſolus deus: ergo qui remittit deꝰ eſt: quia
nemo remittit niſi deꝰ: deus in hoīe manens cura-
tionem homini pręſtabat: & nulla ei agendi aut lo
quendi erat difficultas: cui ſubeſt totum poſſe q̄d
loquitur. Porro autem vt ipſe eſſet in corpore poſi
tus intelligi poſſet qui & animis peccata dimitte-
ret: & reſurrectionē corporibus præſtaret ait. Vt
ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem
in terra dimittendi peccata: ait paralytico: Surge
& tolle lectum tuum. Satis fuerat dixiſſe ſurge: ſed
quia omnis erat perficiendi operis ratio explican-
da adiecit: Tolle lectum tuum: & vade in domum
tuam. Primum remiſſionem tribuit peccati: dehīc
virtutem reſurrectionis oſtendit. Tum ſublatione
lectuli infirmitatem ac dolorem corporibꝰ docuit
abfuturam. Poſtremo reditum in domum propriā
iter in paradiſum credentibꝰ eſſe inhibendum ex
quo Adam parens vniuerſorū peccati labe diſſolu
tus exceſſerat. Videntes aūt turbę timuerūt. Opꝰ
iſtud admiratio potius cōſequi non metus debuit
ſed manet etiānum ordo myſterii vt veritati præ-
ſentium futurorū ſpecies adiecta ſit dictorū & fa-
ctorum. Domini virtutem turbę timēt. Magni em̄
timoris eſt nō dimiſſis a CHRISTO peccatis in
mortem reſolui: quia nullus ſit in domum æternā
reditus ſicui indulta non fuerit venia delictorum.

Et honorificauerũt deum ꝙ tantã dedit poteſtatem hominibus. Concluſa ſunt omnia ſuo ordine: & ceſſante iã deſperationis timore honor deo redditur/ꝙ tantã dederit hominibus poteſtatem: ſed ſoli hoc CHRISTO erat debitũ ſoli de cõmunione paternę ſubſtantię hęc agere erat familiare. Non ergo hoc venit in admiratione ꝙ poſſet iſta: Quid eñ non poſſe deus crederetur? Alioquin laus de vno homine nõ de pluribus extitiſſet. Sed delati deo honoris hinc cauſa eſt ꝙ poteſtas hominibus hac via data ſit per verbum eius & peccatorum remiſſionis & corporum reſurrectionis & reuerſionis in cælum.

De Matthęo publicano. De phariſæorum & diſcipulorum Ioannis ieiunio. De aſſutu panni rudis. De profluuio mulieris. De filia principis excitata a mortuis. De duobus cæcis. De ſurdo & muto.

Canon. IX.

ET cum trãſiret inde IESVS vidit hominem ſedentem in theloneo Matthęum nomine & ait illi ſequere me. & re.

Matthęũ publicanũ ſedẽtem in theloneo ſequi ſe iubet: & concedens in domum/conuiuiũ inſtruit: & cum eo publicanorum & peccatorum turba diſcumbit: phariſæis diſcipulos obiurgãtibus/cur magiſtro cũ publicanis cib⁹ eſſet: Quib⁹ reſpondit. Sanis medico opus nõ eſſe ſed curatiõe ęgrotos indigere: eunteſq; iubet diſcere quid ſit miſericordiã malle q̃ ſacrificiũ. Publicanorũ nomẽ ex vita eſt: q relictis legis opibus gerere ſe vſu coi & publico maluerunt. Ergo e domo. i. ex pctis corporis Matthęũ dñs euocauit. In cuius mẽtẽ ingreſſus recũbit. Hic eñ idẽ euãgelii iſtius ſcriptor eſt: & de peccati ſui domo exiẽs/dñm ipſe ſuſcepit. iteriore ei⁹ habitatiõe illuminat⁹: intra quẽ euãgelicis cibis pctõrib⁹ & publicanis cõuiuiũ de vitę copia præparatẽ. Aemulatio deinde agitat Iudęos: dñm publicanis & peccatorib⁹ cõmunicare qbus ille opta infidelitatis velamine verba legis ex prõpſit. Se qdẽ ægrotis opẽ ferre/& medicinã/egẽtib⁹ pſtare. Eis aũt q ſe ſanos exiſtimarẽt neceſſariam curationẽ nullã eẽ. Sed vt intelligerẽt neminẽ ſuorũ ſanũ eẽ admonuit vt ſcirẽt qd eẽt: Miſericordiam volo non ſacrificiũ. Legẽ. ſ. ſacrificiorũ obſeruatione deuinctã opẽ ferre nõ poſſe/ſed ſalutẽ vniuerſis in miſericordiæ indulgentia reſeruari. Non eñ veni iuſtos vocare ſed pctõres in poenitẽtiam. Omnibus venerat: qũo ergo nõ ſe iuſtis veniſſe dicit? Erãt ergo qbus neceſſe nõ erat vt veniret? Sed nemo iuſtus ex lege eſt. Oſtendit ergo inanẽ iuſtitiæ eẽ iactãtiã: qa ſacrificiis infirmis ad ſalutẽ: mia erat vniuerſis in lege poſitis neceſſaria. Nã ſi iuſtitia fuiſſet ex lege venia p gratiã neccia nõ fuiſſet.

Tunc acceſſerunt ad eũ Ioannis diſcipuli dicentes. Quare nos & phariſęi ieiunamus frequenter: diſcipuli autẽ tui nõ ieiunant? Ieiunabant phariſęi & diſcipuli Ioannis: & apoſtoli non ieiunabant. Sed iſtis ſpiritualiter reſpondit: ſpõſumq; ſe Ioannis diſcipulis oſtendit: Ioannes eñ repoſitam in CHRISTO omnẽ vitę ſpem ſpopondit: & recipi a domino diſcipuli eius: adhuc eo prædicãte nõ poterant: vſq; in eum eñ lex & prophetæ ſunt. Et niſi lege finita in fidem euãgelicã eorum nemo cõcederet. Q; vero pręſente ſponſo ieiunandi neceſſitatem diſcipulis non eſſe reſpondit: pręſentię ſuę gaudium & ſacramentum ſancti cibi edocet: quo nemo ſe pñte. i. in cõſpectu mentis CHRISTVM continens indigebit. Ablato autem ſe ieiunaturos eſſe dicit: quia omnes non credentes reſurrexiſſe CHRISTVM habituri nõ eſſent cibum vitæ. In fide eñ reſurrectionis ſacramentum panis cęleſtis accipitur: & quiſquis ſine CHRISTO eſt in vitæ cibi ieiunio relinquetur. Vt autem intelligerẽt nõ poſſe ſibi in veteribus poſitis pfecta hæc ſalutis ſacramẽta cõmitti/cõparatiõis poſuit exẽplũ. pãnũ rudẽ veſtimento veteri nõ adſui. Quia vetuſtatis infirmitatẽ virtus adſuenti rudis diſſoluat. Et vinũ nouũ veterib⁹ vtrib⁹ nõ iñdi. Feruẽtis eñ muſti calor vtres veteres abrũpit. Infirmas videlicet vetuſtate peccatorũ & aĩas & corpora nouę grę ſacramẽta nõ capere. Fiet eñ ſciſſura peior: effuſoq; vino vtres veteres pibũt. Duplex eñ taliũ erit reatus ſi pter vetuſtatẽ peccatorũ ſuoꝝ virtutẽ nouę gratię nõ ſuſtinebũt: Atq; iõ & phariſęos & diſcipulos Ioannis noua non accepturos eſſe niſi noui fierent.

Hęc illo loquẽte: ecce prĩceps vn⁹ acceſſit & adorabat eũ dicẽs: dñe filia mea mõ defũcta ẽ veni & pone manũ ſup eã &c. Preces prĩcipis. fides

mulieris.turbę in domo conuentus & eorum diũ
clamor:muti & ſurdi & dæmoniaci oblatio ex ſu-
perioribus dictis connexæ ſibi intelligentiæ tenet
ordinem.Princeps hic lex eſſe intelligitur:quæ do
minũ orat plebs:quã ipſa CHRISTI prædicatio
aduẽtus eius expectatione nutriuerat:vitam mor
tuæ reddat.Nam nullum principem credidiſſe le
gimus:ex quo pſona principis huius orãtis merito
in typũ legis aptabit.Cui quidẽ dñs opem ſpopõ-
dit:ad quam pręſtandam proſecutus eſt.Sed prior
cum apoſtolis peccatorũ turba ſaluatur.Et cũ pri-
mum electionem:quæ ex lege deſtinabatur.viue-
re oportuiſſet:anterior tamen in mulieris ſpecie ſa
lus publicanis & peccatoribus redditur.Hęc itaq;
ad domini prætereuntis occurſum tactu veſtis do
mini ſanam ſe de pfluuio ſanguinis futurã eſſe cõ
fidit:ſordibus ſcilicet polluta corporis ſui: & inte-
rioris vitii immundiciis diſſoluta:fimbriam veſtis p
fidem feſtinat attingere. Donũ videlicet ſpiritus-
ſancti de CHRISTI corpore modo fimbriæ exeũ
tis cum apoſtolis conuerſata cõtingere:fitq; mox
ſana:ita alteri ſalus dum alii defert eſt reddita.Cu
ius fidem & conſtantiam dominus laudauit:quia
quod iſraheli parabatur plebs gẽtium occupauit.
Eſt autem in ſimplici intelligẽtia magna virtutis
dominicæ admiratio:cũ poteſtas intra corpus ma
nens rebus caducis efficientiam adderet ſanitatis/
& vſq; in veſtium fimbrias operatio diuina proce-
deret.Non eñ diuiſibilis & compręhenſibilis erat
deus:vt corpore clauderetur.ipſe eñ dona in ſpiri
tu diuidit:cæterum non diuiditur in donis. Vir-
tutem autẽ eius fides vbiq; cõſequitur:quia vbiq;
eſt & nuſq̃ abeſt.Et aſſumptio corporis non natu-
ram virtutis incluſit: ſed ad redemptionũ ſuã fra-
gilitatẽ corporis virt⁹ aſſũpſit.Quę tam infinita:
tam libera eſt:vt etiam oſtendens non ex ſalute fi-
dẽ:ſed per fidem ſalutem expectãdã. Cæci eñ q̃a
crediderant viderunt: non quia viderant:credi-
derunt.Ex quo intelligendum eſt fide merendum
eſſe quod petitur non ex impetratis fidem eſſe fu-
mendam.Ingreditur deinde dominus domũ prin
cipis:ſynagogam videlicet cũ canticis legis.Hym
n⁹ luctuũ pſonabat.& irridetur a plurimis.Nunq̃
eñ illi deum in homine crediderunt.Quin potius
prędicari reſurrectionem ex mortuis riſerunt. Ap
præhenſam igit̃ puellã manu:cuius apud ſe mors
erat ſomnus:retraxit ad vitam. Nanq; vt tal⁹ hic
eſſe ex lege credentium electionis numerus intelli
gi poſſet:turba omnis expulſa eſt . quã vtiq; ſalua
ri dominus optaſſet:ſed irridendo dicta geſtaq; re
ſurrectionis nõ fuit digna cõſortio.Et exeũte fa
ma in vniuerſam terrã illã electiõis ſalutẽ donum
CHRISTI atq; opera pręcanť. Exeuntem igiť
dominũ mox cęci duo ſequũť. Sed cæci & egreſſũ
& nomen dñi quomodo ſcire potuerunt?Quin-
etiã & filiũ Dauid nuncupant:& ſaluari ſe rogãt.
In cæcis duobus ratio totius ſuperioris pfiguratio
nis abſoluiť.Ex iis eñ filia principis eſſe mõſtratur
Phariſęi.ſ.& diſcipuli Ioannis/qui dominũ iam ſu-
perius in cõmune tentauerant.His igitur neſcien
tibus a quo ſalutem peterent:indicauit:& his ſal-
uatorẽ ſuum in corpore ex Dauid genere mõſtra-
uit. Et cæcis vetere peccato:quia CHRISTVM
niſi admoniti non videbant:lumen mentis inſerit.
Quibus dominus ſi credidiſſent viſum pollicetur
credentibus pręſtat:& ſilentiũ imperat:q̃a apoſto-
lorũ erat propriũ prędicare. Quinetiã poſt hæc in
muto & ſurdo & dæmoniaco gentiũ plebs indiga
totius ſalutis offertur.Omnibus eñ vndiq; malis
circũſeſſa totis corporis vitiis implicabatur. Et in
eo rerum ordo ſeruatus eſt.Nam dæmon pri⁹ eii-
citur:& tũ reliqua corporis officia ſuccedũt.Deus
quippe cognitione ſuperſtitionum omniũ vęſania
effugata/& viſus & audit⁹ & ſermo ſalutis inuehi
tur.Cuius facti admirationem talis turbę eſt con-
ſecuta cõfeſſio.Nunq̃ ſic apparuit in iſrahel.Eum
cui per legem nihil afferri opis potuerat/verbi vir-
tute ſaluari:q; q; laudes dei homo mutus ſurduſq;
loqueretur.Salute autem gentibus data ciuitates
omnes & caſtella oĩa virtute & ingreſſu CRISTI
illuminantur:& omnem infirmitatem veterni lã-
guoris euadunt.

Miſertus turbarum dominus duodecim diſci
pulos pręmittit cum poteſtate & doctrina.

Canon.X.

VIdens aũt
turbas miſertus eſt q; eẽnt
vexatæ & iacẽtes.Et reliq.
Verborum virtutes nõ mi
nus oportet introſpicere q̃
rerum:quia vt diximus pa

ria in dictis atq; in factis ſignificationum momen-
ta conſiſtũt. Turbatum dominus miſeretur vexa-
tarum & iacẽtium tanq̃ gregis ſine paſtore diſper
ſi: & ait. Meſſem multam: paucos operarios. Oran
dum dominũ meſſis vt oparios plures in meſſem
eiiciat.

Et diſcipulis conuocatis dedit poteſta
tem eiiciendorum ſpirituum immundorum: curã
daq; cunctæ infirmitatis: omniſq; languoris. Hęc
igitur licet in pręſens geſta ſint: quid tamen in fu-
turum ſignificent contuendum eſt. Nullus in tur
bas vexator irrupetat neq; caſu aliquo motuq; per
culſæ iacebant. Quomodo ergo iacẽtes vexataſq;
miſeratur? Immũdi videlicet ſpũs dominante vio-
lentia vexatam & ſub legis onere ęgrotam plębem
dominꝰ miſceatur. Quia nullus adhuc his paſtor
eſſet cuſtodiam ſancti ſpiritꝰ redditurus. Erat aũt
doni iſtius copioſiſſimus fructus: ſed nondum miſ
ſus a quoq̃. Eius em̃ copia hauriẽtium diſſimilitu-
dinem vincit. Nam quantũlibet aſſumatur a cun-
ctis ad largiendum ſe tamen ſemp exuberat. Et q̃a
plures eſſe vtile ſit per quos miniſtretur rogari do
minum meſſis iubet vt in meſſem operarios plu-
res eiiciat. Ad capeſſendum ſcilicet quod præpa-
rabatur donum ſpiritusſancti miſſorũ copiã deus
præſtet. Per orationem em̃ ac precem hoc nobis a
deo munꝰ effundetur. Atq; vt meſſem illã meſſo
reſq; numeroſos ex his duodecim primum apoſto
lis diffundẽdos indicaret: cõuocatis illis dedit eii-
ciẽdorum ſpirituum poteſtatem: & omnis infirmi
tatis medendæ. Huius em̃ doni virtutibus pote-
rant & turbator expelli & infirma curari. Et dignũ
eſt præceptorum ſingulorum ſignificantiam con-
tueri. Abſtinere ſe a viis gentiũ admonentur: non
ꝙ non etiam ad ſalutem gẽtium mitterent: ſed vt
opere & vita gentilis ignorantię abſtinerent. In ci-
uitates ſamaritanorum vetiti ſunt introire. Nun-
quid non potius ſamaritanam ipſe curauit? Sed vt
eccleſias hæreticorum non adeant admonentur.
Nihil em̃ differt ab ignoratione peruerſitas. Mit-
tuntur deinde ad oues perditas domus Iſrael. At-
qui in eum luporum ac viperarum linguis & fauci
bus ſæuierunt. Sed legis latio obtinere priuilegi-
um euãgelii debebat. hoc minus Iſrahel ſceleris ſui
excuſationẽ adhibiturus: ꝙ plus ſedulitatis in ad
monitione ſenſiſſet. Tota deinde in apoſtolos po-
teſtas virtutis dominicę transfertur: & qui in Adã
in imaginem & ſimilitudinem dei erant figurati:
nunc perfectam CHRISTI imaginem & ſimilitu
dinem ſortiantur. Nihil a domini ſui virtutibus
differẽtes. Et qui terreſtres ante erant cæleſtes mo
do ſiunt. Prædicent regnum cælorum propinqua
re. Imaginem ſcilicet & ſimilitudinem dei: nunc in
conſortium veritatis aſſumi: vt ſancti omnes qui
cæli nuncupati ſunt domino contregnẽt: infirmos
curent/mortuos ſuſcitent/leproſos emundent/dæ
mones eiiciant. Quicquid malorum Adæ corpori
Sathanę inſtinctꝰ intulerat: hoc rurſum ipſi de cõ
munione dominicæ poteſtatis emũdent. Et vt ex
toto ſecundum geneſis prophetiam dei ſimilitu-
dinem conſequantur: dare gratis quod gratis acce
perunt iubentur: vt ſit ſcilicet miniſtratio gratui-
ta muneris gratuiti. Aurum: argẽtum: pecuniam
poſſidere inhibentur in zonis: & perã in via ferre
& duas tunicas & calciamenta: & virgam in mani
bus aſſumere. Et dignus mercede ſua eſt operariꝰ.
Non inuidioſus (vt arbitror) theſaurus in zona ẽ:
& quid ſibi vult/auri/argenti/atq; æris in zona in-
hibita poſſeſſio? Zona eſt miniſterii apparatus: &
ad efficaciã operis præcinctio. Ergo nequid in mi-
niſterio noſtro venale ſit admonemur: neq; hoc
apoſtolatus noſtri opus ſiat/auri/argẽti æriſq; poſ-
ſeſſio: Nec peram in via ferre: curam ſcilicet ſæcu-
laris ſubſtantiæ relinquendam. Quia omnis the-
ſaurus ſit pernicioſus in terra: corde noſtro illic fu-
turo vbi condatur & theſaurus. Non duas tuni-
cas. Sufficit enim nobis ſemel CHRISTVS in-
dutus: neue per prauitatem intelligentiæ noſtræ
altera deinceps vel hæreſeos vel legis veſte indua
mur. Non calciamenta. Nunquid humanorum
pedum infirmitas patiens nuditatis? Sed in ſan-
cta terra: & peccatorum ſpinis atq; aculeis non ob
ſeſſa vt Moyſi dictum eſt: nudis pedibꝰ ſtaturi ad
monemur/nõ alium ingreſſus noſtri habere q̃ quẽ
a CHRISTO accepimus: apparatum. Neq; vir-
gam in manibus. Id eſt poteſtatis externæ iure nõ
indigi: habentes virgam de radice Ieſſe: nam quæ
alia fuerit non erit CHRISTI. Inſtructi omni ſu
periore ſermone ad conficiendum iter ſæculi: gra
tia: viatico: veſte. calciamento. poteſtate. In his
em̃ operantes/digni mercede noſtra reperiemur. i.
in horũ obſeruãtia cæleſtis ſpei pręmia recepturi.

In quācūq; ciuitatē intraueritis interrogate quis in ea dignus eſt. & reliqua.

Leuia forte dominus dediſſe apoſtolis praecepta exiſtimabitur: ꝗ ſe vſq; admonita introeundi/habitandi/morandi/exeundiq; ſūmiſerit. Haec quidē intellecta ſimpliciter ſanctorū modeſtię cōgruunt vt cum dignis ſit hoſpitalitas: neue per incuriam: aut ignorantiam cohabitatione probroſae familiae polluantur. Sed introeuntes ciuitatē de digno iuber interrogari: & cū eo habitare vſq; ad profectionem. Domum quoq; ab introeuntibus pacifice ſalutari. Quae ſi digna eſt/& pacis cōmunione ſit digna: ſi indigna/pax inuicem reuertatur. Qui autē nō receperint eos/ſermoneſq; eoꝝ: iis excuſſo pedū puluere: aeternę maledictionis ſemina relinquēda. Haec non mediocriter ſenſus intelligentiae cōmouent. Si eñ ſucceſſuri hoſpitio nō erunt: niſi ante/quis dign⁹ ſit interrogauerint: quomodo indigna domus poſtea reperietur! Et quomodo ſermones eorum non audiens: & ipſos non audiens/& ipſos non reperiens! Aut eñ hoc in eo qui iuſtus eſt nō eſt verendum: aut ſi indignus repertus ſit: nec cōmunio erit habitationis ineunda! Et quid interrogaſſe proderit & quaeſiſſe de digno: ſi aduerſus indignum hoſpitem & obſeruantia pręcipiatur & poena! Sed inſtruit eos dominus non admiſceri eorū domibus ac familiaritatibus q CHRISTVM aut inſectantur/aut neſciunt. Et in quacūq; ciuitate interrogate quis eorū habitatione ſit dignus. i. ſi cubi eccl'ia ſit & CHRISTVS habitator: neq; quoq̄ alibi tranſire: quia ſit domus digna/& iuſtus hoſpes. Q; autem ab introeuntib⁹ ſalutari domum voce praecepit dicens. Dicite pax huic domui. Et ſi digna dom⁹ repta ſit/venire ſuper eam pacē oportere: ſi vero indigna/ad ipſos pacē reuerti: Sed ſi iā primo ingreſſu in ſalutationis officio dicta pax ē/quomodo poſtea veniet/aut quomodo poſtea reuertetur! Aut eñ dici pax antea nō debuit: q̄ vtrū digna eſſet ꝓbaret/aut ſi digna fuit & ſalutata cū pace eſt/conditio & venturae & reuerſurę pacis nō poteſt ex ratione ſuperioribus cohęrere. Quę ergo dictorum ſit proprietas. monſtrandum eſt. Iudęorum plures erāt futuri/quorum tantus in fauorem legis affectus eſſet/vt q̄uis per admirationē operū in CHRISTO credidiſſent/tū in legis opibus morarentur. Alii vero explorandae libertatis quae in CHRISTO eſt curioſi tranſiſſe ſe ad euāgelia ex lege eſſent ſimulaturi. Multi autem etiam in hęreſim per intelligentiae peruerſitatem traducerent: & quia huiuſmodi omnes fallentes. & audientib⁹ blandientes: penes ſe eſſe veritatem catholicā mētiuntur: ideo ſuperius admonuit: dignum cū quo habitandum ſit/eſſe quęrendum. Quia vero ꝑ verborum fallaciam incidere ignorantes in iſtiuſmodi hoſpitem poſſent: domo ipſa quae digna ſit dicta. i. eccleſia quę catholica dicetur: caute & diligēter vtendum. Salutandam quidem cum pacis affectu: ſed ita vt potius pax dicta q̄ data ſit. Nam ita praecepit ſalutare eam dicētes: Pax huic domui. Ergo pax ſalutationis in verbis eſt & orationis ſermone tribuenda. Porro autem pacem propriam: quae viſcera miſerationis ſunt: non oportere in eam venire niſi digna ſit: quae ſi digna reperta non fuerit/ſacramentum pacis caeleſtis intra propriā eorū cōſcientiam continendum. In eos autem qui audita coeleſtis regni praedicatione apoſtolorum praecepta reſpuerint: egreſſu eorum/& ſigno pulueris pedibus excuſſis/aeterna maledictio relinquatur: neſcio qua eñ inſiſtenti in loco cum eo in quo inſtiterit loco videtur cōmunio: & ſit inter eos quaedā corporis ſoliq; cōiunctio. Ergo omne domus illius habitationiſq; peccatum intra ipſam excuſſo puluere pedum relinquitur: nihilq; ſanctitatis de inſiſtētium apoſtolorum veſtigiis mutuatur: vt quorum aditu ingreſſuq; delicta terrenę originis auferuntur: eorum teſtimonio infidelitas cū omni terrae ſuae puluere iudicetur. Tolerabilius in die iudicii terrę Sodomorum & Gomorreorum erit q̄ ciuitati iſti. Quia illis ignorato CHRISTO erraſſe ſit leuius: his vero inexpiabile ſit/aut praedicatū non recepiſſe/aut receptū non ſancte neq; catholice ꝓdicaſſe. Et quidem plures hos qui vęſano furore in apoſtolos deſaeuituri eſſent: futuros eſſe ſignificat cum ſe eos ſicut oues in medio luporum ait mittere: praedicēs ſimplices ſicut columbas/ & prudētes ſicut ſerpētes eſſe oportere. Sed colūbę ſimplicitas in abſoluto eſt. Quę autē ſit ſerpentis prudentia contuendū eſt. Neſcio qd in illo prudētiae cōſiliiq; extet: licet quędam hinc aliqui memorię mādauerint: ꝙ vbi ſe in man⁹ hominum veniſſe intelligat oi gñe ab ictu caput ſubtrahat: idq; aut collecto in orbē corpe cōtegat: aut foueae imergat: caediq; ptē

reliquã derelinquat. Noſqꝫ hoc exemplo oportere:
ſiquid acciderit perſecutionum: caput noſtrũ q̄d ẽ
CHRISTVS occulere: vt ablatis nobis in omnes
cruciatus: fidẽ ab eo acceptam iactura corporis cõ
muniamus. Sed omnis hic domini de iudæis atqꝫ
hæreticis ſermo eſt. Tradet frater fratrem: & pater
filiũ: & inſurgent filii in parentes. i. familiam inter
ſe eiuſdem domus diſſidere. quia de parentum co-
gnationũqꝫ nominibus populi quondam vnitas
indicatur: Nunc hoſtili inuicem odio; diuerſis iu-
dicibꝰ: etiam regibus terrę offerẽdos: dũ extorque
re aut ſilẽtiũ nr̃m: aut cõniuẽtiã tẽtãt: teſtes & ipſis
& gẽtibus futuri. Quo teſtimonio excuſatio igno
rarę diuinitatis adimenda ſit perſequentibus: gen
tibus vero via pandenda credẽdi CHRISTVM
ꝑtinacibꝰ inter ſæuientiũ pœnas cõfeſſorũ vocibꝰ
ꝑ̃dicatũ. Inſtructos igit̃ nos ſerpentis prudẽtia mo
net eſſe oportere. Hunc anteq̃ Adam traduceret
iam ſapientẽ Geneſis nũcupauit: & prudentiã eiꝰ
malignantis conſilii ordine docuit. Primum enim
animum ſexus mollioris aggreſſus eſt: ſpe deinde
illexit: & cõmunionẽ ĩmortalitatis ſpopõdit. Et ꝑ
hæc tanta præmia opus conſilii & voluntatis ſuæ
geſſit. Pari igit̃ opportunitate introſpecta vniuſcu
iuſqꝫ & natura & volũtate verborũ adhibẽda pru-
dentia eſt. Spes bonorũ futurorũ reuelanda: & cæ-
leſtia perfectę fidei ꝑ̃mia proferenda. Et q̄d ille mẽ
titus eſt nos ꝑ̃dicemus ex vero ſecundum ſponſio
nem dei: angelis ſimiles futuros eſſe q credent: vt
mentes plębiũ faciles & abſolutas: circumſtulenti-
bus licet lupis & hæreticis promiſſis regnorũ cæle
ſtium occupemꝰ / & rerum fidem ſerpentis pruden
tia columbę ſimplicitate tradamus. Monet etiam
traditis abeſſe oportere curam reſpõſionis / ſed ex-
pectandũ potius quid ſpiritus dei ſuggerat. Quia
fides noſtra omnibus præceptis diuinæ volunta-
tis intenta ad reſponſionem ſcientię inſtruet̃ / in ex
emplo habentes Abraham: Cui poſtulato ad ho-
ſtiam iſaac nõ defuit aries ad victimam. Ex vna de
inde in duas vrbes fugam ſuadet / quia prædicatio
eius primum a iudæa effugata tranſiit ad græciã /
dehinc diuerſis intra gręciæ vrbes apoſtolorũ paſ
ſionibus fatigata: tertio in vniuerſis gentibus de-
moratur. Sed vt oſtenderet gentes quidem apoſto
lorum prædicationi crédituras: verum vt reliquũ
Iſrahel crederet: eſſe aduẽtui ſuo debitum ait. Nõ
cõſummabitis ciuitates Iſrahel donec veniat filiꝰ
hominis. Poſt plenitudinem ſcilicet gentium q̄d
erit reliquum iſrahel ad implẽdum numerum ſan-
ctorum futuro claritatis ſuę aduentu in eccleſiam
conuocandum.

Nõ ẽ diſcipulus ſuꝑ magiſtrũ: neqꝫ ſeruꝰ
ſuper dominũ. Multum proficit ad tolerantię aſſũ
ptionem rerum iminentiũ cognitio: maxime ſi pa
tientię voluntas præſumatur exemplo. Dominus
noſter lumen æternum & dux credentium / & im-
mortalitatis parens diſcipulis ſuis futurarũ paſſio
num ſolatia ante præmiſit / ne ſe qs diſcipulus ma-
giſtro potiorem: aut ſuper dominũ eſſe ſeruus ex-
iſtimaret. Si eñ patrifamilias cognomentũ per in-
uidiã dęmonis addiderũt: quãto magis in domeſti
cos eius omnia iniuriarũ & contumeliarũ genera
perficient! Sed ea nihil nos terreant glorię loco po
tius amplectẽtes ſi domino noſtro vel paſſionum
conditionibus adæquemur.

Nihil eſt occultũ q̄d nõ reuelabit̃. Diẽ
ſcilicet iudicii oſtendit / q̃ abſtruſã volũtatis nr̃ę cõ
ſciẽtiã prodet / & ea quę nũc occulta exiſtimant̃ lu
ce cognitionis publicę deteget. Igitur non minas /
nõ cõſilia / nõ ꝑ̃tãtes inſectantiũ monet eſſe metuẽ
das: quia dies iudicii nulla hæc fuiſſe atqꝫ inania re
uelabit.

Et q̄d dico vobis in tenebris dicite in
lumĩe: & q̄d i aure auditis ꝑ̃dicate ſuꝑ tecta. Nõ le
gimus dñm ſolitũ fuiſſe noctibus ſermocinari / &
doctrinã in tenebris tradidiſſe: ſed q̃a oĩs ſermo eiꝰ
carnalibus tenebræ ſunt: & verbũ eius infidelibus
nox eſt: itaqꝫ id q̄d a ſe dictum eſt cũ libertate fidei
& confeſſionis vult eſſe loquendũ. Idcirco quæ in
tenebris dicta ſunt: prędicari iuſſit in lumine: & q̃
ſecreto auriũ cõmiſſa ſunt ſuper tecta. i. excelſum
loquenda vt pręconio audiant̃. Conſtanter eñ dei
ingerenda cognitio eſt: & profundũ doctrinę euã-
gelicæ ſecretũ lumine ꝑ̃dicatiõis apoſtolicę reuelã
dũ: nõ timẽtes eos q̃bus cũ ſit licẽtia in corpora: tñ
in animã ius nullũ eſt: ſed timẽtes potius deũ cui ꝑ
dendę in gehẽna animę & corporis ſit poteſtas.

Nõne duo paſſeres aſſe veneũt: & vnũ ex
illis nõ cadit in terrã ſine volũtate pr̃is veſtri. Non
eſt (vt puto) criminis agere aucupiũ. neqꝫ vẽditio
paſſerũ habet culpã: & quod ait: vnum ex illis non

cadit ſuper terram ſine volũtate patris veſtri:cõ-
tra apoſtolicũ dictũ facere videť:qᵈ ait:Nõ eſt pe-
cudũ deo cura Et auctoritati eiꝰ mltũ derogabiť ſi
ſenſiſſe aliter q̃ in euãgeliis traditũ ẽ reperieť. Nec
ſane apoſtoli s multum dignitatis tribuetur ſi paſ
ſeribus anteſtabunt. Locꝰ hic ex ſenſu ſupiore ꝑſi-
ciſciť. Iniquitates eñ eorũ exaggeranť qui traditu
ri ſũt:q inſecuturi: q in fugam coacturi: qbus pro-
pter nomẽ dñi eſſe odio nos oportet:q omne ius ſu
um in ſolis corporibus exerceãt:poteſtatẽ in aĩam
nõ habentes. Hi igitur paſſeres duo aſſe veneunt.
Et quidem quæ ſub peccato vendita ſunt redimit
ex lege CHRISTVS. Ergo quod venditur:corpꝰ
atq; anima eſt: & cui venditur peccatum eſt: quia
CHRISTVS & de peccato redemit: & animæ ac
corporis eſt redemptor. Qui igiť duo paſſeres eſſe
veneunt: ſeipſos peccato minimo vẽdũt natos ad
volãdũ: & ad coelũ pennis ſpiritualibꝰ efferendos
Sed capti pretiis pręſentiũ voluptatũ & ad luxum
ſæculi venales totos ſe talibus auctionibus nundi
nanť. Sed q̃rendũ eſt quõ vnum ex illis eſt qᵈ ſine
voluntate dei non cadet. Dei volũtas eſt vt vnum
ex illis magis euolet ſed lex conſtitutione dei pro-
fecta decernit vnum ex eis potiꝰ decidere. Quẽad
modũ autẽ ſi euolarent vnũ eſſẽt.i.corpꝰ in naturã
animæ tranſiſſet: & grauitas illa terrenæ materiæ
in profectum & ſubſtantiã animę aboleret:fieretq;
corpus potius ſpirituale:ita peccatorum pretio vẽ
ditis in naturã corporũ animæ ſubtilitas ingraue-
ſcit: & terrenã cõtrahit ex vitiorũ ſorde materiam
fitq; vnũ ex illis quod trudať in terrã. Plurimis au-
tẽ eos anteſtare paſſeribꝰ cũ dicit: oſtendit multi-
tudini infideliũ electionem fideliũ pręeſſe. quia his
caſus in terrã fit:illis volatus in cælũ. In numerum
autem aliquid colligi diligentiæ ac ſollicitudinis
cura eſt. Neq; eñ dignum negociũ eſt peritura nu
merare. Vt igitur nihil ex nobis periturum eſſe co-
gnoſceremus:qa multo paſſeribus meliores ſumꝰ
ipſo capillorũ noſtrorũ ſupputatorum numero in
dicatur:ſaluis nobis ex ſolido futuris:cum qᵈ innu
merabile in nobis ſit conſeruandi & affectu & po-
teſtate numeretur. Nullus igitur corporũ noſtro-
rum caſus eſt pertimeſcendus: neq; vllus interimen
dæ carnis admittendus eſt dolor quãdo pro natu-
ræ ſuæ atq; originis cõditione reſoluta in ſubſtan-
tiam ſpiritualis animæ refundatur. Et quia doctri
nis talibus confirmatos. oportet liberam confiten
di dei habere conſtãtiã etiã conditionem qua tene
remur adiecit:negaturũ ſe eam patri in cælis qui ſe
hominibus in terra negaſſet. Eũ porro qui confeſ-
ſus coram hominibus ſe fuiſſet/a ſe in cælis cõfirẽ-
dum: Qualeſq; nos nominis ſui teſtes hoibꝰ fuiſſe
mꝰ/tali nos apud deũ patrẽ teſtimonio eiꝰ vſuros.

Nolite arbitrari qm̃ veni pacẽ mittere
in terrã: Non veni pacem mittere ſed gladiũ. Veni
eñ ſeparare filium aduerſus patrẽ: & filiã aduerſꝰ
matrẽ: & nurum aduerſus ſocrũ ſuã: & inimici ho
minis domeſtici eius. Quæ iſta diuiſio eſt? Inter
prima enim legis præcepta accepimus: Honora pa
trẽ tuũ & matrẽ tuã. Et ipſe dominus ait. Pacẽ me
am do vobis pacem meã relinquo vobis. Quid ſi
bi vult miſſus potius gladius in terram: & ſepara
tus a patre filiꝰ: & filia a matre & nurꝰ aduerſꝰ ſo
crum: & hoĩs domeſtici eiꝰ inimici? Igitur exinde
publica auctoritas ĩ pietati ꝑferẽť: vbiq; odia vbiq;
bella: & gladius dñi inter patrẽ & filium: & inter fi
liam matrẽq; deſęuiens? Et in luca quidem talis de
hoc ſermo eſt. Erunt eñ ex hoc quinque in vna do
mo diuiſi. Tres ĩ duos & duo ſup tres diuidenť Nũ
quid non in maiorem numerũ poteſt agnitiõis do
meſtica familia diffundi? Aut præſcripto tempo-
ris cõtinebatur vt ex hoc eſſent quinque tm̃ in do
mo vna: iidẽq; diuiſi? Ergo qui ſit gladiꝰ in terra: q̃
proprietas nominum: & in numero quĩque quę ra
tio: & quomodo tres ĩ duos: & duo ſuper tres diui-
dendi? & quatenus hoĩ domeſtici eius inimici con
tuendũ eſt. Singularum quidẽ rerũ & vniuerſæ q̃-
ſtionis primum natura eſt explicanda. Nec minꝰ
intelligentiã noſtram ſenſus & ſuperior & conſe-
quens adiuuabit. Gladius telorum oĩm telũ acu-
tiſſimũ eſt in quo ſit ius poteſtatis & iudicii ſeueri
tas: & animaduerſio peccatorũ: & huius quidẽ teli
nomine noui euangelii prædicationem appellatã
frequens in prophetis auctoritas eſt. Dei igitur ver
bum nuncupatũ meminerimus in gladio: q gladi
us miſſus in terram eſt: ideſt prædicationem eius
hominum cordibus infuſam. Hoc igitur quinq; ha
bitantes in domo diuidit: & diuidit tres in duos
& duos ſuper tres. Sed tria tantum in homine repi
mus. i. corpus & animam & voluntatẽ. Nã vt cor-
pori anima data eſt ita & poteſtas vtriq; vtendi ſe
vt vellet indulta eſt. Atq; ob id lex eſt prępoſita vo

lūtati. Sed hoc in illis depræhenditᷣ ꝙ primi a deo ſi gurati ſūt: in qbus cœptę originis ortus effectꝰ eſt. Non traductus aliunde ſed ex peccato atq; infide litate primi parētis ſequētibꝰ generatiōibꝰ cœpit eē corporꝭ nr̄i pater peccatū mr̄ aīę infidelitas. Ab his eīm mortem per tranſgreſſionem primi paren tis accepimus. Nam voluntas vniuſcuiq; ſua adia cet. Ergo iā vnius domꝰ quinque ſunt: pater corpo ris peccatū: mater animę īfidelitas & incidēs volū tatis arbitriū quod totum hominem quodā coniu gii ſibi iure d.ſtrigit. Huic infidelitas ſocrꝰ eſt: nos ex ea natos/atq; a fide metuq; dei peregrināres ac cipiens: vt inter infidelitatē voluptatēq; poſſeſſos & ignoratione dei & in oīm vitiorū oblectatiōe de tineat. Cū ergo innouamur baptiſmi lauacro ꝑ vir tutem ab originis noſtræ peccatis atq; auctoribus ſeparamur: reciſiq; quadā efectione gladii dei/a pa tris & matris affectionibus diſſidemꝰ: & veterem cū peccatis atq; infidelitate ſua hominē exuentes/ & per ſpiritum anima & corpore innouati/neceſſe eſſet ingeniti & vetuſti operis conſuetudinē oderi mꝰ. Et quia corpꝰ ipſum per fidem mortificatū in naturā animæ quæ ex afflatu dei venit q̄uis idip ſum adhuc in materia ſua extet: euadat: qa cōmu nio ipſis inuicem concilietur ex verbo. Idcirco iam vnum atq; idē cū anima velle cœpit: effici ſcilicet vt illa eſt ſpiritualis: quibꝰ libertas voluntatis a ſo cru ſua .i. ab infidelitate diuiſa ius ſuū oīne conce dit: vt qd̄ erat libertas voluntatis deinceps animæ ſit poteſtas: fitq; grauis ī domo vna diſſenſio: & do meſtica nouo hoī erunt inimica: quia ille per verbū dei diuiſus ab illis manere & interior & exterior. i. & corpus & anima in ſpiritus nouitate gaudebit. Ea vero quæ ingenita & a quadā proſapiæ antiqui tate deducta cōſiſtere in his qbꝰ oblectata ſūt cōcu piſcēt: & origo carnis & origo aīæ/& libertas pote ſtatis in duos diuidētur: animā ſcilicet & corpꝰ ho minis noui quæ vnum atq; idem velle cœperunt: diuiſiq; tres duobus ſubiacebūt in dominatū eorū de ſpiritus nouitate potioribus. Et idcirco illi q do meſticas nominum charitates dilectioni eiꝰ prętu lerunt futurorū bonorū indigni erunt hęreditate. Pergit deinde eodem præceptorum & intelligētię decurſu. Nam poſtea q̄ relinquenda omnia quę in ſeculo chariſſima ſunt imperauerat/ adiecit.

Qui non accipit crucē ſuā & ſequitᷣ me non eſt me dignꝰ. Quia qui CHRISTI ſunt cruci fixerunt corpus cū vitiis & cōcupiſcentia. Et indi gnus eſt CHRISTO qui nō crucem ſuā in qua cō patimur/cōmorimur/conſepelimur/conſurgimꝰ accipiēs dn̄m ſit ſecutꝰ: in hoc ſacramēto fidei ſpi ritus nouitate victurus.

Qui inuenerit animam perdet illam: & qui perdiderit animā ſuam propter me īueniet eā. Verbi ſcilicet poteſtate & veterum diuiſione vitio rū proficiet lucrum animæ in mortem & damnū ī ſalutē. Ergo ſuſcipienda mors eſt in nouitate vitæ & cruci domini configenda ſūt vitia/& aduerſus ꝑ ſequentes contemptu præſentiū glorioſę cōfeſſio nis retinenda libertas eſt: & damnoſum animæ lu crum refugiendum: ſcientibus cuiq̄ ius in animā non relinqui: & detrimento breuis vitæ fœnus im mortalitatis acquiri.

Qui recipit vos me recipit: & qui me recipit: recipit eum qui me miſit. Et reliqua. Vniuerſis doctrinę affectū & pręceptorū ſedulita tem impendit: & qui periculū nō recipientiū apo ſtolos excuſſi pulueris teſtimonio denūtiaſſet reci pientiū meritum vltra gratiā ſperati officii cōmē dat: docetq; in ſe etiā mediatoris officiū: qui cum ſit receptꝰ a nobis: atq; ille profectꝰ ex deo ſit: deꝰ per illum tranſfuſus in nos ſit. Atq; ita qui apoſto los recipit/CHRISTVM recipit: qui vero CHRI STVM receperit patrem deum recipit: quia non aliud in apoſtolis recipit q̄ qd̄ in CHRISTO ē: Ne q; ī CHRISTO aliud eſt q̄ quod in deo eſt. Per q; hunc ordinem gratiarū: non aliud eſt apoſtolos re cepiſſe q̄ deū: qa & ī illis CHRISTVS: & CHRI STO deus habitat.

Qui recipit prophetam ī nomine pro phetæ mercedem prophetæ accipiet. Qui ꝓphetā recipit habitantem recipit in propheta: ſitq; pro phetæ mercede dignus: prophetam prophetæ nomine recipiens. Par quoq; recepiſſe iuſtum mer ces deputatur: ſitq; iuſtus ex honore iuſtitiæ: ac ſic conſummatur iuſtitia ex fide: & mercedem acqui rit officium. Plures conſequendæ æternitatis occa ſiones deo largiente quando in recipiendo iuſto & propheta ipſe reuerentię effectus & iuſti honorem accipiat & prophetæ.

Et quicunq; potum dederit vni ex mi

nimis iſtis calicem aquæ frigidæ: & reliqua. Non inane eſſe bonę cõſcientię opus docuit/neq; ſpẽ ſidei alienæ inſidelitatis crimine laborare. Prouidẽs eñ plures futuros tñ apoſtolatus noĩe glorioſos/ omni vero vitę ſuæ opere im pbabiles: eoſdẽq; diu fallere diuq; mẽtiri: tamen obſequiũ quod ipſis ſub religionis opinione delatum ſit/mercede opis ſui ſpeiq; non fraudat. Nam licet ipſi minimi eſſent. i. peccatorũ oĩm vltimi (minimũ aũt ẽ eſt quo minꝰ nihil aliud eſt:) non inania tamen in eos etiã leuia quæ ſub frigidæ aquæ nomine deſignat/officia eẽ decernit. Nõ eñ peccatꝭ hoĩs ſed diſcipuli nomini honor præſtitus eſt. Atq; ita ad probitatẽ obſequẽtis fallentis de ſe probra non lædũt: cum mercedẽ ſuã dãtis fide/non aſſumẽtis mẽdacio cõſequatur.

Ioannes de carcere ad IESVM mittit. & IESVS de Ioanne ad turbas loquitur. Item confeſſio IESV ad patrem. Canon. XI.

IOannes cũ audiſſet in carcere opera CHRISTI: mittẽs ad eum diſcipulos ſuos ait illi. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Ioannes detentus carcere dominũ ignorat? & propheta tantus deũ ſuũ neſcit? Atqui venturũ vt præcitor nũtiauit conſiſtentem vt propheta agnouit: adeuntẽ vt cõfeſſor veneratus eſt: vnde tam variæ & tam abundanti eiꝰ ſcientiæ error obrepſit? Sed conſequẽs de eo dñi teſtimonium ſentiri hoc ita nõ ſinit. Neq; ſane credi poteſt: ſpiritusſancti gloriam in carcere poſito defuiſſe: cum apoſtolis virtutis ſuæ lumen eſſet in carcere poſitis miniſtraturus. Sed prębetur in his quæ in Ioanne geſta ſunt intelligentia amplior & cum facti efficientia gratia in eo expreſſa ſentit: vt propheta ipſe ipſo quoq; conditionis ſuę genere pphetaret: qa in eo forma legis elata eſt: CHRISTVM etiã lex annuntiauit: & remiſſionẽ peccatorũ pdicauit: & regnũ cælorũ ſpopondit. Et Ioãnes totũ hoc opus legis expleuit. Igit̃ ceſſante iam lege quę peccatis plebis incluſa & populi vincta vitiis: ne CHRISTVS poſſet ĩtelligi vinculis & carcere cõtinebat̃. Ergo ad euãgelia cõtuẽda lex mittit: vt infidelitas fidẽ dictorũ cõtẽplet̃ in factis. Et qd intra eũ peccatorũ fraude ſit vinctũ p intelligẽtiã libertatis euãgelicæ abſoluat̃. Tali igit̃ Ioannes exẽplo nõ ſuę ſed diſcipulorũ ignorãtię cõſulit. Ipſe eñ vẽturũ in remiſſionẽ peccatorũ pdicauit: ſed vt ſcirẽt nõ aliũ a ſe pdicatũ: ad opera eiꝰ intuenda diſcipulos ſuos miſit: vt auctoritatẽ dictis ſuis illius opa cõferrẽt: neq; CHRISTVS alius expectaret̃ q̃ ſui teſtimoniũ opa pręſtitiſſent. Et cũ totũ ſe dñs rerum miraculis prodidiſſet: cæcorum ſcilicet viſu: claudorũ curſu: leproſorum curatiõe: ſurdorũ auditu: voce mutorum: vita mortuorũ: pauperum prędicatione ait.

Beatus qui in me nõ fuerit ſcandalizatꝰ. Nũqd iã aliqd i Chriſto erat geſtũ qd Ioãnẽ ſcãdalizaret? Nõ vtiq;. Nã in ipſo doctrinæ ſuæ curſu & operis morabatur: ſed ſuperioris ſentẽtiæ viget proprietas contuenda eſt. Quid illud ſit q pauperes benenuntiantur. i. qui perdiderint animã: qui crucẽ ſuã acceperint & ſequentur: qui humiles ſpiritu fient: quorũ regnũ pparatur in cælo. Ergo quia in domino hæc paſſionum vniuerſitas conueniret: futuraq; eſſet crux ſua plurimis ſcandalũ/beatos eos profeſſus eſt quorũ fidei nihil temptamẽti deferret crux/mors/ſepultura. Itaq; cui vel Ioannes cauiſſet/oſtendit dicens: Beatos eos quibus aliqd in ſe ſcandali non fuiſſet. Quia metu eius/diſcipulos ſuos Ioannes vt CHRISTVM audirent viderentq; miſiſſet. Ac ne iſtud referri ad Ioannem poſſet tanq̃ aliquid ſcandalizatꝰ eſſet in CHRITO: abeuntibus illis ad turbas de eo locutus eſt.

Quid exiſtis in deſerto videre: arundinẽ vento moueri? Deſertum ſancto ſpiritu vacuum ſentiẽdũ eſt in quo habitatio dei nulla ſit. In arundine eñ homo talis oſtenditur: de gloria ſæculi vitæ ſuæ inanitate ſpecioſus: ipſe autem fructu veritatis cauus exterior placens & nullus interior: ad omnem ventorũ motum. i. immundorũ ſpirituũ flatum mouẽdꝰ. Neq; ad conſiſtẽdi firmitatẽ valens: & animi medullis inanis. Ergo cũ dicit. Quid exiſtis in deſerto videre? Arundinẽ vento moueri? Hoc loquitur. Nunquid exiſtis videre hominẽ cognitione dei vacuũ & ad immundorum ſpirituũ flatũ vacantẽ? Nam increpantis affectu potius q̃ confirmantis hæc loquitur. Oſtendens ſcilicet nõ eum in Ioanne conſpici qui & inanis & mobilis ſit,

Sed quid exiſtis videre? Hominẽ mollibus veſtitũ? Ecce qui mollib⁹ veſtiuntur in domibus regũ ſũt. Veſtem ambitũ corporis quo induit̃ anima ſignificat ꝙ luxu ac laſciuiis molleſcat. Sed qui veſtiti mollib⁹ ſunt in domibus regum ſũt. In regib⁹ trãſgreſſorũ angelorũ nũcupatio eſt. Hi em̃ ſæculi ſũt potentes: mundiq̨ dominãtes. Ergo veſtiti mollib⁹ in domib⁹ regũ ſunt .i. eos quibus ꝑ luxum fluida & diſſoluta ſunt corpora eſſe dæmonum habitationem: cõſimilẽ ſedem ꝓpoſitis ſuis atq̨ operibus eligentiũ.

Sed quid exiſtis videre Prophetam: Dico vobis etiam plus q̃ prophetam. &c. Gloriã omnẽ Ioannis oſtendit dicẽs eſſe eum vltra prophetã Quia ſoli ipſi licuerit & ꝓphetare CHRISTVM & videre. Et quõ CHRISTVM ignorare credit̃: qui miſſus in angeli poteſtate viã venturo parauerit? & quo ex natis mulierũ nullus maior propheta ſurrexit? Niſi ꝙ qui minor eo eſt .i. qui interrogat̃/ cui nõ credit̃: cui teſtimoniũ nec opera ſua præſtãt hic in regno cęlorũ maior eſt.

A diebus aũt Ioãnis baptiſtæ vſq̨ nunc regnum cælorum vim patitur: & vim facientes diripiunt illud. Vt rerũ natura exigit vim potior afferet: minorq̨ erit cui vis afferatur. Quid ergo ẽ qđ diripiens eſt: quodq̨ vim patit̃ contuendũ eſt. Infidelitatẽ diſcipulorum Ioãnis dñs aduerterat: turbæ etiã opinionem de eius nuncio intellexerat: in crucis ſcandalo ingens fidei periculũ ſentiebat: ire potius apoſtolos ad oues Iſrael perditas iuſſerat: ipſos cõſtitui oportebat in regno: & in Abrahæ & Iſaac & Iacob familia ac natione retineri. Sed omnis hæc prædicatio ꝓfectũ publicanis & peccatorib⁹ afferebat. Ex his em̃ iam credẽtes: ex his iã apoſtoli ex his iã regnũ cælorũ. Cæterũ Ioanni a plebe non creditur: auctoritatẽ CHRISTI opera non merentur. Crux futura erat ſcandalo. Iã prophetia ceſſat Iam lex expletur. Iam prædicatio omnis includit̃. Iam heliæ ſpiritus in Ioannis voce pręmittitur. Aliis CHRISTVS prædicatur: & ab aliis agnoſcit̃: aliis naſcitur/ & ab aliis diligitur. Sua eum reſpuũt aliena ſuſcipiunt. Proprii inſectantur: cõplectũtur inimici. Hęreditatẽ adoptio expetit: familia relicit. Teſtamentũ filii repudiant: ſerui recognoſcũt. ita ꝙ vim regnum cælorũ patitur: inferentesq̨ diripiunt illud. Quia gloria iſrahela patribus debita a prophetis nunciata/ a CHRISTO oblata fide gẽtium occupatur & rapitur.

Cui autem ſimilem ęſtimabo generationẽ iſtã? Similis eſt pueris ſedentib⁹ in foro & clamãtibus inuicem. &c. Tot⁹ hic ſermo infidelitatis opprobriũ eſt: & de affectu ſuperioris querimonię deſcendit. Quia inſolens plebs ꝑ diuerſa ꝑdicationũ genera edocta nõ fuerit. In pueris ſcilicet prophetas ſignificans: qui in medio ſynagogę tanq̃ in publico fori conuentu populũ coarguãt. ꝙ cantantibus ſibi officio corporis non obſecundauerint .i. ꝙ dictis ſuis non paruerint. Ad cantuũ em̃ modũ ſaltantiũ motus aptatur. In ſimplicitate autem ſenſus vt pueri ꝑdicauerũt: & ad confeſſionẽ pſallendi deo prouocauerũt vt cantico Moyſi tenetur: vt Eſaiæ vt dauid: vt cæterorũ prophetarum. Rurſũ ꝙ eos in pœnitentiã peccatorũ: & ad dolorẽ ac luctum veterum delictorum: nec Ioannis prędicatio inflexerit: quibus & lex grauis viſa ſit: potus cibiq̨ præſcriptis & difficilis/ & moleſta peccatũ in ſe qđ dęmoniũ nuncupat: habẽs. Quia per obſeruantiæ difficultatẽ neceſſe ſibi eſſet in legem peccare. Rurſumq̨ in CHRISTO euãgelii ꝑdicatio vitæ libertate non placeat/ per quã difficultates legis et onera laxata ſunt: & ad eã publicani peccatoreſq̨ crediderint: atq̨ ita tot & tantis admonitionum generibus fruſtra habitis/ nec ꝑ gratiam iuſtificẽtur: & a lege ſint abdicati.

Et iuſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis. Ab his ſcilicet qui vim facientes regno cælorũ ipſum illud fidei iuſtificatione diripiunt: Confitentes iuſtum ſapientiæ opus eſſe: quia munus ſuum ad fideles & obſequentes a contumacib⁹ infidiſq̨ tranſtulerit. Eſt autẽ non ocioſũ hoc: in loco virtutem dicti contueri. Et iuſtificata eſt ſapiẽtia. De ſe vtiq̨ locutus eſt. Eſt em̃ ipſe ſapientia non ex efficientiis ſed ex natura. Res enim omnis habet poteſtatẽ: cæterũ negotium omne poteſtatis effect⁹ ẽ: vt non idem eſt opus virtutis & virt⁹: vt efficiens diſcernitur ab effecto. Plures em̃ eludere dictũ apoſtolicum quod ait: CHRISTVM ſapientiã & dei virtutẽ: his modis ſolent ꝙ in eo ex virgine creando efficax dei ſapientia & virtus extiterit: & in natiuitate eius diuinæ prudentiæ & poteſtatis opus intelligatur: ſitq̨ in eo efficientia potius q̃ natura ſapientię. Quorũ nequid tale itelligi poſſet ipſum

ſe ſapiētiam nūcupauit eā in ſe nō quæ eiꝰ ſūt oſtē
dēs. Eſt eñ ſapientię opus/fides. charitas. ſpes. pu-
dicitia. ieiuniū. cōtinentia. humilitas. humanitas:
ſed hæc naturæ opera ſunt/nō ipſa natura: & non
in his quæ fiunt cōſiſtit res ipſa quæ faciat: cur apo
ſtolꝰ dei virtutē & dei ſapientiam dixerit: quia ex
ea ſapientia quæ erat creata ſapientia eſt.

Vę tibi chorozain & Betſaida: quia ſi
in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes quę factæ
ſunt in vobis: Et reliqua. Inobaudientię maledictū
cum obedientiæ benedictione decernitur. Primū
enim iudæis oportuit p̄dicari: ſed priuilegio prędi
cationis infidelitatis cumulatur inuidia: cum cre-
dentium arguantur exemplo: quibꝰ nulla factorū
admiratione propoſita ſalus omnis ex fide fit. Do-
minum enim in Betſaida & Capharnaū muti lau-
dant: cæci vident: ſurdi audiunt: claudi circuncur
runt: mortui ſentiunt: & nulla fidei voluntate re-
rum tantarum admiratio cūmouebat: cum ſola ge
ſtorum auditio vocare ad metum atq; ad fidem ra
pere debuiſſet. Sed non ſolum Tyri & Sidonis: ſed
ipſa Sodomorum & Gomorreorū faciēt leuia pec
cata: quia forte illis credendi fuiſſet affectꝰ ſi taliū
virtutum contemplatio contigiſſet.

In illo tempore reſpondens IESVE di
xit. Confiteor tibi dñe pater cælorū & terræ: q͞a abſ
condiſti hæc a ſapientibus & reuelaſti ea paruulis
Et reliqua. Digne ſuperioribus dictis confeſſio ta-
lis adiungit. Nā tametſi optabilis fuerit ſalus iſra-
hel tamē non extra gaudium dño erat prędicata
olim fides gētiū. Cælestium eñ verborū arcana at
q; virtutes ſapiētibꝰ abſcōdūtur & paruulis reue-
lantur: paruulis malitia non ſenſu: ſapiētibus vero
ſtultitiæ ſuæ præſumptione non prudētię cauſis.
Factiq; huiꝰ æquitatem dñs paternæ volūtatis iu
dicio cōfirmat: vt q dedignantur paruuli in deū fi
eri ſtulti deinceps in ſapiētia ſua fiant. Ac neq̄d in il
lo q̄ quod in deo eſt æſtimaretur: omnia ſibi a pa-
tre ait tradita eſſe: ſoliq; ſe patri cognitū: patrēq; ſo
li ſibi notū: vel cui ipſe reuelare voluiſſet reuelatu
rus ei/a quo vt reuelare velit oretur: qua reuelatio
ne eandē vtriuſq; in mutua cognitione eſſe ſubſtā
tiam docet: cum qui filiū cognoſceret/patrē quoq;
cogniturus eſſet in filio: quia oīa ei a patre ſint tra-
dita. Tradita autem non alia ſunt q̄ quæ in filio ſo
li nota ſunt patri. Nota vero filio ſoli eſſe quæ pa-
tris ſunt: atq; ita in hoc mutuæ cognitionis ſecre-
to intelligit non aliud in filio q̄ quod in patre igno
rabile ſit extitiſſe. Legis deinde difficultatibꝰ labo
rantes & peccatis ſæculi oneratos ad ſe aduocat:
dempturumq; ſe laborem onuſq; promittit/ſi mō
eius iugū tollunt mandatorum ſcilicet ſuorū præ-
cepta ſuſcipiant: eiq; ſacramento crucis adeāt: q͞a
corde humilis & mitis ſit: & in his animabus ſuis
requiem inueniant: iugi ſuauis & leuis oneris blan
dimenta proponēs vt credentibus eius boni ſcien-
tiam præſtet quod ſolus ipſe nouit in patre. Et q͞d
iugo ipſius ſuauius? quid onere leuiꝰ? Probabilem
fieri: ſcelere abſtinere bonū velle: malum nolle: ama
re omnes: odiſſe nullum: æterna conſequi: pręſen-
tibus non capi: nolle inferre alteri quod ipſi ſibi per
peti ſit moleſtum.

¶ Diſcipuli ſpicas vellunt. Manus aridæ ho-
minem ſabbato curauit. Cęcū & dęmoniacū cura-
uit. De blaſphemia ſpiritus. De fructu arboris bo-
næ & malæ. De omni verbo otioſo. De ſigno Ionę.
De nineuitis & regina auſtri. De ſeptem ſpiritibus
& octauo. De matre eius & fratribus.

Canon. XII.

IN illo tem
pore abiit IESVS per ſege-
tes ſabbatis: diſcipuli autē
eius eſurientes cœperunt
vellere ſpicas & mādVcare.
Et egreſſus in ſegetē: & dies
ſabbati: & diſcipulorū eſuritio: & ſpicarum præter
ptio: & phariſæorum inſimulatio: & dñi reſpōſio
habent vt cætera ſubiacētē interioris cauſæ intelli
gentiam. Omnes eñ (vt diximus) factorum veri-
tates in ipſis illis geſtorum effectibus ſui ſimilem
atq; ex ſe intelligendam futuræ veritatis imaginē
conſequitur. Ac principio cōtuendū ſermonem
hunc ita cœptū eſſe. In illo tempore abiit IESVS p
ſegetes. Id eſt in eo tempore quo patri deo gratiam
data gentibus ſalute confeſſus eſt: vt idē ſenſus &
ſuperiora & conſequentia contineret. Ergo per re-
liqua curramus. Ager mundus eſt. Sabbatum otiū
eſt. Seges crediturorū profectus in meſſem eſt. Er-
go ſabbato in agrū profectus in legis otio domini
progreſſus in hunc mundum eſt: ſegetē eā. i. ſatio
nem humani generis inuiſens. Et quia eſuritio

fames eſt ſalutis humanę ſpicas ꝑcerpere ac vellere
ſcilicet ſanctorū ſe ſalute ſatiare diſcipuli feſtināt.
Neq₃ eñi hoi c ibus ſpicæ:neq₃ præcerptarum eſus
eſt vtilis ariſtarum : ſed futuri fidē facti ſpecies exe
quitur: & virtus interiecta verborum ſacramentū
& eſuritionis & ſatietat is obſoluit: Phariſęi qui pe
nes ſe clauē cælorum eſſe exiſtimarent illicita age=
re diſcipulos coarguunt:quos dominus facti eius
in quo ſub rerum argumento prophetiæ ratio con
tinetur:admonuit Dauid vna cum iis qui ſecum
aderant eſurientem panibus illicitis expletum fuiſ
ſe.Neq₃ eñi ſi non licebat fieri/Dauid creditus fuit
feciſſe ſine crimine:verum ſine criminis piaculo fa
ctis prophetat in lege: vt ipſe cum cæteris panib⁹
ꝓpoſitionis explet⁹ ſit:ita oſtēdēs CHRISTVM
cum apoſtolis gentium ſalute ſatiandum quod iu
dæis illicitū videret. Alterius quoq₃ eos admonet
prophetiæ vt conſummari in ſe omnia quæ ante=
rius ſunt dicta cognoſcerent in lege ſabbatum in
templo ſacerdotes violant ſine crimine:templū ſe
ipſum .ſ.indicans : in quo per apoſtolicam doctri=
nam populo legis infideliter otiante ſalus gentib⁹
datur/quia maior ipſe ſit ſabbato: & abſq₃ violatæ
legis culpa euāgelica fides operetur i CHRISTO
Atq₃ vt oſtenderet omnem rerum efficientiā hāc
ſpeciem futuri operis continere/adiecit.

Si enim ſciretis:quid eſt:Miſericordi
am volo non ſacrificium:nunq̄ condemnaſſetis in
nocentes.Opus ſalutis noſtræ non in ſacrificio ſed
in miſericordia eſt. Et lege ceſſante in dei bonitate
ſaluamur.Cuius rei donum ſi intellexiſſent nunq̄
condemnaſſent innocentes.i.apoſtolos quos inſi=
mulaturi erant tranſgreſſę legis inuidia cum ſacri
ficiorum vetuſtate ceſſante vniuerſis per eos miſe
ricordiæ nouitas ſubueniret. Neq₃ exiſtimaſſent
ſabbati præſcripto dominum ſabbati contineri.
Hæc in campo dicta geſtaq₃ ſunt. Et poſt hæc ſy=
nagogam ingreſſo hominem aridę manus offerūt
interrogantes an curare ſabbatis liceret/occaſionē
arguendi eum ex reſponſione quærentes/quos de
cidentis in foueā ouis concluſit exemplo/quā ſine
crimine ſabbato extrahere ſint ſoliti/ rectiuſq₃ hoī
qui oui pręſtet medendum eſſe.Neq₃ in miniſterio
ſalutis humanæ exiſtimandū ſabbatum poſſe vio
lari:quod extrahendę de fouea ouis ſollicitudo nō
violet:ſubiicitur recte talis domino curatio.Nam
poſt reditum de ſegete ex qua iā apoſtoli fruct⁹ ſa
tionis acceperant : ad ſynagogā venit etiam illinc
meſſis ſuæ operarios paratur⁹:qui plures poſtmo
dum vna cum apoſtolis extiterunt.Hi igitur curā
tur.In manu enim dandæ ſalutis ſubſtantiam nō
habebant: & manus officium ceſſabat & miniſte=
rium corporis quo aliqd agitur atq₃ imperat/arue
rat.Dominus igitur manū eum iuſſit extendere:q̄
reſtituta eſt ei ſicut altera. Curatio oīs in verbo
eſt: & manus ſicut altera redd itur.i.ſiis miniſterio
apoſtolorum in officium dādæ ſalutis efficit: do=
cetq₃ phariſæos ægre ferre non oportere operatio=
nem humanę ſalutis in apoſtolis: cum ipſis ad offi
cii eiuſdem miniſterium manus ſit reformanda ſi
credant .Sed inuidia facti phariſęos commouet: &
aduerſus eum ineunt conſiliū:quia contuentes ho
minem in corpore deum in operibus non intellige
bant.Scienſq₃ eorū cōſilia ſeceſſit: vt a conſiliis ma
lignātiū procul abſuturus cognoſceretur.Pluresq₃
turbæ eum ſecutæ ſunt:ab infidelibus videlicet re
cedenti fidelium comitatus aſſiſtit. Iis vero quos
curat ſilentium imperauit: ſed nunquid curatio=
nis taciturnitas iubebatur? Non vtiq₃. Nam ſa
lus vnicuiq₃ redditur:erat ſibi ipſa teſtis: ſed iuben
do ſecretum & gloriandi de ſe iactantiam decli=
nat : & nihilominus cognitionem ſui præſtat in
eo ipſo dum admonet de ſe taceri. Quia obſer=
uantia ſilentii ex re quæ ſit ſilenda proficiſcitur.
Quinetiam p hanc tacendi de ſe voluntatē dictorū
per Eſaiam effectus implet. De cuius prophetia
illud nūc tantū admonem⁹:hunc & dilectū a deo/
& paternæ bene placitum voluntati: & ſpiritū dei
ſuper eum eſſe: & ab eo iudiciū gentibus nunciari
& arundinem quæ quaſſata ſit non eſſe confractā
& linū fumigans non extinctum.i.caduca & quaſ=
ſata gētium corpora non fuiſſe contrita:ſed in ſalu
tem potius reſeruata.Neq₃ exiguitatem ignis tan
tum iam in lino fumigantis extinctam ex ſion Iſ=
rael & ex reliquis veteris gratiæ ſpiritum non abla
tum:quia reſumendi toti⁹ luminis in tempore pœ
nitentiæ ſit facultas.Sed iſtud intra certi temporis
ſtatuta præſcribitur donec eiiciat victoriam ad iu=
dicium ſublata ſcilicet mortis poteſtate iudicium
claritatis ſuę reditu introducat in noīe eius per fi=
dem gentibus crediturus.

Tunc oblatus eſt ei homo dæmoniū

habens cæcus & mutꝰ: Et reliqua. Sequit̃ dæmoniaci & cæci & muti opportuna curatio. Nõ eñ ſine ratione cũ turbas oẽs curatas in cõmune dixiſſet: nunc extrinſecus dęmoniũ habẽs cæcꝰ & mutus offertur: vt ſine ambiguitate aliqua idem intelligentiæ ordo ſequeretur. Spicas vellere. i. homines ſæculi præcerpere. Apoſtolos phariſæi arguebãt: miſericordia ſup ſacrificium p̃dicabat̃. manus aridæ homo oblatꝰ in ſynagoga curatur. Atq; hęc ad conuertendum Iſrael non ſolum nihil proficiũt verum etiam phariſæi cõſiliũ necis ineunt. Oportebat igit̃ vt poſt hanc in vnius huius forma gentiũ ſalus fieret vt qui erat habitatio dæmonis & cæcꝰ & mutus deo capax pararet̃ & deum cõtueret̃ in CHRISTO & CHRISTI opera dei confeſſione laudaret. Stupuerunt facti iſtius opus turbæ: ſed phariſæorum ingraueſcit inuidia. Nam q̃a humanã infirmitatem hæc tanta eiꝰ op̃a excederent pudorẽ cõfeſſionis ſuæ maior̃ p̃fidię ſcelere declinãt: vt q̃a hęc opera eſſe exiſtimare hominis nõ poſſent & confiteri dei nollent: omnẽ hanc eius ex Belzebuc principe dęmoniũ eſſe dicerent in dęmones poteſtatem.

IESVS autem ſciens cogitatiões eorũ dixit illis. Omne regnum diuiſũ cõtra ſe deſolabit̃. Sermo dei diues eſt & ad argumentũ poſitus intelligentiæ: plurium de ſe exẽplorũ copiã præbet: & vel ſimpliciter intellectus vel inſpectus interius ad oẽm profectum eſt neceſſarius. Sed relictis iis quæ ad cõmunẽ intelligentiã patent cauſis interioribꝰ ĩmoremur. Omne regnum diuiſum cõtra ſe deſolabit̃. Reſpõſurus ad id quod de Belzebuc erat dictum in eos ipſos quibꝰ reſpondebat reſponſionis ipſiꝰ conditionẽ retorſit. Lex eñ a deo eſt: & regni Iſrael pollicitatio ex lege eſt: & CHRISTI ortꝰ & aduentus ex lege eſt: ſi regnum legis contra ſe diuiditur diſſoluatur neceſſe eſt: & poteſtas oĩs diuiſione detrahitur: & regni virtus aduerſum ſe ſeparata conſumitur: ac ſic regnũ Iſrael amiſit ex lege cũ quãdo adimpletionem legis in CHRISTO plębs legis impugnet.

Sed & ciuitas & domus diuiſa contra ſtabit. Domus quoq; & ciuitatis eadem eſt ratio q̃ regni. Sed ciuitas hic Hieruſalem ſe nõ ĩdicatur gentiũ ſemp̃ glorioſa dominatu: nũc poſteaq̃ ĩ dominũ ſuũ furore plębis exarſit: & apoſtolos eius cũ credentiũ turbis effugauit: diſcedentiũ illinc diuiſione non ſtabit: atq; ita q̃d mox conſecutum eſt per hanc diuiſionem ciuitatis illius denuntiatur excidium.

Si enim ſathanas ſathanan eiicit aduerſus ſe diuiſus eſt. Dicti ſuperioris maliuolentiã quorũ in Belzebuc hæc agere loquebantur eo ipſo quo locuti ſunt genere condemnat: Nõ intelligẽtes cõfeſſos ſe fuiſſe Belzebuc eſſe diuiſũ: & ſi ad diuiſionẽ ſuã coactꝰ eſt vt dęmone dęmones p̃turbaret: & aduerſꝰ ſe diuiſio ipſa cõſiſteret. Hinc quoq; exiſtimandũ eſſe plus in eo qui diuiſerit q̃ in iis qui diuiſi ſint ineſſe virtutis. Ergo iã diuiſus eſt/& aduerſum ſe coactus eſt: regnũq; eius diuiſione tali ẽ diſſolutum. Q; ſi in virtute Belzebuc CHRISTVS dæmones eiicit: filii eorũ. i. apoſtoli in cuius nomine eiicient? Atq; idcirco digne ſunt in eos iudices cõſtituti: quibus id dediſſe CHRISTVS aduerſꝰ dęmonas poteſtatis reperietur: quod ipſe ſit negatus habuiſſe. Ergo ſi diſcipuli operantur in CHRISTO: & ex ſpiritu dei chriſtus operatur: adeſt dei regnũ iã in apoſtolos mediatoris officio tranſfuſũ. Sed cum per Belzebuc poſſe CHRISTVS arguitur: deus blaſphematur in CHRISTO: atq; ita in deũ inexpiabilis cõuitii cõtumelia per phariſæos in Belzebuc nomine comparatur.

Quomodo poteſt intrare quis in domũ fortis: & vaſa eius diripere? Et reliqua. Contuſam a ſe in tentatione prima omnem Zaboli indicat poteſtatẽ: q̃a nemo domum fortis introeat eiuſq; vaſa diripiat: niſi fortẽ alligauerit: & tunc domũ eius diripiet: & neceſſe eſt hæc agẽs illo forti ſit fortior. Ligatus eſt ergo tũ cũ Sathanas a domino nũcupatus: ipſa nequitiæ ſuæ nuncupatione cõſtrictus eſt: cui ita victo ſpolia detraxit & domũ abſtulit. Nos ſcilicet quondã arma eius regniq; militiã in ius ſuũ redigit: victoq; atq; vincto domũ ſibi ex nobis vacuã & vtilẽ comparauit. Longe autẽ a ſe eſſe vt aliquid ab eo mutuatꝰ ſit poteſtat̃ oſtẽdit: vt quando qui ſecum non eſt aduerſum ſe eſt: & qui ſecum non cõgreget diſpergat. Ex quo ingẽtis periculi res intelligetur male de eo opinari cum quo non eſſe idipſum eſt quod contra eſſe: & non congregare: diſpergere.

Omne peccatũ et blaſphemia nõ remit

datã & ornatã: aſſumetq́ ſecũ ſeptẽ nequiores ſe ſpũs introeũtes q̃ habitabũt: & nouiſſima hoĩs illius primis peiora fiunt. Et quidem dñs abſoluit dicẽs. Sic erit generationi huic peſſimæ. Nõ igit̃ ãbigere poſſumꝰ totũ hoc ad pſonã populi huius eẽ referẽdũ ſed cõtuẽdũ eſt quarenꝰ ꝓpoſita ſingula ſingulis tẽporibus rebuſq́ reddant. Superius nempe in niniuitarũ & reginę auſtri noĩa iuſtificata fides gẽtiũ eſt: ſed longe antea poſt multa in deũ & grauia peccata iudæis data lex eſt. Et peccata quidem eorũ libro Moſi cõtinentur. Verũ poſt tot diuinę virtutis documenta. i. decem plagis ꝑcuſſam ęgyptũ: & columnam nubis ac luminis die nocteq́ famulantem & in erithreo mari iter ꝓbitũ: & fontes rupis ſaxis effluentes: & miniſtratã eſurientibꝰ mãnam: & ad poſtremum in quadragita annorũ tẽpore vita atq́ habitu angelorũ populum viuentem: adoratum ſupplicatũq́ poſteri pecudibꝰ & ſaxis iiſq́ cũ choris cãticiſq́ ſaltatũ: & metalla deos nũcupata. Ergo inſidẽtẽ plæbis iſtius pectoribꝰ ſpiritum immũdum: lex quæ poſtea data eſt interuentu ſuo eiecit: & veluti quadã cuſtodia circũiectę poteſtatis excluſit. Qui illinc exiens circũ gẽtes deſertas atq́ aridas oberrauit / domũ veterẽ dereliquẽs: vt in iis vſq́ in diem iudicii nõ inquietata habitatione requieſceret: ſed rurſum dei gratia impertita gentibus: poſt q̃ in aquæ lauacro fõs viuꝰ effluxit habitandi cũ iis locus nullus eſt: & cum iã in iis requiem non habebit: intra ſe reputans optimũ credit regredi in eã ex qua profectus domũ: Hęc enĩ data per legem: & prophetarũ ornata pręconiis: & CHRISTI aduẽtu pręparata: vacua inuenit̃: a qua cũ & cuſtodia legis abſceſſerit: q̃a oĩs lex vſq́ ad Ioãnẽ eſt: & ad habitãdũ non receptus ſit CHRISTVS: atq́ ita & habitatore vacua ẽ & deſerta cuſtodibꝰ. Cum tamen venienti habitatori pręcũctiũ ſollicitudine & mũdata ſit & ornata. Septẽ igitur ſpiritꝰ nequiores aſſumũtur: q̃a tot erant gratiarũ munera deſtinata cum CHRISTO: q̃ in eo multiformis illa dei ſapientia ſeptiformi gloria collocauit vt tanta iniquitatis fieret poſſeſſio quanta futura fuerat gratiarũ. Atq́ ita nouiſſima hominis illius peiora erũt prioribꝰ: q̃a ex iudęis imundꝰ ſpiritus metu legis exceſſerat: nunc autem in eos cũ vltione repudiatæ ab eis gratiæ reuertetur. Et q̃a totum iſtud in paternæ maieſtatis virtute loqueretur: nuntianti ſibi q́ foris a matre atq́ a fratribꝰ expectaretur: manum in diſcipulos extendens eos ſibi fratres eſſe matremq́ reſpondit. Quicunq́ voluntati paternæ obſecutus eſſet eum eſſe & fratrẽ & ſororem & matrem: formam ſe ipſum vniuerſis agendi ſentiendiq́ conſtituens: propinquitatum omnium ius atq́ nomen iam non de conditione naſcendi ſed de eccleſiæ communione retinendũ. Cæterum non faſtidioſe de matre ſua ſenſiſſe exiſtimandus: cum ipſi in paſſione poſitus maximæ ſollicitudinis tribuerit affectum. Eſt autem etiam in eo typica ratio ſeruata vt mater eius & fratres foris ſtarẽt: cũ vtiq́ igrediẽdi ad eũ haberẽt vt cęteri poteſtatem. Sed quia in ſua venit & ſui eum non receperunt in matre eius ac fratribus ſynagoga & iſrahelitæ pręfigurantur ingreſſu eiꝰ atq́ aditu abſtinentes.

Sedens in naucula IESVS turbis parabolas loquitur. De ſeminante bonũ ſemen. De zizania & tritico. De grano ſinapis De fermẽto abſcõſo in farina. Expoſitio zizanię. De theſauro i agro. De bona margarita. De rete miſſo in marẽ

Canon. XIII.

IN illa die exiit IESVS & ſedebat ſecus mare: & cõgregatæ ſunt ad eũ turbæ: ita vt in nauiculam aſcẽderet. Sediſſe dominũ in naui & turbas foris ſtetiſſe ex ſubiectis rebꝰ eſt ratio. In parabolis enĩ erat locuturus: & facti iſtius genere ſignificat eos q̃ extra eccleſiã poſiti ſũt nullã diuini ſermonis capere poſſe itelligẽtiã. Nauis enĩ eccleſiæ typũ pręfert: intra quã verbũ vitę poſitũ & pręducatum: ii qui extra ſunt & harenę modo ſteriles atq́ inutiles adiacent itelligere nõ poſſunt. De parabolis aũt iã a dño abſolutis loqui otioſum eſt.

Qui enĩ habet dabit̃ ei et abũdabit q̃ aũt nõ habet auferet̃ ab eo. Regni myſteria fides ꝑcipit hęc in q̃bꝰ fuerit ꝓficiet & incremẽtis ꝓfectus ſuæ abũdabit. In q̃bus verõ non fuerit etiã quod habẽt auferet̃ ab eis. Dãnũ. ſ. legis ex fidei iopia declarat: quam fidem iudæi nõ habentes: legẽ quoq́ quam

habuerāt perdiderunt: & ideo perfectū fides euāge
lica habet donū: q͞a ſuſcepta nouis fructibꝰ ditat:
repudiata vero etiā veteris ſubſtantiæ opes detra
hit.

Veſtri autem beati oculi qui vident: et
aures quæ audiūt. Apoſtolici tēporis beatitudinē
docet; quorū oculis atq͞ auribꝰ contigit dei ſaluta
re viſere & audire pphetis atq͞ iuſtis cupiētibꝰ vi
dere & audire plenitudinē tēporū deſtinatorū: &
expectationis iſtius gaudiū apoſtolis reſeruatum.

Simile eſt regnum cælorum grano ſina
pis & reli qua. Grano ſinapis ſe dn̄s cōparauit; agri
maximæ: & oīm ſeminū minimo: Cuius virtus ac
poteſtas tribulationibꝰ & preſſuris accēditur. Gra
nū hoc igit̄ poſtq̄ in agro ſatū fuerat .i. vbi a popu-
lo cōprehenſus & traditus morti tanq̄ in agro ſati
one quadā fuit corporis cōſepultus vltra menſurā
oīm olerū excreſcit: & vniuerſā pphetarū gloriam
excedit. Oleris enim vice tanq̄ ægroto Iſraeli data
eſt p̄dicatio prophetarū; Sed iā ex ramis arboris ex
ſolo in ſublime prolatæ cæli volucres inhabitant
apoſtolos ſcilicet ex CHRISTI virtute protenſos
& mūdū inumbrantes in ramis intelligemꝰ ī quos
gētes in ſpē vitæ aduolabunt & aurarum turbine
.i. diaboli ſpiritu flatuq͞ vexatæ: & tanq̄ in ramis
arboris acquieſcent.

Simile eſt regnum cælorum fermēto
q͞d acceptum mulier abſcondit in farinæ menſuris
tribꝰ donec fermentatū eſt totū. Fermentū de fari
na eſt q͞d virtutē acceptā aceruo generis ſui reddit.
Huic ſe dominus comparauit. Quod acceptū mu
lier ſynagoga ſcilicet per iudiciū mortis abſcōdit:
arguēs leges & pphetas euāgeliis diſſolutos. Hoc
autē in farinę mēſuris tribꝰ .i. legis prophetiarū euā
geliorū ęqualitate coopertū: oīa vnū facit: & q͞d lex
cōſtituit: prophetę nūtiauerūt: id ipſum euāgelio
rū profectibꝰ expleatur. Fiūtq͞ oīa per dei ſpiritum
eiuſdē & virtutis & ſenſus: nihilq͞ aliud ab alio mē
ſuris æqualibꝰ fermētatū diſſentiens reperiet̄. Q̄z
q̄ ad fidei ſacramētū .i. ad patris & filii & ſpūſſancti
vnitatē: ſed & ad triū gētium vocationem ex Sem,
Cam, & Iapheth: tres menſuras farinæ eſſe referen
das ſenſiſſe multos memini. Sed neſcio an hoc ita
opinari ratio permittat; cū tametſi omnium gen-
tium vocatio ſit æque: tamē in his CHRISTVS
nō aſcōſus ſit ſed oſtenſus: & i tāta infidelīū multi
tudine nō fermētatū ſit totū. In pr̄e autem & filio:
& ſpiritu ſancto in ea admixti extrinſecꝰ fermēti ne
ceſſitate in CHRISTO omnia vnum ſint.

Iterū ſimile eſt regnū cęlorū theſauro abſ
conſo, & reliqua. Per ſilitudinē theſauri i agro ſpei
noſtræ opes intra ſe poſitas oſtēdit; q͞a deus in hoīe
ſit repertus in cuius pretiū cēs ſęculi vendēdę ſunt
facultates: vt veſtitu cibo potuq͞ indigētiū ęternas
cæleſtis theſauri diuitias comparemꝰ. Sed cōtuē
dum eſt / inuentum theſaurum & abſconſum fuiſ-
ſe: cum vtiq͞ qui inuenit & ſecreto & tempore quo
abſcondit auferre potuiſſet: & auferens emēdi ne
ceſſitate caruiſſet: ſed vt rei ita & dicti fuerit ratio
explicanda. Ideo eīm abſconſus eſt theſaurꝰ quia &
agrum emi oportebat. Theſaurꝰ eīm in agro (vt di
ximꝰ) CHRISTVS intelligitur in carne quem in
ueniſſe eſt gratum. Euangeliorū eīm prędicatio in
abſoluto eſt: ſed vtendi & poſſidendi huiꝰ theſau
ri cū agro poteſtas non poteſt eſſe ſine pretio; q͞a cę
leſtes diuitiæ non ſine damno ſæculi poſſidentur.
¶ Et de margarita par ratio eſt Sed ad negotiatorē
iā diu in lege verſantē proficiēs hic ſermo eſt; qui lō
go ac diutino labore ad margaritæ ſcientiā perue-
nerit; & ea quæ ſub onere legis adeptus ſit derelin-
quat. Diu enim eſt negotiatꝰ: & Margaritā aliquā
do qualē optabat / inuenit. Cui & vnius huius de-
ſyderati lapidis pretium reliqui laboris iactura eſt
comparandum.

Iterū ſimile eſt regnū cęlorū reti miſſo
in mare & reliqua. Merito p̄dicationē ſuā reti cōpa
rauit: quæ in ſæculū veniēs ſine ſæculi dāno habi-
tantes intra ſęculū cōgregauit mō ret[q͞d mare pe
netrans ita igitur de profundo vt per oē elemētū il-
lius corpus euadēs clauſos intra habitū ſuū extra-
hat; noſq͞ ex ſæculo in lumē veri ſolis educat in bo
norū electione & in malorū abiectione futuri iudi
cii examen oſtendens.

De ſcriba in regno cælorū. De fratribus & ſo-
roribus domini. De Ioannis capite in diſco. De quī
q͞ panibus & duobus piſcibus. Vbi ſuper mare am
bulabat & Petrum merſum erexit.

Canon. XIIII.

INtellexiſtis haec omnia? Dicunt ei: Vtiq. Et ait illis. Ideo omīs ſcriba doctus in regno cęlorum &c. Non turbis ſed diſcipulis eſt locutus: & intelligentibus parabolas dignum teſtimoniū reddidit/ipſos ſcilicet ſub patriſfamiliae nomine ſibi comparans ꝗ doctrinā de theſauro ſuo nouorū ſpūſſancti ac veterū ſint adepti: quoſq; ſcribas propter ſcientiam nuncupat. Q; intellexerint ea quae ille noua & vetera. id eſt in euangeliis & in lege protulerit & eiuſdem patriſfamilias & vnius vtraq; theſauri.

Et factum ē cum conſummaſſet IESVS parabolas iſtas trāſiit inde & venit in patriā ſuam. Et reliqua: Inhonoratur dn̄s a ſuis & ꝗ̄ꝗ̄ & docendi prudentia & operandi virtus admirationem cō moueret: infidelitas tamen eorum virtutem iudicii non recipit. Non enim credunt haec in homine deum agere. Quinetiam patrem ipſius matrē fratreſq; nuncupant: & paternae artis quodam opprobrio laceſſunt. Sed plane hic fabri erat filius ferrum igne vincentis: omnem ſęculi virtutem iudicio decoquentis maſſamq; formantis in om̄e opus vtilitatis humanae: formam. ſ. corporū noſtrorū & materiem in diuerſa membrorum miniſteria & ad oīa aeternae vitae opera fingentis. In his igitur ſcandalizabantur omnes & inter tot quae magnifice gerebat corporis eius contemplatione commouebantur. Quibus dominus inhonorabilē in patria ſua prophetam eſſe reſpondit: quia in iudaea eſſet vſq; ad crucis ſententiā contemnendus. Et quia penes ſolos fideles dei virtus eſt: propter eorū incredulitatem omnibus diuinae operibꝰ virtutis abſtinuit.

In illo tempore audiit herodes tetrarcha famam IESV. Et reliqua. Frequenter nouimꝰ omnē diligentiam euangeliorū lectioni adhiberi oportere: quia in iis quae geſta narrantur ſubeſſe interioris intelligentiae ratio reperiatur. Habet enim omniū operum narratio ſuum ordinem: ſed geſtorū effectibus cauſae ſubiacenti ſpecies praeformat: vt in herode ac ioanne intelligetur. Nam & Herodes princeps erat populi: & Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui in matrimoniū ſuum iure poteſtatis aſſumpſerat. & huic Herodiadi erat filia: & natali die cum ſaltans placeret: poteſtatem cuius vellet praemii ſacramento iurantis accepit: & ioannis caput qui in carcere diu habitauerat puella matre admonente diſco ſibi inferri precata eſt. Et Herodes triſtis licet ſacramento fidem reddidit: & matri puellā vnꝰ exhibuit: & ſepulto eo diſcipuli eiꝰ ad dominum tranſeunt: Auditiſq; his dominus in nauiculā in loca deſerta ſeceſſit: & ſequentium ſe turbarum vexationem miſeratus eſt: & dimitti eas in caſtella ad coemendos cibos apoſtoli admonent: & dominus reſpondit: Neceſſitatem eo reuertendi ipſas non habere: dariq; his cibum praecepit. Et ſolos ſe quinque panes & duos piſces habere cauſantur: Et offerri ſibi eos iuſſit: turbamq; ſubſtrato foeno accumbere: & oblata benedixit: & turbę mā ducanda comminuit: & dedit diſcipulis vt offerrent: & ſaturatis omnibus ſupplementa cophinorum duodecim ſuperfuerunt: cum tamen mulierum puerorūq; ſup numerum quinq; milia virorū expleta eſſent: & diſcipulos nauiculā conſcendere & trās fretum praecedere iubet: dimiſſaq; ipſe turba in mōtem orare ſolus aſcendit: factoq; veſpere ſolus fuit: & nauis mari medio vento aduerſante fluctibus iactabatur: & quarta vigilia dominꝰ venit ſuper mare ambulans: videnteſq; turbati ſūt & inanis viſus phantaſma credentes clamauerūt prętimore: quibꝰ mox dn̄s locutus eſt: & conſtantes eſſe iuſſit: & ex plurimis Petrꝰ reſpondens: poſtulauit vti ad dominum ſup aquas veniret: qui de nauicula deſcendens & progreſſus aliquātulū vento inualeſcēte timere coepit & mergi: quē apprachēdens dn̄s obiurgat: cur fidei modicę ſit: ingreſſuſq; nauem/tranquillitatē vento & mari acquieſcente/reuocauit: Igitur hęc vt commemorauimus geſta ſūt: ſed his omnibꝰ pſonis/affectibꝰ/cauſis/numeris modus adiacet: vt ꝗ geſſerūt: pręter gerēdi mūnꝰ inſtinctūq; quos ex natura ſua ſūpſit: extriſecus oīa geſſerint in exēplū. hoc maiore ita opinādi reuerentia ſi tam diuerſarū cauſarū efficiētiam vna atq; eadem intelligētia conſequitur. Sermo igitur ad originem propoſitionis referendus eſt. Ioānes (vt frequenter admonuimus) formā ꝑtulit legis: qa lex CHRISTVM ꝑdicauit: & Ioannes pfectꝰ ex lege eſt CHRISTVM ex lege pronūtia. ns. He-

rodes vero pñceps eſt populi: & populi pñceps ſub
iectæ ſibi vniuerſitatꝭ nomē cauſāq; complectitur.
Ioannes ergo Herodem monebat ne fratris ſui vxo
rē ſibi iungeret. Sunt eñi atq; erant duo populi .cir
cuncifionis & gentiū. Sed iſrahelē lex admonebat:
ne opera gentium infidelitatēq; ſibi iungeret. Gen
tibus enim ſocia infidelitas eſt: quæ ipſis tanq̃ vin-
culo coniugalis amoris ānexa eſt. Hi igitur fratres
ex eodem humani generis ſunt parente. Ob hanc
itaq; aſperę admonitionis veritatem Ioannes tanq̃
lex in carcere continebatur: die autem natalis.i.re
rum corporalium gaudiis herodiados filia ſaltauit
Voluntas enim tanq̃ ex infidelitate orta per om-
nia Iſrahelis gaudia totis illecebræ ſuæ curſibus ef-
ferebatur: cui ſe omnem etiam ſacramento venalē
populus addixit. Sub peccatis enim & ſæculi vo-
luptatibus Iſrahelitæ vitæ æternæ munera vendi-
derunt. Hæc matris ſuæ.i.infidelitatis inſtīctu de-
ferri ſibi Ioānis caput.i.gloriā legis orauit. Quia lex
inceſtuoſum Iſrahelem auctoritate diuinorum p̄-
ceptorum arguebat. Sed ſuperius herodes ſignifi-
catus eſt Ioannem velle occidere: & metu populi
demorari quia ſicut propheta habebatur: nunc ve
ro petita ipſius nece cum præſertim religione ſa-
cramenti detineretur: quomō triſtis efficitur? Cō
trarium videlicet eſt tunc eum voluiſſe nunc nol-
le: Et pręſens moleſtia anteriori non conuenit vo-
luntati. Verum in ſuperioribus geſtæ rei ordo eſt:
in his autem nunc ſpecies cauſę conſequētis expo
nitur. Gloriam legis voluptas ex infidelitate orta
occupauit: ſed populus boni eius qđ in lege erat cō
ſcius voluntatis conditionibus non ſine aliquo cer
te periculi ſui dolore concedit: ſcitq; ſe tali præce-
ptorum gloria non oportuiſſe concedere: ſed pec-
catis tanq̃ ſacramento coactus: & principum adia
centium metu atq; exemplo deprauatus: et victꝰ
illecebris voluntatis etiam mœſtus obtemperat.
Igitur inter reliqua diſſoluti populi gaudia in diſco
Ioannis caput affertur damno ſcilicet legis volun-
tas corporum & ſæcularis luxus augetur: ita per
puellam ad matrem defertur: ac ſic probroſus Iſra
hel & voluntati & infidelitati ſuæ familiæ.ſ.ante
gentium gloriam legis addixit. Finitis igitur legi
temporibus & cū Ioāne conſepultis: diſcipuli eius
res ita geſtas domino nunciant: ad euangelia ſcili-
cet ex lege venientes. Ergo dei verbum lege finita

nauem conſcendens eccleſiam adit: & in deſertum
concedit. Relicta quippe conuerſatione iſrahelis in
vacua diuinæ cognitionis pectora tranſit. Turba
hæc audiens dominum de ciuitate pedes ſequitur
in deſertum. De ſynagoga videlicet ad eccleſiam
concedit quam videns miſertus eſt: & omnem lā-
guorem eius infirmitatemq; curat: obſeſſas ſcili-
cet mentes & corpora infidelitatis veterno ad in-
telligentiam nouæ prædicationis emundat. Et cū
diſcipuli dimitti turbas in caſtella proxima ad coe
mendos cibos admonerent: reſpondit. Non habēt
neceſſe ire: oſtendens eos quibus mederetur vena
lis doctrinæ cibo non egere: neq; neceſſitatem ha-
bere regredi ad Iudæam cibumq; mercari. Iubetq;
apoſtolis vti eſcam darent: Nunquid ignorabat
non eſſe quod dari poſſet: & humanarū mentiū in
terna cōſpiciens: modum repoſiti penes apoſtolos
cibi neſciebat? Sed erat oīs typica ratio explicāda
Nondum enim conceſſum apoſtolis erat ad vitæ
æternæ cibum cæleſtem panem perficere ac mini-
ſtrare Quorum reſponſio ad ſpiritualis intelligen
tiæ ordinem tendit. Solos enim ſe quinque panes
& duos piſces reſponderunt habere: quia adhuc
ſub quinq; panibus quinq; libri legis contineban-
tur: & piſcium duorum.i.prophetarum & Ioannis
prædicationibꝰ alebantur. In operibus enim legis
tanq̃ ex pane erat vita: p̄dicatio autē Ioannis & ꝓ
phetarum in virtute aquæ vitæ humanæ ſpem cō
fouebant. Hæc igitur primum quia in his adhuc
erant: apoſtoli obtulerunt: ſed ex his euangeliorū p̄
dicatio profecta monſtratur: & his originibus de-
ducta in maiorē virtutis ſuę abūdātiā creſcit: Acce
ptis igit̃ panibus atq; piſcibꝰ dn̄s reſpexit ad cæ-
lum: benedixit & fregit patri agens gratias. Poſt
tēpora legis ac prophetarū ſe in euangelicū cibum
verti ſignificās. Accūbere poſt hęc ſup fœnū popu
lus iubetur. non iam in terra iacens ſed legis ſufful
tus & tanq̃ terræ fœno: fructibꝰ operis ſui vnuſqſ
q; ſubſternitur. Dātur quoq; apoſtolis panes: quia
per eos erant diuinę gratiæ dona reddenda. Plæbs
deinde quinque panibus & duobus piſcibus paſci
tur & expletur: & fragmenta panis & piſciū ſatu-
ratis accumbentibus vſq; in.xii.cophinorū pleni-
tudinē abūdauerūt: dei ſcilicet verbo ex doctrina
legis prophetarūq; veniente multitudo ſatiat̃ & re
ſeruata gentium plæbi & æterni cibi miniſterio in

duodeci apoſtolorũ plenitudinẽ copia diuinę vir-
tutis exuberat. idẽ aũt edentium numerus inueni
tur qui futurus erat crediturorum. Nã ſicut libro
praxeos continetur/ex Iſrahelitici populi infinita
te virorũ quinque milia crediderũt. Rerũ enim ad
miratio vſq; in menſurã cauſæ ſubiacẽtis extendit
Confractiſq; cum piſcibus panes ſaturato populo ĩ
tantũ deinceps cumulantur augmentum quantꝰ
& credentis populi/& explẽdorum cibi gratia apo
ſtolorum numerus deſtinabatur: vt & modus nu-
mero: & numerus modo obtemperaret: & intra fi-
nes ſuos ratio concluſa ad conſequentis effectꝰ cõ
ditionem ipſo diuinæ virtutis moderamine conti
neretur. Vincit autem humanam intelligentiam
opus facti: & cum frequenter quædam ſint quę cõ
cepta ſenſu ſermo non explicet: in his tamẽ ipſa ſen
ſus ſublimitas ingraueſcit: & ad rei contemplatio-
nẽ pro difficultate tam inuiſibilis negocii obſtupeſ-
cit. Acceptis enĩ panibꝰ quinque in cælũ dominus
reſpexit: honorẽ eius a quo erat ipſe confeſſus: non
ꝙ carnalibus oculis contueri patrem eſſet neceſſe
ſed vt q adeſſent intelligerent a quo virtutis tantę
accepiſſet effectũ. Dat deĩde diſcipulis panes. Nõ
quinque multiplicant in plures: ſed fragmẽtis frag
menta ſuccedũt; & fallunt ſemp pfracta frãgẽtes.
Creſcit deinde materies neſcio vtrũ in mẽſarũ lo-
co an in manibꝰ ſumẽtiũ: an in ore edentiũ. Ne mi
rere fontes fluere: ineſſe vuas vitibus: & vui vina
diffundi: & omnes mundi opes annuo quodã mea
tu indefeſſoq; defluere: auctorẽ enĩ huius vniuerſi
tatis tantus panum profectus oſtendit: per quem
tali incremento modus pertractatæ materiæ adde
retur. Agitur enim in opere viſibili inuiſibilis mo
litio: & arcanorũ cæleſtium dñs arcanũ negocii pꝛæ-
ſentis operat. Superat autẽ oẽm naturam virtꝰ ope-
rantis: & ſupgredit facti intelligẽtiã ratio virtutis
& ſola relinquitur admiratio poteſtatis. Ordo etiã
cauſarum operũq; conſequitur. Conſcẽdere poſt
hæc in nauem diſcipulos pręcepit donec turbas ip
ſe dimitteret: & dimiſſa turba montem conſcen-
dit orare: & veſpere facto ſolus erat. Horum ratio
diſtinguenda temporibus eſt. Qꝫ veſpere ſolus eſt
ſolitudinem ſuam in tempore paſſionis oſtendit:
cæteris trepidatione dilapſis. Qꝫ autem nauẽ con
ſcendere diſcipulos iubet: & ire trans fretum dum
turbas ipſe dimittit: & dimiſſis turbis aſcendit in
montem: eſſe intra eccleſiam: & per fretum .i. per
ſæculum ferri vſq; in id tempus iubet: quo reuertẽs
in claritatis aduentu populo omni qui ex Iſrahel
erit reliquus ſalutem reddet ipſe: eiuſq; peccata di-
mittet; dimiſſoq; vel in cæleſte regnum potius ad
miſſo agens deo patri gratias in gloria eius & ma-
ieſtate conſiſtat. Sed inter hæc diſcipuli vẽto ac ma-
ri differuntur: & totis ſæculi motibus immundo
ſpiritu aduerſante iactantur. Sed quarta vigilia
dominus venit. Quarto enim tum ad eccleſiam
vagam & naufragam reuertetur. In quarta enim
noctis vigilia totidem ſollicitudinis eius numerꝰ
reperitur. Prima enim vigilia fuit legis. Secunda
prophetarum. Tertia corporalis aduentus. Quar-
ta autem in reditu claritatis. Sed inueniet feſſam
& antichriſti ſpiritu & totius ſæculi motibus cir-
cumactam. Veniet enim maxime anxiis atq; vexa
tis. Et quia de Antichriſti conſuetudine ad om-
nem temptationum nouitatem ſolliciti erunt eti
am ad domini aduentum expaueſcent: falſas rerũ
imagines & ſubrepentia oculis figmenta metuen
tes. Sed bonus dominus ſtatim loquetur timorem
ꝙ repellet dicet ꝙ: ego ſum: aduentus ſui fide me-
tum naufragii imminentis apellẽs. Qꝫ vero ex oĩ-
um conſiſtentium in naui numero reſpondere Pe
trus ſolus audet: & iuberi ſibi vt ſuper aquas ad do
minum veniat precatur: paſſionis tempore vo-
luntatis ſuæ deſignat affectum: tum cum ſolus re
trouenlens & veſtigiis domini inhærens contẽpt
ſęculi vt maris motibus pari ad cõtẽnendam mor-
tem virtute comitatus eſt: ſed infirmitatem futurę
temptationis timiditas eius oſtẽdit: Nã ꝗuis ĩnce
dere auſus eſſet: tamẽ ſubmergebatur. Per imbecil
litatẽ enĩ carnis & metum mortis: etiã vſq; ad ne-
gandi neceſſitatem coactus eſt. Sed proclamat: &
ſalutem orat a domino. Clamor iſte poenitentię ip
ſius gemitus eſt. Nondũ enĩ paſſo dño in confeſſi
onẽ reuerſus eſt: & negandi veniam habuit in tem
pore CHRISTO poſtea pro vniuerſorũ redempti
one paſſuro. Qꝫ autem trepidanti illi nõ virtutem
perueniendi ad ſe dominus indulſit: ſed manũ ex-
tẽ nõ neceſſe ſit opinari / tñ ſiqs cõditionẽ & mortẽ
& ſepulcri Moyſi diligẽter aduerterit: & ſecretam
ſcripturarũ / ſecũdũ apoſtoli auctoritatẽ / cognitio-
nẽ adeptꝰ ſit: intelliget oĩa ita eſſe tractata vt Moy-
ſes potuerit iã videri. Et hæc q̄dẽ inſtruẽdi cã ſint di
cta. Cęterũ vt rõ ſpũalis itelligẽtię plena eẽt ꝓ duo
bꝰ dñm mr̄ orauit. Duę eñ ſũt vocationes ex Iſra
hel: vna diſcipulorũ Ioãnis: altera apl̄orũ & phariſęo
rũ. Nã pꝰ paſſionẽ Ioãnis ſupiꝰ legimꝰ diſcipulos
eiꝰ ad dñm trãſiſſe. Ideo igiť ꝓ duobꝰ orať: q̄a eu-
angelio CHRISTI hæ vocationes geminę credi-
derũt. Poſt hæc igitur decẽ diſcipuli cõtriſtati ſunt
de fratribꝰ duobꝰ. Verũ ipſorũ duũ diſcipulorum
nulla mœſtitia ẽ. hoc rõ non patiť vt alteriꝰ cõtu-
melia aliꝰ fiat mœſtꝰ: certe etiã ꝓ ſe decẽ mœſti eẽ
potuiſſent: ſub duorũ eñ noibꝰ negatũ hoc oibus
videbať. Sed typicꝰ ordo ſeruatꝰ ẽ. Apl̄i de ſe certi
erãt: ideo ſolũ mœſti ſũt de duobꝰ: q̄a etiã his dua
bꝰ vocatiõibus q̄ ex lege ſũt: cõſortiũ glorię huius
aptabãt: ita eñ rationẽ futuri & p̄ñtis ſmo modẽ-
rať: vt nõ de ſe / neq̧ decem neq̧ duo ſolliciti ſcribe
renť: & in decẽ ſollicitudie de duobꝰ p̄ñtis negocii

efficientiæ obtemperaretur. Volens igitur domi-
nus proprietatem iſtius præfigurationis oſtendere
atq; hanc præſumptionem eos qui erant ex lege vē
turi/de prærogatiua Iſrahelitæ nominis velle præ-
ſumere:docet principatum ab his/non modo gē-
tium capeſſendum:ſed miniſtros & ſeruientes / &
nō eos quibus miniſtratū ſit ad gloriā honoris ma
ximi aduocandos:exemplo.ſ.patriarcharum & p
phetarum qui ſeruierint. Exemplo etiam apoſtolo
rum qui miniſtrauerint. Exemplo etiam domini
qui animā ſuā p redēptione nrę ſalutis impēderit.

Ad gloriam autem humilitatis iſtius
cœnæ eos & cōmuni modo inſtruit:monens in lo-
cis eminentioribꝰ accubari non oportere:ne forte
eo adueniente qui clarior eſt per dominum cœnæ
occupato loco concedendi cōtumelia admonitus
decedat. Porro autē ſi in humilibus accubuerit:ad
uenientibus humilioribus ad gloriam loci celſio-
ris accedet:atq; ita non præſumere aliquid hono-
ris decet.ſed humilitatis operibus promereri.

Et egredientibus illis ab hiericho ſecu
ta eſt eum turba multa: & ecce duo cæci ſedentes
ſuper viam audierūt q IESVS trāſit &c. Superiꝰ
per figuram duorū filiorum Zebedei de Iſrahelita
populo tractatum eſt:qui ex ſemine Sem erat ortꝰ
Competenter igitur cæci duo viam aſſidēt: popu-
li videlicet gentium duo ex Cham & Iapheth pro
creati/egreſſus & iter eius obſeruāt:ſibiq; cæcis vi
ſum reddi deprecant. Deniq; eos turba obiurgat
cur clamēt: & vt ſileant increpāt: nō q ſilētiū cau-
ſa honoris exigerēt:ſed acerbe a cęcis audiūt q ne-
gabāt dn̄m eſſe Dauid filiū. Illuminatis eīn cæco-
rū mētibus deus in hoīe p̄dicabat:vt verū eſſet qd
a dn̄o dictū eſt. In iudicio mūdi huiꝰ veni/vt q vi-
dent nō videāt:cæci vero reſpiciant. At illi magis
clamabant: & demorante legis populo vehemen-
tiorē fidei ſuę proteſtant calorē. Sed dn̄s miſeret: &
qd volūt requirit:illi:vero aperiri oculos ſuos p̄cant
Quibꝰ miſertꝰ oculos cōtigit: & viſū cognoſcēdi
dei reddidit. Atq; vt typꝰ crediturarū gētiū expli
cet cęleſtis grę cognitiōe p̄cepta q cæci fuerāt vidē
tes dominum ſunt ſecuti.

De aſina & pullo eius. De electis a tēplo nūmu
lariis De ficu maledicta. De duobꝰ filiis ad vineā
miſſis. De publicanis & meretricibus.

Canon. XXI

TVnc Ieſꝰ mi
ſit duos ex diſcipulis ſuis dicēs
Ite ī caſtellū qd cōtra vos ē. &c.
Duo diſcipuli ad vicū mittūt:
vt aſinā ligatā cū pullo eius ab
ſoluant atq; ad CHRISTVM perducāt. Et ſiqs
interroget cur ita fiat:reſpōdeāt dn̄o neceſſarios:
ac ſtatim remittēdos. Poſt ſuperiorem ſermonem
quo in duobus filiis Zebedei duplicē ex Iſrahel vo-
cationem ſignificatam meminimus:competenter
nunc duo diſcipuli ad ſoluendā aſinā & pullū de-
ſtināt. Quia duplex erat ex gētibus plebis vocatio
cōſecutura. Erāt eīn atq; ſūt ſamaritę pfecti quō-
dam per ſeceſſionem ex lege: & ſub quadam obſer
uantiæ ſuæ conſuetudine ſeruientes. Erant etiam
gentes indomitę & feroces:igitur duo mittuntur
vt ſoluant ligatos & obſtrictos/& erroris atq; igno
rantiæ vinculis præpeditos. Et mittūtur extra hie
ruſalē. Extra eam eīn hæ duę vocatiōes habebant.
Cæterū mater filiorū Zebedei intra hieruſalē dn̄m
orauit. Duabus eīn vocationibus Iſrahel vel p apo
ſtolos vel per Ioānē ex lege ſaluat. Verū ad aque p
Philippū Samaria credidit. Per Petrū aūt Corne-
lius CHRISTO tanq̄ primitiæ gētiū adductꝰ eſt.
Qz aūt inſtruunt vt quęrenti rn̄deant dn̄o neceſ-
ſarios & mox emittendos.i.eos ipſos gēti ſuę p̄dica
tores fidei euangelicę eſſe reddendos. Impleta igit
eſt pphetia quæ inuectum aſina & pullo nouo do
minū vēturū in hieruſalē nūtiabat. Sed geſtorū ef-
fectibꝰ pphetatū. Aſina nāq; de vico ſoluit atq; ex
hibet. Samaria videlicet alieno & pegrino obſeſſa
dn̄atu per apoſtolos ſoluit: & dn̄o ſuo reddit. Pul-
lū vero idē dn̄s aſcendit nouellū: cōtumacē: durū:
atq; hæc oīa gentilis ignorantiæ vitia domātur:
& tot animorū ferocitates vecto deo fractę ſūt. Oīs
aūt hæc ſpecies futuri ordinē tenet: & parabolicis
ſignificatiōibꝰ rerūq; p̄ntiū cōditiōibꝰ.futuri for-
ma præmittit. Erit eīn dn̄s in claritatis ſuæ aduētu
gentes poſſidens eorūq; mentibꝰ tanq̄ victor inſi-
dens toto comitatus ſui agmine p̄dicabit: patriar-
charū: pphetarū/atq; apoſtolorū. Nam gloriā ſuā
in veſtimentis patriarcharū dn̄o ſubſternūt. Eorū
eīn & gn̄atiōibꝰ & noibꝰ & inſectatiōibꝰ ē dn̄s p
phetatꝰ:eiq; oī dignitatis ſuę ornatu cōcedētes:ſe
q; ſedili ſubſternētes doceant oēm gloriā ſuā ppa-

rationi dominici aduẽtus fuiſſe ſubſtratum. Illic
etiam prophetæ veſtimenta ſua incedentes itine-
ris ſubiternunt. Hanc enim viam gentium vectu-
ratum dominũ prædicauerunt: quiq; ſæculi amo-
re poſtpoſito mortibus ſe & lapidationibus offerẽ-
do ipſis quodammodo corporib⁹ exuerit ad ingreſ
ſum viæ talis oblatis. Apoſtoli quoq; exciſarum ar
borum ramos poſt veſtimenta ſubſternũt: ſed nul
la in hoc eſt humani officii reuerentia. Rami enim
incedentem impedirent: & implicitũ iter facerent
properãtis ingreſſui. Verum explicatur omnis ra-
tio prophetiæ & futuri forma ſeruatur. Igitur in-
fructuoſarum arborum rami. i. infidelium quondã
gentium fructus per apoſtolos itineri domini ſub-
ſternuntur/& ſaluatoris iuſtificantur ingreſſu: &
per eos inceditur: & gratiſſimum fit incedenti deo
ex ramis infœcundæ radicis officium.

Turba autẽ & præcedẽs & cõſequẽs
clamabat. O ſanna fili Dauid: benedict⁹ qui venit
in nomine domini. Sed crucifigendum quomodo
turba collaudat: aut quomodo odiũ metuit ex fa-
uore? Verũ laudationis verba redemptionis in eo
exprimũt poteſtatẽ. Nã o ſanna hebraico ſermone
ſcat redẽptio dom⁹ Dauid. Deinde dauid filiũ nũ
cupãt: in quo agnoſcerẽt regni æterni hæreditatẽ.
Poſtrẽo bñdictũ in noĩe dñi veniẽtẽ cõfitent. Atq
acclamãdũ ab iis erat: crucifige blaſphemũ: ſed pa
gũt formã futuri geſta præſentia: & cõpugnãtibus
licet eorũ inter quos hæc gerebant affectib⁹: q̃uis
mox diuerſa eſſent conſecutura: rerum tamen cæ-
leſtium fidem etiam inuitorum meditatur opera
tio commouetur: deinde Hieroſolyma: rerum enĩ
nouitas motum attonitis afferebat. Templum ve
ro introiit id eſt eccleſiam traditæ a ſe prædicatio-
nis ingreſſus: a qua primũ omnia ſacerdotalis mi-
niſterii vitia iure poteſtatis expellit. Reddenda
enĩ ab omnibus gratuita tradiderat: quæ gratuita
fuerant conſecuti: quia neq; emi aliquid per corru
ptelam ſacerdotis aut vendi/libertas doni debe-
bat admittere. Cathedras autem præcipue vendẽ
tium columbas euertit. Quæ porro dignitas eſt in
nundinis columbarum: aut quod priuilegium in
auium iſtarum commerciis reſeruatum eſt vt ven
dentes eas honorem ſibi arrogent cathedrarũ? Sed
in omni loco admonemur altius verborum virtu-
tes in iſtiuſmodi ſignificationibus contuendas. In

colũbã/ſecundũ prophetiæ exempla/ſanctũſpiritũ
intelligim⁹: in cathedris ſacerdotũ ſedes ẽ: ergo eo
rũ qui ſanctiſpiritus donũ venale hñt/cathedras
euertit: quibus miniſteriũ a deo cõmiſſũ/negotia-
tio eſt: admonitionis eius cõmemorans auctorita-
tẽ quæ in propheta teneatur. Scriptũ ẽ enĩ. Dom⁹
mea domus orationis vocabit: vos aũt feciſtis illã
ſpeluncam latronũ. Sed neq; emere iudæos in ſy-
nagoga/neq; vendere ſpiritumſanctum poſſe exi-
ſtimandũ eſt. Non enĩ habebãt vt venire poſſent:
neq; erat quod emere quis poſſet: ſed præfiguratio
futurorũ dictis pñtibus continet. Eccleſiæ vitia in
ipſo aduẽtu domini claritatis: eſſe purganda. Infir
mitates quoq; cæcorũ & claudorũ curauit in tem-
plo: & publicas eius operationes fauor populi con
ſecutus eſt. Inuident aũt puerorũ clamoribus prin
cipes ſacerdotũ: eamq; admonent/cur iſta audiat?
In redẽptionẽ enĩ veniſſe domus Dauid p̃dicaba-
tur. Quibus reſpondit. Non legiſſe eos: Ex ore in-
fantium & lactentium perfeciſti laudem? Ceſſanti
bus enĩ prudentium iudiciis hãc ſibi a pũeris atq;
infantib⁹/quorum ſit regnum cælorũ/confeſſionis
gloriam præparatã: qa prudentes & principes ſæcu
li ſapientiam dei reprobauerint: CHRISTVM
aũt regñationis paruuli lactenteſq; ſunt p̃dicaturi

Et his dictis ciuitatẽ egreſſus reliquit
eos: atq; in Bethania mãſit: infidelẽ videlicet ſyna
gogã deſerens in eccleſia gentiũ demoratur.

Mane autem tranſiens in ciuitatem:
eſuriit: & videns arborẽ fici vnã venit ad eã. Et re.
Idem etiãnũ rerum cæleſtium ordo præmittit. Nã
in ficu ſynagogæ poſitũ exemplũ eſt. Dato enĩ pœ
nitentiæ ſpatio: videlicet tẽpore quod inter paſſio
nem & reditum claritatis eſt medium veniet/eſu-
riens plebis huius ſalutem: & inueniet infœcundã
foliis tantũmodo veſtitã. i. verbis inanibus gloriã-
tem: ſed fructibus vacuam. Operibus quippe bo-
nis ſterilem & expectãtibus prouentibus nudam.
Et quia pœnitendi tempus exceſſerit: in perpetuũ
ſententia iudicii cæleſtis areſcet. Et in eo quidem
bonitatis dominicæ argumentũ reperiem⁹. Nam
vbi afferre voluit: procuratæ per ſe ſalutis exem-
plum: virtutis ſuæ poteſtatem in humanis corpo-
ribus exercuit: ſpem futurorum & aĩæ ſalutẽ/curis
pñtium ægritudinum cõmendans. Nunc vero in

cõtumacibus formam ſeueritatis conſtituebat: futuri ſpeciem damno arboris indicauit: vt infidelitatis periculum ſine detrimento eorũ/in quorũ redemptioné venerat indicaret. Admirant vero diſcipuli arborem in momento dicti ipſius aruiſſe: q̃a pręſentis facti efficacia futuri imaginem præferebat. Cum eñ in regno cęleſti aduenerit in tempore ipſo aduẽtus eius infidelitatis iudaicæ ſterilitatem ęternę dãnationis ſententia conſequet. Quos dñs ſi fidem habuerint/non ſolum hæc: ſed & maiora eorum eos poſſe confirmat. Illi quidem iudicaturi erant Iſrahel ſecundum antecedentes ſpõſiones: ſed etiam ius omne in zabulo/quem montem nuncupat/eſſent cõſecuturi. Ait eñ ita.

Si fidẽ habueritis: nõ ſolũ de ficulnea facietis: ſed & ſi mõti huic dixeritis; tolle iactate in mare: & fiet. O ingens fidei præmium: cuius merito in tantum poteſtas credentium extollitur: vt iudicaturi vniuerſos/pari ſeueritatis ſententia in dãnatiõe ſęculi/zabuli celſitudinem montẽq; demergant. Contuendum aũt eſt/qua ratione ſynagoga ficui arbori comparetur. Hæc namq; arbor diſſimiliter a cæterarũ arborũ & natura & conditione floreſcit. Nam flos ei primus in pomis eſt/ſed nõ iis q̃ maturitatem vt emerſerint conſequẽt. Groſſa eñ hæc & cõmunis vſus: & prophetica auctoritas nũcupauit. Verum poſtea in terrę fœcunditatis virtute exuberante/eiuſdem ſpeciei atq; formę poma prorũpunt: quibus prorũpentibus iſta traduntur: & deſolutis quibus cõtinebant radicibus: decidũt aliaq; illa exeuntia vſq; ad maturitatem fructuum prouehuntur: ſed de ſuperioribus illis ſiquando inciderit vt in ſinu virgularum ex ramulo eodem pdeuntium emerſerint: manent ſemper: & nõ ſicut groſſa cętera decidũt: ſed hęrẽt ſola tantũ pomaq; cętera maturitate pręueniũt. Et hos pulcherrimos fructus arbor illa ex ſe dabit: qui cum groſſis cæteris promergentes: de medio vtrarũq; virgularũ clauiculo proferentur. Igitur ex conditione arboris: propria & competens ſynagogę ſimilitudo propoſita eſt. Primos enim populi fructus quos ab exordio ptulerat: groſſorum amiſit exemplo: quia plæbem eius inutilem: fidelis & pertinax: & vſq; ad cõſũmationem temporum manens populus gentiũ protruſit. Veruntamẽ credentes primi ex Iſrahel apoſtoli: & inter legem & euãgelia groſſorum modo inhærentes: cæteros reſurrectionis gloriæ tempore anteibunt. Et quidem iam in exordio geneſis in hui⁹ rei formam pudorem ſuum Adam atq; Aeua huius arboris foliis texerunt: cum ſeipſos ad aduentum domini vocantis occulerent. Quia ſynagoga infidelis & legis mandata tranſgrediens: impudentiæ ſuæ fœditates & turpitudinum confuſionem infructuoſis eſſet verborum velamentis tanq̃ ficus foliis contectura. Atq; hæc quidem de natura arboris interiecta ſunt: vt comparationis proprietas intelligi poſſet. Reliqu⁹ itaq; geſtorum ordo eſt contuendus. Phariſęi multa exinde viderant ingentibus magis digna miraculis: ſed nunc maxime ſolliciti ſunt: & interrogant in qua hæc faciat poteſtate. Res enim ſub præſentium geſtorum effectibus ingens futurorum complectebatur arcanum. Atq; idcirco ex eo ſpecialiter interrogandi reperitur inſtinctus: ſub quo totius periculi præformatio proferebatur: dominus reſpondit dicturum eſſe ſe in qua hæc faceret poteſtate/ſi modo illi interroganti ſibi reſpondiſſent: Ioannis baptiſma vtrum de cælo an ex hominibus putarent eſſe. At illi reſponſionis periculo cunctantur: cogitantes ſi de cælo profeſſi eſſent/confeſſione ſua ſe reos repręhendendos: cur cęleſtis teſtimonii auctoritati nõ credidiſſent. Si ex hominibus dixiſſent turbas verebantur. Plures enim prophetã Ioannem habebant. Reſponderunt itaq; neſcire ſe. Non vtiq; de cælo neſciebant/cum conuinci veritate profeſſionis ſuæ metuũt: ſed verum de ſe etiã cum fallendi voluntate dixerũt. Per infidelitatem enim ſuam de cælo eſſe Ioannis baptiſma neſcierunt. Qꝫ autem ex hominibus eſſet/idcirco nõ potuerunt ſcire: quia non erat.

Hõ quidã habebat duos filios. Et reli.
Multa & grauia ſunt: quæ confundere intelligentiam poſſint: niſi prioris & poſterioris ſenſus ordinem tenuerimus. Quis enim hic exiſtimari poterit filius ſenior qui iturum ſe ad opus negauerit: & per poenitentiam emendatus eo rurſum profect⁹ ſit. At qui Iſrahel nõ poenituit: ſed in dñm man⁹ intulit: & vniuerſitas eius deum ſuum impio ore crucifixit. Iuniorem autem quem ſentiemus: q iturũ ſe ſpopõderit & non abierit/ſed gentiũ peccatorũq; plebs id qđ ſpopondit effecit. Abiit eñ & ad opus ad qđ vocabat egreſſa ẽ: q̃uo ergo ea eſſe q̃ nõ

abiit ſentietur: Deinde ipſa phariſæorum reſpon-
ſio/quid momenti habeat quęrendum eſt. Dicunt
voluntati iuniorem obediſſe. Hoc rerum ratio nō
patitur vt ſimulata profeſſio meritū perfectę veri-
tatis obtineat: vt plus ſit feſelliſſe ſpondentem q̄ p
feciſſe omnia non pollicentem. Quis autem non
malit negari ſibi id qđ poſcat dummō quod popoſ
cerit fiat/q̄ non fieri quod ſpondentur vt fiat: cum
facti effectus ex deſperatione ſit gratior: ſpes autē
deſtituta plus doleat! Niſi forte poſcentium volū-
tas ſola ſibi adulatione ſpondentium blandiatur!
Recordandum igitur eſt propoſitionem compara
tionis iſti9 ex eo ſermone deſcendere qui initus ſit
de Ioanne: vt infidelitatis cūctationem & ex ea ſilē
tii neceſſitate iſtiuſmodi poſitū quo eos obiurga-
ret exemplum. Sed ſicut in cæteris admonuimus:
hic quoq; meminiſſe nos oporteret rationi rerum
præſentium aliquid interdū ea conditione deeſſe/
vt futurorum ſpecies ſine damno aliquo præfigu-
ratæ efficientiæ expleatur. Primus filius eſt popu-
lus ex phariſęis in pręſens a deo per Ioānis prophe
tiam vt præceptis ſuis obtemperaret admonitus.
Hic inſolens & inobediens & dictis præſentib9 cō
tumax fuit: habens in lege fiduciam: & pœniten-
tiam peccatorum gloria pręrogatiuę ex Abraham
nobilitatis aſpernans/qui deinceps operum mira-
culis poſt domini reſurrectionē pœnitens ſub apo
ſtolis credidit: facti fide ad voluntatem euangeli/
cæ operationis regreſſus anterioris inſolentiæ cul
pam pœnitendo confeſſus eſt. Fili9 autem minor
plębs eſt publicanorum & peccatorum: ipſa pecca
ti in qua tum demorabaṫ conditione poſterior: cui
præceptum ſit per Ioannem/vt a CHRISTO ex-
pectaret ſalutem: & ab eo baptizata crediderit. Sed
qđ ait ſpopondiſſe eam ituram ſe & non iſſe. Oſten
dit credidiſſe eam quidem Ioanni: ſed quia euāge-
licam accipere doctrinam non niſi poſt paſſionem
domini per apoſtolos potuit (Tū em̄ erant huma
nę ſalutis ſacramenta peragenda) non iſſe eā ſigni
ficat. Deniq;. nō ait noluiſſe ſed non abiiſſe. Res ex
tra culpā infidelitatis ē: qa in facti erat difficulta-
te ne fieret. Non igitur ire ſtatim ad opus qđ pręce
ptum eſt noluit: ſed quia iri non poterat non iit. In
eo em̄ neceſſitatis mora ſine crimine volūtatis oſtē
ditur. Et in reſponſione quidē phariſæorū quędā ē
neceſſitas prophetiæ. Nā inuiti licet cōfiteṫ quis
obſecutus ſit voluntati. Iunior. ſ. filius obediens p
feſſione/licet nō efficiēs in tēpore. qa fides ſola iuſti
ficat. Atq; ideo publicani & meretrices in regno cę
lorū erūt priores: qa Ioāni crediderint: & i remiſſio
nē pctō℞ baptizati aduētū CHRISTI cōfeſſi ſint
curationū opa laudauerint/ſacramētū paſſiōis ac-
ceperint: virtutē reſurrectiōis agnouerint. Princeps
aūt ſacerdotū & phariſęi vidētes hęc & cōtēnētes/
q iuſtificati p fidē nō erāt/nec p pœnitētiā regreſſi
ſūt ad ſalutē: atq; ideo in ppetuū fruct9 eorum ſub
maledictiōe ea q̄ in ficu arbore pſormabaṫ areſcit.

De vinitoribus qui miſſos ad ſe ob recipien-
dos fructus interficiunt. De inuitatis promiſcuis.
Et de veſte nuptiali. Canon. XXII.

ALiā parabo-
lam audite. Homo erat pater/
familias / & plantauit vineam:
& ſepem circūdedit ei: & fodit
in ea torcular: & turrem ędifica
uit. Et reliqua. Quæſtio omnis in abſoluto eſt. Nā
etiam ipſi principes ſacerdotū & phariſæi de ſe di-
ci hæc intelligentes: in iram accēſi ſunt: ſed perſo-
narum proprietas & rerum comparatiōes ſūt pro
ferendæ. Patrēfamilias hic patrē deū intelligemus
qui populum Iſrahel in prouētus optimorum fru-
ctuum plantauerit: quiq; eos ſanctificatione pater
ni nominis. i. nobilitate Abrahæ & Iſaac & Iacob/
intra fines ſuos tanq̄ ſepto aliquo cuſtodię peculia
tis incluſerit. Prophetas quoq; quædam quaſi tor-
cularia aptauerit: in quos muſti modo quędā vber
tas ſanctiſpiritus feruentis influeret. In turre autē
eminentiam legis extruxerit: quę & in cęlum ex ſo
lo egreſſa proueheret/& ex qua ſpeculari CHRI-
STI poſſet aduentus. In colonis vero/principum
ſacerdotum & phariſęorum eſt ſpecies: quibus in
plæbem poteſtas eſt permiſſa doctrinę. In ſeruis ve
ro qui miſſi ſunt vt fructus perciperēt: varius & ſæ
pe repetit9 progreſſus eſt prophetarum. Miſſi aūt
rurſum plures prioribus/tempus illud eſt quo poſt
ſingulorū prædicationē plurimus in vnū prophe-
tātiū numerus emiſſus eſt: qui variis temporibus
verberati & lapidati & occiſi ſunt fructus inſtitutę
plæbis edoctęq; repetentes. In filio vero ad vltimū
miſſo/domini nři & aduentus & paſſio ē: qui extra
Hieruſalem tanq̄ extra vineā in ſententiā dānatio

nis abiectus eſt. Conſilium vero colonorū: & hęre-
ditatis occiſo hęrede pręſumptio: ſpes inanis ē glo
riam legis perēpto CHRISTO poſſe retineri. In
patrisfamilias reditu tempore iudicii gloria eſt in
filio paternę maieſtatis aſſiſtens: In reſpōſione aūt
ipſorū principum & phariſęorum redditur dignꝰ
apoſtolis legis hęreditas. Sed hic filius lapis eſt ab
ædificatoribus improbatus & in faſtigium angula
ris electus: & in oculis omnium mirabilis: & inter-
legē atq; gētes lateris & ędificii vtriuſq; cōiunctio.

Simile eſt regnum cęlorum homini re
gi q fecit nuptias filio ſuo: & miſit ſeruos ſuos vo-
care inuitatos ad nuptias. &c. Et hęc quidē parabo
la diſtinguenda tēporibus eſt & dinoſcenda perſo
nis eſt. De perſona regis & filii abſoluta intelligen-
tia eſt. Feciſſe aūt patrem nuptias filii & ſic inuitaſ
ſe noua ratio eſt. Nam nuptias facere & auctoris &
temporis eſt nuptiarum. Verum hic nuptiæ/vitæ
cæleſtis & in reſurrectione ſuſcipiendæ æternę glo
riæ ſacramentum eſt. Merito igitur a patre ſūt fa-
ctæ: quia ęternitatis huius ſocietas: & noui corpo-
ris de ſponſa coniūctio perfecta habebaſ in CHRI
STO: Et in hoc quidē loco admonemꝰ ita vt & in
ſuperiore vbi de repudii cōditione tractatū eſt/dili
gēter quæ de ratione reſurrectionis ſignificata ſūt
contueri. Et id quod ſub perſona Adæ ad Aeuam
dictum eſt/quia ſacramentum magnum ſit: ne in-
curioſe relinquatur. Qui aūt admonenſ vt veniāt
inuitati antea populꝰ iſrahel ēſt. In gloriā eñ ęter-
nitatis per legem eſt aduocatus. Serui miſſi qui in
uitatos vocarent apoſtoli ſunt. Eorū eñ erat pro-
prium commonefacere eos quos inuitauerant pro
phetæ. Qui vero iterum cum præceptorum con-
ditione mittuntur apoſtolici ſunt ſucceſſores apo
ſtolorum. Tauri autem ſaginati/glorioſa marty-
rum ſpecies eſt/qui confeſſioni dei tanq̃ hoſtia ele-
cta ſint immolati. Saginata vero ſunt homines ſpi
rituales tanq̃ cęleſti pane ad euolandum aues para
tæ cæteros accepti cibi vbertate expleturæ. His
eñ omnibus iam paratis/& in numerum compla-
citę deo multitudinis regni cęleſtis gloria tanq̃ nu
ptię nuntiantur. Plures vero ob pecunię cupidita-
tem negotiatione detinerenſ/cęteri autem miſſos
ſeruos: quod in ipſis apoſtolis expletum ē: affectos
iniuriis occiderunt. Sed tam immanis facti ſcelus
vltio digna conſequitur. Miſſi exercitus cæleſtes
omnem eorum cōgregationem iudicio dei vrent:
& flammis ęterni ignis ſuccēdēt. Quia contra hu
manitatis affectū homicidarum odiis ſęuierunt.
Quoniam vero de iudicii tempore & reſurrectio-
nis iſta loqueretur/ſermonem eundem ad congre-
gationem gentium retulit. Indignis enim repertis
iis qui primi inuitati fuerāt: iubet iri ad exitus via
rum. Dono enim gratiæ vitæ anterioris crimi-
na remittuntur. Nam ſæpiſſime viam tempus ſæ-
culi intelligēdam monuimus. Atq; ideo ad exitus
viarum iubentur ire/quia omnibꝰ retroacta donā
tur. Vocari deinde omnes ſine aliqua exceptione
ad nuptias iubet: & mali ſimul cum bonis veniūt
Vocatio quidē bonos efficere debuerat: quia ſan-
cta eſt & ex optimo affectu inuitantis profecta eſt
ſed per vitium iemendatę voluntatis diſcrimen ē
vocatorum. Et quia in fallendis hominibus pluri-
mum artis ſoleat habere ſimulatio: quæ ſi nos vel
ſecreto mentis alienę vel ſimplicitate iudicii noſtri
fefellerit: tamen deum latere nō poſſit: ideo ingreſ
ſus deus felicis reſurrectionis iſtius coetum: & ho-
minem accumbentem ſine nuptiali veſte conſpi-
ciens/interrogat: quomodo ſit ingreſſus. Nūquid
inuitandorum habitum deſignauerat? Deinde cū
inuitari quoſq; iuſſiſſet: quomodo vnus omnibus
poterat eſſe veſtitus? Aut ſi certus ex conſuetudi-
ne conuiuantiū in nnuptiis habitus ſoleret eſſe/ab
inuitantibus ac miniſtris potuiſſet inhiberi: ſed q̃a
malos intelligere non omnium eſt: & humana ſim
plicitas difficile fraudulentiam ſimulatę mētis in-
telligit: idcirco hunc malum & indignū coetu nu-
ptiali deus ſolus inuenit. Veſtitus autem nuptia-
lis eſt gloria ſpiritusſancti & candor habitus cæle-
ſtis: qui bonæ interrogationis cōfeſſione ſuſceptꝰ
vſq; in coetum regni cælorum/immaculatus & in
teger reſeruatus. Hic itaq; tolliſ & in exteriores te
nebras mittiſ. Quia multi vocati ſūt & pauci ele-
cti. Non eſt igitur paucitas in inuitatis: ſed raritas
in electis: quia in inuitante ſine exceptione publicę
bonitatis hūanitas eſt: in inuitatis vero de iudicii
merito probitatis electio eſt.

De tributo Cæſari dando & de imagine Cæ-
ſaris. De eadem ſeptem fratrum vxore. De mādā-
tis maximis. De Dauid filio.

Canon. XXIII.

Tunc abierũt phariſæi & conſiliũ fecerunt vt IESVM caperẽt in verbo. Et reliqua. Frequẽter phariſęi con mouenť: & occaſionẽ inſimulãdi eũ habere ex præteritis nõ poſſunt. Cadere enĩ vitiũ in geſta eius & dicta non poterat: ſed de maliciæ affectu in oẽm ſe inquiſitionẽ reperiundæ accuſationis extẽdunt. Nãq; a ſæculi vitiis atq; a ſuperſtitionibus humanarũ religionũ vniuerſos ad ſpem regni cæleſtis vocabat. Igitur an violaret ſæculi poteſtatem de propoſitæ interrogationis cõditione pertemptat: an videlicet reddi tributum cæſari oporteret. Qui interna cogitationum ſecreta cognoſcens (deꝰ enim nihil eorũ quę itra hominem ſũt abſconſa ſpeculať) afferri ſibi denariũ iuſſit: & q̃ſiuit cuiꝰ & inſcriptio eẽt & forma. Phariſæi reſponderũt cæſaris eam eſſe. Quibꝰ ait: Cæſari redhibenda eſſe quę cęſaris ſũt: deo aũt reddenda eẽ q̃ dei ſũt: O plenam miraculi reſponſitionem & pfectam dicti cæleſtis abſolutionem. Ita omnia inter cõtemptũ ſæculi & cõtumeliã lædendi Cæſaris temperauit: vt curis oĩbꝰ & officiis humanis deuotas deo mentes abſolueret: cũ cæſari quæ eiꝰ eſſent reddenda decernit. Si enĩ nihil eiꝰ penes nos reſederit conditione reddendi ei quæ ſua ſũt nõ tenebimur. Porro autem ſi rebus illius incumbamus ſi iure poteſtatis eius vtimur: & nos tanq̃ mercenarios alieni patrimonii ꝑcuratione ſubiicimꝰ extra q̃relã iiuriæ ẽ cęſari redhiberi qđ cæſaris ẽ deo aũt q̃ eiꝰ ſũt ꝓpria reddere nos oportere: corpꝰ animã voluntatẽ. Ab eo enĩ hæc profecta atq; aucta retinemꝰ & perinde condignũ eſt vt ei ſe totũ reddãt cui debere ſe recolunt & originẽ & profectũ.

In illa die acceſſerunt ad eũ Sadducei qui dicunt non eſſe reſurrectionẽ. Et reliqua. Sadducæi extra fidem reſurrectionis ſũt: & qa eam dominus prędicaret: calumniam diuinis rebus ex efficiendi voluntate proponunt. Septẽ videlicet fratrum eandẽ cõiugem cuiuſnã eorũ in reſurrectione futurã eſſe reſpondeat. Atq; ita quidẽ publica opinio accipit de reſurrectionis conditionibus nihil in ſcripturis prophetalibus cõtineri. Sed dominus ait. Erratis: neſcientes ſcripturas: neq; virtutẽ dei. Ergo ſcriptum ẽ & ceſſare debet ãbiguitas quã authoritas tanta condemnat. Hanc enĩ eandẽ calumniã afferre plures ſolent: in quam formã mulieris ſexus reſurgat. Et an rurſum cũ ipſis naturę ſuę & corporis officiis reformetur. Nos q̃dẽ temere locum hunc a cunctis ferme ꝓteritũ cõtingimꝰ: ſed admonemꝰ id tantum domino fuiſſe propoſitum cuius vxor ſit deputanda de ſeptẽ: dñm aũt obiurgaſſe cur errarent/neſcientes ſcripturas deiq; virtutem. Quia non nubent neq; nubentur. Et quidem ſuffecerat aduerſus ſadducæos ita ſentiẽtes opinionem corporeæ illecebræ recidiſſe: & officiis ceſſãtibus inania hæc corporum gaudia ſuſtuliſſe: ſed adiecit. Erunt ſimiles angelis dei. Quia igiť eas angelis ſimiles ſacramentum ſcripturarum & diuinę virtutis poteſtates futuras eſſe demonſtrat qualis in ſcripturis auctoritas eſt de ãgelis opinandi talẽ in reſurrectione ſpei noſtræ ſenſũ oportet eſſe de foeminis Et hæc quidẽ de reſurrectionis cõditionibꝰ propoſitæ reddidit quęſtioni: de ipſa vero reſurrectione aduerſum infidelitatẽ eorum ita locutus ẽ.

Non legiſtis quod dictum eſt vobis a deo dicente: Ego ſum deus Abrahæ & deus Iſaac & deus Iacob? Nõ eſt deꝰ mortuorũ ſed viuorũ. Sermo enĩ hic ad Moyſen ſanctis iſtis patriarchis iã pridẽ quieſcẽtibus extiterat. Ergo quorũ erat deꝰ ii deũ habebãt. Nihil aũt poterãt habere ſi nõ erãt. Quia ĩ natura rei ẽ vt eſſe id neceſſe ſit cuiꝰ ſit alterũ. At q; ita deũ habere viuẽtium eſt: cũ deꝰ ęternitas ſit: & nõ ſit eorũ quæ mortua ſunt habere id qđ æternum eſt. Et quomodo eſſe illi futuriq; ſemꝑ negabunť quorũ ſe eſſe profiteatur æternitas?

Phariſęi aũt audientes q; ſilentium impoſuiſſet Sadducæis congregati ſunt aduerſꝰ eũ: & interrogauit eũ vnus ex his legis doctor &c. Succedũt Sadducæis temptãtibus phariſæi: & illis quidẽ cõgruenter fuerat de reſurrectione reſponſum: vt in lege ipſa ex qua erãt profecti cõtineri ſperandæ reſurrectionis fidẽ conuincerentur. Phariſæi vero habere ſe ſciẽtiã legis gloriabanť quę ad futurorũ ſpeciẽ ꝑlata imaginẽ conſecuturæ veritatis cõtinebat. Quærũt aũt quod mandatũ potiſſimum eſſet in lege. Non contuẽtes meditationẽ legis in CHRISTO fuiſſe perfectam. Et quidẽ inſolentiã ignorantiæ legis ipſius verbis reſponſum ẽ: Quæ reſponſio omnẽ in ſe veritatis eſt complexa doctrinam. Proprium enim dñi noſtri IESV CHRISTI

officiũ eſt cognitionem dei afferre: & intelligentiã nominis eius poteſtatiſq; præſtare. Miſſus eñ venerat & ex æternitate deductus his q̃ erant deo placita pſungebatur: Reſpondit itaq; primũ eſſe mandatum. Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua & ĩ tota mẽte tua. Nõ enim aliud ille efficiebat q̃ qd lex continebat: quia præcepta legis eorũ q̃ geſturus ipſe erat formã cõplectebantur. Admonet igitur cognitiõis eiꝰ quã habere ſe gloriabantur in lege deum omnipotẽtẽ cum affectu mentis cordis animæ diligendum vt admonitionem ſuam prædicta legis mandata firmarent: deinde adiecit.

Hoc eſt magnũ & primũ man datũ. Secũdũ vero ſimile eſt huic. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Sed mandatum ſequens & ſimile ſignificat idem eſſe & officii & meriti ĩ vtroq;. Neq; enim aut dei ſine CHRISTO aut CHRISTI ſine deo poteſt vtilis eſſe dilectio. Alterum igitur ſine altero nullum ad ſalutem noſtram affert profectũ. Et ideo in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Quia lex ex prophetia omnis CHRISTI deputabatur aduentui: & aduentus eius per ſupplementum eorũ cognoſcendi dei intelligẽtiã præſtabat. Nam de proximo frequenter admonuimꝰ non aliũ intelligendũ eſſe q̃ CHRISTVM. cũ eñ patrẽ / matrem / filios charitati dei præponere ĩhibeamur: quõ dilectio proximi / diligendi dei ſimile mandatũ eſt? Aut relinquitur aliquid qd amori dei poſſit æquari: niſi q̃a ſimilitudo pceptiparem charitatẽ diligendi patrẽ & filiũ exigebat.

Atq; vt legis ipſius verbis argui poſſent & de proximo manifeſtior intelligentia panderetur / requirit quid illis videretur CHRISTVS: cuiuſnã filius futurꝰ eſſet? Qui reſpõderũt Dauid. Quibuſq; ait: quõ in ſpiritu dominꝰ a Dauid nuncupatetur qui eius filius futurus eſſet? Et quõ ab eo dictum eſſet. Dicit dominꝰ domino meo ſede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ? Erat quidẽ verũ CHRISTVM ex dauid ſemine procreandum: ſed ſimilitudo nominis qua dominus domino dicebat: & qua a dextris collocabat: donec omnes inimicos ſubderet pedibus ipſius ſignificabat & de conſortio nõis ſubſtantiæ vnitatẽ & de aſſidendi inuitatione iudicium: & de vniuerſorum ſubiectione virtutem: vt meminiſſet in eo qui ex Dauid oriebatur æternę virtutis & poteſtatis & originis ſubſtantiam contineri & deũ in homine manſurum.

¶ De cathedra Moyſi ſuper quam ſederunt ſcribæ & phariſæi. De clauſo ab iiſdem regno cælorum. Et ab iiſdem comedi domos viduarum: & circuneuntibus mare & aridam Et dicentibus Quicũq; iurauerit in templo nihil eſt. Et de decimantibus mentam & anetum. Et de ædificantibus ſepulcra prophetarum. Et de Hieruſalem quæ interficit pphetas: & lapidat eos qui ad ſe miſſi ſunt.

Canon. XXIIII.

TUnc Jeſus locutus eſt turbis & diſcipulis ſuis dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Et reliqua. Legis de ſe teſtantis gloriam ptulit: quæ imaginem in ſe futuræ veritatis expreſſerat. in oĩbus eñ CHRISTI meditabatur aduentum. Quicquid enim in ea continebatur in profectum manifeſtandæ eius cognitionis aſſumptum eſt. Iubet igitur pceptis phariſæorum obtemperari: quia in Moyſi cathedra ſederũt iubet legis mandatis omnibus obediri ſed a factis eorum atq; operibꝰ abſtineri: vt mores hominum atq; infidelitas non legis doctrina vitetur. Ipſi eñ ſubdito ſibi populo grauiſſima legis onera imponunt ne digitum quidem ſuum contingendis ipſis admouentes. Quinetiam præcipiunt deum ex toto corde diligi: & proximum tanq̃ ſe amari: ipſi aduerſum legis ſibi latæ teſtimonium / deũ in CHRISTI paſſionibus perſequentes. Verborum quoq; ſuorum gloriam tanq̃ phylacteria dilatantes quibus vitæ æternæ auctor deus non ſit intellectꝰ in CHRISTO: ſeſeq; ex honore legis emiſſos tãq̃ fimbrias ex veſte magnificent: qui totius legis ignari neq; opera neq; virtutem eius ipſius legis agnouerint. Amantes primos accubitus in conuiuiis: q igni æterno (conuiuantibus potius cum Abrahã gentibus) deputantur. Et primas cathedras in ſynagogis: ipſi doctorem ſuum ſecundum legis & prophetarum teſtimonium neſcientes. Sed & ſalutationes in foro quibus humilitas cordis & miniſterium in omnes eſt imperatum Vocari etiã ab hominibus magiſtri volunt doctrinę legis igna

ri:& magiſtrũ ſalutis perpetuæ reſpuentes. Quæ
quia omnia propha na atq; peruerſa eſſent factorũ
imitatione damnantur: legis autem audientia &
dictorum obedientia/quia CHRISTVM loque-
bantur exigitur. Verum in contrarium diſcipulis
iam ſe ſcientibus totius humilitatis pcepta cõſum
mat: vt meminerint omnes fratres eſſe.i.filios parẽ
tis vniꝰ: & per nouę natiuitatis generationem ter
reni ortus exceſſiſſe primordia: & vnum ſibi eſſe oĩ
bus cæleſtis doctrinæ magiſtrum: & gloriam ho-
noris æterni humilitatis conſciẽtia capeſſendum.
Quia inſolentiam deus humilẽ effecturꝰ ſit: & hu
militatẽ electurus in gloriã.

Vę vobis ſcribę & pharíſęi hypocritę qui
cluditis regnum cælorum. Simulationem eorum
poenæ ſignificatiõe condemnat. Væ enim vox do
lentis: Cludere autem eos regnum cælorum ideo
ait: ꝙ in lege meditationẽ eius quę in CHRISTO
eſt veritatis occultent: & corporeum aduentum a
prophetis prædicatum doctrinæ ſimulatione abſ-
condant: ipſiq; non adeuntes viam æternitatis in
CHRISTO adire quoq; cæteros non ſinant.

Vę vobis ſcribę et pharíſęi hypocritæ q
comeditis domos viduarum. Hinc illę ſunt veri-
tatis inſicię: hinc adeundæ cæteris ſalutis inhibitio
& regni cæleſtis obſeratio: vt in obeundis viduarũ
domibus retineaẽ ambitio: vt longę orationis di-
gnatione ſpolientur: vt ab his cæleſtis cognitio tã
q̃ a theſauro repoſitæ opulentiæ expetatur: vt le-
gis dignitas gratiæ ſilentio perſeueret. & ideo acci
piant amplius iudicium: quia & poenã proprii pec
cati & reatum alienæ ignorantiæ debebunt.

Væ vobis ſcribæ et pharíſæi hypocritę q
circumitis mare & aridã. In maris & terræ peregri-
natiõe ſignificat in totius orbis finibꝰ eos eſſe CHRI
STI euangelio obtrectaturos: & legis iugo contra
iuſtificationem fidei aliquos ſubdituros. Proſeliti
enim ſunt ex gentibus in ſynagogam recepti quo
rum futurorum raritas in vno iudicatur. Neq; eñ
poſt CHRISTI prædicationem doctrinæ eorum
fides relicta eſt: ſed quiſquis fuerit acquiſitꝰ ad plę
bem filius ſit gehennæ: poenæ ſoboles: & æterni iu
dicii hæreditas. quia adoptio ex gẽtibus Abrahæ
familiam factura ſit. Ideo autem poenæ duplicatæ
erit filius quia neq; remiſſionem peccatorũ ſit con

ſecutus: & ſocietatem eorum q CHRISTVM per
ſecuti ſunt/ſit ſecutus.

Væ vobis duces/ cæci qui dicitis quicũq;
iurauerit in templum nihil eſt. Reuerẽtiam huma
narum obſeruationum: & contumeliam prophe-
ticæ traditionis exprobrat: ꝙ inanibꝰ honorem da
rent & detraherent honorandis. Legem nãq; ipſe
dederat & lex non ẽficientiam continebat: ſed me
ditabatur effectus. Nam ornatus altarii atq; tem-
pli non dignitatem de cultu conciliabat/ſed futu
rorũ ſpeciem eo decore fingebat. Nam aurum: ar-
gentum ęs: orichalcum: margaritæ. chryſtallus: p
priam ſignificantiam pro natura vniuſcuiuſq; me
talli complectũtur. Igitur redarguit ꝙ aurum tem
pli & dona altaris pro ſacramentorum religionibꝰ
venerarentur: cum honor potior eſſet & altaris &
templi quia ad futurorum ſpeciem & aurũ templi
& donũ dedicaretur altari. Et ideo veniẽte CHRI
STO inutilem eſſe fiduciam legis quia non in lege
CHRISTVS ſed lex ſanctificaretur in CHRISTO
in qua veluti ſedes thronuſq; ſibi poſitus ſit: qui
quia religioſus habeatur: religionem ab eo neceſſe
eſt qui in illo confidat acceperit: atq; ita ſtulti cæ-
ciq; ſint: ſanctificante prætertito ſanctificari vene-
rantes.

Væ vobis ſcribę et Pharíſæi hypocritæ
qui decimatis mentam & anetum. Et reliqua Mẽ-
tis occulta & obſcuram voluntatum iniquitatem
redarguit: ꝙ ea quæ in decimis mentæ atq; aneti
lex præſcribit efficiant vt implere legem ab homi-
nibus exiſtimentur: miſericordiam vero atq; iuſti-
tiam & fidẽ & omnem beniuolentię affectum re-
liquerint quod proprium hominis officium eſt. Quia
decimatio illa holeris quæ in præformationẽ futu
rorum erat vtilis non debebat omitti: effici autem
hoc oportebat vt fidei & iuſtitiæ & miſericordiæ
partibus functi non imitatione fingendæ/ſed veri
tate retinẽdę volũtatis opibꝰ placeremus. Et q2 mi
nus piaculi eſſet decimationẽ holeris potius q̃ be-
niuolentię officiũ pterire: irridet eorũ in colandis
culicibꝰ diligentiã: quorũ in glutiẽdis camelis eſ-
ſet incuria: peccata videlicet leuia vitãdum & gra
uia deuorãdũ. Par quoq; in eos poenę denũtiatio
eſt qui calices & parapſides extrinſecus eluentes
eorum interiora non mundẽt: & iactantiã inutilis

ſtudii ſequẽtes: vtilitatis pſectę miniſteriũ derelin
quãt. Calicis nãq; vſus interior eſt q ſi obſorduerit
quid proficiet lotꝰ exteriꝰ! Atq; ideo interioris cõ
ſcientię nitor eſt obtinendꝰ vt ea quæ corporis ſũt
forinſecus eluantur. Sepulcris quoq; eos compa-
rauit quæ humano opere cultuq; ſplendentia mor
tuorum oſſibus & cadauerum immunditiis interi
us ſordeſcant: præferant .ſ. manibus verbis iuſtitię
ſpecioſitatẽ: habeant vero intra ſe conſcientiæ ſuę
mentiſq; fœtorem.

Vę vobis ſcribę & pharisęi hypocritę qui
ædeficatis ſepulcra prophetarum. Et reliqua. Iudi-
cii forma in abſoluto eſt: & vnicuiq; noſtrum ex na
tura ſenſus atq; opinio ęquitatis imponitur: vt mi
nus ex eo veniæ iniquitatis opus habeat: quo ma-
gis ęquitas ignorata nõ fuerit. Prophetas nãq; oẽs
legis populus occidit. In odium eñ eorum amari-
tudine obiurgationis accenſi ſunt. Nam voce pu-
blica furta: cędes: adulteria: ſacrilegia eius coargue
bant. Et quia indignum eum cæleſti regno ob hæc
opera denuntiabãt: & hæredes teſtamenti dei gẽ-
tes futuras pdicabant: vario pœnarum genere cõ
fecti ſunt. Sed parentum facta poſteritas ita dete-
ſtata eſt: vt prophetiæ libros venerentur: memori-
as adornent: ſepulcra inſtaurent: taliq; reuerentia
extra culpam ſe eſſe paterni ſceleris teſtentur. Qui
ergo prophetas cum grauiſſimo piaculo occiſos fa
tẽtur: qua venia CHRISTVM qui prophetarum
opus eſt condemnabunt / cum ea q̃ deteſtẽtur etiã
multiplicato facinore pficiant! Atq; ideo & ſerpẽ-
tes & vipetina generatio ſunt: quia menſuram pa
ternæ voluntatis implebunt. Et quomodo effugi
ent iudicium deteſtantes cædem prophetarum &
vſq; ad crucis mortem dominum perſequentes! A
quibus propter apoſtolos qui de futurorum reuela
tione prophetę ſunt: & de CHRISTI agnitione ſa
pientes de legis intelligentia ſcribæ cæſos: lapida-
tos: crucifixos & a ciuitatibus in ciuitates fugatos
omnis ſanguis iuſtorum ab Abel vſq; ad Zachari
am redundauit: vt quibus obeditum ſi fuiſſet pro
priorum criminum eẽt venia præſtita: ab iis eoſdẽ
interemptos pœna in eos qui peremerint pater-
norum quoq; facinorum congereret.

Hieruſalem hieruſalem q̃ interficis pro-
phetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. &c. Inter
multa obiurgationũ genera: ſemp miſericordię ſuę
proteſtatur affectum cuius hinc omnis q̃rela ẽ / q
regredi in ſalutem quam præſtabat abnuerent. Oc
ciderãt eñ prophetas & ad ſe miſſos lapidauerãt
Hieruſalẽ. In ciuitatis nuncupatione habitantium
facinus oſtenditur. Et idcirco Abel ſanguis & Za-
chariæ in hanc eorum poſteritatem venturus oſtẽ
ditur. Quia iam in his habitans CHRISTVS &
prædicans erat paſſus. Quod ſi creditum ei fuiſſet
nõ ſolum extra pœnam necis prophetarum credẽ
tium fides fuerat: ſed ipſam illam dominicæ paſſio
nis ſententiã eſſet venia conſecuta. At vero cũ nec
poſt reſurrectionem creditum ei fuerit: etiam vi-
tio ab iis Abelis & Zachariæ ſanguinis repoſcitur.
Quis enim corporeus hæc loquatur: & opem vni
uerſis homo repertꝰ exhibeat: frequenter tamẽ cõ
gregare eos voluit pdicatonibus prophetarũ: ſed
fruſtra hunc impendit affectum: & incaſſum tanq̃
gallina congregans pullos ſuos continere eos ſub
alis ſuis voluit: terrena videlicet nunc & domeſti-
ca auis factꝰ quodam corporis ſui tanq̃ alarum o-
rimento calorem vt pullis ſuis vitæ immortalis in
pedulgens & in volatum velut noua generatione
producens. Pullis eñ alia naſcendi ratio eſt / alia vi
uendi. Nam primum ouorum teſtis tanq̃ clauſtro
corporis continentur: dehinc poſtea parentis ſedu
litate confoti exeunt in volatum. Huius igitur fa-
miliaris ac pene terrenæ auis more congregare eos
intra ſe voluit: vt qui conditione naſcendi editi iã
fuiſſent: nunc alterius generationis ortu & calore
confouentis renati in cæleſte regnum tanq̃ penna
tis corporibus euolarent. Quod quia noluerunt /
domus eorum deſerta & vacua relinquetur .i. indi
gni habitatione ſancti ſpiritus erunt. Sua enim do
mus non dei eſſe cœperunt: & in contumacia infi-
delitatis manentes vſq; id tempus eum non vide-
bunt quo i domini nomine reuertentẽ etiã inuitæ
infidelitatis confeſſione benedicent.

De ſtructura tẽpli interrogãtibꝰ diſcipulis Et de
his q in tecto ſũt ne deſcẽdant tollere aliqd
de domo. Et qui in agro ſunt ne re
uertant tollere tunicã ſuã
Et de pgnãtibꝰ & nu
trientibꝰ
Canon. XXV.

ET egreſſus de
teplo ibat: et acceſſerunt diſcipu
li eius vt oſtenderēt ei ſtructurā tē
pli. &c. Poſt cōminationē deſerēdę
Hieruſalē tanq̄ cōmouēdꝰ ābitione tēpli eſſet ma
gnificētiæ ex ſtructionis oſtēditur: q̄ ait deſtruēda
nia eſſe: & diſperſis totius ſubſtructionis lapidibꝰ
diruenda. Templū eñ ęternū ad habitationē ſan
cti ſpiritus conſecrabatur: homo. ſ. per agnitionem
filii & confeſſionē patris: & præceptorū obediētiā
deo fieri dignus habitaculū. Et cum ſeceſſiſſet ī
montem adeuntes eum ſecreto diſcipuli interro
gant quando hęc fierent: quod veſtigium & aduē
tus ſui & conſummationis ſæculi noſcerent. Erga
tria hæc in vnum quæſita ſunt: diſtinctis & tēpo
ris intelligentiæ ſignificationibus ſeparantur. Re
ſpōdetur igitur primum de ciuitatis occaſu: & cō
firmantur veritate doctrinæ ne quis fallax ignoran
tibus poſſet obrepere. Venturi eñ erāt etiā eorū tē
pore qui ſe CHRISTVM eſſent nūcupaturi. Vt
igitur fides peſtifero mendacio detrahi poſſet / ad
monitio præceſſit. Venit eñ ſamaritanus Simon
Zabolicis inſtructus & operibus & dictis: pluresq̄
factorum miraculis deprauauit. Et quia hoc ī apo
ſtolorum tēpora conueniret / ait. Non eſt finis. Sed
ne tunc quidem cum gentes aduerſus ſe mutuo &
regna concurrerent: & fames ac terrę motus erunt
Quia in his non vniuerſitatis huius diſſolutio eſt:
ſed dolorum initia: malis omnibus exinde cœptu
ris. Confirmat igitur eos ad tolerantiā paſſionum:
fugæ: verberationis: interitus: & publici in eos o
dii propter nomen eius. Atq̄ his quidem vexa
tionibus multi turbabuntur: & tantis inſurgenti
bus malis ſcandalizabuntur: & vſq̄ in mutuum
odiū excitabuntur. Et falſi prophetæ erunt: vt Ni
colaus vnus ex ſeptē diaconibꝰ fuit: multoſq̄ emē
tita veritate peruertent: & abundante nequitia: cha
ritas frigeſcet: ſed vſq̄ in finem pſeuerantibus ſalꝰ
reſeruata eſt: ac tum per oēs orbis partes viris apo
ſtolicis diſperſis euangelii veritas prædicabitur. Et
cum vniuerſis fuerit cognitio ſacramenti cęleſtis
inuecta: tum Hieruſalem occaſus & finis incum
bet: vt pdicatiōis fidem & infidelium pœna & me
tus ciuitatis erutæ conſequatur. Hæc igitur in eā
vt fuerant pdicta perfecta ſunt: & lapidatis / fuga
tis / peremptis / apoſtolis: fame / bello captiuitate cō
ſumpta eſt: ac tum fuit digna non eſſe cū eiectis p̄
dicatoribus CHRISTI indignem dei pdicatione
ſe præbuit. Sequitur deinde & indiciū aduentꝰ fu
turi: cum abominationem deſolationis ſtantem in
loco ſancto videbunt: tunc claritatis reditū intelli
gendum. Et de hoc quidem beatiſſimo Daniele &
Paulo pdicantibus ſuperfluū nos puto habere ſer
monem. De antichriſti eñ temporibus hæc locu
tꝰ eſt. Abominatio ex eo dictus ꝙ aduerſus deum
veniens honorem ſibi dei vindicet. Deſolatiōis au
tem abominatio quia bellis & cædibus terram cū
piaculo deſolaturꝰ ſit. Atq̄ a Iudæis ſuſceptus lo
co ſanctificationis inſiſtet. Vt vbi ſanctorum p̄ci
bus deus inuocabatur / illic ab infidelibus receptus
dei honore venerabilis ſit. Et quia proprius iſte iu
dęorum erit error: vt qui veritatē reſpuerunt ſuſci
piant falſitatem: iudæā deſeri monet & tranſſuge
re in montes: ne admixtione plæbis illius Antichri
ſto creditura viſa vt contagio afferatur: ſed oībus
qui tūc fideles erūt tutiora futura ſint deſerta mō
tiū q̄ frequentata iudeæ. Qꝫ autem ait.

Et qui in tecto ſūt non deſcendant tolle
re aliquid de domo: Præceptum iſtud ſecundū hu
manam intelligentiam rationem dicti factiq̄ non
recipit. Qui eñ in tecto eſt: & iudæam ſit relictu
rus niſi deſcendens ex eo abire non poterit: Aut q̄
vtilitas eſt conſiſtere in tecto & non in domo ma
nere? Sed frequenter admonuimꝰ proprietates ver
borum & locorum contuendas: vt momenta p̄ce
ptorum cæleſtium conſequamur. Tectum eſt do
mus faſtigium: & habitationis totius celſa perfe
ctio. Domus eñ nulla dici poterit vel eſſe ſine te
cto. Qui igitur in conſummatione domꝰ ſuæ. i. in
corporis ſui perfectione conſiſtit: regeneratione
nouus: ſpiritu celſus: & diuini muneris abſolutiōe
perfectus: nō deſcēdere in humiliora rerum ſæcu
larium cupiditate debebit. Neq̄ interioribus cor
poris illecebris prouocatus de tecti ſui ſublimita
te decedere.

Et qui in agro erit non reuertatur tollere
tunicam ſuam. Scilicet poſitus in operationem p̄
cepti non ad curas priſtinas reuertatur: Neq̄ ali
qua corporis indumēta deſideret: ob quæ reuerſꝰ
veterum exind peccaminum quibus antea cōte

gebatur erit tunicam telaturus.

p Væ prægnantibꝰ et nutriētibus Simpliciter quidem iſtud ꝑpter morā fugæ accipi poteſt: quia ventris onere impeditas imminētē temporum ruinam effugere ſit moleſtum. Sed quid cō ditio ſexus & generatiōis ordo cōmeruit? Niſi forte ætas illa mulierum quæ in illa tempora inciderint proprie ſit futura maledicta. Sed abſit iſtud vt quicq̄ ſit qd hoi niſi ſua culpa malum fiat. Nō igiť de fœtarum onere dominum admonuiſſe credendum eſt: cum dicit: Væ prægnantibus: Sed animarum peccatis repletarū oſtendiſſe grauitatē: Quæ neq; in tecto poſitæ: neq; in agro manentes poſitæ iræ tempeſtatem vitare poſſint. Dolor eñ ꝑgnantis ex natura conſequitur: & partus ſine totiꝰ corporis vexatione non funditur. Quę ergo tales aiæ reperientur in ſuo & onere & dolore continebunť. Illis quoq; vę erit quę nutrientur. Eſt infantia lacte depulſa non minus ad fugam īutilis q̄ ea quę etiā nū lacte alatur: & quō vę illi quæ nutriatur: cum nihil interſit ętatis ac temporis nutriri lacte & deceſſiſſe de lacte: ſed perinde hic etiā infirmitatē animarū quæ ad cognitionem dei tanq̄ lacte educabanť oſtendit: quæ perfecti cibi virtute indigentes: tenui diuinæ cognitionis infirmoq; guſtatu imbuātur & idcirco vę ipſis erit: quia & ad effugiendum Antichriſtum graues: & ad ſuſtinendum imperitæ nec peccata effugerint nec cibum veri panis acceperit Atq; idcirco orare admonemur ne vel hyeme fuga noſtra vel ſabbato ſit. i. ne aut in peccatorum frigore aut in ocio bonorū operū reperiamur. Quia grauis vexatio incumbet & intolerabilis cūctis niſi ꝙ cauſa electorum dei diebus illis ſit breuitas afferenda: vt vim incumbentium malorū coarctatum degraſſandi tempus exuperet. Et q2 in magna vexatione poſitis pſeudoprophetæ tanq̄ præſentem in CHRISTO opem ſint indicaturi: multis in locis CHRISTVM eſſe atq; haberi mentientur: vt in Antichriſti famulatum depreſſos vexatoſq; deducant: nunc in deſertis eſſe dicentes vt errore deprauent: nūc in penetralibus aſſerētes vt dominantes poteſtate cōcludāt. Sed ſe dominꝰ non loco occulendum: nec a ſingulis cōtuendum eſſe profitetur: ſed vbicunq; & in conſpectu omnium pręſentem futurum modo fulguris qd ab oriente clarū lumen ſuū vſq; ad occidētis plagam ſpargit: & vndecunq; micans vbicunq; cernetur: ac ne loci quidem eius in quo futurꝰ eēt / eſſemꝰ ignaritate. Vbicunq; fuerit corpus ibi congregabūtur aquilę. Sāctos de volatu ſpiritualis corporis aquilas nūcupauit / quorū congregantibus angelis cōuentum futurū in loco paſſionis oſtendit. Et digne illic claritatis aduentus expectabitur vbi nobis gloriam æternitatis paſſione corporeæ humilitatis operatus eſt.

¶ De ſole obſcurato & luna & ſtellis. De ſigno ficus. De diei aduentꝰ dominici incertitudine. De aſſumendis & relinquendis. Et de vigilantia ſeruāda. Canon. XXVI.

STatim aūt pꝰ tribulationē dierum illorū ſol obſcurabitur. Et reliqua. Gloriam aduentꝰ ſui & claritatis redditum idicat obſcuritate ſolis: defectione lunæ: caſu ſtellarum: virtutū cæleſtium motu: oſtenſione ſigni ſalutaris: lamentatione gētiū cognoſcētiū filiū hominis in dei gloria & ad collectionē ſanctorū deſtinatione āgelorū: cum tubæ .i. iā publicæ libertatis hortatu. Sic erit de grano ſinapis arbor ingens: ſic de lapide mōtis cōtrita imagine orbē terræ mōs occupans: ſic ciuitas omnibꝰ contemplabilis: ſic lucens vniuerſis lumen in lino: ſic ex humilitate mortis deus glorię. Quarū oīm rerum indicio ſcire nos voluit tempus noſtræ redemptionis: quo ex corruptiōe corporum in honorem ſpiritualis ſubſtantiæ tranſferemur. Cognoſcendi aūt temporis ſignum in ſimilitudine ficus arboris poſuit: cuius cum ramus tener fuerit atq; frondue rit: prope eſſe æſtas intelligetur. Sed longe alia natura & æſtatis & arboris eſt. In veris eñ initiis intumeſcit: & non exiguum tempus eſt medium inter id quod æſtas ingruit & arboris ramus teneteſcit in frondes. Ex quo non de arbore hoc dictū eſſe noſcendum eſt. Et quidē iā ſuperius de arboris iſtius proprietate tractauimus. Huiꝰ etiam foliis Adā legimꝰ indutū & pudorem conſcientiæ texiſſe. i. tanq̄ peccati veſte ſub lege circundatū. Ramꝰ igitur ficus Antichriſtus eſſe intelligetur: Zaboli filiꝰ peccati portio legis aſſertor Qui cū teneteſcere cœperit atq; frondeſcere tunc proxima eſſe æſtas. i. di

es iudicii ſentieť. Frōdeſcere aũt quadã peccatorũ exultantiũ viriditare noſciť. Erit eñ tũ flos criminoſorũ: & honor facinoroſorũ & gratia ꝑphanorũ qbꝰ tñ æſtꝰ .i. caloręterni ignis ī ꝓximo ē. Atqꝫ vt fides certa eēt futurorũ Amen dicēdo profeſſionē veritatis adiecit; generationē noſtram præterire non poſſe niſi vniuerſa iſta tranſcurrerent: eaqꝫ quę firma exiſtimantur: cælum & terram non futura: verba autem ſua non poſſe nō eē: quia illa ex cōditione creationis ſuæ .i. profecta de nihilo: habeant id in ſe neceſſitatis vt nō ſint: hęc aũt ex ęternitate deducta id in ſe contineant virtutis vt maneant.

De fine aũt temporũ curã ſollicitudinis noſtræ ademit: diē illũ dicens nemini eſſe cognitũ: & non ſolum angelis; ſed etiã ſibi ignoratũ. O diuinę bonitatis inæſtimabilē miſericordiã: Nunqd deus pſ cognitionē diei celandi filiũ ꝑpoſito abnegauit! cũ dictũ ab eo ſit: Oīa mihi a patre meo tradita ſunt! Ergo nō oīa ſũt ſi eſt aliqd qđ negať: Sed qa ad nos oīa a patre accepta deueheret: deiqꝫ verbũ nō tam futuri in ſe fidē cōtineat q̃ facti: ideo extra definitionē dies poſita eſt vt largũ licet deꝰ pœnitētię nobis tēpꝰ indulgēs/incerti tñ metu ſemꝑ nos ſollicitos detineret: & ipē nulli loquēdo volūtatē dandi huiꝰ diei nulla dicti ſui definitiōe cohiberet. Quia ſecũdũ diluuii tēpꝰ in ipſo vitę nr̄ę curſu oīa gentibus ac pœnitentibus magnus ille dies aderit.

Quinetiã in aſſumēdis fidelibꝰ futurũ eē diſcrimē oſtēdit: cũ duobꝰ in agro poſitis aſſumať vnus & alter relinquatur: & duobus molentibꝰ improbetur alter: alter eligať: & ex duobꝰ q in lecto erunt adhæreat vnꝰ alter deſeratur. Infidelium enim & fidelium diſcrimē in relinquendis aliis & aliis aſſumendis docet. Dei eñ ira ingraueſcente ſancti (vt propheta ait) in promptuariis recondentur: ꝑfidi vero ad cęleſtis ignis materiē relinquentur. Duos igitur in agro .i. duos populos fideliũ & infidelium in ſæculo tanq̃ in vitę huius opere dies dñi depħēdet: ſeparabuntur tamen relicto alio & alio aſſumpto. De molentibus quoqꝫ par ratio eſt. Mola opus legis ē: ſed qa pars iudęorũ vt ꝑ apoſtolos credidit: ita ꝑ Heliã eſt creditura: & iuſtificanda per fidem ē ideo vna per eandem fidē boni operis appręhendetur alia vero in infructuoſo legis ope relinquetur: molens incaſſũ & nō factura cęleſtꝭ cibi panē. Duo aũt ſũt in lecto eādē paſſiōis dñicę requiē ꝑdicātes circa quã & hęreticorũ & catholicoꝝ eadē atqꝫ vna cōfeſſio eſt. Sed qa vnitatē pr̄is & filii: & coēm eorũ theothetã quã deitatē nũcupauimꝰ catholicorũ veritas ꝑdicabit: et eādē rurſũ plimis cōtumeliis hęreticorũ falſitas īpugnabit: idcirco ex duobꝰ ī lecto alter relinquitur & alter aſſumitur. Quia fidem cōfeſſionis vtriuſqꝫ in vno aſſumendo & in altero relinquendo diuini arbitrii iudicium comprobabit.

Atqꝫ vt ignorãtiã illã diei oībꝰ taciti non ſine vtilis ſilentii ratione eē ſcitemꝰ: vigilare nos ꝑpter aduētũ furis admonuit: & orationũ aſſiduitate detentos oībꝰ ꝓceptorũ ſuorũ opibꝰ inhęrere. Furem eñ eſſe oſtēdit Zabolũ ad detrahēda ex nobis ſpolia peruigilē: & corporũ noſtrorũ domibꝰ inſidiãtē: vt ea incurioſis nobis & ſomno deditis cōſiliorũ ſuorũ atqꝫ illecebrarũ iaculis ꝑfodiat. Paratos igiť eē nos cōuenit qa diei ignoratio intentum ſollicitudinē ſuſpenſæ expectationis exagitet.

¶ De ſeruo fideli quē cōſtituit dñs ſuꝑ familiã ſuam. De decē virginibꝰ. De hoīe pegre ꝓfecto q tradidit ſubſtantiã ſuã ſeruis ſuis.

Canon. XXVII.

QUiſnam eſt fidelis ſeruꝰ & prudēs/quē conſtituit dominus ſupra familiam ſuam. &c. Qꝫq̃ in commune nos ad indefeſſam vigilantiæ curam adhortetur: ſpecialem tamē populi pricipibꝰ .i. epiſcopis in expectatione aduentuqꝫ ſuo ſollicitudinem mandat Hunc eñ ſeruũ fidelē atqꝫ prudentē ꝓpoſitũ familię ſignificat: cōmoda atqꝫ vtilitates commiſſi ſibi populi curãtē. Qui ſi dicto audiēs & ꝓceptis obediēs erit .i. ſi doctrinę opportunitate et veritate infirma confirmet: diſrupta cōſolidet: deprauata cōuertat: & verbũ vitę in ęternitatis cibũ alēdę familiæ diſperdat. Atqꝫ hæc agens hiſqꝫ immorans depræhendeť gloriã a dño tanq̃ diſpenſator fidelis & villicus vtilis cōſequetur: & ſuꝑ oīa bona cōſtitueť .i. ī dei gl̄ia collocabiť: Quia nihil ſit vltra qđ meliꝰ ſit. Qꝫ ſi cōtuēs longã dei patiētiã q̃ il ꝑfectũ hũanæ ſalutꝭ extēdiť: aduerſũ cōſuos īſoleſcet: et ſęculi malis vitiiſqꝫ ſe tradet pręſentiũ tñ curã

in cultu vētris exercens:deſperata die dn̄s aduenī
et eū q̄ a bonis q̄ ſpoponderat diuidet portionēq̄
eiꝰ cū: hypocritis i pœnę ęt̄nitate cōſtituet:q̄a ad
uētū deſperauerit :q̄a mādat/ nō obtēperauerit:q̄a
p̄ñtibꝰ ſtuduerit :q̄a vita gentiū vixerit:q̄a deſpe=
ratione iudicii cōmiſſam ſibi familiā fame/ſiti cæ=
de vexauerit.

Tunc ſimilabitur regnū cælorum decē
virginibus.& reliqua.Ex dictis ſupioribꝰ ratio quo
q̄ huiꝰ ſermonis ītelligi pōt.de die em̄ magno dn̄i
oīs eſt ſermo quo occulta humanarū cogitationū
diuini iudicii cognitione prodent̄: & vera expecta
ti dei fides nō ambiguę ſpei meritū cōſequet̄.Ab=
ſolute em̄ in quinq̄ prudētibꝰ & in quinq̄ fatuis fi
deliū atq̄ infideliū eſt cōſtituta diuiſio.Quo exē=
plo Moyſes decē verba duabus tabulis conſcripta
acceperat. Neceſſe em̄ erat oīa ea i vtraq̄ cōſcribi.
Et duplex pagina inter proprietatē dextrę & ſini=
ſtrę diuiſionē ſub vno licet teſtamēto bonorū ma=
lorūq̄ ſignabat.Sponſus atq̄ ſponſa dn̄s noſter eſt
in corpore deus.Nā vt ſpūs carni:ita ſpiritui caro
ſponſa eſt.Deniq̄ tuba excitante ſponſo obuiā tm̄
proditur.Erunt em̄ iā ambo vnū :q̄a in gloriā ſpiri
tualē humilitas carnis exceſſerat . Primo aūt pro=
greſſu vitę huiꝰ officiis occurrere in reſurrectionē/
q̄ eſt a mortuis/ p̄paramur. Lāpades igit̄ animarū
ſplendētiū lumē eſt:quæ ſacramēto baptiſmi ſplē=
duerunt:Oleū boni operis eſt fructus.Vaſa huma
na ſunt corpora:intra quorū viſcera theſaurus bo=
nę cōſcientiæ recondendus eſt. Vēdētes ſūt ii qui
miſericordia fidelium indigentes reddūt ex ſe peti
ta cōmercia indigentię ſuę.ſ.& ſatietate boni ope=
ris noſtri cōſciētiam emētes.Hęc em̄ indefeſſi lumi
nis copioſa materies eſt: quę miſericordię fructibꝰ
& emenda ē & recōdēda.Nuptię immortalitatis aſ
ſumptio eſt: & inter corruptionē atq̄ incorruptio=
nē ex noua ſocietate cōiūctio.Mora ſpōſi pœnitē=
tię tēpus eſt . Expectantiū ſōnꝰ credētiū quies eſt:
& in pœnitētię tēpore mors tēporaria vniuerſorū
Nocte media clamor:cūctis ignorātibus tubę vox
eſt dn̄i p̄cedētis aduētū . Lāpadū aſſūptio aīarū eſt
reditus in corpora: earūq̄ lux cōſciētia boni op̄is
elucēs quę vaſculis corporū cōtinet̄.Prudētes vir=
gines hę ſūt quę opportunū in corporibus op̄andi
tēpꝰ āplexę in primū ſe occurſū aduētus dn̄ici p̄pa
rauerint.Fatuę aūt q̄ diſſolutę ac negligētes p̄ñtiū

em̄ ſollicitudinē habuerint:& imemores p̄miſſorū
dei in nullā ſe ſpē reſurrectionis extenderit.Et quia
p̄dire obuiā fatuę extinctis lāpadibꝰ non p̄ñt:dep̄
cant̄ eas quę prudētes erāt vt oleū mutuēt.Quibꝰ
reſponderūt nō poſſe ſe dare:q̄a nō ſit forte q̄d oībꝰ
ſatis ſit/Alienis ſcilicet opibꝰ ac meritis neminem
adiuuādū:q̄a vnicuiq̄ lāpadi ſuę emere oleū ſit ne
ceſſe .Quas hortat̄ vt redeant ad emēdū :ſi vł ſero
p̄ceptis dei obſequēdo/cū lāpadū luce ſpōſi dignæ
efficiant̄ occurſu.Quibꝰ morātibꝰ ſponſꝰ īgreſſꝰ
eſt:atq̄ vna cū eo in nuptias ſapiētes /quę cōpata=
to lāpadū lumine opperiebant̄/itroeunt.i. in cęle=
ſtē gloriā ſub ipſo ſtati aduētu dn̄icę claritatis īce=
dūt.Et q̄a iā pœnitētię nullū ē tēpus:fatuę occur=
rūt:apiri ſibi aditū rogāt.Quibꝰ reſpōdet̄ a ſpōſo:
q̄a neſcio vos.Nō em̄ i officio aduenietis affuerāt:
neq̄ ad vocē tubę excitātis occurrerāt:neq̄ intro=
eūtiū comitatui adhęſerāt:ſed morātes & indignę
introeundi ad nuptias tēpꝰ amiſerant.

Sicut em̄ hō peregre proficiſcens vo
cauit ſeruos ſuos:& tradidit illis ſubſtantiā ſuā.Et
reliqua.Diuiſio pecunię inęqualis eſt:ſed nō ad di=
uidētē referēda diuerſitas ē. Ait em̄ vnūquēq̄ ſm̄
virtutē ſuā accepiſſe.Ergo inquātū quis capax eēt
accepit.Et extra moderātis arbitriū eſt q̄d erat ī ſu
reſumētis.Patrēfamilias ſeipſum eē ſignificat.Per
egrinationis tēpus pœnitētię ſpatiū eſt Quo in cæ
lis a dextris dei aſſidens poteſtatē vniuerſo generi
humano fidei atq̄ op̄ationis euāgelicę p̄miſit.Igit̄
vnuſquiſq̄ ſecūdū fidei ſuę menſurā talentū.ſ.euā
gelii p̄dicationē a p̄dicāte ſuſcepit.Hęc em̄ icorru
pta ſubſtantia ē:hoc CHRISTI patrimoniū ęter=
nis hęredibꝰ reſeruatū.Sed ſeruus ille q̄ quinq̄ ta=
lēta accepit populꝰ ex lege credētiū eſt.Ex qua pro
fectꝰ meritū ipſius recte p̄beq̄ p̄functꝰ euāgelicę fi
dei op̄atione duplicauit.In rōne autem ponēda iu
dicii examen eſt quo cęleſtis verbi vſus & redditus
diſpenſati talenti poſtulatur.Igitur cui erant quin
q̄ commiſſa domino reuerſo de quinq̄ decem ob=
tulit:talis ſcilicet in fide repertus qualis in legeæqui
decem verborum quinq̄ libris Moyſi præceptorū
obedientiam per gratiam euangelicæ iuſtificatio=
nis expleuerit.Igitur iubetur in gaudiū dn̄i introi=
re.i.in honorē glorię CHRISTI recipitur.Ille vero
ſeruus cui duo talenta commiſſa ſunt gētium po
pulus eſt fide atq̄ confeſſione & filii iuſtificatus &

patris: Dminũ noſtrum IESVM CHRISTVM deũ atq; hoiem & ſpũ & carne cõfeſſꝰ. Nã & corde fides & ore cõfeſſio eſt. Hęc ergo huic ſũt duo talẽta cõmiſſa: ſed vt prior ille omne ſacramentum in quinq; talentis. i. in lege cognouerat: idq; ipſum fide euãgelii duplicauerat: ita iſte incremẽto duũ talẽtorũ atq; operatione ꝓmeruit rõne ac redditu diſſimili par tñ a dño munꝰ ãborũ eſt: vt gẽtiũ fidẽ exęquatã credentiũ ex lege ſciẽtię noſceremus: nã cũ laudatiõe eadẽ iubeť in gaudiũ dñi introire Eſt aũt duplicatio ſumptę pecuniæ operationẽ fidei addidiſſe: & quę opinione crediderãt rebus factiſq; geſſiſſe. Qui vero vnũ talẽtũ accepit & ĩ terrã recõdit populus eſt in lege ꝑſiſtens/totꝰ carnalis & cupidus & nihil ſpirituale intelligẽs: vt quẽ virtus ꝑdicationis euãgelicę nõ ſubeat: ſed ꝓpter iuidiã ſaluãdarũ gẽtiũ in terra receptũ talẽtũ abſconderit: Neq; vtendũ aliis diſpenſet: ſed ſufficere ſibi legẽ exiſtimet ad ſalutẽ/atq; ideo cũ ab eo rõ expoſtulareť/ita ait: Timui te Tanq̃ ꝑ reuerẽtiã ac metũ veterũ ꝑceptorũ vſu euãgelicę libertat abſtineat: dicatq; ecce qđ tuũ eſt: velut in his q̃ a dño ꝑcepta ſũt fuerit imoratus. In terrã vero abſcõdere hoc eſt nouę ꝑdicatiõis gloriã ſub obtrectatione corporeę paſſiõis occulere. Qui cũ CHRISTVM dñm ad ſalutẽ gẽtiũ miſſũ fuiſſe ñ poſſet abnuere (Nã & aduẽtꝰ & paſſio eiꝰ ex lege eſt) obtẽperare tñ euãgeliis ipſe noluerit: ait eñi. Scio qa hõ durꝰ es: metis vbi nõ ſeminaſti: & colligis vbi nõ ſparſiſti. Rerũ ꝑſentiũ natura nõ fert meſſẽ eẽ ſine ſemine & colligi q̃ ſparſa nõ fuerit: ſed totꝰ ſpiritualis hic ſmo ẽ. Diximꝰ eñi hũc populũ eẽ de lege nõ ignorãtẽ dñi aduẽtũ & gentiũ ſalutẽ: ſed infidelẽ: qppe cũ ſciat metẽdos illic iuſtitię fructꝰ vbi lex ſata nõ ſit: & colligẽdos ex gẽtibꝰ q nõ ex Abrahę ſint ſtirpe diſperſi: & idcirco durꝰ hic hõ ſit/ſcilicet ſine lege iuſtificaturꝰ: ſine diſꝑſione collecturꝰ: & ſine ſatione meſſurꝰ. Atq; ideo hoc magis ſine venia erit cur ꝑdicationẽ occuluerit & cõmiſſum ſibi talẽtũ ſuffoderit cũ ſciret meſſurũ eẽ ſine ſemine: & collecturũ eſſe q̃ nõ ſparſit. Sed potiꝰ oportuiſſe eũ nũmulariis dare. i. vniuerſo generi hoim qđ ſeculi negociis occupeť: vſũ crediti ſibi talẽti cõmunicare dño redditꝰ eiꝰ a ſingulis poſtulaturo. Ob quã culpã talẽtũ ab eo nõ tã euãgelii qđ ſuffoderat: q̃ legis auferť eiq; q quiq; duplicauerit dať: dño dicẽte: Oĩ eñi habenti dabiť & abũdabit: q aũt nõ habet etiã qđ habet aufereť ab eo. Põt qdẽ habẽs abũdare qa facile ẽ ꝑ incremẽtũ vel munificẽtię vel laboris opulẽtũ poſſe diteſcere: ſed quõ nõ habẽs habebit ad dãdũ? Hoc ideo: qa hñtibꝰ vſũ euãgeliorũ etiã legis honor reddiť: nõ habẽti aũt fidẽ CHRISTI etiã id qđ ex lege habere ſibi videbať honoris/auferť.

¶De aduẽtu filii hois ad iudiciũ in maieſtate ſua.

Canon. XXVIII.

CUm autem venerit filius hois in maieſtate ſua: & oẽs ãgeli cũ eo. Et reliq. Oẽm ipſe rationẽ huiꝰ ſmonis abſoluit. De iudicii eñi tẽpore aduẽtuq; cõmemorat: quo fideles ab infidelibꝰ ſeparabit: atq; ab infructuoſis fructuoſa diſcernet: hędos videlicet ab agnis: & in dextra ac ſiniſtra collocãs vnũquẽq; digna aut bonitatis aut malitię ſuæ ſede cõſtituet: iudicãs ſe in minimis ſuis. i. iis qui ſibi cũ humilitatis ſuę expectatiõe famulenť: & eſurientibꝰ ali: & ſitiẽtibꝰ potari: & ꝑegrinãtibꝰ cõfoueri: & nudis contegi: & infirmis viſitari: & ſollicitis cõſolari: ita eñi in vniuerſorũ fideliũ corporibꝰ mẽtibuſq; transfũditur: vt hæc humanitatis officia aut gratiam ſuam impenſa mereantur: aut offẽſam negata commoueant: Poſt quem ſermonem quo ſe venturũ in reditu claritatis oſtenderat: nũc paſſurum eſſe ſe admonet/vt ſacramentum crucis admixtum eſſe gloriæ æternitatis agnoſcerent. Sumitur inter hæc perimendi eiꝰ a iudæis conſilium: & congregatis principibus ſacerdotum occaſio tãti facinoris expectatur.

¶De muliere quæ acceſſit ad IESVM in domo Simonis leproſi habens alabaſtrum vnguenti pretioſi.

Canon. XXIX.

CUm aũt eſſet IESVS in bethania in domo Simonis leproſi acceſſit ad eũ mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi: Et reliqua. Sub ipſo tempore paſſiõis nõ ex nihilo ẽ vt mulier vnguẽtũ ꝑtioſũ recũbẽtis dñi capiti infuderit: Dehĩc vt diſcipuli iraſcerentur & dicerent vendi iſtud potius

In vſum pauperũ debuiſſe:tũ vt dñs & mulieris fa
ctũ cõprobaret:& ęternã cũ pdicatiõe euãgelii ope
ris huiꝰ eẽ memoriã ſpõderet:poſtremo vt poſt id
Iudas ad vẽdẽdã ſalutẽ eiꝰ erũperet. Mulier hęc in
ꝓfiguratione gẽtiũ plæbes eſt/quę ĩ paſſiõe CHRI
STI gloriã deo reddidit. Caput eñ eiꝰ punxit:ca-
put aũt CHRISTI deꝰ ẽ. Nã vnguẽtũ boni opis ẽ
fructus:& ꝓpter corporis curã mulierũ ſexui maxi
me gratũ eſt. Igitᷣ oẽm curã corporis ſui & totũ ꝑti-
oſę mẽtis affectũ in honorẽ dei laudẽq; tranſfudit.
Sed diſcipuli fauore ſaluãdi Iſrahelis vt ſępe nume
ro cõmouentᷣ/vendi hoc in vſum pauperũ debuiſſe
ſed neq; mulier hęc venale vnguentum circũferre-
bat et pauperes fidei indignos inſtinctu propheti-
co nuncupauerũt. Atq; hãc gẽtiũ fidem emi potiꝰ
ad ſalutem egeni huius populi debuiſſe: qbus dñs
ait:plurimũ eſſe temporis quo habere curã paupe
rũ poſſent:cæterũ nõ niſi ex pręcepto ſalutẽ genti
bus poſſe pſtari quę ſecũ infuſo mulieris eius hmõi
vnguento ſint cõſepultę:qa regeneratio nõ niſi cõ
mortuis in baptiſmi profeſſione redhibetur:& id-
circo vbi pdicabitᷣ hoc euãgeliũ narrabitᷣ opus eiꝰ
qa ceſſante Iſrahel euangelii gloria fide gentiũ pdi
catᷣ. Qua ęmulatione in Iudæ pſona Iſrahel ꝓpha-
nᷣ acceſus oĩ odio ad extiguẽdũ nomẽ dñi incitatᷣ.
¶ De die prima azymorũ. Canon. XXX.

PRima autem die azymorũ acceſſerũt diſcipu
li ad IESVM dicẽtes:vbi vis pa
remus tibi paſcha manducare?
Et reliqua. Diſcipuli ire ad quendam hominẽ iubẽ
tur & ei dicere q; cũ eo dñs paſcha cum diſcipulis
facere vellet. Qui præceptis obtemperauerunt. &
paſcha parauerunt. Sed oportuerat eos ſcire quo ꝑ
gerẽt/& de hoĩs nomine edoceri alioqui incerti ad
quem mitterentᷣ quõ miſſi quæ pcepta fuerãt exe-
quebantur? Verum ſermo prophetię rerum pñtiũ
effectibus admiſcetur. Hominem enim cum quo
paſcha celebraturus eſſet non nominat: Nondum
enim chriſtiani nominis honor credentibus erat p
ſtitus:qui vere ſunt deum mentis ac fidei oculis cõ
tuẽtes vt cum eo paſcha domini apoſtolos præpa
rare ſciremus cui in tempore domini nouũ nomẽ
eſſet addendum. Poſt quę Iudas proditor indicatᷣ
ſine quo paſcha accepto calice & fracto pane confi
citᷣ. Dignus eñ ęternorum ſacramentorum com-
munione non fuerat. Nam diſceſſiſſe ſtatim hinc
intelligitur:q; cum turbis reuerſus oſtenditᷣ. Neq;
ſane bibere cum deo poterat qui non erat biburꝰ
in regno:cũ vniuerſos tũ bibẽtes ex vitis iſtius fru-
ctu bibituros ſecum poſtea polliceretᷣ.

Hymnoq; dicto in montem reuerſi ſũt.
Cõſummatis .ſ. vniuerſis diuinorũ myſteriorum
virtutibꝰ gaudio & exultatione coĩ in cæleſtẽ glo
riam efferuntur. Futuræ quoq; eos infirmitatis ad
monuit:& nocte eadẽ oẽs metu atq; ĩfidelitate tur
bandos. Cuius rei fides etiã auctoritate ꝓphetiæ
veteris cõtinebatur:pcuſſo paſtore oues eẽ ſpar
gendas. Se tñ reſurgẽtem in galileam pręceſſurum
eſſe:vt infirmitatem eorum ſponſione reditus ſui
conſolaretᷣ. Sed Petrus pro fidei ſuæ calore reſpon
dit:cęteris licet ſcandalizantibꝰ nunq̃ ſe ſcandali-
zaturũ. In tñ eñ & affectu & charitate CHRISTI
efferebatᷣ:vt & ĩbecillitatẽ carnis ſuæ & fidẽ verbo
rũ dñi nõ cõtueretᷣ:quaſi vero dicta eius efficiẽda
non eſſent:cui ait. Anteq̃ gallus cãtet ter me nega
bis. Sed tũ ille q̃ cęteri ne mortis qdẽ metu deceſſu
ros ſe de cõfeſſiõe noĩs eius pollicẽtur. Ad omnem
enim ſe miniſterii cõſtantiam in trepida fidei volũ
tate firmauerant.

Venit IESVS in agrum qui dicitur getſema
ni & orat patrem. &c. Canon. XXXI.

TVnc venit cũ illis IESus in agrũ qui dicitᷣ
Getſemani:& dicit diſcipulis ſu
is:Sedete hic donec eã illuc ora
re. Fidẽ diſcipulorũ & cõſtantiã deuotę ſibi volũta
tis acceperat. Sed & turbãdos & diffiſuros ſciebat.
Quos cõſidere in loco iubet dũ ꝓgrederetᷣ orare.
Et aſſũpſit Petrũ Iacobũ & Ioãnẽ zebedei filios qbꝰ
aſſumptis triſtis eẽ moeſtuſq; coepit:& ait Triſtem
aĩam ſuã vſq; ad mortẽ eſſe. aliquorũ ea opinio ẽ q;
cadere ꝓpter ſe moeſtitudo ĩ deũ potuerit:eũq; fu
turę paſſiõis metꝰ fregerit. qa dixerit. Triſt[eſt aĩa
mea vſq; ad mortẽ. Et illud. Pr ſi poſſibile ẽ trãſeat
a me calix iſte. Et rurſũ. Spũs quidẽ prõptꝰ eſt caro
aũt infirma: Et ad poſtremum:bis id ipſum Pater
nõ poteſt hic calix trãſire niſi illũ bibã:fiat volũtas

tua: Volunt eñ ex infirmitate corporis ærũnã ſpiritui adhærere / ac ſi virtutẽ illã incorruptę ſubſtãtiæ imbecillitatis ſuæ ſorte aſſũptio carnis infecerit: & ęternitas naturã fragilitatis acceperit / q̃ ſi ad metũ triſtis eſt: ſi ad dolorẽ infirma: ſi ad mortẽ trepida: iã & corruptioni ſubdita erit: & incidet in eũ totius ĩfirmitatis affectio. Erit ergo qđ non erat de angore mœſta: de timore ſollicita: de dolore ꝑemta: ac ſic ęternitas demutata in metũ ſi põt eſſe qđ nõ erat: potuit ꝑiñ hoc qđ erat aliqñ nõ eẽ. Deꝰ aũt ſine menſura tẽporũ ſemꝑ eſt: & qualis eſt talis ęternꝰ eſt. Aeternitas aũt in infinito manens: vt in his q̃ fuerãt: ita in illis q̃ conſequent̃ extendit̃: ſemꝑ integra / ĩcorrupta / ꝑfecta: ꝑ̃ter quã nihil qđ eẽ poſſit extrinſecus ſit relictum. Non ipſa in aliquo ſed intra eã cuncta: potẽs ita largiri nobis ipſa qđ ſuũ eſt / vt ſibi nihil de eo qđ ſit largita decedat. Sed eorum oĩs hic ſenſus eſt vt opinent̃ metũ mortis in dei filiũ incidiſſe q aſſerunt nõ de ęternitate ꝓlatũ neq; de infinitate paternæ ſubſtãtię extitiſſe ſed ex nullo illũ q oĩa creauit effectũ: vt aſſumptꝰ ex nihilo ſit & cœptus ex opere & cõfirmatꝰ ex tempore. Et ideo in eo doloris anxietas: ideo ſpũs paſſio cũ corporis paſſione. Ideo metus mortis: vt q mortẽ timere potuit & mori poſſit: q vero mori potuit licet in futurũ erit nõ tñ ꝑ eũ q ſe genuit ex ꝑ̃terito ſit ęternꝰ. Q; ſi ꝑ fidẽ vitęq; ꝓbitatẽ capaces euãgeliorũ eẽ potuiſſent: ſcirẽt verbũ in pricipio deũ: & hoc a pricipio apud deũ: & natũ eẽ ex eo q erat: & hoc in eo eẽ q natꝰ eſt qđ ipſe eſt penes quẽ erat anteq̃ naſceretur. Eandẽ. ſ. æternitatẽ eẽ & gignẽtis & geniti. Mori igitur nihil in deo potuit: neq; ex ſe metus deo vllus eſt: in CHRISTO enim deus erat mundum reconcilians ſibi. Sed introſpiciendus oĩs hic ſermo eſt: vt quia mœſtum fuiſſe dominũ legimꝰ cauſas mœſtitudinis ꝑ̃piamꝰ. Admonuerat ſupiꝰ oẽs ſcãdalizaturos: Petrꝰ de ſe cõfidẽs reſpõderat. Etiã ſi cęteri ꝑturbarent̃ ſe nõ cõmouẽdũ. Quẽ dñs etiã ter ſe negaturũ eſſe reſpõdit. Sed & ille & cęteri oẽs diſcipuli ne ſi in ipſa qdẽ morte poſiti ſint pollicent̃ ſeſe negaturos. Et ꝓcedẽs iuſſit diſcipulos ſuos cõſidere dũ oraret: Aſſumptiſq; Petro Iacobo & Ioanne cœpit triſtis eſſe: Ergo nõ añ triſtis eſt q̃ aſſumit: & oĩs metus illis eſſe cœpit aſſumptis: atq; ita nõ de eo orta ẽ ſed de iis quos aſſumpſerat mœſtitudo. Et qdẽ recordandũ ẽ nõ alios hic aſſũptos fuiſſe q̃ ipſos illos qbus venturus in regno ſuo filiꝰ hoĩs oſtẽſus eſt: tũ cũ aſſiſtẽtibꝰ in mõte Moyſe & Helia toto ęternę glorię ſuę honore circũdatꝰ eſt: Sed q̃ tũ aſſumẽdorũ eorũ eadẽ & nũc fuit cauſa. Deniq; ait. Triſtis ẽ aĩa mea vſq; ad mortẽ: Nũqd ait. Triſtis eſt aĩa mea ꝓpter mortẽ! Certe nõ ita. Nã ſi de morte erat metꝰ ad eã vtiq; referri ꝑ quã erat debuit. Sed aliud ẽ vſq; in id: aliud ob id metuere. Et cauſã nõ facit q̃ quid in fine ẽ: qa vſq; in id qđ ab altero cœptũ ſit differat̃. Supiꝰ igit̃ dixerat: Scãdalũ patiemini in me ĩ iſta nocte. Sciebat exterrendos fugandos negaturos: ſed qa ſpũs blaſphemia nec hic nec in ęternũ remittit̃: metuit ne ſe deũ abnegent: quẽ cęſum & cõſputũ & crucifixũ eſſẽt cõtẽplaturi. Quæ rõ ſeruata in Petro eſt: q cum negaturus eſſet ita negauit. Nõ noui hominẽ. Quia dictũ aliqd in filiũ hoĩs remittet̃. Triſtis ergo eſt vſq; ad mortẽ. Nõ itaq; mors / ſed tẽpꝰ mortis in metu eſt: Quia poſt eã reſurrectionis virtute fides eẽt firmanda credentiũ: Sequit̃ illud.

Suſtinete & vigilate mecũ. Et progreſſus procidit in faciẽ ſuã orãs. Manere ſecũ peruigiles admonet. Sciebat eñ ingrauãte zabulo fidẽ eorũ cõſopiẽdã. Et parẽ ſecum vigilantiã ĩꝑ̃at qbꝰ qa dẽ paſſio iminebat: deinde orat.

Pater meus ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte: ſed tñ nõ ſicut ego volo ſed ſicut tu vis. Tranſire a ſe calicẽ rogat: Nunqd ait: tranſeat me calix iſte: Hęc eñ futura erat ꝑ ſe timẽtis oratio: ſed aliud eſt vt trãſeat deꝑ̃cari. In eo eñ qđ ſe trãſit ipſe ille a moleſtia tranſeũtis excipit̃. Qui autẽ vt a ſe trãſeat rogat nõ vt ipſe ꝑ̃tereat̃ orat: ſed vt ĩ alterũ id qđ a ſe tranſit excedat. Nũqd ĩpoſſibile erat nõ pati CHRISTVM! Atq; iã a conſtitutione mũdi ſacramẽtũ hoc ĩ eo erat nrę ſalutis oſtenſũ. Nunqd pati ipſe nolebat! Atq; ſupius fundẽdũ in remiſſionẽ peccatorũ corporis ſui ſanguinẽ conſecrauerat. Quõ ergo ait pr̃ ſi poſſibile ẽ: & quõ: nõ ſicut ego volo ſed ſicut tu vis! Totꝰ igit̃ ſup iis q paſſuri erãt metꝰ ẽ: atq; ideo qa ñ ẽ poſſibile ſe ñ pati ꝓ iis rogat q paſſuri pꝰ ſe erãt dicẽs. Trãſeat calix a me. Ideſt quõ a me bibit̃ ita ab iis bibat̃ ſine ſpei diffidẽtia: ſine ſcẽſu doloris: ſine metu mortis. Ideo aũt ſi poſſibile ẽ. qa carni & ſãguini horũ grauis error ẽ: et difficile ẽ eorũ acerbitate corpora hũana nõ vici. Q; ait aĩt Nõ ſicut ego volo ſ; ſicut tu vis. Vellet qdẽ eos ſi

pati:ne forte in paſſione diffidant/ſed cohęredita
tis ſuæ gloriã ſine paſſionis difficultate mereanť
Non ergo vt non patiantur rogat: dicens non vt
ego volo/ſed vt ait quod pater vult bibendi calicis
in eos ex ſe tranſeat firmitudo. Quia ex voluntate
eius non tam per CHRISTVM vinci diabolũ q̃
etiã per eius diſcipulos oportebat. Poſt quæ ad di-
ſcipulos redit: & dormientes depræhẽdit: & Petrũ
coarguit cur ſecum vna ſaltẽ hora non vigilet. Pe-
trum ideo ex tribus quia præ cæteris non ſe ſcanda
lizaturum fuerat gloriatus. Superioris autem me-
tus ſui indicat cauſas dicẽs. Orate ne intretis in tẽ
ptationẽ. Hoc erat igitur qđ volebat: & ideo in ora
tione tradiderat. Nõ inducas nos in temptationẽ.
Quid in nos infirmitati carnis liceret. Cur autem
ne in temptationem venirent orare eos admonuiſ
ſet oſtendit dicens. Spiritus quidẽ prõptꝰ caro aũt
infirma. Non vtiq; de ſe. Ad eos eñ hic ſermo cõ-
uerſꝰ eſt. Aut quõ nũc ſit ſpũs prõptꝰ ſi ſupiꝰ triſt[
eſt aĩa vſq; ad mortẽ! Sed vigilare p̃cepit ne in tem
ptationem incidãt: ne infirmitati corporis ſuccum
bant. Et idcirco ſi poſſibile eſt vt a ſe tranſeat calix
orat qa bibẽdi eius caro oĩs infirma ſit. Rurſũ vero
diſcedens orauit dicẽs. Pr̃ ſi ñ poteſt tranſire calix
iſte: niſi illũ bibã: fiat volũtas tua. Paſſuris diſcipu-
lis p fidei iuſtificationẽ oẽm in ſe corporis noſtri in
firmitatẽ aſſumpſit: crucią; ſecũ vniuerſa ea quibꝰ
infirmabamur affixit: ideo peccata noſtra portat/
& p nobis dolet: qa fidei in nobis calore feruẽte cũ
aduerſum diabolum paſſionis bello ſit decertandũ
oẽs imbecillitatũ noſtrarũ dolores cũ corpore eius
& paſſione moriunť. Et ideo trãſire ab eo calix non
poteſt niſi illũ bibat: qa pati niſi ex eiꝰ paſſiõe non
poſſumus. Verũ ꝙ iterũ reuerſus repperit dormiẽ
tes oſtẽdit abſentiæ ſuæ tẽpore plures quodã fidei
ſomno detinendos. Sed rurſũ orauit idẽ repetẽs: re
uerſuſq; q vigilare iuſſerat q cõſopitos obiurgaue-
rat ait. Dormite iã & quieſcite. Poſt orationem fre
quẽtẽ: pꝰ diſcurſus recurſuſq; multiplices metũ de
mit: ſecuritatẽ reddit: in requiẽ adhortať: volũtatẽ
patris iã de nobis ſecurꝰ expectat dicẽs. Fiat volũ
tas tua. Quia tranſiturũ in nos calicẽ bibẽs/ iſirmi
tatẽ corporis noſtri/ & timoris ſollicitudinẽ & ipm
dolorẽ mortis abſorberet. Q; autẽ ad eos reuertẽs
dormienteſq; reperiẽs primũ reuerſus obiurgat: ſe
cundo ſilet: tertio queſcere iubet: rõ iſta eſt ꝙ primũ
poſt reſurrectionem diſperſos eos & diffidentes ac
trepidos depræhẽdit: ſecundo miſſo ſpũ paraclito
grauatis ad cõtuẽdã euãgelii libertatẽ oculis viſi-
tauit. Nã aliquãdiu legis amore detẽti quodã fidei
ſomno occupati ſũt: tertio vero. i. claritatis ſuę redi
tu ſecuritati eos quietiq; reſtituet.

¶ De iuda q erat vnꝰ de duodecĩ diſcipulis veni
ente ad IESVM cum plurima turba vt eũ trade-
ret. De gladio quẽ iuſſit Petro cõuertere in locum
ſuum. Canon. XXXII.

ET adhuc eo
loquẽte iudas vnꝰ de duo-
decim venit: & cũ eo pluri-
ma turba. In his oĩbꝰ paſſio
nis eſt ordo: ſed in oſculo iu
dę hęc fuit rõ vt doceremur
inimicos omnes eoſq; quos ſciremus deſæuituros
in nos eſſe diligere. Oſculũ eñ eiꝰ dñs nõ reſpuit.
Q; aũt ait iudę fac qđ facis cito: traditiõis ſuę pote
ſtatem ſub verbi huius cõditione p̃mittit. Nã q iu
ris ſui habebat aduerſũ traditores aduocare pluſ-
q̃ duodecim legiões angelorũ lõge faciliꝰ vniꝰ ho
minis & conſiliis & artibꝰ potuiſſet occurrere. De-
niq; pilato ait. Non haberes in me poteſtatem niſi
data tibi eſſet. Dat igitur in ſe poteſtatem dicendo
fac quod facis. Scilicet quia voluntatis crimen pro
facti penſatur inuidia / perageret quod voluntate
iam faceret.

Vnus autem ex iis qui erant cum eo
gladium exerens ſeruo principis ſacerdotum aurẽ
abſcidit eiq; dominus ait. Conuerte gladium tuũ
in locum ſuum. Omnes enim qui gladio vtuntur
gladio peribunt. Ergo hic ipſe iam iudicatus eſt:
quia gladio vtens gladio interibit! Sed non om-
nibus gladio vtentibus mors ſolet eſſe per gladi-
um. Nam plures aut febris aut alius accidens ca-
ſus abſumit: qui gladio aut iudicii officio/ aut reſi
ſtendi latronibus neceſſitate ſint vſi. Igitur ab apo
ſtolo ſeruo principis ſacerdotum auricula deſeca-
tur: Populo videlicet ſacerdotio ſeruiẽti p CHRI
STI diſcipulũ iobediẽs auditꝰ excidiť: & ad capaci
tatẽ veritat[hoc qđ i audiẽs ãputať. Turba aũt oĩs
aduerſꝰ dñm gladiis armata proceſſerat. Recõdi gla
diũ p̃cepit qa eos nõ humano ſed or[ſui gladio eẽt
perẽpturꝰ. Cęterũ ſi ſecũdũ ſentẽtiã eiꝰ oĩs gladio

vtens gladio pimeret: recte ad necẽ eorum gladius exerebatur qui eodem vtebãtur ad facinꝰ. Reliqua vero geſtorum ordinem habent. Falſi teſtes conquiſiti: ſacerdos eiuſ ipſiꝰ in qua gloriabatur legis ignarus/etiam ſacramento an ipſe CHRISTVS eſſet fidens quęrẽs: quaſi occulte de eo lex prophetæq; loquerentur. Quinetiã iſ ipſe CHRISTVM eſt confeſſus inuitus/dño dicente. Tu dixiſti. Cuius maieſtate audita veſtem ſibi diſcidit: ipſum videlicet quo contegebatur velamentũ legis abrumpens. In palmis vero atq; ſputis ad conſũmandam hominis humilitatẽ vniuerſa in eum contumeliarum genera exercebantur. Diligenter autẽ contuẽdum eſt qua conditione Petrus negauerit Q;q̃ de hoc ſuperiꝰ tractatum eſt. Nã primo ait: non ſe intelligere quid diceret. Sequenti non ſe ei adheſiſſe. Tertio vero ſe hominẽ non noſſe. Et vere prope iam ſine piaculo hominẽ negabat: quẽ dei filiũ primus agnouerat: tñ qa ex infirmitate carnis vel ambiguus extitiſſet amariſſime fleuit/recolens trepidationis iſtius culpã ſe nec admonitũ potuiſſe vitare. Tradit̃ deinde Pilato gẽtiũ iudici. Nõ eñ iudicari reus poterat ex lege ipſe ſine dolo atq; pctõ.

Tunc videns iudas qui eum tradiderat quoniam damnatus eſt &c. Iudas agens pœnitentiam pretiũ ſanguinis CHRISTI reddidit ſacerdotibus vt licet ipſe venditi ſanguinis iuſti auctor eſſet tamen ementium infidelitatem ipã profeſſio vendentis argueret.

Qui reſponderũt. quid ad nos. Tu videris. Profeſſio audax atq; cęca ẽ/emiſſe ſe iuſti ſanguinem audiunt: & extra iudicii reatũ futuros eſſe ſe credunt: cũ tñ dicẽdo/tu videris/facinus ipſum in vendente conſtituant: Contra autem vendẽtis teſtimonio ſcelus ementiũ confirmetur. Secedens itaq; ſuſpendit ſe damnato CHRISTO. Ita mortis iudæ tempus eſt comparatũ vt ſub paſſione domini cõmotis infernis ſupernisq; omnibꝰ & reuulſis/& in obliuionẽ officii ſui vniuerſorum elementorum procuratione ſtupefacta nec inter mortuos viſitaret: nec inter viuos poſt reſurrectionẽ haberet pœnitentiæ facultatẽ. De argenteis vero redditis quia pretiũ ſanguinis eſſet: neq; in corbanam ideſt in oblationũ pecuniã admiſceri liceret/conſilio inito emitur ager figuli: & in ſepulturã peregrinorum deputatur. Magnum in hoc prophetiæ ſacramentum & in factis & in dictis miraculi plena meditatio. Figuli opus ẽ de luto vaſa formare. Cuius in manu ſit ex luto eodem vas aut idipſum aut pulchrius reformare: Agrũ aũt ſæculum nuncupari ipſis domini noſtri verbis cõtinetur. CHRISTI ergo pretio ſęculũ emitur. i. vniuerſitas eius acquiritur: & in ſepulturam pegrinorum atq; inopum deputatur. Nihil hinc pertinet ad iſrahel: & totus hic ſæculi empti vſus alienis eſt: his videlicet qui in pretio CHRISTI ſanguinis ſepeliẽtur: quo vniuerſa ſunt empta. Omnia eñ a patre accepit quæ in cælis & quæ in terra ſunt. Et ideo hic ager figuli eſt: quia dei omnia ſunt cuius in manu ſit: nos vt vellet tanq̃ ſigulus reformare. In hoc igitur agro CHRISTO cõmortui & cõſepulti/huius peregrinationis noſtræ æternam requiẽ ſortiemur. In cuius rei fidem hieremię prophetia ſubditur: vt in facti iſtius opera tanto ante diuinæ vocis auctoritas oſtenderetur.

Interrogãti autem pilato an ipſe eſſet rex iudæorum: reſpondit: tu dicis. Sed perq̃ diuerſus ſermo eſt qui fuerat ad ſacerdotẽ. Illi eñ quærẽti an ipſe CHRISTVS eſſet: dixerat Tu dixiſti hoc ideo/quia lex omnis vẽturum CHRISTVM prædicauerat: reſpondetur tanq̃ de præteritis ſacerdoti: quia ſemper vẽturum. CHRISTVM ex lege ipſe dixiſſet: huic vero legis ignaro interrogãti an ipſe eſſet rex iudęorum: dicitur Tu dicis. Per fidem præſentis confeſſionis ſalus gentium eſt: & q; hoc de ſe ille qui antea ignorabat loquat̃: q̃d hi negent qui antea loquebantur.

De Pilato cum ſederet pro tribunali: & cũ miſit ad illum vxor ſua dicens. Nihil tibi ſit & iuſto iſti. De tranſeuntibus iuxta crucem &c.

Canon. XXXIII.

SEdente autẽ Pilato pro tribunali miſit ad illum vxor ſua dicens. Nihil tibi ſit & iuſto iſti. Species in ea gẽtium plebis eſt: quæ iam fidelis eum cum quo conuerſabatur incredulum populũ ad CHRISTI fidẽ aduocat. Quę quia ipſa multũ ſit paſſa pro CHRISTO in eandem gloriam futuræ ſpei illum cum quo conuerſabatur inuitat. Deniq; Pilatus & manus lauit & populo iudaico in-

nocētem ſe a domini ſanguine eſſe teſtatur. Quia
iudęis ſuſcipientibꝰ in ſe ac filios ſuos fuſi domini-
ci ſanguinis crimē/quotidie i cōfeſſionē fidei ablu
tus gentiū populus demigrat. Offerenti vero Pi-
lato vt ſecundum ſolennis diei priuilegium: quo
vnum ex reis/poſcentibꝰ dimitti oportebat/vt IE-
SVM abſolueret: Barabban potius hortātibus ſa
cerdotibꝰ populus elegit: interpretatio autem no-
minis Barabba eſt patris filius. Iam itaqꝫ arcanum
futurę infidelitatis oſtenditur CHRISTO patris
filium pręferendo. Antichriſtum.ſ.hominē pecca-
ti & zabuli filium potiuſqꝫ adhortantibus princi-
pibus ſuis eligunt damnationi reſeruatum q̄ ſalu-
tis auctorem. Cęſo deinde dño imponitur Chla-
mys coccinea & veſtis purpurea/& corona ſpinea
& harundo dextrę: & genu poſito adoratur/illudi
tur/ſuſceptis videlicet omnibus corporis noſtri in
firmitatibus: omniū deinde martyrū quibꝰ regnū
ſecū erat debitum ſanguine in cocci colore perfun
ditur: pretioſoqꝫ ꝓphetarū ac patriarcharū in pur-
pura/honore veſtitur. Spinis quoqꝫ.i. compungen
tium quondam peccatis gētium coronatur: vt ex
rebus pernicioſis atqꝫ inutilibus: quę capiti eius.i.
deo circundata moliūtur gloria quę teretur pecca-
torum. Eſt enī aculeus in ſpinis ex quibus CHRI-
STO victorię corona contexitur. In calamo vero
earūdē gentium infirmitas atqꝫ inanitas manu cō
pręhenſa firmatur. Quinetiā capiti eius illiditur
Capiti (vt opinor) de ictu calami nō grādis iniu-
ria ē: ſed typica in eo ratio ſeruatꝰ: vt infirmitas gē-
tilium corporū manu CHRISTI cōpręhenſa etiā
in deū partē ꝙ caput eius eſt: acquieſcat. In his aūt
omnibus CHRISTVS dum illudiꝰ adoratur.

Procedentes autem homini cuidam
cyrenenſi lignum paſſionis imponūt. Indignꝰ enī
iudęus erat CHRISTI crucem ferre: quia fidei gē
tium erat relictū & crucē accipere & compati. Lo-
cus deinde crucis talis eſt vt poſitus in medio ter-
rę & tanq̄ in vertice huius vniuerſitatis inſiſtens/
ad capeſſendā dei cognitionem vniuerſis gētibus
eſſet ęqualis. Oblatū quoqꝫ vinum felli admixtū
bibere recuſauit. Nō enī ęternę glorię incorruptio
ni peccatorū amaritudo miſcetur. Veſtis ve-
ro eius ſorte potius diuiſa q̄ ſciſſa/mānſuram incor-
ruptionē corporis indicabat. Atqꝫ ita in ligno vitę
cunctorū ſalus & vita ſuſpendiꝰ: cui duo latrones
lęuę ac dextrę affigunꝰ/omnē humani generis vni
uerſitatem vocari ad ſacramentū paſſionis domi-
ni oſtendentes. Sed q͞a per diuerſitatē fideliū atqꝫ
infidelium fit omniū ſecūdū dexterā ſiniſtrāqꝫ di-
uiſio: vnus ex duobꝰ ad dexterā ſitus fidei iuſtifi-
catione ſaluatur. Additur etiā illud opprobriū
quo ſe ipſe iſrahel infidelitatis arguere indicaꝰ. Hic
eſt qui deſtruebat templū dei & in triduū illud reę
dificabat. Hoc igitur maximū omniū & veluti dif-
ficillimū imponiꝰ. Quid ergo venię erit cū poſt tri
duum rędificatū dei templū in corporis reſurre-
ctione cerneꝰ? Qd aūt latrones ambo cōditionem
ei paſſionis exprobrant/vniuerſis etiā fidelibꝰ ſcā-
dalum crucis futurū ſignificat. Nox aūt ex die di-
uiſio temporū eſt. Ita enī tertiꝰ dierū triū totidēqꝫ
noctiū numerꝰ expleꝰ. Et occultū diuinę operatio
nis myſterium totius creationis ſtupore ſentitur.

Clamor vero ad deū corporis vox eſt: recedētis
a ſe verbi dei conteſtata diſſidiū. Deniqꝫ cur relin-
quaꝰ exclamat dicens. Deus meus quare me dereli
quiſti? Sed relinquiꝰ/q͞a erat homo etiā morte per-
agendus. Quinetiā hoc ꝙ per calamū datū in ſpō
gia acetū cum guſtaſſet proclamans ſpiritum red
didit: diligenter eſt contuēdum. Vinum & honor
eſt immortalitatis & virtus: qd per vitium aut in-
curię aut vaſis coaceſcit. Hoc igiꝰ cū in Adā coa-
cuiſſet/ipſe accepit & potauit ex gentibꝰ. In calo-
mo enī ex ſpongia vt potaret offerꝰ.i. ex corporibꝰ
gentium vitia corruptę ęternitatis accepit/& in ſe
atqꝫ īmortalitatis cōmunione ea quę in nobis erat
vitiata tranſfudit. Deniqꝫ in Ioāne poſtq̄ perpota-
uerat dixit. Conſūmatū eſt. Quia omne vitiū hu-
manę corruptionis hauſiſſet: & quia nihil agendū
eſſet extrinſecus: ſpiritū cū clamore magnę vocis
emiſit: dolens non omniū ſe peccata potare. Et de-
inceps velum tēpli ſcinditur. Quia exinde populꝰ
eſt diuiſus in partes: & veli honor cū cuſtodia an-
geli protegētis auferꝰ. Moueꝰ terra. Capax enī hu
ius mortui eſſe non poterat. Petrę ſciſſę ſunt. Oia
enī tam valida & fortia penetrans dei verbū & po-
teſtas ęternę virtutis irruperat. Et monumēta ap-
ta ſūt. Erant enī mortis clauſtra reſerata. Et multa
corpora ſanctorū dormiētiū ſurrexerūt. Illuminās
enī mortis tenebras & īfernorū obſcura colluſtrās/
in ſanctorū ad pręſens conſpicatorum reſurrectio-
nē mortis ipſius ſpolia detrahebat. Vt autē infide

litatis facinus Iſraheli accumularet: centurio & cuſtodes/hanc totius naturę perturbationem cõtuẽtes dei filiũ confitent. Q; aũt a Ioſeph rogato Pilato vt corpus redderet & ſindone inuoluit & in monumento nouo in petra exciſo reponitur: & ſaxum monumenti oſtio aduoluit: q̃q̃ ſit ordo geſtorũ/& ſepelire eum eſſet neceſſe qui reſurrecturus eſſet ex mortuis/tñ non ſine rerũ aliquarũ momẽto expreſſa ſunt ſingula. Ioſeph apoſtolorũ habet ſpeciẽ/& idcirco q̃q̃ in duodecim apoſtolorũ nũero nõ fuerit/diſcipulus dñi nũcupat. Hic munda ſyndone corpus inuoluit: & quidẽ in hoc eodẽ linteo reperimus de cælo ad Petrũ vniuerſorũ animantiũ gña ſũmiſſa. Ex quo forte nõ ſuperflue intelligetur ſub lintei huius nomine conſepeliri CHRISTO eccleſiam: quia tum in eo vt in confuſione eccleſiæ mũdorũ atq; imundorũ animaliũ fuerit congeſta diuerſitas. Domini igit corpus tanq̃ per apl'orũ doctrinam infert in vacuam & in nouã requiem lapidis exciſi. ſ. in pectus duritię gentilis quodã doctrinæ opere exciſum CHRISTVS infert: rude. ſ. ac nouũ/& nullo antea ingreſſu timoris dei puiũ. Et quia nihil eſt qd̃ præter eũ oporteat in pectora noſtra penetrare: lapis oſtio aduoluit: vt quia nullus antea in nos diuinę cognitionis auctor fuerat illatus: nullus abſq; eo poſtea inferat motus. Deinde furãdi corporis & ſepulchri cuſtodia atq; obſignatio/ſtultitiæ atq; infidelitatis teſtimoniũ eſt: q; ſignare ſepulchrũ eius voluerint cuius pręcepto cõſpexiſſent de ſepulcro mortuum ſuſcitatũ. Mot9 vero terræ tempore matutino diei dominici reſurrectionis eſt virtus: cum contuſo mortis aculeo & illuminatis illius tenebris reſurgente virtutũ cęleſtium domino infernorũ trepidatio cõmouet. Angelus aũt domini de cælo deſcẽdens/miſericordiæ dei patris inſigne eſt reſurgenti filio ab inferis virtutũ myſteria mittentis. Atq; ideo prior ipſe reſurrectionis eſt index: vt quodam famulatu paternæ voluntatis reſurrectio nuntiaretur. Sed confeſtim dñs muliercullis per angelũ adhortatis occurrit & conſalutat vt nuntiaturæ expectantib9 diſcipulis reſurrectionem nõ angeli potius q̃ CHRISTI ore loquerẽtur. Q; vero primũ mulierculę dominum vident: ſalutãtur: genibus aduoluũtur; nuntiare apoſtolis iubentur: ordo in contrariũ cauſæ principalis eſt redditus: vt q͂a a ſexu iſto cœpta mors eẽt/ipſi primum reſurrectionis glorię & viſus & fruct9 & nuntius redderet. Emitur vero a cuſtodibus/q omnia hæc viderant/argento reſurrectionis ſilentium & mendacium furti: honore. ſ. ſęculi & cupiditate: quia in pecunia honor eius eſt: CHRISTI gloria denegatur.

Finis Tractatus Sancti Hylarii epiſcopi in Matthęũ/de quo vet9 hoc extat epigrãma.

Hylarii hoc opus eſt digeſtum pręſulis ore:
Qui iunxit veris edita cum typicis.
Suppoſuit ſacræ patratis verba figuræ:
Quæ leui ſcripſit myſtica diſſeruit.

Recẽtius de diuo Hylario diſtichon.

Gallorum columen/gallus non gallus/at heros
Hylarius doctus/docta per ora volet.

Impreſſum eſt hoc opus quãta maxima potuit diligentia pro exemplariorum pœnuria/in ędib9 atq; impẽſis Aſcenſianis. Anno ſalutis nſę. M.D.X. Ad calẽdas Ianuarias.

VA 1
1529384

Vita et opera. S. Hylarii per ſpāhemēſem

HYlarius pictauienſis aquitaniæ Epiſcopus: vir moribus: vita & doctrina valde venerabilis: multas ab Arrianis pro fide chriſti ſuſtinuit iniurias. Nam factione Saturnini Arelatēſis epiſcopi: de ſynodo biturenſi in Phrygiā relegatus: annis quattuor cōſtanti animo durum portabat exilium: vbi orationibus ſuis mortuum legitur reuocaſſe ad vitam. Qui cum eſſet vir vndecunq; doctiſſimus: multa compoſuit opuſcula. De quorum numero feruntur ſubiecta.

Cōtra Dioſcorum:	li.	i	
Contra Valentem & Vrſatium:	li.	i	
De ſancta trinitate cōtra Arrianos:	li.	xii.	Circunſpicienti mihi.
Defenſio catholicæ fidei:	li.	i	Deus qui vbiq; eſt: & vbiq.
Contra Arrianos:	li.	i	Dilectiſſimis fratribus.
De euangelio Matthei	liber.	i	Gradus quem Matthęus.
De ſynodis ad epiſcopos galliarum:	li.	i	Conſtitutum habebam mecum.
In aliquos pſalmos:	trac.	xlii	
In pſalmum Beati immaculati:	trac.	xxii	
Ad Cōſtantium imperatorem.	li.	iii.	Tempus loquendi iam præte.
In conſtantium imperatorem.	li.	i	
Hymnorum.	li.	i	
Myſteriorum:	li.	i	
In librum Iob:	li.	i	
Contra Auxentium:	li.	i	Beatiſſimus & glorioſiſſimis.
De hęreſibus:	li.	i	
In cantica canticorum:	li.	i	
Chronica:	li.	i	
Epiſtolarum ad diuerſos:	li.	i	

Alia quoq; nonnulla edidit quæ ad manus noſtras non venerunt. Moritur tandem ad vrbem ſuam de exilio ſuo reuerſus: ſub Valentiano imperatore. Anno domini. CCC. LXXI. Indictione quarta decima cuius natale celebratur: idibus Ianuarii.

163
G
16